Del Colegio de la Comp.ª de Jesus de Granada
N.- 15.247

7I-2
2. a. 6- 13-

B
50
7

COMMENTATIONES

IN GENESIM

DOCTAE, VTILES ET LECTV IVCVNDAE, PLVRIMIS CLARISSIMORVM HEBRÆÆ, GRÆCÆ ET LATINÆ LINGVÆ AVTHORVM SACRORVM ET PROFANORVM ſententijs adeò ornatæ: vt ab æquo candidoque lectore ſine magno fructu & voluptate legi non poſsint.

AVTHORE

REVERENDO PATRE GVLIELMO HAMERO NOVESIANO SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORE, ORDINIS FRATRVM PRÆDICATORVM.

מִשְׁלֵי יח

לֵב נָבוֹן יִקְנֶה דָּעַת

וְאֹזֶן חֲכָמִים תְּבַקֵּשׁ דָּעַת

PRO. 18.

Cor intelligens acquiret ſcientiam:
Et auris ſapientum quæret ſcientiam.

Cum Gratia & Priuilegio Cæſ. Maieſtatis.

UNIVERSIDAD DE GRANADA

DILINGÆ,
Apud Sebaldum Mayer.

Anno à Chriſto nato M. D. LXIIII.

Del Cayoseno del P. Mro de Escritura

De el Collegio de la Comp.ª de Jesus de Granada
B. 15.241

COMMENTATIONES

IN GENESIM

DOCTAE, VTILES ET LECTV IVCVNDAE, PLVRIMIS CLARISSIMORVM HEBRÆÆ, GRÆCÆ ET LATINÆ LINGVÆ AVTHORVM SACRORVM ET PROFANORUM ſententijs adeò ornatæ: vt ab æquo candidoque lectore ſine magno fructu & voluptate legi non poſsint.

AVTHORE

REVERENDO PATRE GVLIELMO HAMERO NOVESIANO SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORE, ORDINIS FRATRVM PRÆDICATORVM.

מִשְׁלֵי יח

לֵב נָבוֹן יִקְנֶה דָּעַת

וְאֹזֶן חֲכָמִים תְּבַקֵּשׁ דָּעַת

PRO. 18.

Cor intelligens acquiret ſcientiam:
Et auris ſapientum quæret ſcientiam.

Cum Gratia & Priuilegio Cæſ. Maieſtatis.

DILINGÆ,
Apud Sebaldum Mayer.

Anno à Chriſto nato M. D. LXIIII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Del agosto de 1 P. C m.º de Escritura

2. a. 6. 13
B 50 7

M. MELCHIOR ZVNTZERVS SCHRATTENBAchius Lectori Candido.

SInoua delectent, priscisq; incognita seclis,
Et quæ luce frui non meruere prius:
Permagni facies, non visum protinus vlli,
Quod manibus tractas Candide lector opus.
Hic nihil antiquum, nihil aut vulgare videbis:
Hæc via scribendi est norma modusq; recens.
Hactenus Hebræi, Graijq; pariterq; Latini,
In Genesin docto sensa dedere stylo.
Hoc pius Hammerus fecit non tramite eodem
Incedens, tritam nec retinendo viam.
Quippe necesse nihil, sed prorsus inutile vidit:
Illa docere alij quæ docuere libri.
Non placuit modo censuris pugnare vetustis:
Sanctorumq; vbi per monumenta patrum.
Sed doctè potius lustrauit sacra profanis:
Vt valeas duplici te recreare modo.
Nam solet & rebus misceri vilibus aurum:
Et grauia interdum sunt moderanda iocis.
Multiplices igitur fructus hinc lector habebis:
Quos & mirari, quosq; stupere decet.
Authori sed habe tanto pro codice grates
Promeritas, cuius munere magna legis.
Omnigenæ dotes doctrinæ, ac munera linguæ
Suspice, si fuerint cognita hucusq; minus.

ELEGIA AVTHORIS DEDICATORIA.

MArce tibi Fuggere meos quoscunq; labores,
Non alijs iusta de ratione dico.
Hoc genus, hoc poscit virtus, hoc pectoris amplæ
Dotes, hoc priscæ relligionis amor.
Præmia quippe nihil, sed nec mortalia quicquam
Dona moror, senio sola superna placent.
Nil peto, quàm vigili multis prodesse labore:
Commoda præsenti quæro aliena libro.
A puero mundi vanos exosus honores:
Contemptu rerum certo placere Deo.
Ergo tibi cui nos totos deuouimus olim:
Summo etiam præsens iure sacramus opus.
Tu mihi, tu nostris præbes conatibus vnus
Subsidium, creuit te liber iste duce.
Si porrò humani ratio tibi habenda laboris,
Vllaue sit meritis gratia danda meis.
Da pater extremæ cum vitæ aduenerit horæ:
Te præsente mihi, teq; fauente mori.
Interea Generose diu Fuggere superstes:
Artibus, & Musis perge fauere sacris.
Atq; libro facilem nostro te redde patronum:
Qui tuto quouis te duce fretus eat.

GENEROSO DOMINO D. MARCO FVGGERO DOMINO IN KIRCHBERG ET VVEISSENHORN, &c. Cæs. Maie. à Consilijs, Guilielmus Hamerus Nouesiensis ordinis fratrum Prædicatorum, & sacræ Theologiæ Doctor, S. P. D.

QVVM gentis tuæ celebritatē, & familiæ tuæ decus mecum reputo, Marce ornatissime, atq; Fuggerici nominis columen, variæ subinde cogitationes animo suboriri solēt, nec minus variè afficere. Neq; putaueris me hoc inprimis suspicere atque magnopere prædicandū putare, quod hominum vulgus solet, qui opum affluentiā, & diuitiarum successum eximiè mirantur, summisq; præconijs ad cœlum vsq; efferūt, & totius fœlicitatis prorā ac puppim in illis constituunt. Sunt hæ plebis prædicationes atq; laudes, à prudenti & cordato viro reijciendæ, neq; vnquā admittendæ; sed contra illud Horatianum ingerendum: Belua multorum capitum es, nam quid sequar, aut quem? Quis Cresos, Midas, Crassos sanè locupletes homines, vnquam laude dignos putauit? nisi stupidi, & vix communi sensu præditi homines? Horum certè opes vt amplæ & ingentes fuere, ita dominis saluti esse non potuerūt, sed triste exitium, neq; satis honestam ad posteritatē famam pepererūt, vt verum esse fateamur illud quod Cyro pater dicebat, πολλοὶ τῶν πολύδυκτον χρυσὸν κτησάμενοι, σφᾶς τοῦτον ἀπώλοντο. Cæterū ego cum populo (vt Flacci verbis vtar) non vt porticibus, sic iudicijs fruor ijsdem, nec fœlicitatē hominis his metior rebus, sed familiæ tuæ ornamenta, Marce clarissime, atque adeo patris tui Antonij Fuggeri laudes, alia pensamus trutina, eoq; à vulgi iudicio multis parasangis secedimus. Atq; vtinam mihi æqualis cum immensis eius virtutibus dicendi copia suppeteret, non grauatim hic in patris tui Antonij Fuggeri laudes expatiarer, nihilq; aliud esset quod vel ipse libentius facerē, vel etiā alijs gratius accideret. Atqui ipse iuxta Græcorum prouerbium, αὐτὸς αὑτοῦ κόλαξιν, & vita eius sancte atq; inculpa

tè traducta, vel omnibus Fuggerici nominis facem ad pietatem morumq; innocentiam preferre poterit. Erant certè vitæ eius præconia atq; ornamenta abundè plurima, eaq; vitæ synceritas, & in rebus omnibus præstantia, vt quid primum nobis è tanto virtutũ choro suspiciẽdum sit, meritò ambiguum relinquatur. Nec Platonẽ hîc audio, qui suę ætatis πλουσίους existimãs sic scribit, ἀγαθοὺς δὲ ὄντας διαφόρως, καὶ πλουσίους εἶναι διαφερόντως ἀδύνατον. ὁ λόγος ἡμῖν ὀρθὸς ὡς οὐκ εἰσὶν οἱ πάμπλουσοι ἀγαθοί, εἰ δὲ μὴ ἀγαθοὶ οὐδ' εὐδαίμονες. Sed quis melior Platonicorũ horũ verborũ cõfutator inuẽtus est quàm Antonius Fuggerus? Contulerat quidẽ illi benigna fortuna amplas fortunas quæ vulgo in ore erant; sed æquè omnibus prædicabilis erat animi eius magnitudo, iudicij synceritas, sana ac sibi cõstans ratio, quę partis diuitijs optimè nouerat vti, neq; illum in seruitutẽ redigerunt diuitiæ, sed magis ipse illas sibi seruire cogebat, neq; illarũ seruus erat, sed Dominus; & quod vni illi numinis fauor in sinũ fudisse videbatur, ipse cũ multis cõmune habere volebat. Est certè hæc non postrema inter humanas fœlicitates dos, bene partis rectè vti posse, & ne mores corruptelæ quid à diuitijs mutuentur, sed casti illibatiq; vel in media opum affluentia perseuerent. Siquidem verè ait epigrammatarius poëta.

Ardua res hæc est, opibus non tradere mores,
Et cum tot Cresos uiceris esse Numam.

Est siquidẽ ingens pecunia tanquã lydius quidã lapis, quæ cuiusq; ingeniũ & mores facilè detegit, neq; quẽ frugalẽ acceperit, frugalem esse sinit, & ægrè fortunam reuerẽter habebit, qui repente diues ab exili progreditur loco, quod & Græci his versibus significant.

πλούτου δὲ βασανὸς ἔστιν ἀνθρώπων τρόπων,
ὅταν ἐυπορῶν γὰρ ἀσχρὰ πράσσῃ πρήγματα.

Erant olim Ægypti reges sanè diuites, maximasq; opes è terræ benignitate coaceruabant, cæterum in quos vsus partas diuitias insumpserunt, quàm non honestè vsi sunt? nempe in vanissimas substructiones, & insanas operum molitiones. Argumenta stultitiæ eorum sunt Pyramides, supra humanam existimationẽ vsque adeo in sublime fastigiatæ, vt vmbras à se nullas iacerent.

Præ-

Præterea Labyrinthus, cæteraque quæ ab Ægyptijs regibus ocio & diuitijs lasciuientibus, non tam sumptuosè quàm etiam stultè exædificata legimus. Quid Lucullus ille Romanorũ ditissimus? quàm non Romano more diuitijs vsus est? Non hîc cõmemorabo Apollinis sui luxum, cæterumq; domesticum sumptum lõgè à veterum Romanorũ frugalitate diuersum, in Campania iuxta Neapolim montem excidit maiore impendio quam ibidem villã ædificauerat, Euripum & maria admisit. Qua de causa Magnus Pompeius Xerxen togatum eum appellabat. Cæterum, Marce clarissime, parens tuus Antonius Fuggerus, quam ille laudem meruerit, & quàm nihil è diuitijs mores eius sumpserint; nulli non cognitum est. In omnibus ciuilis & modestus, cultus corporis parcus & parabilis, omnibus obuius, & benignè sui conueniendi copiã præstans, nullo stipatus satellitio, neq; seruorum examina secũ trahẽs. Hæc parentis tui ciuilitas, mirũ, quàm fuerit ciuibus eius grata quamq; etiam longè lateq; prædicata, non sine magna Fuggerici nominis laude. Quod verò ad ædificandi rationem attinet, quàm exactè illius prudentia vigilauit, & circumspecta fuit, vt ne quid esset quod ciuilitatem desiderare posset, nẽue etiam Horatianum illud locũ haberet: Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. Sunt quidem patris tui opera complura: vt illius digna magnitudine, ita etiã reipublicæ longè vtilissima, neq; quæ nostro tantum æuo extent, sed etiam in posterum ad Fuggerici nominis immortalitatem perseuerent. Longum hîc esset enumerare, quot ędes suo extruxerit sumptu, quibus viduæ, & ingens pauperum turba & pupillorum recipitur, eosq; omnes, tametsi contemptos alijs diuitibus, ipse tamen omnes paterno fouebat sinu, sumptu & vestibus iuuabat, neq; secũs illi curæ erant atq; domestica sua familia. Iam verò νοσοκομεῖον illud qua tandem laude prædicandum erit? Quum enim videret vir pientissimus, graui & tetro morbo affectos, pariter tum valentibus, citra periculum, vitam agere non posse: valetudinarium lõgè vtilissimum instituit, in quo vel elephãtico morbo correpti, vel emotæ mentis homines suo alerentur sumptu, neq; humana ope illos destitui volebat, sed medicum semper præsto esse, & nullam non

 curam

curam adhibere. Hæc, Marce, parẽtis tui sedulitas, atq; in talibus rebus prædicanda pietas, sic ab omnibus amplectebatur, vt omnes sibi impense gauderent, illi præ cæteris opes cõtigisse atq; cœlitus datas, nemo nisi dementissimus, negabat. Eant modò Græci, eãt & Romani, & suos Midas, Cresos, Lucullos & Crassos, cũ hac Fuggerica pietate conferant. Illi diuitiarum & pecuniæ vsum non aliũ putabant quàm profusionem. Antonius Fuggerus, pietatis lucrũ, & bene mereri de omnibus: Hæc ad æternã gloriã via. Hanc nunc cœlesti passu ad immortalitatis brauiũ grassatus est Antonius pauperum munerarius & egentium candidatus atq; immortale Fuggerici nominis decus. Hac item proceres iere, quos in veteri lege opibus affluisse legimus, Abraham, Isaac, Iacob, Iob, Dauid, quibus diuitiæ pietatis materia semper erant, neque illis incubare volebant, sed cum alijs esse communes, neque his freti, mollem & supinam vitam exigere decreuerunt: sed opem afferre afflictis, subleuare morbo cubantes: obæratis, & qui soluendo non essent, subuenire: deniq; opes suas magis aliorũ afflictis rebus quàm suis destinare voluptatibus. Quod ne cui mirum videatur, fuerunt quoq; apud ethnicos nonnulli alijs cordatiores, qui diuitias afflictionibus magis quàm voluptatibus parari debere putarent. Huc spectat illud apud Euripidem.

οὐ γὰρ παρὰ κρητῆρα καὶ θοίνην μόνον,
τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν ἡδονὰς ἔχει,
ἀλλ' ἐν λιπαροῖσιν δαύσαμεν ὀυ μικρὰν φέρει,
σκοπῶ τὰ χρήματα ὡς ἔχει μέγα δέυ@,
φίλοις τε δοῦναι, σῶμα τ' ὡς νόσου πιόν,
δαπανῶσι σῶσαι.

Celebre est apud Græcos prouerbium, ἀνθρώπ@ ἀνθρώπου δαιμόνιον, id est: Homo homini Deus. Hoc prouerbium tametsi in Christiana religione nunquam locum habere debeat, vt homini Dei appellationem tribuamus, tamen si vnquam vsus eius esse posset, vbi magis appositè locum sibi vendicaret, quàm in hac diuitis aduersum pauperem munificentia? Ringitur inedia pauper, frigore & morbo in summum vitæ discrimen adducitur, desertus ab omnibus cubat, iamiã animã acturus, nisi munificus quispiam & qui Antoniũ Fuggerũ referat, tãquam salutare aliquod sidus affulserit. Hic iam

rogo,

rogo, an non rectè huic prouerbio locus fuerit, homo homini Deus? Atqui video in Antonio Fuggero non solum hanc pietatis laudem, quæ etsi summa in illo fuerit, sed nõ sola. Plurimum laudis accessit principibus viris & diuitibus ab eruditorum prędicatione, atque illorum ingenij monumentis, quibus illos æternæ hominum memoriæ consecrarunt, & ex mortalibus immortales reddiderũt, nominaq; eorum in solido statuere auro. Quis vnquam vel mente vel verbis satis consequi posset, quantum Achilles debeat Homero? Latuisset Achilles in obscuro vetustatis recessu, æternæ oblitioni damnatus, & sepultus ab omnium hominum memoria, nisi diuino Homeri carmine, ab hac esset iniuria vindicatus? Hoc vidit Silius poëta, & Achillem sic affatur.

Fœlix Æacide cui tali contigit ore,
Gentibus ostendi, creuit tua carmine uirtus.

Neq; Homerus ipse hoc dissimulat, quãtum Achilli pręstiterit, quod æterno suo carmine in ęterna hominum memoria perpetuò victurus esset, neq; vnquam mortem sensurus.

ὣς σὺ μοὶ ὀδὲ θανὼν ὄνομ' ὄλεσας, ἀλλὰ τοι αἰεὶ,
κλέος ἐσθλὸν ἄχιλλεῦ.

Alexander, animi magnitudine, & rerum gestarum amplitudine, Magnus appellatus, cum in agrum Troianum ad sepulchrum Achillis venisset, fleuisse fertur, quod talem rerum suarum buccinatorem non haberet, qualem habuisset Achilles, nempe Homerum; & rebus à se fœliciter gestis obliuionem imminere timebat. Prę sensérunt olim poëtæ carmina sua perpetuò victura; neq; enim virtus sibi ignota esse poterit; nec minus in illis victuros, quos carminibus suis ornassent. Hinc Ouidius quasi iactabundus talia effundit.

Cedant carminibus reges, regumq; triumphi,
Cedat & auriferi ripa beata Tagi.

Et alius hæc iactat.

Quem referent Musæ uiuet, dum robora tellus,
Dum cœlum stellas, dum uehit amnis aquas.

Quis Paulam Vrbicam, & filias eius Eustochium, Blesillam, Pau

linam nosset, nisi illas doctissima Hieronymi scripta æternitate donassent. Viuunt quidem illæ perpetuò, fœlicem immortalitatem diuino beneficio in cœlis adeptæ, nec minus etiam in mortalium memoria victuræ sunt, eritq; vita illarũ, quam pudicè atq; inculpatè egerunt, perpetuò virtutis formula, quam Hieronymus omnib. futuris seculis tã facundo tamq; mellito ore cecinit. Nec Hieronymũ fugere poterat, quid in hasce Romanas mulieres beneficij cõtulisset, nec tacitũ tulit, sed pia quadam ambitione laborabat, quã significaret illas suo beneficio perpetuò apud homines victuras, neq; nomina illarum vnquam in obliuionem ventura. Frequentes erãt Paula & Eustochium de Hieronymo bene mereri, omnem studiorum eius sumptum illæ suppeditare, non pecunijs illæ parcere, librarios eius sustentare, vt ipse à curis omnibus exutus & liber, tranquilla circa studia mente vigeret. Magnum hoc studioso ad literas capessendas incitabulum est, nec ipsi Hieronymo vnquã pœnitendum visum, sed maius quiddam vicissim Paula & Eustochium à Hieronymo accipiebãt. Eius enim ingenium, & in sacris studijs labor, illis sudabat, commentariorum libri, & bona epistolarum pars illarum nomina præferunt, nec vnquam intercidere sinent, neq; mori, sed eruditorum animis trabali clauo in perpetuũ infixa erunt. Quis iam hîc non videt, quàm optimè Paula & Eustochium omnem sumptum, in Hieronymi studijs prouehendis, insumpserint: cum longè vberiore mensura illis remensum sit, quicquid vnquam in Hieronymum beneficij cõtulerint? Fuit hoc studium semper principibus magnisq; viris, vt de nominis sui immortalitate subinde cogitarent, & quatenus non semper hîc viuere datur, saltem nomine suo testarentur se aliquando vixisse. Sed cum id suo ingenio parum se assequi posse considerent, alios excellenti & præstanti ingenio viros sibi demeruerunt, quorũ immortalib. scriptis immortalitati cõsecrarentur. Clarissimus Romanorũ ducum haud dubio erat Scipio Aphricanus superior, cuius virtute & militari fœlicitate factum est, ne vrbs Roma bello Punico secundo afflicta, in cineres collaberetur. Victus ab eo est Hannibal, captus Syphax, subacta Aphrica, pacata Hispa-

nia,

nia, clarissimo triumpho Romam inuectus est. Metuebat tamẽ vir ille ne tot bellorum adoriæ, & tanta gestarum rerum magnitudo in obliuionem veniret. Igitur Ennium vetustissimũ poëtam, omni studio sibi conciliabat, cuius rudibus & impolitis metris celebraretur, & posteritati innotesceret. Quin etiam Ennij statuam monumentis Corneliæ gentis collocari curauit: sicque dum poëtæ honori consulere videbatur, suæ quoq; memoriæ in futurũ prospexit. Sed hęc exempla admodum obsoleta, nimisque à vetustate repetita videntur. Erat pridem Florentiæ clarissima Medicea familia, opum ac diuitiarum affluentia in tota Europa celeberrima. Familiæ origo & sator fuit Cosmas Medices. Vix fidem inuenient, quæ de huius viri diuitijs prodita legimus. Amplissimas opes illum habuisse liquet, sed maiorem in his rectè vtendis animum obtinebat, & longè superiorem. Munificus & liberalis in omnes, vt diuitiarum suarum dominus, non incubator: argumento sunt præclara eius nec minus pia opera, quę excelsum viri animum, minimeq; diuitijs famulãtem satis declarant. Neq; minus eruditos, magnisq; ingenijs præditos viros sua complectebatur amicitia, ac illorum oblectabatur familiaritate, liberalitateq; prosequebatur. Hæ igitur tot eximiæ viri dotes, simulq; in doctos omnes animi propẽsio: æternam famam, & nominis sui immortalitatem apud mortales pepererunt: idq; doctorum virorum ingenij monumentis, quæ tum interitura sunt excidio terras cum dabit vna dies. Cosinam deinde sequuti filius et nepos, Petrus ac Laurentius Medices, vt diuitiarum Cosmæ patris, ita etiam studij eius in eruditos omnes hæredes. Imitati sunt hi patrem & auum, atq; in eruditos omnes prolixi fuerunt & munifici: rati id quod futurum erat, vt illorũ beneficio diutius post fata victuri essent quàm in vitã vixissent. Erant tum in Italia cõplures viri ingenio & eloquentia clarissimi, quiq; ne Ciceronis quidem tempore inter elingues habiti fuissent: quorum eximij fuerunt Hermolaus Barbarus, Angelus Politianus, Ioannes Picus. Hi non contenti seculi sui eloquentia & doctrina, cum antiquitate ipsa certamen sumpsisse videntur, & certè veterum multos eloquentia superarunt. Quod quidem cum Medices illi viri

haudqua-

haudquaquam obesæ naris minimeq; stupidi ingenij facilè vidissent: talium virorum amicitiam plurimi fecerunt, eosq; Florentiam accitos, amicorum in loco habere operæ pretium putabant: non ignari quanto nominis atq; existimationis suæ fœnore liberalitatem in ipsos collocatam recepturi essent. Nec sua illos fefellit opinio. Viuit etiam num, claraq; est Medicea familia, perpetuoq; victura est: neq; Cosmæ, Petri, Laurentij Medicûm nomina vnquam intercidere poterunt, cum eloquentissimorum virorum literis æternæ hominum memoriæ consecrata sint. Neque, Marce clarissime, hæc à me hactenus adducta putabis, quod in Fuggerica tua familia quicquam desiderem, quod in Medicea gente magna cum laude prædicatur. Atq; adeò cumulatius atque spectatius illa in Fuggeris videmus quàm in Medicibus: neq; Fuggericum nomen in aliquo Mediceæ familiæ cedere poterit. Est publica Fuggerici nominis bibliotheca: apprime optimis authoribus instructa. Complures sunt in Germania viri iuxtà docti & eloquentes, qui parentem tuum Antoniũ Fuggerum, cæterosq; Fuggerici nominis viros suis literis celebrarũt. Quẽ maiorẽ familiæ tuę præconẽ, Marce clarissime, optare posses, quàm Erasmũ illũ Roterodamũ, virũ nulli veterum neq; eloquẽtia neq; eruditiõe inferiorem? Eum virum, cum olim Basilea profugisset, ne videret quæ oculis dolerent, parens tuus, ad fortunarum suarum consortium (vt illius erat in eruditos omnes liberalitas) inuitauerat. Qua quidẽ eius promptitudine, nullus maior patronus Erasmo cõtingere potuisset quàm tuus parens, neq; vnquam illi maior gloria accederet quàm è tanti hospitis conuictu. Huius viri immortalibus ingenij monumentis, Antonius Fuggerus, nomenq; Fuggericum viuet, clarumq; erit, & à nullo tenebris dãnabitur æuo. Hęc obiter Marce clarissime à me vel tanquam ἐπικήδειον aliquod aut πανηγυρικὸν dicta sint. Scio te genitoris tui clarissimi & perinde grauissimi viri memoria affici. Neq; iniuria. Est enim virtus, vt apud Xenophontem est ἥδιστον ἀκρόημα. Quid verò tibi propositũ sit, vel quo enitendũ, facilè perspicuum erit si parentis mores tanquã λάτοπτρον intuebere. Neq; opus erit vt aliunde exempla petas cum ἀρχέτυπον domi

domi habeas, & vt ait Isocrates ad Dæmonicum, τὰς τοῦ πατρὸς προαιρέσεις κἀμιμοῦ, οἰκεῖον καὶ καλὸν ἕξεις παράδειγμα. Scio Græcorum hoc prouerbium, εὐδοῶν ἡρώων τέκνα πήματα, cui & Homerus astipulatur.

παῦροι γὰρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,
οἱ πλέονες κακίονες παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους.

At Marce clarissime longè meliorem de te tuaq; indole, ac tanto tuo patre dignam spem concipimus, vt alium hunc eiusdem Homeri versum, multi boniq; de te loquantur.

καὶ ποτὲ τὸν ἔπεσι πατρὸς τ' ὄγε πολλὸν ἀμείνων.

Hac igitur ego spe fretus, simulq; Græco hoc prouerbio inuitatus τοῦ πατρὸς δὴ τὸ παιδίον, non dubitaui hoc vigiliarum mearum opusculum, nomini tuo dedicare, simul confidens studiosis omnibus gratum fore, si sub tui nominis auspicio prodiret in publicum. Delegi verò mihi hoc potissimum argumentum, vt in Genesim, quem Hebræi vocant בראשית scriberem, sed longè secus quàm hactenus in illum scriptum est. Potuissem quidem huc afferre veterum Theologorum commentationes, quas illi partim ad literam, partim allegoricè in Genesim scripserunt, & in iustum aliquod volumen cõgerere, sed occurrebat hunc laborem mihi ab alijs præreptum, & complures in hoc argumẽto sudasse, destiti, actum, quod aiunt, agere. In manibus est Eucherius & Beda vterq; veterum Theologorum studiosus, suppressis tamen nominibus quorũ scripta suppilarunt. Sunt è recentioribus quoq; quos in Genesim scripsisse accipio, congestis huc veterum Theologorum sententijs, & allegorijs, vt iam alio cãpo mihi decurrendum sit, nisi Æsopicę corniculæ more alienis pẽnis adornari voluissem, atq; alienis diuitijs diues esse. Neq; etiã vnquam in votis erat manus cum Sectarijs conserere, neq; cum stulta illorum in proprijs dogmatis asseuerandis pertinacia in harenã descendere. Satis superq; cum illis actum esset, si rationibus hîc locus foret, si veteribus Theologis, atq; adeò veteri ecclesiæ stare in animum induxissent. Atqui alia illis sunt præsidia, cliẽtelæ, factiones, conuitia, armorum apparatus, principum studium, qui quæstuoso hoc suo Euangelio semel inescati libenter illud intus canunt. Denique vt Enniano versu vtar: Pellitur è medio sapiẽtia, vi geritur res. Huc accedit quod secta illa dissecta, & disgregata congregatio, suis armis

armis oppugnatur, atq; domesticis intestinisq; gladijs labefactata, tandem suo vulnere interitura est. Porrò quid in his commẽtarijs præstiterim, aliorum erit iudicium. Sunt & aliæ commentationes, quas in reliquos Mosaicos scripsi libros, cæterum illas quandoquidem nõ satis maturuisse puto, premere in animo est. Neq; mihi vitio vertendum, quod subinde in profanis authoribus verser, & illorum scripta ad sacræ scripturæ authoritatem accommodem. An non Moyses cum desertum peragraret, totum illum Synagogæ apparatum, quo maximus sacerdos Aaron sacris operaturus erat, ab Ægyptijs opibus confecit? Rex Salomon regum omnium opulentissimus, & domesticis affluens diuitijs, sumptuosissimum illud in Hierosolymis templum ædificaturus, ligna habebat ab Hiram Tyriorũ rege suppeditata. Quid de Paulo apostolo Christiani ductore exercitus loquar? Erat eruditus in lege, prophetis, & Psalmis, imbiberat totum vetus instrumẽtum, nec minus in euangelica doctrina diuinitus erat imbutus: tot licet esset vernaculis doctrinis instructus, non tamen indignum apostolica grauitate putabat, exoticum quid sacrosanctis suis literis inserere, & Menandri Senarium vsurpare, φθείρουσιν γὰρ ἤθη χρηθ' ὁμιλίαι κακαί. Paulum deinde sequuti sunt clarissimi Christianæ professionis viri & ὑπερασπισαί, nec minus etiam populi Christiani ἀρχισρατηγοί, qui olim motam contra Christianam ecclesiam, ab Romanis Cęsaribus, persequutionem, scriptis suis facilè sedarunt, nõ aliã ob causam, nisi quod frequẽtes essent in philosophorum & secularis literaturæ sententijs inculcandis, quibus tum ethnici reuincendi erant magis quàm sacræ scripturæ testimonijs, quã illi fictam commentitiamq; putabant. Adeò verum est quod Gręci monent, ὥστε λαιρῷ λατρευτέον. Sed ego longius digredior, & ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶ. Vale in multos annos, vir amplissime. Godescellæ apud Sueuicam Gamundiam.

REVERENDI PATRIS GVLIELMI HAMMERI NOVESIENSIS ORDINIS FRATRVM PRÆDICATORVM COMMENTATIONES IN GENESIM.

MVNDVS hic, quem alio nomine cœlum appellare libuit, absolutissimũ et admirãdum rerum naturæ opus, & rerum ipsa natura. Hic mortalia omnia, siue illa quę fuerunt, siue illa quę futura sunt, intra se complectitur & inuoluit, nec facile capit humanæ coniectura mentis, vt huius extera, vel etiam magnitudinem indagemus. Hoc tam suspiciendum & omnibus suis numeris cõsummatum opus, gentium consensus ab ipsa elegantia appellauit. Nam, ait Plinius, quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellauerunt, eum nos à perfecta absolutaq; elegantia mundum. De hac mũdi huius elegantia & ornatu Plato scribit: φασὶ δ' οἱ σοφοὶ ὧς Καλλίκλεις καὶ ὀρανὸν, καὶ γῆν, καὶ θεὸς, καὶ ἀνθρώπους τὴν κοινωνίαν συνέχειν καὶ φιλίαν, καὶ κοσμότητα, καὶ σωφροσύνην, καὶ δικαιοσύνην, καὶ ὅλον τοῦτο διὰ ταῦτα κόσμον καλοῦσιν ὦ ἑταῖρε, οὐκ ἀκοσμίαν. Id est: Aiunt sapientes ô Callicles, & cœlum & terram, & deos & homines cõmunionem habere & amicitiam, & elegantiam, & modestiam, & iustitiam, & totum hoc, propterea mundum vocant, ô sodalis, non inordinationem. Quid verò sub nomine mundi complectatur Aristoteles declarat, κόσμος μὲν οὖν ὁ σύνημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις φύσιν χομένων φύσιν. λέγεται δὲ καὶ ἑτέρως κόσμος ἡ τῶν ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις, ὑπὸ θεῶν τε καὶ διὰ θεῶν φυλαττομένη. Id est, Mundus est globus ex cœlo & terra & naturis quæ in ijs comprehenduntur. Dicitur & aliter. Mundus est vniuersorum ordo & dispositio, quæ à Deo & per Deum custoditur. Iã hic quæstio oriri posset de mundi creatione. Dubitatio hæc est multorum philosophorum disputationibus scriptisq; exagitata, variasq; in partes magnis ingeniorum viribus conuersa atq; iactata. Sũt enim qui mũdum ipsum increatum opinentur, & quemadmodum principio ita etiam fine careat. In hac opinione fuerũt peripatetici, quorum princeps Aristoteles hæc de mundo scribit, ὅτι μὲν οὖν ὅτι γέγονεν ὁ πᾶς ὀρανὸς ὅτι τε γένεσίν τε ἔχει φθαρτὸν καθάπερ φασί τινες οὐ πᾶν, ἀλλ' ἔστιν εἷς καὶ ἀΐδιος, ἀρχὴν μὲν οὐ τελευτὴν δὲ οὐκ ἔχων τὸν πάντα αἰῶνα. Id est, Quoniam igitur neq; factum est cœlum, neq; fieri potest vt corrumpatur quemadmodum aliqui de ipso dixerũt, sed est vnum & sempiternum, principium quidem & finem non habens omnis seculi. Aristotelem sequutus Plinius, mũdum æternum scribit, neq; genitum, neq; interiturũ vnquam. At Plato, siue diuino suo ingenio fretus, siue à diuinis litteris, quod non contemnendis auctoribus visum est, adiutus, mundum ipsum, quemadmodum sub humanos sensus cadere potest, ita etiam creatum & incepisse scribit, ὁ δὴ πᾶς ὀρανὸς ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὅτι τότε ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο τοῦ ἡμῖν ὀνομάζεσθαι. σκεπτέον οὖν δὴ περὶ αὐτοῦ τῶν ὑπόκειται περὶ πάντος γὰρ ἀρχὴν δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἀεὶ γένεσιν ἀρχὴν τινὸς ἔχων ἐπιμένει, ἢ γένεσιν ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος, γέγονεν. ὁρατὸς γὰρ ἁπτός τε ἐστι καὶ σῶμα ἔχων, πάντα ἅ τοιαῦτα αἰσθητά, τὰ δὲ αἰσθητὰ, δόξῃ περιληπτὰ μετὰ αἰσθήσεως, γιγνομένα καὶ γενητὰ ἐφάνη. τῶν δ' αὖ γινομένων φαμὲν ὑπ' αἰτίου τινὸς ἀνάγκη εἶναι γενέσθαι παντὶ γὰρ ἀδύνατον χωρὶς αἰτίου γενέσιν σχεῖν. τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τόδε τὸ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Id est. Vniuersum igitur aut cœlũ aut mũdus, siue quauis alia appellatiõe noĩetur, est. De hoc primũ videndũ est, quod etiam in omni re considerare oportet, vtrum erat, & generationis nullum habẽs principium, an factum est, & & ab aliquo incepit principio. Visibilis igitur & tangibilis est cum corpus sit, cuncta verò hæc sensibilia sunt. Quæ verò sensibilia sunt opinioni subiacere demonstrauimus, & eadem etiam facta & genita videntur. Quod porrò factum est, à causa factum esse necesse est, fieri enim

Plin. lib. 1.

Plato in Aristotel. de Mundo.

Aristot. li. 2. de cœlo.

Plin. lib. 1.

Plato in Timæo.

nihil poteſt abſq; cauſa. Cauſam igitur & creatorẽ vniuerſi qui ſit inuenire difficile eſt, & ipſum inuentorem in vulgus ædere difficile. Hactenus Plato. Democritus de mũdi exordio aliter opinatus, eſt, vel potius fabulatus eſt. Hic corpuſcula dixit eſſe per mane infinitum temere volitantia, quibus ineſſet forma & magnitudo, eſſentq; inſecabilia, ideò ἄτομος dicta. Epicurus hunc ſequutus pondus addidit. Ita indiuidua illa ramenta varijs formis prædita varijs magnitudinibus tum etiam põderibus multum diuerſis, iactatione fortuita per vacuum immenſum agitata, non ſimplici caſu inter ſe cõmiſta & coagmentata, infinitos ſubinde mundos progignere, infinitos interimere arbitratus eſt, ſine certa cauſa, ſine conſilio vllo natos, auctos, extinctos. Hoc illorum delirium optimo iure deridet Cicero quum inquit. Iſti autem, quemadmodũ aſſeuerant ex corpuſculis non colore non qualitate aliqua, quam ποιότητα græci vocant, nõ ſenſu præditis, ſed concurrentibus temere, atq; caſu, mundum eſſe perfectum? vel innumerabiles potus in omni puncto temporis, alios naſci, alios interire? quod ſi mundum efficere poteſt concurſus atomorũ; cur porticum, cur templum, cur domũ, cur vrbem non poteſt? quæ ſunt minus operoſa, & multa quidem faciliora, certè ita temerè de mundo effutiunt, vt mihi quidẽ nunquam hunc admirabilem cœli ornatum, qui locus eſt proximus, ſuſpexiſſe videantur. Hæc Cicero. Sed caſu aut fortuito credibile non eſt factam eſſe rem maximi ordinis & rationis, nec aliũ quàm ſummum potuiſſe ſummi operis, aut alium, quàm pulchrum pulcherrimi parentem eſſe. Mundus ipſe, inquit Auguſtinus, ordinatiſsima ſua mutabilitate, & mobilitate, & viſibiliũ omnium pulcherrima ſpecie quodam modo tacitus, & factum ſe eſſe, & non niſi à Deo ineffabiliter magno & ineffabiliter atq; inuiſibiliter atq; inuiſibiliter pulchro fieri ſe potuiſſe proclamat. Et certè omnes philoſophorum ſcholæ quæ diuinus aliquid ſapuerunt, nihil eſſe, quod tam arguat & factum eſſe à Deo mundum, & eius cura adminiſtrari conſenſu vnico affirmant, quàm aſpectum ipſum mundi totius, cõſiderationemq; decors eius atq; ordinis.

Cic. li. 2. de natu. deor.

Aug. libr. de ciu. Dei

Hac de re argumentum refertur apud Ciceronem. Æquabilitas motus, conuerſio cœli, ſolis, lunæ, ſiderumq; omnium diſtinctio, vtilitas, pulchritudo, ordo: quarũ rerum aſpectus ipſe ſatis indicat nõ eſſe ea fortuita. Vt ſi quis in domum aliquam, aut in gymnaſiũ, aut in forum venerit: cum videat omnium rerum rationem, modum, diſciplinam: non poſſit ea ſine cauſa fieri iudicare: ſed eſſe aliquem intelligat, qui præſit, & cui pareatur, multo magis in tantis motibus, tantisq; viciſſitudinibus tam multarum rerum atq; tantarum ordinibus, in quibus nihil vnquam immenſa, & infinita vetuſtas mentita ſit: ſtatuat neceſſe eſt, ab aliqua mente tantos naturæ motus gubernari. Chryſippus quidem quanquam eſt accerrimo ingenio: tamen ea dicit, vt ab ipſa natura didiciſſe, non vt ipſe reperiſſe videatur. Si enim inquit eſt aliquid in rerũ natura: q̃ hominis mẽs, q̃ ratio, q̃ vis, q̃ poteſtas humana efficere non poſſit, eſt certè id, quod illud efficit homine melius, atqui res cœleſtes, omneſq; hæ, quarum eſt ordo ſempiternus, ab homine confici non poſſunt, eſt igitur id, quo illa conficiuntur, homine melius. Id autem quid potius dixeris, quam Deum? Hactenus Cic. Quod ipſum neq; Moyſen diuinum vatem latet, Deum ipſum cœli & terræ & omnium rerum eſſe conditorem, quod in exordio ſcripturæ ſuæ ijs verbis teſtatum eſſe volebat. Ein principio creauit Deus cœlum & terram.] Hic principio monendus eſt lector, terræ nomen bifariam accipi, nedum apud prophanos ſcriptores, verumetiam in conſecratis literis. Immẽſus hic globus, & maſſa prægandis terræ nomine vocatur: & è quatuor elementis infimum eſſe cẽſetur. Appellant Hebræi terram hanc אֶרֶץ, quod & præſens hic ſcripturæ locus indicat. Altero nomine terra vocatur quicquid inhabitabile eſt in hoc terræ globo: neq; enim tota terra hæc inhabitabilis eſt, partim ob feras & ſolitudines, partim ob immenſam oceani vaſtitatem. Appellant Hebræi hanc habitabilem terram תֵבֵל, vel יַבֶּשֶׁת, id eſt, aridam. Huius aridæ. Moyſes poſtea mentionem faciet. Græci vocant οἰκουμένην, quod latine ſignificat, habitatam. Sic apud Lucam Euangeliſtam intelligitur illud: Exijt edictum

Cicero libr. 2. de natura deor.

edictum à Cæſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis, id eſt, ἀπογραφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, tota terra qua inhabitabilis eſt. Vtriuſq; terræ nomen apud Aggeum prophetam legitur cap. 2. Adhuc modicum, & ego mouebo cœlum & terram, mare & aridã. In hoc igitur præſenti loco terræ nomine intelligimus immenſum illum terræ globum, quẽ ſphæricum & vndiq; ipſum in ſeſe niſu ſuo conglobatum eſſe certum eſt. Quinetiam ingens Oceanus & terra hæc, vnam conficiunt ſphæram: mutuoq; perplexu corpus rotundum globoſumq; abſoluũt. Argumentum huius habemus, vt Plinius ait, libro ſecũdo quod nobis ſeptemtrionalis plagæ ſydera nunq; occidant: attollente ſe contra medios viſus terrarũ globo. Sed & nauigantiũ curſus id clare conuincit, quos perſpicuum eſt alia atq; alia ſydera prout longinquas adeunt regiones videre, adeò vt articus polus qui nobis ſemper occultus eſt, illis fiat viſibilis: cõtra ſeptemtrionalis qui nobis ſemper fulget, illis occidat. Cauſa alia nulla eſt niſi terræ rotunditas. Strabo quoque au auctor eſt lib. 2. terram & aquam vnum conficere globũ. Ὑπολαμβάνουσι σφαιροειδὴς ἡ γῆ σὺν τῇ θαλάττῃ, μίαν πως τὴν αὐτὴν ἐπιφανείαν ἔχουσα τοῖς πελάγεσι, id eſt, cõceſſum hoc ſit rotundam vnà cum mari terram eſſe, vnam & eandem cum æquoribus ſuperfaciem habere. Quinetiam terræ huius corpus rotundum plane eſſe Ciceroni perſuaſum eſt in li. ſecundo de natura deorum & in ſphæræ figuram formatum, ob cauſas complures: tum quia figura ſphærica alias figuras in ſe cõplectitur, vt eſt conus, chelindrus, pyramis: tũ quia nihil aſperitatis, nihil offenſionis habere poteſt, nihil inciſum angulis, nihil anfractib. nihil eminẽs, nihil lacunoſum. Adhæc quia duæ formæ præſtãtes ſunt, ex ſolidis globus, i. ſphæra: ex planis circulus qui κύκλος græce dicitur. Iis duabus formis ſolis contingit, vt omnes earum partes ſint inter ſe ſimillimæ, à medio tantum abſit extremum, quãtum idem à ſummo, quo nihil fieri poteſt aptius. Hanc terræ rotunditatem. Ouidius quoq; teſtatur 1. Metamorph.

Principio terram ne non æqualis ab omni,
Parte foret, magni ſpeciem glomerauit in orbis.

Ex ijs igitur quæ de vno terræ & aquarum globo diximus, ſatis apparere poterit, quàm puerile atq; ridiculum habendum ſit, quod terram quidam putent ex vaſta aqua tanquam montem aliquem prominere; vel pomi inſtar natare, quod auræ impulſu temere impellitur, atque circumagitur. Iam verò illud plenum admirationis, & prodigij inſtar eſt, terræ hunc globum cum aquarum circumfuſa congeriæ, in medio ſic ſuſpenſum, vt neque ſurſum nitatur, neq; deorſum ſidat: ſed perpetuo & ſtabile libramento medium ſemper tenere. Sunt è prophanis ſcriptoribus qui illud aëris vi fieri putent. Huius vi, ait Plinius, ſuſpenſam, cum quarto aquarum elemento, librari medio ſpatio tellurem. In hanc ſententiam ire videtur Ouidius libr. 1. Metamorph.

Nec circumfuſo pendebat in aëre tellus
Ponderibus librata ſuis. Rurſus in faſtis
Terra pilæ ſimilis nullo fulcimine nixa,
Aere ſubiecto, tam graue pendet onus.

Regius Pſaltes alijs verbis terræ libramentum deſcribit, vt potius diuina virtute ſuſtineri putet quàm vllo alio elemento: Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam; non inclinabitur in ſeculum ſeculi Pſal. 103. Iob quoq; idem ſentire videtur: Qui appendit terram ſuper nihilum capite 26. Sed quid nobis tanto pere laborandum erit, quod potiſsimum pedamentum terram ſuſtineat, quum illud in confeſſo ſit cœlum ipſum & terrã, quæ vno orbis nomine appellãtur, Dei virtute ſuſtineri; & ne in vetus chaos omnia præceps eant, à diuina maieſtate ſubleuari. Hoc cum ſyncera ac orthodoxa fides credere monet, tum illud propheticum clare oſtendit. Quis menſus eſt pugillo aquas: & cœlum palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terræ: & liberauit in pondere montes & colles in ſtathera? Palmus, extentam ſignificat manum à pollice vſque ad extremum digitum. Sin autem contrahamus manum pugillus efficitur: vt per palmum & pugillum, extentos cœlos & globum terræ nouerimus, quæ omnia diuina & omnipotenti ſua manu Deus ſuſtinet. Septuagintale-

Eſa. 40.

gunt : ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεός. Id est : In principio fecit Deus. Iosephus & nostra trãslatio verbum Hebraicum בְּרֵא, id est, creauit, exprimit, vt sit ἐν ἀρχῇ ἔκτισεν ὁ θεός. Id est, In principio creauit Deus. Qd apud nos cõditio, inquit Hieronymus, hoc apud Græcos creatio sonat, & sub nomine creationis, verbum facturæ & conditionis accipitur, creatio & conditio, nunquam nisi in magnis operibus nominantur. Verbi causa, mundus creatus est, vrbs cõdita est: domus verò quãuis magna sit, ædificata potius dicitur, quàm cõdita vel creata. In magnis enim operibus atq; facturis, verbum creationis assumitur. Mirum est quam insidiati sint hæretici ijs scripturæ verbis. Extat Augustini opus scriptum contra aduersarium quendam legis & prophetarum, quos ille insectari & traducere studebat, causam ex ijs scripturæ verbis venando. Hic igitur tanquam religiosius, sed ore sacrilego, quærit quomodo accipiendum sit: In principio creauit Deus cœlum & terram. Quo principio? Eius ne principio quo idẽ ipse Deus esse cœpit, an ex eo quo illum vacuum esse tedulit? Vtrunque absurdum est, eoq; scriptura hæc abijcienda. Respõdet hic Augustinus. Deus neq; aliquando non fuit, nec cessando torpuit, nec laborauit operando, nec sine cœlo sedis indiguit, nec facto cœlo sedem tanquam finitis erroribus peregrinus inuenit, potens est enim beatissime manere in seipso. Templo autẽ suo, quod sunt omnes sancti, & angeli, & homines, sic impartire habitationem suam, vt illi ex ipso habeant tale bonum, quo beati esse possint, non ex illis ille talem domum, sine qua beatus esse non possit. Aut ergo sic accipiendum est illud quod scriptum est: In principio fecit Deus cœlum & terram: vt principium sit ex quo esse ceperũt. Nonẽ Deo coæterna semper fuerunt: sed facta initium ex quo esse inciperent, acceperũt. Aut certè in principio sibi coæterno fecit Deus cœlum & terram, hoc est, vnigenito filio. Ipse est enim sapientia, de qua dicit Apostolus: Christum Dei virtutem & Dei sapiẽtiam. Et ideo ei qui fecit cœlum & terram dicitur in Psalmo : Omnia in sapientia fecisti. Aut si de Psalmo iste non vult accipere testimonium, Apostolum audiat de Christo loquentem: Quia in ipso condita sunt omnia, in cœlo & in terra, visibilia & inuisibilia. Hæc Augustinus. Erant olim Stoici philosophi qui asserebant materiam semper fuisse, nec initium habentem, nec finem : & Deum huic appropinquando condidisse mũdum. Hæc hæresis haud dubio ex hoc scripturæ loco sed perperam intellecto, nata videtur : vt sunt multa apud ethnicos è sacris litteris parum consulto petita. Hæresim hanc Cicero amplexus videtur, quũ inquit: Primùm igitur non est probabile eam materiam rerum, vnde orta sunt omnia, esse diuina prouidentia effectam: sed habere, & habuisse vim & naturam suam. Vt igitur faber, cum quod ædificaturus est, non ipse facit materiam, sed ea vtitur, quæ sit parata, fictorq; idem cera: sic isti prouidentiæ diuinæ materiam præsto esse oportuit, non quam ipse faceret, sed quam haberet paratam. Arguit hic Lactantius Ciceronem impietatis, quod diuinam prouidentiam ijs verbis tollere conatus sit, quàm prius summa ope & asseruit, & defendit; nisi credibile sit eum Academicorum more sic disseruisse. Vtut sit constat hanc hæresim in in Christianam quoq; religionẽ sese insinuasse, vt verũ esse fateamur illud quod Tertullianus scribit: Philosophos Hæreticorum patriarchas fuisse: Hermogenes in hac fuit opinione vt putaret materiam ex qua cœlum & terra constant, ab eterno fuisse, & nullum habuisse principium. Contra hunc solidis argumentis disputat Tertullianus, refellens illius rationes, quibus in hanc sententiam inductus videbatur: ac ostẽdens hoc esse preponere materiam Deo, Deum verò subijcere, qui de materia cũcta produxerit. Occasiones sibi sumpsit Hermogenes, inquit Tertullianus, quorundam verborum, vt hæreticis ferè mos est simplicia quæq; torquere. Nam & ipsum principium, in quo Deus fecit cœlum & terram, aliquid volunt fuisse quasi substantiuum & corpulentum, quod in materiam interpretari possit. Nos autem vnicuique vocabulo proprietatem suam vindicamus, principium initium esse, & competisse ita poni rebus incipientibus fieri. Nihil enim quod fieri habet sine initio esse, quin initiũ sit illi idipsum dum

Hier. li. 2. in epist. ad Ephes.

Cic. libr. 3. de nat. deo.

Aug. li. 1. contra aduers. leg. & proph.

Tertul. contra Herm.

dum incipit fieri: Ita principium siue initium inceptionis esse verbum, non alicuius substantiæ nomen. Iam nunc si principalia Deo opera cœlum & terra sunt, quę ante omnia Deus fecit suorum esse propriè principium, quę priora sunt facta, merito sic præfatur scriptura. In principio fecit Deus cœlum & terram, quemadmodum dixisset. In finem Deus fecit cœlum & terram: si post vniuersa fecisset. aut si principium aliqua substantia est, erit & finis aliqua materia. Plane licebit etiam substantiuum aliquod principiũ esse alcui rei, quę ex ipso sit futura: vt argilla principium testæ, vt semẽ principium herbæ. Sed cum ita vtimur vocabulo principij quasi originis, non quasi ordinis nomine, adijcimus & mentionẽ ipsius rei specialiter, quàm volumus esse principium alterius rei. De cætero si sic ponamus, verbi gratia. In principio fecit figulus peluim vel vrnam : iam non materiam significabit principium : non enim argillã nominaui principiũ sed ordinem operis, quia figulus ante cætera primum peluim & vrnam fecit, exinde facturus & cætera : ad ordinationem operum principij vocabulum pertinebit, non ad originem substantiarum. Denique si principium materiam significaret, non ita scriptura instruxisset. In principio Deus fecit, sed ex principio. Non enim in materia, sed ex materia fecisset. Possunt & aliter principium interpretari, non ab re tamen : nam & in Græco principij vocabulum, quod est ἀρχὴ, non tantum ordinatiuum, sed & potestatiuum capit principatum. Vnde & ἄρχοντες dicunt principes & magistratus. Ergo secundum hanc quoque significationem principium pro principatu & potestate sumetur. In principatu & in potestate Deus fecit cœlum & terram. Hactenus Tertullianus. Castigat Hieronymus hic Hylariũ Episcopum qui putat in Hebræo legi. In filio creauit Deus cœlum & terram : quod falsum esse ipsius rei veritas confirmat. Nam בְּרֵאשִׁית non in filio, sed si etymologiam sequaris in capitulo significat. Sed nos nihil prohibet si in hac prima sacræ scriptura voce בְּרֵאשִׁית, Hilarij patrocinium suscipiamus, ostendamusque in ea in filio legi quoque posse. Quod non ante faciemus quàm cum de dogmate quòdam, quod verè paradoxon est, antiquioris Iudaicæ disciplinæ, paucula delibauerimus. Firma est sententia omniũ veterũ, quã vt indubiam vno ore cõfirmant : omniũ artium, omnis sapientiæ & diuinæ & humanæ, integram cognitionem in quinque libris Mosaicæ legis includi, dissimulatam autem & occultatam in litteris ipsis quibus dictiones legis contextæ sunt, quomodo declarabimus. Summamus gratia exempli primam particulam libri geneseos, videlicet ab exordio vsque ad locum vbi est scriptum : Et vidit Deus lucem quod esset bonum. Est tota illa scriptura tribus & centum elementis coagmentata, quæ eo modo disposita quo ibi sunt dictiones constituunt, quas legimus nihil nisi commune & triuiale præ se ferentes, corticem scilicet conflat hic litterarum ordo, hoc textum, medullæ interius abditæ latentium mysteriorum. At vocabulis resolutis, elementa eadem diuulsa, si capiamus, & iuxta regulas quas ipsi tradunt, quæ de eis conflari dictiones possunt, rite coagmentemus, futurum dicunt, vt eluceſcãt nobis si simus capaces occlusæ sapientiæ mira de rebus multis secretissima dogmata. Huius traditionis gustus quidam in prima dictione בְּרֵאשִׁית videri potest. Si geminatæ primæ secũdam addamus fit בְּבָר in filio & per filiũ (vtrũq; enim significat ב præpositio) Si tertiam primæ coniungamus fit אָב pater. Si tres primas quo iacent ordine statuamus fit בָּרָא creauit. Hoc ergo modo ordinatis litteris & mutatis legi potest: In filio pater creauit. Credibile est Hilartum hæc mysteria ab Hebræis accepisse, & prodere etiam ausum, dictionem illam בְּרֵאשִׁית significare: In filio creauit Deus. Origines ad Christũ refert: In principio Christus, inquit, primogenitus omnis creaturæ, in hoc principio (hoc est, in verbo suo) Deus fecit cœlum & terram: sicut et euangelista Ioannes in initio euangelij sui ait, dicẽs: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil. Habet hic locus insignem recentum Iudæorum confutationem, qui in vnico Deo sacram trinitatem

Hieronym. in Genes.

Orig. Omil. 1. in Gene.

ſatem negant. Nam quod nos legimus: In principio creauit Deus: In Hebræo legitur בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים. Id eſt. In principio creauit diij. אֱלֹהִים plurale eſt nomen & id quod diij apud nos ſignificat: cuius ſingulare eſt אֵל vel potius אֱלוֹהַּ, quod etiam idem eſt quod Deus. Hoc igitur nomẽ אֱלֹהִים etſi pluralitatem deſignet, cum verbo tamen ſingularis numeri iungi ſolet, quoties in ſcriptura ſacra pro Deo vero accipitur, ſicut hic locus liquido oſtẽdit, בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים. Id eſt. In principio creauit diij. Quod quidem abſq; grandi myſterio factum non eſt. Quia enim iuxta D. Auguſtini ſententiam, opera trinitatis indiuiſa ſunt ad extra. Idcirco Moſes ille magnus ad inſinuandum omnes tres perſonas diuinas, patrem & filium & ſpiritum ſanctum ſimul ad mundi creationem concurriſſe, אֱלֹהִים, id eſt, diij in plurali dixit, & non אֱלוֹהַּ ſiue אֵל id eſt, Deus in ſingulari. Ad oſtendendum autem tres illas perſonas eſſentialiter non diſtingui, ſed idem omnino eſſe: hoc eſt, vnum Deum eſſe, & non tres deos, בָּרָא, id eſt, creauit in ſingulari dixit, & non בָּרְאוּ creauerũt, in plurali. Conſtat igitur per nomen אֱלֹהִים cũ verbo ſingularis numeri iunctũ, & perſonarũ trinitatẽ, & eſſentiæ diuinę vnitatẽ optime deſignari. Nec ignoro quę Iudęi hic fabulẽtur, ſed ea cõmodi? in aliũ locũ differẽtur. Sed ſequẽtia iã videamus. In principio creauit Deus cœlũ & terrã. Cœli nomẽ nõ iniuria æquiuocũ eſſe exiſtimatũ eſt, quando quidẽ ad multa applicari poteſt. Aer hic cœli nomine appellatur, vnde & volucres cœli euangeliũ loquitur, & propheta inquit, Miluus in cœlo cognouit tempus ſuũ. Porrò de cœleſtib. illis ſpheris, quos etiã cœlos vocamus, & quæ à nobis ſuſpiciũtur, variæ ſunt opiniones, quot earũ ſint. Rabi Moyſes Ægyptius ſcribit cœlorũ numerũ tẽpore Ariſtotel. nõdũ ad liquidũ cõpertũ. Octo eſſe ſpheras ſiue cœlos ratio ipſa & propemodũ aſpectus clare cõuincit, ex ijs ſeptem planetæ ſiue errones ſunt, quos diuerſis curſibus & motib. quẽq; ſuũ peragere periodũ, iã tot ſęculorũ obſeruatiõe deprehenſũ eſt. Supra hos octaua ſphera ẽ quã inerrantẽ vocãt, multarũ ſtellarum luminib. coruſca. Hæc ſuum peragit curſum, quẽ motũ & diem diurnũ appellant. Sed prę ter hunc & alio curſu rotatur, qui ſolerti mathematicorum ingenio deprehenſus eſt, vt neceſſe ſit illis & nonum orbem fabricare, qui ſtellis omnino vacuus ſit, & omnes alios circundet & complectatur. Sunt igitur iuxta Rabi Moyſen nouem cœli. Primum quod circundat omnia, & cœlum ſtellarum fixarum, & cœli ſeptem planetarum. Porrò ſupremum cœlum quod omnes inuoluit & ſtellis vacuum eſt, Hebraice vocatur, עֲרָבוֹת, ab עָרַב iucundum, amænum, vel ab עִרְבָּה deſertum, quia deſertum ſtellis ſit, vel quia amena ſedes beatorum ſit. De hoc cœlo in Pſalmo ſexageſimo octauo ſcribitur, & vbi nos legimus: Qui aſcendit ſuper occaſum, Hebraice legitur לְרֹכֵב בָּעֲרָבוֹת, id eſt, qui in ſupremo cœli orbe equitat. Hieronymus verò legit, Aſcendenti per deſertum, Hebræi exponunt: Qui vehitur in amœnis iucundiſq; beatorum cœlis. Sunt tamen è noſtris qui nouum hũc orbem, qui ratione non viſu deprehenſus eſt, chryſtallinum appellant, quod pellucidus ſit, & primus inter corpora quæ mouentur: ſupra hunc eſt cœlum empyreum fixum manens & quietum, & quod nullo motu participat. Sic igitur conſentaneum eſt Moyſen, omnes cœlos, ſiue nouem ſint, ſiue decem, intellexiſſe, quum inquit: In principio creauit Deus cœlum & terram. Nec obſtat quod Græce & Latine in ſingulari legimus cœlum, quum Hebraice in plurali legimus שָׁמַיִם, vt ſit: In principio creauit Deus cœlos & terram. Terræ vocabulo hauddubio quartum hoc elementum intelligitur quod inhabitamus, nec mirum videri debet quod cœlo ſtatim terram addit. Eſt enim cum terris cœli quædam ſocietas, quod Democritus, auctore Plinio, primus intellexit oſtẽditq; nimirũ præuiſa oleæ charitate quæ tum terræ impendebat, ex futuro Vergiliarũ ortu. Omnia, quæ in terris vel aquis gignuntur è cœlo ſibi virtutẽ fœnerantur: nec eſt quicquam tam paruum & exiguũ terra ipſa ęditum, quod vim ſuã ſeminiſicam non ex ſuperis trahat. Hæc tanta terræ, vt nobis videtur latitudo & immenſitas, nihil aliud eſt in vniuerſo, vt plures prodidere, niſi mundi punctus. Mediam eſſe mundi totius, inquit Plin. haud dubijs conſtat argumentis, ſed clariſsime æquinoctij paribus horis. Nã niſi in medio eſſet, æquales dies noctesq; haberi nõ poſſe deprehenderunt et dioptræ, quæ vel maxime id confirmant cũ æquinoctiali tempore ex eadem linea ortus occaſusq; cernatur, & ſolſtitialis exortus per ſuam lineam, brumalis occaſus. Quæ accidere nullo modo poſſent, niſi in centro ſita eſſet. Sed maximum hoc miraculum eſt, & quod maxime diuinã potentiam arguit, tullerem ipſam medio in mundo, ſuis librari ponderibus, ac pendere, & non cadere nobiſcum. Sed quo caderet cum natura ipſa repugnet, & locum aliquem quo cadat, neget; etenim ipſi terræ locus alius eſſe nõ poteſt, niſi in ſe. Neq; hic contemnenda eſt veterum Rabinorum & Iudæorum interpretatio, qui nomine cœli vocãt omnia hæc viſibilis mundi quæ ſupra lunam ſunt, & quæ ſubter ſunt appellant terram; vt ſit tanq; ſuperior quidam mundus, & inferior. Itaq; cum legunt: In principio creauit Deus cœlum & terrã, ſymbolice cœlum ſumma, terram infima deſignare putant, hoc modo interpretantes: In principio creauit Deus ſumma & infima, quo nimirum arbitrãtur ſimplicem & immaterialem mundũ ſumma continere, compactum vero & cementarium hunc, infima, vnde & legem diuinam Geneſeos de creatione, p. mulgatam cœpiſſe ab ipſa littera ב, quæ in arte Arithmetica inter numeros duo ſignificat, perinde atq; ſic notorie inſinuaret: duo principaliter creauit Deus, totum mundum ſupremum cum omnibus in eo degentibus, & totum mundũ infimum, omniaq; ad illum pertinentia. Huic Rabinorum ſententiæ accedit etiã Rabi Moyſes. Quod, inquit, debes ſcire eſt quod illud quod dictũ eſt, In principio creauit Deus cœlos & terram: ſapientes dixerunt multis locis quod eius expoſitio eſt, cũ cœlis & cum terra, hoc eſt quod creator creauit cum cœlis quicquid eſt in cœlo, & cum terra quicquid eſt in terra. Tu vero ſcis quia dixerunt quod cœli & terra ſimul ſunt creati, eo quod propheta dixit: Ego vocans eos ſtantes ſimul. Omnia vero ſimul creata ſunt, & omnia primo apparuerunt. Et aſsimulauerunt hanc rationem agricolæ ſeminanti diuerſa genera ſeminum ſimul in terra. Pars autem oritur poſt vnum diem, alia vero pars poſt duos dies, alia poſt tres dies, ſed omnia ſemina proiecta fuerunt in vna hora. Secundum igitur hanc opinionem ſine dubio poterit ſolui dubitatio illa, quæ induxit ſapientem quendam ad dicendum illud quod dixit, cui difficile fuit intelligere, quomodo fuerit primus dies, & ſecundus, & tertius. Manifeſte vero dixerunt ſapientes de ratione lucis de qua facta eſt mentio in lege quia fuit creata in prima die: quod ipſa ſunt luminaria quæ fuerunt creata in prima die, ſed non oſtendit ea Deus vſq; ad quartam diem. Hactenus Rabi Moyſes. Hæc Rabinorum interpretatio non ſolum veritati conſona eſt, ſed etiam veritas ipſa, & Deus omnia ſimul creauit verbo ſuo, & imperij ſui dicto, quod ſacra ſcriptura atteſtatur. Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul. Eucherius: Cœli, inquit, nomine quidam cœleſtem, id eſt, angelicam creaturam creatã exiſtimant: ad cuius comparationem cœlum hoc corporeum terra nuncupatur. Terræ autem nomine materiã illam informem inſinuat: ex qua hoc viſibile cœlum, & terra, & vniuerſa moles huius mundi formata eſt: de qua ſcribitur: Qui feciſti mundum de informi materia. Sed materia facta eſt ex nihilo, mundi autem ſpecies de informi materia, quæ cœli & terræ nomine appellata eſt: non quia iã erat hoc: ſed quia iam hoc inde eſſe poterat. ⌊Terra autem erat inanis & vacua: & tenebræ erant ſuper faciẽ abyſsi, & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas.⌋ Quod nos legimus, inanis & vacua: In Hebræo legitur תֹהוּ וָבֹהוּ Duo hæc vocabula leguntur apud Hieremiam רָאִיתִי אֶת הָאָרֶץ וְהִנֵּה תֹהוּ וָבֹהוּ. Id eſt, Vidi terram, & ecce erat inanis & vacua. Sunt qui putent vtramq; vocem vnum & idem ſignificare. Sed apud Hebræos doctiores ſcribitur quod תֹהוּ ſit res omni forma carens, vt eſt materia prima, q̃ eſt inane Chaos. Ex hebraicis ijs verbis ſumpſiſſe videtur Heſiodus ſuum Chaos, ex quo omnia prodijſſe putat & originem ex hoc Chao eſſe canit Heſiodus in Theogonia. ἤτοι μὲν πρῶτιστα χάος γένετ'. Porrò quod ad nominis etymologiam attinet, varie interpretatur. Sunt qui Chaos à τοῦ χέειν dictum putent, id eſt, à fundendo, quod ſolius aquæ eſt,

Auguſtin.

Moyſes Ægyptius.

Pli. li. 18.

Plin. lib. 2.

Rabi Moyſes Ægyptius lib. 2 Doctoris.

Eſaiæ 48.

Eccl. 18.

Eucherius lib. 1. in Geneſ.

vt Chaos aliud nihil ſit, quàm aqua & Oceanus, ex quo omnia originem ducunt. In hac opinione fuit Thales Meleſius: qui primus omnium quæſiſſe de cauſis naturalibus traditur: aquam eſſe dixit, à qua nata ſint omnia: Deum autem mentem eſſe, qui ex aqua cũcta formauerit. itaq; materiã omnium rerũ poſſuit in humore. Prior tamen hoc, vt Plutarchus autor eſt, Homerus dixiſſe viſus eſt hoc verſu ὠκεανὸν δ' ὅς περ γένεσις πάντεσσι τέτυκται. Ab hac opinione nõ multũ abludere videtur ſcriptura quę hic mẽtionem facit aquarum longè lateq; ſtagnantium, atq; adeò omnia complentium, vt diuino imperio in vnum locũ coërcendæ forent. Alij Chaos interpretantur rudis inordinataeq; materiæ confuſam congeriem, ex qua cuncta poſtea creata ſint, quod in Sapientia libro clare ſcribitur, de manu Dei quæ creauerit mundum ex materia inuiſa: ſiue vt Græce legitur. κτίσασα τὸ κόσμου ἐξ ἀμόρφου ὕλης. Id eſt. Creans mundum ex materia informi. Sap. 11. Neq; tamen hic error illorum audiendus eſt, qui Chaos illud ab æterno fuiſſe dicunt, & poſtea Deum diriminſſe omnem illam congeriẽ, ſingulisq; rebus ex confuſo acerno ſeparatis, in ordinemq; deſcriptis, inſtruxiſſe mundum pariter & ornaſſe: Sed conſtat informem illam materiam, ſiue Chaos illud confuſum, item à Deo creatum, non cum Deo ab æterno fuiſſe. Hanc Ouidius ſic deſcripſiſſe videtur. *Ouid. lib. 1 Metamor.*

Vnus erat tota naturæ vultus in orbe
Quem dixere Chaos, rudis indigeſtaq; moles
Nec quicquam, niſi pondus iners, congeſtaq; eodem
Non bene iunctarum diſcordia ſemina rerum.

Deriuatur vox תהו à verbo תָּהָה expauit, obſtupuit. Quod ad materi æ etiam tenebricoſam deformemq; faciẽ ab Hebræis referetur, ob eam cauſam, quod intendentes nos in illius cognitionem attonitos reddit. תֹּהוּ vero eſt aptitudo habendi ſiue deſyderium quod mouet materiam primam ad omnem formam naturalem, vt ſit inchoatio & rudimentum formæ. Eſtq; תהו ſi etymon nominis interpretemur, in eo eſt, ſiue in eo aliquid eſt. Septuaginta duas has voces; verterunt ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, id eſt. Inuiſibilis & incompoſita. Et hæc quidem omnia rudi materiæ informiq; conueniunt, quæ & expers formarum omnium merito inanis & vacua dicitur, & omnino incõpoſita & inuiſibilis eſt. Erant olim verſuti & callidi & ingenij ſui plus nimij oſtẽtatores, qui ex his ſcripturæ verbis, quibus ait: Terra erat inanis & vacua, materiam, id eſt, hylen vt Philoſophi dicunt, ſine initio dicerent, idq; verbum, erat, ſatis indicare. Verum inquit Ambroſius, hoc dicentibus reſpondebis: quia ſcriptum eſt: Erat autẽ Cain operarius terræ. Et homo erat in terra Hus, nomine Iob. Vt non ſemper, erat infinitum quid ſignificare oporteat. ¶ Et tenebræ erant ſuper faciẽ abyſsi. ¶ Abyſſus auctore Suida, ὃ οὐδεὶς εἰσέρχεται διὰ τὸ βάθος. Abyſſus eſt locus quem nemo propter profunditatem ingredi poteſt. Ariſtophanes ἔνθυς γὰρ ἐπὶ λίμνην ἥξεις μεγάλην πανὺ ἄβυσσον. Id eſt Statim venies ad Paludem magnam & ſine fundo. Verũ ſacra ſcriptura, ait Suidas, καλεῖ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν ἄβυσσον ὡς γοῦν ἡ γῆ παντοχόθεν ὕδασι περιεχομένη μεγάλοις καὶ μικροῖς πελάγεσιν, ἐκότως ἄβυσσον περιβόλαιον αὐτῆς εἴρηκεν ὁ δαβίδ. Abyſſum vocat humidam ſubſtantiam, quoniam igitur terra vndique aquis oppleta erat magnis & paruis profunditatibus, rectè Dauid abyſſum vocat amictum eius Auguſtinus abyſſum interpretatur ſic. Abyſſus eſt profunditas quædam impenetrabilis, incompræhẽſibilis, & maxime ſolet dici in aquarum multitudine. Ibi enim altitudo, ibi profunditas, quæ penitrari vſq; ad fundum non poteſt. Deniq; quodam loco dictum eſt. Iudicia Domini abyſſus multa: hoc volens ſcriptura commendare, quia iudicia Dei non comprehenduntur. Baſilius abyſſum ad eundem modum interpretatur. ἄβυσσος δὲ ἔννοιαν τίς; ὕδωρ πολὺ δυσέφικτον ἔχον ἑαυτὸ πόρας πολὺ πάτω. Id eſt. Quid in abyſſo intelligitur: A qua multa vix comprehenſibilem ſuum habens terminum deorſum verſus. Ex hoc ſcripturæ loco, inquit Baſilius, aliæ hæreſeôn & blaſphemiarum occaſiones natæ ſunt. Marcion, Valentinus, Manes, impia quædam dogmata hinc ſibi confinxerunt, de gente quadam tenebrarum, quam ſcriptura appellat tenebras & abyſſum. Hæc à ſeipſa *Amb. lib. 1. hex.* *Suida* *Ariſto. in Batrach.* *Suidas.* *Auguſt. in Pſal. 41.* *Baſili. Omil. hexa.*

ſeipſa genita eſt & originem habet, contra Deum, tanq; contra aliud principiũ pugnans. Et ne quid præter ſcripturæ auctoritatem diximſſe viderentur, argumentabantur: Si Deus lux eſt, certe cõtraria ei poteſtas tenebræ ſunt. Nimirum hæ ſunt quæ erant ſuper faciẽ abyſſi. At Baſilius docet has tenebras ſimpliciter intelligi debere, vt ſit aër tenebricoſus, nondum Solis Lunęq; radijs illuſtratus, qui abyſſo incubabat, quod & Ouidius ſenſit. *Ouid. lib. in Metam.*

Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan
Nec noua creſcendo reparabat cornua Phœbe
Lucis egens aër.

Rupertus etiam tenebras has corporeas intelligit. Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, id eſt, profunditatẽ aquarum, quæ nondum diuiſæ, neq; vt appareret arida, congregatæ fuerat in vnũ locum. Tenebræ, inq; corporeæ, circa indiſertum mundi corpus erant, quia videlicet nondum firmamentum erat in medio aquarum, nondum ea quæ corporaliter lucent in eo, & terram illuminant, Sol, Luna & ſydera facta fuerãt, quæ die quarto facta ſunt. Hactenus Rupertus. ¶ Et Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. ¶ רוּחַ iuxta Hebraici ſermonis ambiguitatem et mũdi ſpiritum, id eſt, ventum ſignificat, & diuinum Spiritũ, Pro vento in Iob legimus הִנֵּה רוּחַ גְּדוֹלָה Id eſt. Ecce ventus mangnus. Pro diuino Spiritu haud dubio accipitur in Pſalmo רוּחַ פִּיו כָּל צְבָאָם. Id eſt. Et in Spiritu oris eius omnes virtus eorum. Septuagesima רוּחַ tranſtulerunt πνεῦμα, quod æq; ambiguum eſt Græcis. Pro vento Teucydides vſurpat. πρότερον δὲ πνεῦμα ἔδοξεν αὐτοῖς πνεῖσαι ἐὰν δύωνται πνεύματος γενομένου ἐπιφλέξαι τὴν πόλιν, ὅσαν ὁ μεγάλη. Id eſt, Prius ipſis viſum eſt tentare ſi poſſent, magno flante vento, vrbẽ ipſam non magnam, incendere. Inter tot Philoſophos quos erudita Græcia mundo dedit, Plato principatum haud iniuria obtinet. Hic permulta ſcripſit diuinis litteris admodum cõſona, ſiue illa diuino ſuo ingenio aſſequutus ſit, ſiue ex diuinis litteris hauſerit, quas eũ legiſſe ſunt qui aſſeuerare velint. Multa de Patre & Filio apud illum dicta ſunt. At tertium illud nulla ratione vocis putauit poſſe declarari. Etſi in ordine gradibusq; diuinitatis, mundi animam, quæ tertia & poſtrema à principio & filio principij mente, profectam exiſtimat. Animam verò mundi, ſi quis impenſius Platoni faueret, poſſet facile defendere illum eſſe ſpiritum, qui ferebatur ſuper aquas: quem videtur ille facere fuſum per molem vniuerſitatis, omnibus vitã eſſentiamq; impartientem. De hac mũdi anima, ſiue Spiritu, ſic Plato ſcribit, εἰ μὲν ὦ θαυμάσιε φῶμεν ἡ ξύμπασα οὐρανὸς ὁδὸς ἅμα καὶ φορὰ τῶν ἀυτῶ ὄντων ἀπάντων νῶ λογισμῷ καὶ περιφορᾷ, καὶ λογισμοῖς ὁμοίαν φύσιν ἔχει τῷ ξυγγενῶς ἔρχεται, ὅλον ὡς τὸν ἀρίστου ψυχὴν φατέον ἐπιμελεῖσθαι τοῦ κόσμου παντός, καὶ ἄγειν αὐτὸν τὸν τοιοῦτον ὁδὸν ἐκείνον. Id eſt. Quod ſi ô admirandę dixerimus, omnis mundi via & circumuolutio, & omnium quæ in eo ſunt ipſius mentis motui & circumferentiæ & rationibus, ſimilem naturam habet & proxime accedit, tum clarum eſt quod dicendum ſit, animam ipſam optimam eſſe, & totum adminiſtrare mundum, & agere ipſum ipſam talem viam. Et iterum. ἄγει μὲν δὴ ψυχὴ πάντα τὰ κατ' οὐρανὸν καὶ γῆν καὶ θάλασσαν τοῖς αὐτῆ κινήσεσιν, αἷς ὀνόματα δὴ βούλεσθαι, σκοπεῖσθαι, ἐπιμελεῖσθαι, βουλεύεσθαι. Id eſt. Ducit quidem anima omnia quæ in cœlo & terra & mari ſuis motionibus, quibus nomina ſunt, velle, conſiderare, curæ eſſe, & conſultare. De hac mundi anima ſiue ſpiritu, Vergilius dixiſſe videtur. *Rup. lib. in Geneſ.* *Teucyd. lib. 2. Hiſ.* *Plat. li. 10 de legib.*

Principio cœlum, ac terras, camposq; liquentes
Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; aſtra
Spiritus intus alit, totamq; infuſa per artus
Mensa gitat molem, & magno ſe corpore miſcet. *Verg. lib. 6. Æn.*

Plinius quoque aërem hunc ſpiritum vocat. Summum elementum igniũ eſt, proximum, Spiritus, quem Græci noſtriq; eodem vocabulo aëra appellant. Vitalem hũc, & per cuncta rerum meabilem, totoque conſertum: huius vi ſuſpenſam, cum quarto aquarum elemento, librari medio ſpatio tellurem. Et non ſolum Ethnici Spiritum hunc qui aquis ſuperferebatur aërem putauerunt, verum etiam Baſilius ab hac opi- *Plin. lib. 2.* *Baſi. Omil. εξαμ. β*

opinione non abhorret. εἴγε τοῦτο λέγει τὸ πνεῦμα τοῦ ἀέρος τὴν χύσιν, δι᾽ ἓξ ἡμερῶν τὸν κόσμον ἐκατεριθμοῦντα σοὶ τὸ συγγραφεύς. ὅτι ἐποίησε ὁ θεὸς οὐρανὸν, γῆν, ὕδωρ, ἀέρα, καὶ τὸν τῶν χεομένων ὕλην καὶ ῥεοῦσα. Id est. Si hunc dicit Spiritum aëris huius fusionem, intellige tu scriptorem tibi enarrare ipsas partes mundi, quoniam Deus fecit, cœlum, terram, aquam, aërem & hunc fusum iam & flantem. Rabi Moyses putat quatuor elementa ijs verbis significari: E Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciam abysßi, & spiritus Domini ferebatur super aquas. ⊐ Quis verò crederet ipsis tenebris, ignis elementum significatũ esse? Ignis verò primus significatus est tenebrarum nomine, quia nõ est lucidus, sed est peruius visui, neque comprehenditur ab eo: quia si ignis ille lucidus esset, videremus totum aëra de nocte quasi ignem. Scriptura nanque dicit: verba eius audistis de igne, & subdit postea: Audiuistis vocem eius de obscuritate. Nominata etiam fuerunt elementa, secundum ordinem positionis suæ naturalis: quoniam primo posuit terram, & super eam aquam, super quam est aër, cui snpereminet ignis. In eo emẽ quod aër determinatur super faciẽ aquę, erunt tenebræ quæ sunt super faciem abysßi super spiritum sine dubio. Ideo autem dictus est ventus, spiritus Domini: quia fecit ipsum mobilẽ scilicet flantem. Motus autem venti semper attribuitur creatori, sicut scriptura dicit: Vẽtus motus est à facie Domini. Et iterum, Flasti cum spiritu tuo. Commouit Dominus ventum ab Occidente. Hactenus Rabi Moyses. Et hactenus ad literam de spiritu hoc qui aquis superferebatur, vt pro vento accipiatur, hæc dixisse satis sit. Cæterum Christiani Theologi, spiritum hunc nõ mundi ventũ intelligũt, sed Spiritum sanctum, Patris & filij qui tũ initio creaturarũ conditorẽ se & creatorem illarũ agebat, & hinc maximè intelligamus Spiritũ sanctũ Deũ esse qui inter ipsa nascentis mũdi rudimẽta, numinis sui potentiã in creaturarũ creatione ostẽdit, & ab illa haudquaq̃ alienus sit. Huc facere putãt ferebatur, q̃ Hebraicæ scribitur מרחפת participũ Piel ab רחף quod significat, mobilitauit, mouitabat, & significat talẽ motionẽ qualẽ peragit

Rabi Moyses lib. 2. Ductoris.

miluus, aut alia auis pendens in aëre cũ furtim descendendo cupit prædæ incũbere. Est igitur hic sensus: Et spiritus Dei mouitans seu volitans aut velitans super faciem aquarum. Sed propius ad spiritu sancti dignitatẽ accedit Rabi Salomonis interpretatio, qui verbum רחף interpretatur, incubuit, fouit, in modũ alitis quæ alis suis oua fouet & complectitur donec pulli excludãtur, vt sit sensus. Spiritus Dñi fouebat aquas. Hunc intellectum Basilius libens amplectitur, συνέβαλπε δὲ ἐζωογόνει τὴν τοῦ ὑδάτων φύσιν κατὰ τὴν εἰκόνα τῆς ἐπωαζούσης ὄρνιθος καὶ ζωτικήν τινα δυνάμει ἐνιείσης, τοῖς ὑποβαλπομένοις ὡς ἐπιφερομένου τοῦ πνεύματος τοῦτο δὴ τῷ ζωογονίαν τῶν ὑδάτων φύσιν παρασκευάζοντος. .i. Cõfouebat & viuificat aquarũ naturã in modum alitis quæ ouis insidet, & vitalẽ virtutẽ infundit quibus insidet, sic etiã Spiritus sanctus super aquas ferebat, id est, viuificam & vitalem aquarũ naturã parabat, vt ab eis paulò post res omnes creandæ prodirent. Quid magis res omnes conditas & proinde instabiles, exprimere potest quàm aquæ ipsæ, mutuo successu sibi succedentes & abeuntes? Generatio pterit, inqt Salomon, & generatio aduenit. Quid aliud significare putãdus est Homerus qui ab Oceano omnia existere scribit nisi creaturarum omnium instabilitatem & vicissitudinem, vltro citroq̃ fluentium ac refluentium ac nusquam subsistentium.

R. Salomõ

Basilius ꝟ mil. B. hexam.

Ecc. 1.

ὠκεανὸς ὅς περ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.

Homerus. iliad. ξ.

Et Xenophanes Colophanius ab Homero occasionem accipiens hæc de creatione omnium inquit:

Xenophanes.

ἀλλ᾽ ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ. Id est. Sed nos omnes aqua sumus.

Suphas igitur aquas tanq̃ suas Spiritus sanctus fertur, vt appareat eum creaturarum omnium & conditorem esse & Dominum. Veteres quoque Theologi locum hunc ad baptismi sacramentũ referunt. Cypríanus. Superferebatur quidẽ elemẽto purificatorio spiritus sanctificator, iã tunc baptismi virtutẽ enuntiãs. Hieronymus quoq̃ ad eũdẽ modũ scribit: Solus spiritus Dei in aurigę modũ sup aquas ferebat, & nascentẽ mundũ in figura baptismatis parturiebat. Ruptus Hieronymo subscribit. Spiritus sanctus

Cyprianus

Hieronymus ad Oceanum.

Rupertus lib. 7. diuin. off.

ctus superferebatur aquis in modum volucris, oua suo calore animantis: ipse nũc superfertur aquis baptismi, & ingredientes sub gratiam suam confouens in veram regeneraret vitam, expandens alas suas, & assumens eos, atq̃ portans in humeris suis. Rursus, explicans illud Ioannis. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quàm habui, priusquam mũdus esset apud te. Videlicet, vt sicut spiritus meus, in principio ferebatur super aquas, vt angelica creatura, per me verbum tuum crearetur, te dicente, fiat lux: ita nunc idem spiritus super aquas feratur, vt per me filium tuũ, noua hominum creatura nascatur, dum in morte mea baptizantur, vnde angelorũ, qui cecidit decimus Ordo instauretur. Beda. Hoc quoq̃ quod dicit, spiritus Dei superferebatur super aquas: significat spiritum sanctum descensurum super Christum, super aquas baptismi, in specie columbæ. E Dixitq̃ Deus. Fiat lux. Et facta est lux. ⊐ Rabi Moyses in opero suo multa non tàm docte quàm etiam piè docet, maxime verò de sermone qui Deo attribuitur hæc tradit. Verbum dicendi vel loquendi æquiuocum est. Quandoque enim dicitur de verbo lingua prolato, sicut dicitur: Loquutus est Moyses. Et iterum: Dixit Pharao. Dicitur etiam quandoq̃ de conceptu mentis, licet non exprimatur sermone, sicut dicitur: Dixi in corde meo. Et loquutus sum in corde meo. Et. Tibi dixit cor meum. Et. Dixit Esau in corde suo, & multa talia. Ponitur etiam pro voluntate, sicut ibi. Dixit vt interficeret Dauid, id est, voluit interficere Dauid. Dictũ ergo & loquela quæ attribuitur Creatori sunt secundũ duos vltimos modos, id est, cum ponitur pro voluntate, vel pro conceptu mentis, siue sciatur per vocem creatam, siue per aliquam speciem prophetæ, de qua loquemur postea, non quod creator loquitur litteratorie vel voce, nec q̃d habeat animam, vel quod sit res addita super substãtiã eius: sed ista referuntur ad ipsum sicut & alia opera: sed agnominatio super voluntate in dicto & loquela est. Et paulo post. Vbicunq̃ autẽ dicitur in opere de Bresit, Dixit, exponitur voluit, alius aũt dixit hoc, & scitur à multis. Cuius rei probatio, scilicet quod illa dicta sunt volũtates, nõ loquelę, est quoniã loquela ad ali

Rupertus libro 12. in Ioan.

Beda in Genes.

R. Moyses Ægyp. lib. 1. Duc.

quod creatũ profertur, & tũc nõ erat aliqua creatura. Hactenus ille. Huic Moysi Theologiæ Christiani quoq̃ scriptores accedũt. Rupertus de hoc dicẽdo Dei sic scribit. ⊐ Nec verò ita sẽsu pueriles simus, vt putemus Deũ, vocalẽ, dentib. palato, & labijs, cũ plectro linguę percussis, elemẽtali sono dixisse, Fiat lux, sicut nec in eo, q̃d spiritus Dei ferebat super aquas, phantasma illud admittimus, q̃d stãs, aut sedẽs in aliqua parte, magnũ anhelitũ suum super aquas omnes, sufflãdo emiserit Deus. Non (inq̃) sic infantiliter, aut carnaliter de creatore spiritũ Deo sentiam⁹. Sed nec illas affectiões, quib. mẽte permouemur, vt eo modo, quo dictũ est, verba per aërẽ trãscurrẽtia mittamus, incõmutabili atq̃ impassibili Deo ascribam⁹. Quid ergo? Quod in eo quod dictũ est, Dixit De⁹, nisi generationẽ verbi ęterni verbi Deo, cõsubstãtialis, de cuius effectu, & nos & angeli ratiõales sum⁹, significatã intelligere debemus? Vere em̃ sine voce natu, & oĩa potẽtialiter cõtinẽs verbũ, tũc pater actualiter generauit, quãdo cœlũ & terrã creauit, quãdo lucẽ, &c. fecit. Eructauit ergo cor patris verbũ, & ex utero, i. de suæ substãtię secreto, añ lucĩferũ genuit illud, quãdo dixit, Fiat lux. Hactenus Rupert⁹. Clarũ est apd̃ eruditos Phil. Iudęi nomẽ, viri ingenio & eruditiõe celeberrimi. Hui⁹ cõplura opera allegat Hieron. catalogũ illustriũ virorũ texẽs, sed quæ tẽporũ iniuria ferè oĩa interciderũt. Euse. Cæsarieñ. Phil. opus de agricultura allegat, ubi de uerbo Dei disserit, q̃d haudq̃q̃ putat esse uerbũ aliqd̃ in aëra diffusũ, sed alterã à Deo personã, & Dei filiũ appellat. Hęc uniuersa, inqt Philo, pastor ille & rex Deus iure gubernat, legẽq̃ statuit, rectũ eius uerbũ & primogenitũ filiũ: qui curã totius gregis q̃si maximi regis dux diligẽter suscepit. Rursus. Qui dubitãdi ruborẽ effugere uelit, audacter dicat nulla re materiali machi. mũdi cõseruari: sed uerbo æterni Dei sẽpiterno, q̃d à medijs ad extrema, & extremis ad media, ptẽsum, inuictũ naturę sustinet cursũ, fouẽs ipsũ atq̃ cõseruãs, q̃si uinculũ quoddã, pater q genuit ipsũ cõstituit. Meritò igit̃ nec terra vnq̃ aquis snbmergeť, nec ignis extingueť, nec cętera peribũt, cũ verbũ Dei vocale inter muta elemẽta cõstitutũ oĩa cõseruet. Rurs⁹ alio in loco allegat Ameliũ quẽdã Plat. qui

Rupertus libro 1. in Genesim.

Euseb. Cæsarienf. lib. 7. Euang. præp.

Euse. Cæs. lib. 11. euã gel. præp.

qui de verbo Dei complura scripsit ad modum consona ijs quæ Ioannes Euangelista de eo scripsit. Appellauit verò Amelius hic Ioannem Euangelistam barbaram, propterea quod Iudæus fuerit, nõ Græcus. Amelij verba hæc sunt. Hoc profectò erat verbum, quo ea, quæ sunt, facta sunt vt Heraclitus etiã dicit. Quod etiã ipse Barbarus putat in ordine principij atq; dignitate constitutũ apud Deũ esse, & Deum esse, per quod vniuersa simpliciter essent producta: in quo quæ viuunt vitam habent: & in corporea ipsum cadere, & carnem indutum hominem ita videri, vt naturæ dignitas non lateat: quare rursus resolutum in Deum redire: & Deum talem esse qualis fuit antequã in corpus carnem & hominem deduceretur. Hæc enim non occultè, sed apertè, ac nudo capite, vt dicitur: à Barbari Iudæi theologia, transposita sunt. Barberum enim neminem aliũ hic quàm Saluatoris nostri Euangelistam Ioannem appellauit, qui Euangelium sic incipit: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum &c. Sed melius, inquit Lactantius, Græci λόγον dicunt, quàm nos verbum, siue sermonem: λόγος enim & sermonem significat, & rationem: quia ille est vox, & sapientia Dei. Hunc sermonem diuinum ne philosophi quidem ignorauerunt. Siquidem Zenon rerum naturæ dispositionem, atq; opificẽ vniuersatis λόγον prædicat: quem & fatum & necessitatem rerum, & Deum & animum Iouis nuncupat: ea scilicet consuetudine, qua solent Iouem pro Deo accipere. Omnium verò maxime Plato sermonis huius meminit, quem & diuinissimum appellat, & mundum ab eo constitutum dicit. Sic enim scribit de octo cœlij virtutibus, πάντες δὲ δὴ πάντας λέγωμεν τε καὶ φῶμεν. ἀδελφοὺς τ' εἶναι καὶ ἐν ἀδελφαῖς μοίραις, ᾗ τιμὰς ἀποδιδῶμεν, μὴ τῷ μὲν ἐνιαυτόν, τῷ δ' μῆνα, τοῖς δὲ μήτε τίνα μοίαν τάττωμεν μήτε τινὰ χρόνον. ἐν ᾧ δεῖ ξέρξη τε καὶ τὸν αὐτοῦ πόλον ξυναπτέλλειν κοσμοῦν ὃν ἐτάξε λόγος ὁ πάντων θειότατος ὁρᾶν ὃν ὁ μὲν εὐδαίμων πρῶτον μὲν εἰδύμασιν, ἔπειτα δὲ ἐρῶτα ἔχειν τοῖς κατὰ μαθεῖν ὁπόσα δυνατόν. φύσει δ' ἀναγκὰ ἡγούμενος ἀριδ' οὕτως ἐντυχέσθαι τε δὶ αἰξειν τὸν βίον, τελευτήσας τε εἰς τόπους ἥξειν προσήκοντας ἀρετῆς. Id est, Omnes hos dicamus fratres, & in similibus partibus & honores demus, neq; huic annũ, huic verò mensem, his neq; aliquam partem, vel tempus, in quo peragunt circulum suũ & perficiunt mundum, quem ordinauit sermo omnium diuinissimus, visibilem, Hunc sermonem primum beatus quisq; admiratus est, deinde etiã in amore habuit, vt disceret quęcunq; mortali naturæ possibilia sunt, putans optime sic & fœlicissime vitam se acturum, moriens verò in locase venturum quę virtutibus sunt debita. Hactenus Plato de verbo diuinitus dixit. In hoc sermone, vt ipse inquit, omnium diuinissimo, locutus est Deus: ☞ Fiat lux. Et facta est lux. ☜ Ingẽs hic disputatio est, nedum recentiorum, sed etiam veterum Theologorum, hac primigenia luce à Deo creata, quæ tandem fuerit corporalis ne an intellectualis. Augustinus hic dubius est, & in vtramq; partem propensus. Sed qualis illa sit lux, inquit, & quo alternante motu, qualemq; vesperam & mane fecerit, remotum est à sensibus nostris: nec ita vt est, intelligi à nobis potest, quod tamen sine ulla hæsitatione credendum est. Aut enim aliqua lux corporea est, siue in superioribus mundi partibus longe à conspectibus nostris, siue vnde Sol postmodum accensus est. Aut lucis nomine significata est sancta ciuitas in sanctis Angelis & Spiritus beatis, de qua dicit Apostolus: Quę sursum est Hierusalem, mater nostra æterna in cœlis. Ait quippe & alio loco: Omnes enim vos filij lucis estis, & filij Dei, non sumus noctis, neq; tenebrarum. Ab hac interpretatione nõ abhorret Eucherius semper Augustini assectator. Rupertus quoq; improbat hanc opinionem qua putatur lux illa creata esse acris illustratio & præterea nihil, cum hæc tres duntaxat dies durauerit & statim euanida facta sit, iam quarto die condito Sole, ceterisq; astris. Hoc enim pacto prima illa dies, nulla alia re insignis fuisset, nisi accidenti aliquo, & qualitate, qualis est lux, quæ corpus non est; cæteri verò dies corporibus & substantijs conditis clari essent, quod à primæ diei dignitate & præstantia longè abesse debet, vt nihil insigne præter ceteros habuisset. Porro quod lux corpus non sit declarat Suidas.

Lactantius lib. 4. cõt. gẽ.

Plato in Epinomide.

Augl. 11 de ciu. Dei

Suidas.

das. φῶς δὲ ἐνεργεία καὶ τελειότης ἡμῶν διαφανὲς. τὸ δὲ φῶς οὐδενὶ ἄλλῳ κρίνεται ἢ τῇ ὄψει. φῶς γὰρ ἐστὶ διαφανὲς ἐνεργείᾳ καθὸ δὲ διαφανὲς. τουτέστι τὸ ἑαυτῷ καὶ ἡ τελειότης αὐτοῦ, δύναμει γὰρ ὄντος ἡμῶν διαφανοῦς, ἐπιγινομένου τὸ φῶς καὶ εἰλοποιήσαν καὶ τελειώσαν αὐτὸ, ἐποίησεν ἐνεργείᾳ διαφανὲς. τὸ δ' ὅτι σῶμα δὲ, ὅτι κατὰ ἐκπομπὴν σωμάτων γίνεται. Id est. Lumen est actus quidam & perfectio eius quod fieri potest pellucidũ, lumen nullo alio iudicat nisi ipso visu. Est igitur lux pellucidi actus, quatenus pellucidũ fieri possit, id est, forma & perfectio eius. Si enim lux accesserit ad id quod fieri pellucidũ poterit, tum ei formam dat & perficit Porrò lux ipsa neq; corpus est; neq; fit eo modo quo corpora emitti solent ab aliquo. Melius, inqt Rupertus, magni & nominatissimi patres intellexerũt naturã angelicã lucis nomine significatã. Eorum sensum rationabilem magis approbamus & sequimur, angelicã creaturam rectè lucem esse appellatam, lucem intellectualem, lucem (inquam) non solum, quia vim discernendi habentem, verumetiam quia veri & circumscripti luminis gratia refulgentem. Eucherius ad allegoricum sensum hanc lucem primigeniam refert, nimirum ad fidem quæ inprimis inter dęsas perfidiæ tenebras in hominis pectore illucescere debet: fides enim, ait, prima est in conuersatione, proinde prima die lucem fidei dedit. Vnde & istud primum in Dei præceptis mandatum est: Dominus Deus tuus vnus est. ☞ Et vidit lucem quod esset bona, & diuisit lucem à tenebris: appellauitque lucem, diem: & tenebras noctem. ☜ Scribit Augustinus ijs verbis significari separationem malorum angelorum à bonorum contubernio. Eucherius Augustino subscribit. Diuisio, ait, lucis à tenebris boni angeli separati à malis. Et quia ex ijs quosdã præsciebat, per superbiam casuros: per incommutabilitatem præscientiæ suæ diuisit inter bonos & malos. Malos igitur appellans tenebras, bonos appellans lucem, in ijs dicens: Vidit Deus quia boni sunt, in ijs nullatenus dicens: sicut in omnibus operibus Dei: Vidit Deus quia bonum est, ne malum præuaricatorum videretur approbare Angelorum. Rupertus de hac diuisione idem scribit. Diuisio, inquit, ista lucis & tenebrarum; terribile Dei iudicium super Diabolum esse factum insinuat. De quo Psalmista: Tu terribilis es, inquit, & quis resistet tibi? Ex tunc ira tua, tanquam diceret: Quis tibi resistere potest, cum ex quo tibi quis resistet, ex tunc terribilis exardescat ira tua? Nam ex quo diabolus restitit, id est, resistere voluit tibi, tu iratus es, & resistere non potuit. Cecidit enim Angelus & factus est Diabolus. Hoc terribile iudicium, per diuisionem insinuatur lucis & tenebrarum. Quæ sunt enim istæ tenebræ, nisi omnes Angeli Sathanæ, cũ eodem suo principe? Has vtique tenebras Deꝰ lucemq; diuisit, quia malos angelos à bonis separauit, diuisit, inquam, separatione immutabili, ita vt nec isti qui ceciderunt resurgere: nec illi qui cum peccare possent, peccãdo cadere noluerunt, vlterius vnquã habeant, vel possint peccãdo cadere, verbo nanque Dei cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, Ista lux, isti sunt cœli, lux (inquam) quam Deus à tenebris diuisit, & cœli quos verbo suo, quos spiritu, id est, amore suo Deus firmauit, vt iam obscuri vel dissoluì non possint. Hæc Rupertus. Hieronymus hanc diuisionem lucis à tenebris ad tropologiam refert, vt scilicet in omnibus rebus delectus habẽdus sit, bonum & malum suo quodque loco habendum, vt nec virtutes ipsas, inuidia occæcati, inter vitia referamus; nec vitia ipsa, virtutis loco habeamus. Eiusdem, inquit, criminis est, bonum, lucem & dulce, contrarijs vocare nominibus: cuius malum tenebras, & amarum, vocabulis appellare virtutum. Hoc contra eos qui peccatum nõ putant, si bono detrahant, & non existimant delictum; si laudent malum. Ponunt autem Iudæi bonum malum, & lucem tenebras, & dulce amarum: suscipientes Barrabam latrocinij & seditionis authorem: & cucifigentes Iesum, qui non venerat nisi ad perditas oues domus Israel, vt saluaret quod perierat. In Barraba intelligimus Diabolum; qui quum sit nox & tenebræ, transfiguratur in angelũ lucis. Vnde & Apostolus: Quæ participatio iustitiæ cũ iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? qui consensus Christi & Belial? Neq; enim lucerna tollenda est, & ponenda sub modio, vel sub tecto: sed supra candelabrum;

Rupertus lib. 1. in Genes.

Eucherius lib. 1. in Genes.

Hieron. lib. 1. com. in Esaiam.

Augl. lib. 2. de Gene. ad lit.

Eucherius lib. 1. in Genes.

Rupertus lib. 1. in Genes.

brum, vt omnibus luceat. Nec arbor malos afferens fructus, bonæ arboris est appellanda vocabulo. Vnde in Genesi mystico sermone narratur, quod diuisit Deus inter tenebras & lucẽ. Hactenus Hieronymus. Bernhardus interpretatur tenebras has fusas super faciem abyssi, horrendas & tenebrosas ignorantiæ excœcationes, quibus peccator affectus, sursum ac deorsum rapitur, & cupiditatibus suis fertur. Cæterum diuina gratia affulgente, & sole iustitiæ iam illuescente, cum iã peccator abiectis operibus tenebrarum, induitur arma lucis: tum demũ quasi diuidit Deus lucem à tenebris. ⊏ Appellauitq; lucem, diem: & tenebras, noctẽ. ⊐ Nõ Frustra, neq; incassum hæc nominum impositio veteribus visa est, adeò vt etiam in sacris literis frequens sit, & Deo authori ascribatur. Sed & ethnici nescio quid diuinũ senserint in nominum impositione, adeò vt diis aliud nomen rebus imponere soliti sint, atq; homines. Homerus auem chalcidem à diis sic appellatam scribit, ab hominibus verò Cymidin.

Bernhard. in epistola quad.

Homerus ἰλιαδ. ξ.

ὄρνιθι λιγυρῇ φαλίγκιος, ἥντ' ἐν ὄρεσσι
χαλκίδα κικλήσκουσι θεοὶ ἄνδρες δὲ γύμιδιν.

Sed & herbam Moly salutiferã sic appellatam à diis scribit.

Homerus ὀδυσσ. κ.

ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος·
μῶλυ δὲ μιν καλέουσι θεοί.

Ouidius Homerum sic interpretatur.

Ouidius li. 14. Meta.

Pacifer huic dederat florem Cyllenius album,
Moly vocant superi: nigra radice tenetur.

Lunam quoq; aliter diis appellant, aliter homines, vt author est Orpheus:

Orpheus.

λῶ τε σελήνην
ἀθάνατοι καλέουσι, βροτοὶ δέ τε μῶλυν.

Sic Deus primigeniam lucem tum recens conditam, appellauit יום nec facile vocis etymologia apparet. Dies Græcè vocatur ἡμέρα. Nec vox hæc semper eodem modo apud Græcos prolata fuit, vt author est Plato. Nã vetustissimi, ἱμέραν vocabãt, & ἑμέραν, recẽtiores, ἡμέραν. Etymologia potest esse, vt Plato inquit, ὅτι γὰρ ἀσμένοις τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἱμείρουσιν, ἐκ τοῦ σκότους τὸ φῶς ἐγίγνετο, ταύτην ὠνόμαζον ἱμέραν. Id est. Quoniam lux ipsa è tenebris nascebatur, hominibus multum gaudentibus & desiderantibus illam, eoq; illam vocauerunt ἱμέραν, id est, desiderium. Porrò οἱ ἡμέρας etymologiam hanc tradit: καὶ τοί τινες οἴονται, ὡς δὴ ἡμέρα ἥμερα ποιεῖ, οἷα τοῦτα ἀνομάζοντες αὐτὸ ὀρθῶς. id est: Quoniam alii qui putant quod ἡμέρα, id est, dies facit ἥμερα, id est, mansueta, ob eam causam sic appellatam. Hanc Platonis sententiam confirmare videtur Tibullus, qui feras ipsas die cicurari & mansuefieri scribit.

Plato in Cratylo.

Tibullus libro 1.

Longa dies homini docuit parere leones,
Longa dies molli saxa peredit aqua.

Dies à Deo dicitur, authore Varrone, Cœlum enim putabant Deum quendam esse, cuius motu dies conficitur. Igitur à cœlo Deo dies dictus est. Festus verò inquit, dies dictus, quod diuini sit operis, siue à Ioue, vt putabant, rectore, qui Græcè ζεὺς διός appellatur, siue quod aër diurnus dehiscat in candorem. Nox Hebraicè vocatur לַיְלָה Latinè nox dicitur à nocendo, vt Varro scribit, propterea quod omnia nisi interueniat Sol, pruina obriguerint. Plato scribit globum terræ cum sole operatorem esse diei & noctis. Vnde inquit, γῆν δὲ τροφὸν μὲν ἡμετέραν εἰλαμένην δὲ πόδι τὸν διαπαντὸς πόλον τεταγμένον φύλακα, καὶ δημιουργὸν νυκτός τε καὶ ἡμέρας, ἐμηχανήσατο. Id est, Fabricatus est terram, nostram educatricem, quæ & in orbem facta est sub mundi polo, custos ordinatus & opifex noctis & diei. Hunc locum Platonis Proclus sic interpretatur. τίνα οὖν ἡ γῆ παρέχεται τῷ παντὶ χρείαν τοιάδε οὖσα; τὸ ἐφεξῆς ὁ τιμαῖος διαζάφησι, φύλακα καὶ δημιουργὸν αὐτὸν ἀποκαλῶν νυκτὸς καὶ ἡμέρας, καὶ ὅτι μὲν ποιητικὴ νυκτὸς δὶ ἁλὸς αὕτη γὰρ ἀποτελεῖ τὸν λεῶνον, ἐπειδὴ σκία αὐτῆς δὶ ὁ λεῶν, καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸ σχῆμα αὐτὸ διδοῦσι τοσόνδε καὶ τοιόνδε σχῆμα τῇ σκιᾷ. πῶς δὴ καὶ τὸν ἡμέρας δημιοῦργον, ἡ καὶ ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ τῇ νυκτὶ συνεζευγμένῃ ἀποτέλεσε. πῶς γὰρ αὐτῇ, εἴτε ἀνατολαὶ θεωρεῖνται καὶ δύσεις. ὅτι δὲ ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ παρέλαβεν τὴν περιαγομένην τῇ νυκτὶ δεδήλωκεν, ὑποτάξας αὐτὴν τῇ νυκτὶ, καθάπερ καὶ πρότερον ἐν οἷς ἔλεγεν, νὺξ μὲν ἐν ἡμέρᾳ τε γέγονεν ὅτως. ἔστιν δὲ ἀμφοῖν δημιουργὸς ἡ γῆ συναποτελοῦσα καὶ τὴν ἡλίου τὰ συνάμφω μᾶλλον μὴν ὁ μὲν ἥλιος ἡμέρας, ἡ δὲ νυκτὸς αἰτία. Id est. Deinceps Timæus declarabit, quem vsum terra ipsa vniuersò præbebit, custodem & opificem ipsam appellans noctis & diei, & noctis quidem terra effectrix est. Hæc siquidem acuminationem perficit, & vmbra terræ acu-

Varro lib. 5. latinæ lingua.

Festus.

Varro lib. 5. lat.

Plat. in Ti.

Proclus in Timæum Platonis.

acuminata est, cum magnitudo & forma terræ det talem & huiusmodi formam ipsi vmbræ. Quomodo verò diei opifex est? an quia diem nocti coniunctam ipsa perficit? A terra enim ipsa contemplantur & oriens & occidens. Quoniã verò ipsam diem declarauit simul cum ipsa nocte circumagi, subdens ipsam nocti, quemadmodum etiam prius vbi inquit: Nox quidẽ & dies sic sunt: Porro terra ipsa cum Sole & noctem & diem perficit, magis verò Sol diem conficit, terra verò noctis causa est. Rursus paulo post. τὸ γὰρ μήτε ἥλιος καθ' ἑαυτὸ νύκτα καὶ ἡμέραν διωριμένος ποιεῖν, μήτε γῆς μόνης (ἄλλο γὰρ δὴ φωτὸς εἴρησις, καὶ ἄλλο νύξ) εὑρεῖν ὅπως ἂν δι' ἀμφοῖν ἐπιτελεῖται ταῦτα ἡ δημιουργικῆς δὴ ἔργον μαχανῆς. ἡ γὰρ ἡ γῆς ἐν μέσῳ τάξις, καὶ ἡ περὶ ἥλιος χορεία περὶ αὐτήν, καὶ ἡ ἁπλανοῦς ἀνακύκλησις, νύκτας περὶ γῆν καὶ ἡμέρας ἀποτελοῦσιν: ἔτι δὲ καὶ ἡ ἐν τῷ ἐντεῦθεν θέσις ἡ γῆς ἀνάλογον ποιεῖ τῶν δύο νυχθημέρων ἀλλαγήν, ὁπόταν γενομένην ἡ μέσος τὶς αὐτῶν ἀφελῶν, ἰδοῦσεν ἀλλαχοῦ. Id est. Quũ igitur neq; Sol per seipsum, noctem & diem perficere poterit: neque ipsa sola terra (siquidem aliud est luminis priuatio, & aliud nox) inuenire operæ pretium fuerit quomodo duo hæc perficiãtur, & opus est arfice quadam machina. Hæc certè terræ in medio positio, & solis ambitus circũ ipsam & cõstans perpetuusq; circuitus, nocles circa terram & dies perficiunt. Etiam verò hæc terræ in centro positio æqualem facit mutationem eorum quæ noctu & die fiunt, quod certè non fieret, si quispiam terram è medio ipso eximeret & aliò collocaret. Cicero quoq; Platonicos semper imitatus diem & noctem sic describit. Primus Sol, qui astrorum obtinet principatum, ita mouetur: vt cum terras larga luce compleuerit: easdem modo ijs, modo illis ex partibus opacet, ipsa enim vmbra terræ Solí officiens, noctem efficit. Rursus. Sol, cuius magnitudine multis partibus terra superatur circum eam voluitur: isq; oriens & occidens, diem, noctemq; conficit. Hactenus ad litteram hæc dixisse satis sit, quod Deus lucem appellauerit: diem & tenebras noctem. Rupertus Augustino consentiens, primigeniam hanc lucem, angelicam interpretatur creaturam, deinde separationem lucis à tenebris, diuinum dicit esse iudicium, quo desertores Angeli à bonis separati, perpetuo sunt supplicio addicti. Hiciã diem et noctem ad beatos et malos Angelos refert: diẽ interpretatur bonorũ Angelorum pulchritudinem: noctem, malorum horridam tetramq; fœditatem. Quibus nominibus res easdem nuncusque spirituales viri appellant. Verbi gratia, Paulus cum dicit: Omnes vos filij lucis estis & filij Dei non sumus noctis & tenebrarum. Hæc appellatio diei, stabilimentũ est fœlicitatis, firmamentum gratiæ & honoris, vt amplius lux illa, quæ hoc nomen ex ore Dei semel accepit, diesq; vocari meruit, iam non possit in tenebras conuerti, iam non valeat amoueri à fonte luminis æterni: tũc apostantibus spiritibus lucifugis, in luce stare maluit, & idcirco iam in æternũ, lux decoris & pulchritudinis huius, puecta eô est, vt perfecta sit ad similitudinem patris luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Econtra, noctis appellatio firma & stabilis est ex ore eiusdem incommutabilis Dei semel prolata, tenebrarum damnatio: vt quia venit illis pes superbiæ, & de loco suo moti, sua sponte ceciderunt, & iniquitatem operati sunt, iam semel expulsi non possunt stare inconuertibiles apostatæ. Hactenus Rupertus. ⊏ Factumq; est vespere & mane dies vnus. ⊐ Vespera Hebraicè vocatur עֶרֶב à verbo עָרַב miscuit. Inde עֶרֶב vulgum promiscuum, & עֶרֶב vespera, quod lux & tenebræ eo tempore permisceantur, vel quod res ipsæ imperfectæ visæ, indiscretè cognoscantur. Sic apud latinos crepusculũ, quod tamen, vt Varro inqt, à Sabinis ortum est, & significat dubiũ, & res dubiæ creperæ, crepusculum, dies etiã nunc sit an iam nox multis dubium. Vesper stella est q̃ nocte appatente, prima videtur, eam græci vocant Hesperũ. Plautus Vesperuginem. Porro tempus illud dictum à græcis ἑωθινὸν. Mane Hebraice vocatur בֹּקֶר à verbo בָּקַר quæsiuit. fortasse sic dictũ quod mane quisq; suũ negotium quærat. Septuaginta verterũt πρωῖ Iosephus ὄρθρον. Sed tamen Græci vtramque vocem distinguũt, ὄρθρος μὲν γὰρ ἡ πρὸ ἀνατολῆς ἡλίου ὥρα καθ' ἣν ἀνασάντες

Proclus in Plato. Timæum.

Cicero li. 2 de nat. deorum.

Eodẽ loco.

Rup. lib. 1. in Genes.

Varro lib. 5. de lat. lingua.

τες δὲ ὕπνε ὀρθοὶ γιγνόμεθα. Id est, ὄρθρος, id est, mane est tempus ante orientem solem, quo è somno surgimus. πρωΐ δὲ ἡ πρὸ τοῦ καθήκοντος καιροῦ, καὶ ἡσίοδος τελευτήσαι τίνα πρωΐ μαλ' ἠΐθεον, τοῦτ' ἔστι πρόωρον. Id est, πρωΐ, id est, mane est hora ante legittimũ tempus, vnde Hesiodus inquit quendã iuuenem valde mane mortuum, id est, immatura morte præreptum. Suidas tamen hanc distinctionem non videtur curasse cum de πρωΐ sic inquit, πρωΐ δὲ ἔστι πᾶν τὸ διάστημα τὸ μετὰ τὴν ἀλεκτοροφωνίαν. Id est. πρωΐ, id est, mane est totum illud interuallum, quod est post gallicantum. Mane dictum est latinis, aut quod ab inferioribus locis, id est, manibus, exordium lucis emergat, aut (quod verius mihi videtur) ab omine boni nominis. Nam & Lanuuini mane pro bono dicunt: sicut apud nos quoq; contrarium est immane, vt immanis belua, vel immane facinus, & hoc genus cætera, pro non bono. Sed quid putamus esse quod scriptura inquit יום אחד: Et septuaginta recte transtulerunt ἡμέρα μία. Id est. Dies vnus, & nõ dies primus: q̃d ratio totius scripturæ huius consequentiæ postulasse videtur, cum secundus & tertius & sequentes dies enumerentur? Vidit hoc optimè Iosephus qui de hac die sic inquit. καὶ αὕτη μὲν ἡ πρώτη ἡμέρα, μωυσῆς δ' αὐτῶν μίαν εἶπε, τὴν δ' ἀστίαν ἱκανὸς μὲν ἐμοὶ ἀποδοῦναι καὶ νῦν. ὧν δ' ὑπέσχημαι τὴν αἰτιολογίαν ἅπαντων ἰδίᾳ συγγραψάμενος παραδώσειν εἰς τότε καὶ τὴν περὶ αὐτῶν ἑρμηνείαν ἀναβαλλόμαι. Id est. Et hæc qdẽ est prima dies, eã verò Moyses vnã dixit. Et causam quidem nunc reddere possem. Verum pollicitus sum me scripturum de causis omniu[illegible] priuatim, in illud igitur tempus & hanc causam differam. Hactenus Iosephus. Vtinam quod recepit præstare hic in præsentia maluisset quàm in aliud tempus differre, vt scripturæ mysterium sciremus, quur vnum diem dicere maluerit quàm primum. An numerorum rationem & mysterium indicare quàm aperire magis voluerit, vt quantum monadis ipsius sacramentum sit cogitaremus. Vnum, inquit Macrobius, quod μονὰς: id est, vnitas dicitur, & mas idem & fœmina est: par idem atque impar, ipse non numerus, sed fons & origo numerorum. Hæc monas initium finisq; omnium, neque ipsa principij aut finis sciens, ad summum refertur Deum, eiusq; intellectum à sequentium numero rerum & potestatum sequestrat: nec in inferiore post gradu frustra eam desideraueris. Hæc illa est mens, è summo nata Deo, quæ vices temporũ nesciens, in vno semper quod adest, consistit æuo: cumq; vtpote vna, non sit numerabilis, innumeras tamen generum species, & de se creat, & intra se continet. Hæc Mabrobius. Plutarchus de monadis natura hæc scribit: ἡ μὲν γὰρ τοῦ μονάδος φύσις ἐγγινομένη τῷ μὲν περιέχοντι, εὐκρασίαν, ψυχαῖς δὲ ἀρετὴν σωμάτι δὲ ὑγείαν, πόλεσιν δὲ καὶ οἴκοις εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν παρέχει. Hæc monadis natura si cui adfuerit ei bonam temperationem præbet, animabus vero virtutem, corpori vero sanitatem, ciuitatibus & domibus pacem & concordiam. Hactenus Plutarchus. Certe Homerus monadis præstantiam ijs verbis effert: εἷς κοίρανος ἔστω. εἷς βασιλεύς. Id est: Vnus Dominus sit, vnus rex. Sed non contemnenda est hic nostrorum opinio, qui diem ipsam, quam naturalem vocant, suis limitibus vespere & mane includi & finiri scripserunt. Porrò diem constare non solum solis præsentia, sed etiam nocte, quæ diem, quẽ artificialem vocant, sequutura est. Totũ igitur hoc ἡμερονύκτιον, id est, dies & nox, quod viginti quatuor horarum spatio tenditur, vnus dies appellari debet, et nox sequutura in diei præcedentis appellationem transit, extant huius moris cõplura exempla nedum in diuinis litteris, sed etiam vulgari consuetudine, vt cũ dicimus aliquẽ tantum triginta dies vixisse, relinquitur eũ etiam noctes intelligere, auctore Censorino. Diuina igitur authoritate diei initium erit solis ipsius exortus: qui et preteritum finit diẽ, & sequentem inchoat. Hunc morẽ existimandi diem solum Babylonij, vt auctor est Gellius, ex Varrone, sequuti sunt. Ii enim à sole exorto, ad exortum eiusdem incipientẽ, totum id spatium vnius diei nomine appellauere. Aliæ gentes ab hoc more variarunt. Multi in Vmbria vnum & eundem diẽ esse dicebant à meridie ad insequentem meridiem. Athenienses ab sole occaso ad solem iterum occidentem, omne id medium

Hesiodus
Suidas
Macrobius lib. 1. Saturn.
Iosephus li. α ἀρχαι.
Macro. lib. 1. in Som. Scipio.
Plutar. in Homero.
Homer. li. B. iliad.
Censori. de die natali.
A. Gell. li. 3. noct. att.
Plin. lib. 2.

medium tempus, vnum diem esse dicebant. Populum autem Romanũ, ita vti Varro dicit, dies singulos anumerare à media nocte, vsq; ad mediam proximã, multis argumentis ostẽditur. Sacra sunt Romana partim diurna, partim nocturna: sed ea, quæ inter noctem fiunt, diebus adijciuntur, non noctibus. Iurisconsulti quoq; diem ad eundem modum incipiunt: More Romano, inquit Paulus, dies à media nocte incipit, & sequentis noctis media parte finitur. Itaq; quod in ijs viginti quatuor horis, id est, dimidijs duabus noctibus, & luce media actũ est, perinde est quasi qualibet hora lucis actum est. Hunc naturæ & diuinæ censuræ ordinem in die constituenda mirũ est nos Christiauos non curare. In Politicis & ciuilibus negotijs diem censemus à media nocte vsque ad sequentem mediam noctem. Ecclesiastica diuorum festa à vespera exordimur vsque ad sequenten vesperam. Sunt tamen qui hoc consulto, & in mysterio factum putent, vt dies computentur à vespera in vesperam, & adiungatur dies præcedẽti nocti in computatione: cum iuxta naturalem ordinẽ præcedens dies sequenti nocti adiungi debeat: quia homo à luce per peccatũ corruit in tenebras ignorantiæ & peccatorũ, deinde per Christũ à tenebris ad lucem redijt. Vnde Apostolus: Eramus aliquando tenebræ, nũc autem lux in Domino. Auctor est Cæsar, Gallos omnes prædicare se à Dite patre prognatos, idq; à Drudibus proditum dicunt, ob eam causam spatia omnis temporis non numero dierum, sed noctium finiunt: & dies natales & mensium & annorũ initia sic seruant, vt noctem dies sequatur. Hactenus de dierum initio. Longo iam tot seculorum vsu & reipsa experimur, nullum esse mortale ingenium, cui non est aliquod vitium admixtum: ceu perinde secundum hominis naturam sit non carere vicio. Vsq; adeo verum est quod Flaccus canit: Nihil est ab omni parte beatum. Et apud Terentium Cremens cordate & prudenter inquit: Homo sum, humani à me nihil alienum puto. Hoc propemodum videre est in eximijs viris, quos vel Græcia habuit, vel Latium extulit. Homerus summo ac propemodum diuino ingenio vates nonnunq; dormitasse aliquibus visus est: Vergilius inter latinos poetas facile princeps, reprehensione non caret quod summam operi suo manum non addiderit. Clearches apud Atheneum hunc versum adducit: ἀμώμητον δ' ὀδὴν ἐγένετο βροτοῖς. Id est. Nil vsquam est hominum carpere quod nequeas. Et apud Græcos hic puerbialis versus circumfertur: ὀκνεῖ ὅστις πανοῦργος ἀνὴρ ἐυλαμπρος. Id est. Fœlix per oĩa nullus est mortalis. Porrò in ecclesiasticis viris id latius patere potest, quorũ nullum vsque adeò ad summum sanctimoniæ fastigium ascendisse credimus, vt extra omnem viciorum aleam, saltem leuium fuisse putentur. Nec aliquis è piorum cœtu fuit vnquam cuius virtutes non aliquo vitiorum confinio macularentur, & vbi lumen est, ibi ferè vmbra semper esse solet. Quod quidem paradoxa his scripturæ verbis significari putandum est, vbi lux creata memoratur, deinde paulo post subditur: Et factum est vespere, & clarum sit nusquam sic diuinæ gratiæ lucem fulgere, vt viciorum tentatio, tanquam vespera aliqua desit. Gregorius non ineleganter ex ijs scripturæ verbis: Vespere & mane dies vnus; adagium exculpsit, vt vesperam & mane referat ad infœlicia atq; prospera mortalis huius vitæ. Hęc enim duo inuicem connexa & sibi perpetuo coherentia sunt: vt lęta tristibus, infœlicibus prospera succedere soleãt, & fœlicium atque infœlicium semper mixtura quædam sit. Verum est profectò verbum quod aiunt: Nihil quicquam tam prosperè diuinitus hominibus datum, quin etiam admixtum sit aliquid difficultatis. Sapientis verbum est: Non est iustus super terram qui faciat bonũ, & non peccet. Hoc idem Homerus de Ioue ait.

Pandectarum li. 2.
Sentẽ. li. 2.
Hora. li. 2 Od.
Terentius ἑαυτ.
Clearches
Greg. li. 8. Moral.
Eccle. 7.

ἄλλοτε μὲν τε λαοῖσ ὅγε κύδει) ἄλλοτε δ' ἐδλῷ. ιλιαδ. ω.

Id est.

Nunc lætis vitam miscet, nunc tristibus idem.

Menandri quoq; hic versus est:

ἆρ' ὅστις συγγενὲς τι λυπῆ καὶ βίου.

Id est.

Num quæpiam intercedit ijs cognatio; vitæ & doloris?

Non alienũ arbitror ab hac sententia, quod prisci Romani duas diuas coluerunt,

luerunt Angeroniam atque Volupiam: alteram ab angoribus dictam, alteram à voluptate. Et Angeroniæ quidem pontifices in sacello Volupiæ sacrum faciũt, significantes dolores ac voluptates in vita hominum inuicem mixtas esse. Addunt Angeroniæ symulachrum in ara Volupiæ fuisse collocatum, quod dolor comes sit voluptati, & voluptas dolori. Idem hoc in prouerbijs Salomonis legitur: Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Nec minus hæc amborum commixtio ad Christi ecclesiam applicari potest, quæ ex vtrisq; constat, & bonis & malis: tanquam ex granis & paleis, quæ in vna ecclesię area cõstructa credimus. Laborauit hic Augustinus cõtra Donatistas puros & immaculatos scilicet, qui ecclesiam suam synceram & nullius vnquam mali contagione viciatam videri volebant. Atqui Augustinus asseuerat prudenter Christi ecclesiã ex bonis & malis, quod ad sacramentorum attinet communionem, conflatam esse: & triticum cum palea, aurum cum scoria mixtum, neque separari posse, nisi exacto huius temporis cursu, quod in fine mundi expectandum erit. Apud Euripidem idem legitur.

Prouer. 14.

ἐκ ὧν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακὰ
ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις.

Id est.

Bona separare non licet à malis, sed est Mixtura quædam.

Congruit huic dictũ Cratetis, quod refertur apud Laertium: Vix esse quenquam, qui prorsus omni vicio careat, sed omnibus malis punicis aliquod inesse granum putre. Neq; vnquam futurum erit, vt sanctiorem quis cœtum sperare debeat, quã fuit duodecemuiratus Christi, in quo tamen Iudas erat omnium hominum longe teterrimus. Romana respublica duos simul vno æuo extulit, sed moribus longè disiunctos, Cathonem & Catilinam. ¶ Dixit quoq; Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diuisitq; aquas quæ erant sub firmamento ab ijs quæ erãt super firmamentum. ¶ Quod nos legimus firmamentum, in Hebræo legitur רָקִיעַ id est, extensio, à verbo רָקַע expandit, extendit, vt sit, fiat extensio in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, hanc extensionem siue firmamentum postea cœlum appellat. Huius extensionis meminit Dauid in Psalmo decimonono, nam vbi nos legimus, & opera nanuum eius annũciat firmamentum, in Hebræo legitur וּמַעֲשֵׂה יָדָיו מַגִּיד רָקִיעַ Id est: Et opus manuum eius annunciat extensio. Quur autem cœlum extensionis vocabulo appellauerit, duplex ratio reddi potest: prima ex similitudine extensionis, vt extenduntur cortinæ, sumitur: tanquam cœli creati fuerint inuoluti, & secundo die extensi. Argumentum habet hæc expositio ex psalmo centesimo quarto, vbi iuxta Hebraicum legitur, Extendens cœlum velut cortinam. Ratio secunda sumitur ex similitudine extensionis qua extenditur argentum seu ferrum, aut æs in amplas laminas; tanquam cœli creati fuerint absolutè, & secundo die fuerint extensi ad terminos ac figuras quas habent. Septuaginta רָקִיעַ id est, extensionem verterunt στέρωμα, id est, firmamentum. Ingens hic certamen & disceptatio oritur, nedum inter Christianos, verum etiam inter ethnicos, sint ne aquæ elementares super cœlos. Ethnici id omnino fieri posse negant, vt in tam præcipiti & volubili cœli vertigine aquæ aliquæ esse possent, quæ si supra cœlos essent certe cœli conuexitatibus statim defluerent, non sine graui mortalium omnium pernicie. Augustinus ridet talium inscitiam quasi Deo difficile esset aquas in sublimi cœli cardine continere, qui humorem fluidum & frigidum, quem Græci φλέγμα vocant, in superiore omnibus cæteris humani corporis parte, id est, capite posuerit. Ibi enim sedes est phlegmatis secundum Dei opus vtique aptissimè. Christiani pensitatis non solum ijs scripturæ verbis, sed etiam alijs, quas super cœlos esse necessariò confitentur, & Dauid propheta has aquas scit quando inquit in Psalmo quadragesimo octauo רוּמָמִים אֲשֶׁר מֵעַל שָׁמַיִם Id est. Et aquæ q̃ sunt supra cœlos. Sed quale sit illud cœlum siue firmamentum, quod inter geminas has aquas discernit varie intelligunt. Sunt qui cœlum aërem hunc interpretentur, quod non solum in sacris literis consuetum sit aërem hunc cœlum appellare, hinc volucres cœli nouimus: sed etiam ethnicorum literæ idem docent. Varro de cœlo sic scribit: Cœlum dicitur duobus modis, & pars eius summa vbi stellæ, & id quod Pacuuius demonstrat cum dicit: Hoc vide circum supraque quod complexu continet terram, cui subiungit id quo nostri cœlum memorant. Et Plinius idem testatur. Nanque, inquit, & hoc cœlum appellauere maiores quod alio nomine aëra. Græci quoque cœlum pro aëra vsurpant. Plato, οἰκοῦντας γὰρ ᾤ τίνι κοίλῳ τῆς γῆς, ὅ οἰεσθαι ἐπάνω αὐτῆς οἰκεῖν, καὶ τὸν ἀέρα οὐρανὸν καλεῖν. Id est. Ipsos enim habitantes in cauo aliquo terræ, putare super eam habitare, & aërem cœlum appellare. Sic cœli grauitas vel loci, pro malo aëre. Cicero. Corpore vix sustineo grauitatem cœli illius. Estq; hic mos peruetustus, & nõ raro à latinę linguæ scriptoribus vsurpatus, qui aërem hunc nusquã non diffusum, & per terrarum tractusq; maris, longe lateq; patentem, cœlum eleganter appellarunt. Hinc est illud Horatij dictum.

Aug. lib. 11. de ciui. Dei.

Varro lib. 5. de latina lingua.

Plin. lib. 2.

Plato in Phæd.

Cicero.

Cœlum non animum mutant, qui trans mare currũt.

Porrò quod aërem hunc cœlum appellare voluerunt, causam esse arbitror, quod quemadmodum cœlo æthereo nihil sublimius, sic etiam aëre hoc nihil ad hominis valetudinẽ vel tuendã vel viciandam, validius. Hinc est quod Vergilius aërem hunc appellat ætheream auram, quasi cœlestem quendam aërem, & quo sine viuere, ne horã quidẽ valeam?. Nec mirum alicui videri debet si aër hic, respectu terræ, cœlum appellatur, cum etiam terra ipsa, manium & inferorum respectu, cœlum vocetur, quod Vergil. ostendit hoc versu.

Verg. libr. 6. Æneid.

Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes.

Cœlum, inquit Macrobius hic viuorum regionem vocat: quia sicut dij nobis, ita nos defunctis superi habemur. In hac ergo opinione complures sunt, qui firmamentum hoc mediam aëris regionem vocent: quæ superiora elementa ab inferioribus, quasi aquas ab aquis discriminat ac distinguit. Triplicem enim partitionem corporum sublunarium ponunt. Alia supra mediam regionem aëris sunt, suprema scilicet pars eiusdem elementi, & purissimus ignis, quod totum ætheris nomine designatur: Ibi pura, immixta & legitima elementa. Alia infra ipsum aëris meditullium quæ apud nos sunt, vbi elementum nullum purum. (Neque enim purum elementum sensibile) sed mixta omnia ex fœculenta crassioreque parte mundani corporis constant. Intercedens ergo regio aëris, hic vocatur firmamentum, in hac sublimes illæ impressiones apparent, pluuiæ, niues, fulgura, fulmina, tonitrua, cometæ, & cætera id genus. Sunt etiam qui ab Astronomia intellectum mutuentur. Interpretantur enim firmamentum hoc octauam speram, in numeris stellarum facibus aptam. Hæc à græcis vocatur aplanes, à latinis inerratica. Media hæc est inter duas aquas, inter nonum orbem & septimũ. Nonam sphærã appellant cœlum chrystallinũ, quod in modũ glaciei clarum sit & pellucidũ. Saturni sydus inprimis aquarum nomine censetur, vnde & Lucanus inquit.

Macrob. li. 1. in somn. Scipion.

Lucan. lib. 10. Pharſ.

Frigida Saturno glacies & Zona niualis Cessit.

Positum est ergo firmamentum hoc quod diuidit inter cœlum chrystallinum & Saturnum, tanquam inter aquas & aquas. Et hæc interpretatio recentiorum est, qui magis astrologice locum hunc quam Theologice interpretantur. Cæterum veterum theologorum, qui astrologiam semper spernebant, intellectus, conformior est dictis sacrarum literarum, qui super firmamentum, in quo sunt sydera, aquas sublatas credebant, sed quales & quomodo ibi sint aquæ, incertum esse tamen non dubitamus, inquit Augustinus, quia maior est huius scripturæ authoritas, quàm omnis ingenij humani capacitas. Et nos aquas has, quæ in sublimi cœlorum polo infusæ sunt, altius non ingrediemur, sed huius firmamenti, & cœli extenti allegorias scrutemur. Augustinus explicans hunc Psalmi versum: Extendẽs cœlum sicut pellẽ, inquit: Inuenimus extendisse Deũ cœlum sicut pellem, vt intelligamus cœlum sacram scripturam. Hanc authoritatem primo posuit Deus in ecclesia sua, inde cœpit exequi cætera: posuit enim cœlum Deus & extendit sicut pellem, & non frustra sicut pellem. Et paulo post: Quid ergo hic diuina scriptu

Aug. lib. 2. de gen. ad liter.

August. in Pſ. 103.

ra significatur pellis nomine? Quomodo de pelle fecit Deus cœlum, & extendit cœlum sicut pellem? Quia per quos nobis scriptura prædicata est mortales fuerunt. Et paulo post: Placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Si per stultitiam prædicationis futuri erant salui credentes, elegit Deus quædam mortalia, elegit homines mortales & morituros, adhibita lingua mortali, exhibuit sonos mortales, adhibita dispensatione mortalium, adhibuit instrumenta mortalia, & in eo factum est tibi cœlũ, vt in re mortali cognoscères verbum immortale; & fieres tu quoque eiusdem verbi participatione immortalis. Vixit Moyses & mortuus est. Ait enim illi Deus: Ascende in montem & morere. Mortuus est Hieremias, & tot prophetæ mortui sunt, & mortuorum dicta, nõ quia eorum, sed per illos illius erant; qui extendit cœlum sicut pellem, manent vsque ad posteritatem nostram. Rursus alibi: Extendens cœlum sicut pellem. Si extenditur sicut pellis, tanquam liber est extentus vt legatur. Transacto autem tempore quo legitur lex, propterea enim legitur lex, quia nondum venimus ad illam sapientiam, quæ implet corda & mentes viuentium, & non opus erit, vt aliquid ibi nobis legatur, quia in eo quod nobis legitur syllabæ sonant & transeunt: illa autem lux veritatis non præterit, sed fixa permanens, inebriat corda videntum, quomodo dictum est: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente deliciarum tuarum potabis eos, quoniam apud te est domine fons vitæ. Et vide ipsum fontem, In lumine, inquit, tuo videbimus lumen. Modò ergo lectio necessaria est, quàmdiu ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: quum autem venerit quod perfectum est, auferetur quod ex parte est. Neque enim liber necessarius erit neque legemus in illa ciuitate Hierusalem, vbi angeli viuunt, vnde nos modo peregrinamur, & peregrinatio nostra gemit, gemit autẽ si scimus quia peregrinamur. Nam odit valde patriam, qui putat sibi bene esse cum peregrinatur. Nunquid in illa ciuitate vbi sunt angeli euangelium legitur aut apostolus? Verbo Dei pascuntur. Quod verbum Dei vt sonaret nobis ad tempus, verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Sed tamen ipsa lex quæ scripta est, firmamentum nobis est, ibi sit cor nostrum, non compellitur iniquitatibus hominum. Dictum est ergo: Extendit cœlum sicut pellem. Quum autem transeunt tempora necessitatis librorum, fit quod dictum est: Cœlum plicabitur vt liber. Idem alibi primigeniam hanc lucem prima die creatam, firmamẽtum quoque secunda die creatum, ad Christum eiusque ecclesiam refert. Non frustra ait dominus de Moyse: De me enim ille scripsit, nisi quia omnia quæ scripta sunt, etiam cum Deus conderet creaturam, possunt interpretari ad significationem futurorum: vt intelligas fecisse lucem, cum Christus à mortuis resurrexisset. Tunc enim reuera illa lux diuisa est à tenebris, quando immortalitas a mortalitate discreta est. Præterea est etiam Psalmus de prima sabbati, in quo apertissimè resurrectio domini declaratur. Ibi enim dicitur: Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quid euidentius quàm Christum regem gloriæ: de quo dictum est: Si cognouissent, nunquam dominũ gloriæ crucifixissent. Secunda ergo sabbati non debemus intelligere nisi ecclesiam Christi, sed ecclesiam Christi in sanctis, ecclesiam Christi in ijs qui scripti sunt in cœlo, ecclesiam Christi in ijs qui mũdi huius tentationib. nõ cedunt. Ipsi enim digni sunt nomine firmamenti. Ergo ecclesia Christi, in ijs qui firmi sunt, de quibus dicit Apostolus: Debemus autem nos firmi infirmitates infirmorum sustinere: appellata est firmamentum. Hieronymus Augustino consentanea scribit, Prima sabbati, inquit, fecit lucem, secunda sabbati fecit firmamentum Lucem, angelos: firmamentum homines. Habet inde aliquid in nouo testamento. Prima sabbati resurrexit lux Christus. Vnde dicit in euangelio: Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in huuc mundum. Secunda sabbati firmata est ecclesia in fide quando dixit dominus: Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Bernhardus, aquarum hanc diuisionem ab aquis, ad diuinarum rerum ac mundanarum separationem accommodat. Dum enim, inquit, fluctuat circa carnem cogitatio vniuersa, nullum ex ea sperare est fructum salutis. Diuidantur ergo aquæ ab aquis quatenus anima quoq; (vt dignum est) partẽ sibi vendicet solicitudinis & meditationis. Sane inferiores certis limitibus coërceantur, certis contineantur alueis, necessitatis terminos non excedãt, proinde superiores copiosius dilatentur. Hactenus Berhardus. [Appellauitque firmamentum cœlum.] Cœlum Hebraice vocatur שָׁמַיִם vox pluralis numeri tantum, & secundum Ioseph Kimhi sic nominatur, quasi מַיִם שָׁם, id est, ibi aquæ. Est enim firmamentum in medio aquarum, diuidens aquas ab aquis. Hieronymus idem sentit. Inter cœlum & terram, inquit, medium extruitur firmamẽtum: & iuxta Hebraici sermonis ἐτυμολογίαν cælum, id est, שָׁמַיִם schamaim ex aquis sortitur vocabulum. Græcè, cœlum vocatur οὐρανὸς, etymologia non eadem ab omnibus traditur. Plato ἀπὸ τοῦ ὁράω τὰ ἄνω, id est, ab aspiciẽdo superiora οὐρανὸν, id est, cœlũ dictũ putat. ἡ δὲ αὖ τὸ ἄνω ὄψις, καὶ λῶς ἔφει τοῦτο τὸ ὄνομα καλεῖσθαι οὐρανία, ὁρῶσα τὰ ἄνω. οὅθεν δὴ καὶ φάσιν ὦ Ἑρμόγενες, τὸν καλῶς φύσει νοῦν παραγίνεσθαι οἱ μετεωρολόγοι. καὶ τῷ οὐρανῷ ὀρθῶς τὸ ὄνομα κεῖσθαι. Id est. Ab hoc aspectu qui fit sursum pulchre hoc nomen Vrania appellatur, quasi sursum respiciens. Vnde etiam ô Ermogenes qui de sublimibus rebus disserunt, aiunt, purã mẽtem venire. Recte proinde cœlo hinc nomen ductum est. Aristoteles dictum putat οὐρανὸν ἀπὸ τοῦ ὅρου εἶναι τῶν ἄνω, id est, quod terminus quidam sit eorum quæ sursum sunt. Basilius οὐρανὸν, id est, cœlum, à verbo ὁράω, id est, video deducit, quod cœlum vndique per aërem conspicũ sit, & nostris sese obtutibus nusq; nõ offerat. τετηρήκαμεν δὲ πολλαχοῦ τὸν ὁρωμένον τόπον, οὐρανὸν λεγόμενον, ὅσα τὸ ναεὸν καὶ συνεχὲς τοῦ ἀέρος, ἐναργῶς ἡμῶν ταῖς ὄψεσιν ἔστω πεφανερωμένον. καὶ παρὰ τὸ ὁρᾶσθαι τοῦ οὐρανοῦ προσηγορίας ἀξιούμενον Cœlum Latine cœlati argumento dicitur, vt interpretatur Varro, quod veneranda illa & suspiciendа tot micantium stellarum facie, tanquam emblematis quibusdã esculptum sit & celatum. Putat idem Varro cœlum dici à κοίλῳ quod significat cauum, quod ab eruditis, tanquam nimis durum reprobatur. Et hactenus de voce, vt quæque lingua cœlum enunciat, dictum sit. Quærunt hic Theologi num aliud cœlum hic nominetur quod prius firmamentum fuit, ab illo quod in principio creatum sit cum terra. Suidas aliud cœlum esse dicit, & facit duos cœlos, οὐρανοὶ δύο ὁ σὺν τῇ γῇ γεγενημένῳ καὶ ὁ ὕστερον, μέσον τῶν ὑδάτων προσαχθεὶς γενέσθαι, ὃν καὶ στερέωμα προσηγόρευσεν. Id est: Duo sunt cœli, & hoc quod cum terra factum est, & hoc quod posterius, quod iussum est esse medium inter aquas, quod etiam firmamentum appellauit. Gregorius cœlum hoc quod etiam firmamentum appellatur, ad recens creatam angelicam naturam, postea verò in perpetuum confirmatam, refert. Virtutes angelicæ quæ in diuino amore fixæ persteterunt, lapsis superbientibus angelis, hoc in munere retributionis acceperunt, vt nulla iam rubigine surripientis culpæ mordeantur, vt in contemplatione cõditoris sine fœlicitatis fine permaneant: & in hoc quod sunt conditæ æterna stabilitate subsistant. Quod bene apud Moysen ipsa de mundi origine historiæ verba testantur: cum & prius factum cœlum dicitur: & hoc idem postmodum firmamentum vocatur: quia videlicet angelica natura, & prius subtilis est in superioribus condita, & post ne vnquam potuisset cadere mirabilius confirmata. Hæc Gregorius. [Et factum est vespere & mane dies secundus.] Mirum hic plerisque videri solet quod in consummatione secundæ diei, non additum est: Et vidit Deus quod est bonum: quod in prima die, & in tertio, & in quarto, & in quinto, & in sexto additum est, post consummationem operum singulorum, quod tamen Septuaginta in hac secunda die adiecerunt, cum tamen neque in Hebræo habeatur, neque apud Aquilam, Symmachum, Theodotionem. Et quid mirum si in singulorum dierum operibus adiectum est: Vidit Deus quod esset bonum, quum Plato ipse de opifice omnium Deo scribat, θεμις δὲ οὔτ' ἦν οὔτ' ἐστὶ τῷ γε ἀρίστῳ δρᾶν ἄλλο, πλὴν τὸ κάλλιστον. Id est, Phas verò neque erat, neque est ipsi optimo agere aliud nisi id quod est optimum. A mysterio igitur

Aug. in Psal. 93.
Psal. 35.
Aug. in prolog. Psal. 47.
Psal. 23.
Hieronym. in Psa. 47.
Berhardus in paruis serm.
Iosep. Kimhi.
Hieronym. Oceano.
Plato in Cratylo.
Aristoteles de mundo.
Basilius Omilia γ. ἑξαήμ.
Varro lib. 5. de latina lingua.
Suidas.
Gregorius lib. 27. Moral.
Plato in Timæo.

gitur alienũ esse non potest quod secũda hæc dies à bonitatis prædicatione sola eximatur. Sunt qui binarium numerum, in hoc scripturæ loco infamari putent, quia primus ab vnitate degeneret, & diuisionis initiator. Non enim poterat secundus dies qui numerum facit, qui ab vnione diuidit, quod bonus esset Dei sententia comprobari. Notum in scriptura est bilingues damnari & reprehendi, & duplici corde væ comminatur, qui aliud in corde occultum gestat, & aliud in lingua promptum ostentat, imò vt Homericis verbis vtar, qui loquitur.

Homerus ὀδ'νοσ. σ. μειλιχίοις ἐπέεσι, νόῳ δὲ οἱ ἄλλα μενοίνα.

Id est,

Blandis verbis, mens autem illi alia cogitabat.

Sunt inter ecclesiasticos scriptores, in-
Orig. lib. 1. cont. Cels. primis verò Origenes, qui Samium Pythagoram putant omnem suam philosophiam à Hebræis acceptam, ad Græcos transtulisse. Hic magnam authoritatem numeris tribuere solebat, & omnia ad numeros referebat, astrorum periodos, & omnium animalium generationes. Putabat vt Laërtius auctor est,
Laertius Diog. in Pythagora. αὐξχὶ μὲν τῶν πάντων, μονάδα τε ἐκ τῆς μονάδος ἀόριστον δυάδα, ὡς ὧν ὕλην τῇ μονάδι αἰτίῳ ὄντι ὑποτετάχθαι. Id est, Principium omnium vnitatem, ex vnitate indifinitã dualitatem, tanquam materiam aliquam suggerẽtem ipsi vnitati, quæ causa existit. Est igitur monas,
Macrob. li. 1. in somn. Scipion. auctore Macrobio, tamque vir, dyas tanquam mulier multum à monade degenerans. Et quemadmodum ab vnitate bona omnia proficisci solent: ita à dualitate contraria omnia. In aëre enim tempestates generat, in animis malitiã, in corporibus morbos, in vrbibus & domibus seditiones & inimicitias. Omne malum ex dissidio & seditione oritur. Hinc &
Homer. lib. β. ἰλιάδ. Homerus inquit, οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. Id est. Pluralitas principantium non bonum. Et duces in bellum & in consilium inducit non δίχα, id est, duplici animo, sed ἕνα ἔχοντες νόον, καὶ ἐπίφρονα βουλήν, vnã habentes mentem & vnum consilium. Hæc igitur dualitatis vicia, Pythagoras è diuinis litteris hausisse videtur, cũ Deus secundum diem benedixisse non legatur, tanquam hic numerus parum faustus, inauspicatusque censeatur. Sed & in arca Noe, omnia animalia, quæcunque bina ingrediuntur, immunda sunt. *Genesis.* Hanc binarij numeri infœlicitatem senserunt Romani ex Numæ regis institutione, quem ob id quidam falso pythagoricum fuisse putabant. Sunt in Romanis fastis Calendæ, Nonæ, Idus. Semper proximus dies inter nefastos & atros referebatur, tãquam secundus quidam dies. Quinetiam eadem obseruatio nulla alia in re magis apparet quàm in secundo anni mense Februario, quem ob id inferis sacrabant, vrbem etiam lustrabant, & iusta dijs manibus in eo soluebant. Hanc mensis huius tristitiam etiam dies ipsius testantur. Nam quum menses cæteri ex impari dierum numero constãt, solus Februarius parem dierum numerum, id est, vigintiocto habet.
Rupertus libro 5. com. in Ioan. Rupertus explicans illud Ioannis: Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse fecit: eandem de binario numero significationem tradit. Omnia sapientiæ eius, id est, filio eius demonstrata placent, & singulorum facta dierum bona iudicantur, in solo secundi diei opere tacetur, scilicet vbi aquæ superiores ab inferioribus diuiduntur, maximeque illud quod præmissum est, diuisitque lucem à tenebris, à laude boni secluditur. Nam antequam dicat. Diuisitque lucem à tenebris, laudatio solius lucis præmittitur, dicente scriptura: Et vidit Deus lucem quod esset bona, atque ita sine laude extrinsecus subiungitur, diuisitque lucem à tenebris. Denique in hoc mundanæ fabricæ visibili opere, quum diuideret Deus lucem à tenebris, vel ab aquis aquas, damna inuisibilis patriæ respiciebat: vbi mali angeli peccando tenebræ facti, à luce, id est, à bonis angelis diuisi sunt: & multitudines aduersæ, à multitudine angelorum in supernis persistentium, velut ista elementares aquæ æterno firmamento, diuisæ sunt. Cuius diuisionis imago est eadem diuisio aquarum, eadem diuisio lucis & tenebrarum visibilum. Itaque cum cætera demonstrata sibi quæ pater faciebat bona iudicaret sapientia Dei, de hoc solo diuisionis opere tacuit: quia videlicet in diuisione nullius erat significatio boni. Hactenus Rupertus. Dixit vero Deus. Cõgregẽtur aquæ q̃ sub cœlo sũt in locum

cum vnum, & appareat arida. Et factum est ita. Et vocauit Deus aridam terram: congregationesque aquarum appellauit maria. ¶ Haud dubio terræ nomine appellauit Moyses τὴν οἰκουμένην. Sic vocatur totius huius globi pars illa quæ à mortalibus inhabitari potest, neque enim totus inhabitatur, ob Oceanum qui magnam eius partem occupat, & quantum illud est quod inhabitatur vocatur οἰκουμένη, id est, inhabitata. Sed neque hæc pars quæ ab Oceano pura est, tota inhabitari potest, partim ob immensum frigus, partim ob æstum flagrantissimum. Diuiserunt igitur veteres hanc οἰκουμένην in quinque zonas, harum media solis ardore torretur, atque ea re inhabitabilis: vocaturque torrida zona. Duæ extimæ ob frigoris immensitatem itidem inhabitabiles cẽsentur. Duæ deinde habitabiles, quæ ob temperiem frigoris atque æstus mortales inhabitare sinit. Cæterum an hæc zonarum iam exacta diuisio, & frigoris æstusque dispertitio per omnia vera sit; penes veteres scriptores hęc veritas sit, qui plus nimio cõiecturis indulserunt, quàm exploratæ certæque experientiæ. οἰκουμένη hæc magno veterum geographorum cõsensu, in tres partes diuisa est: Asiam, Africam, Europam. Terrarum orbis vniuersus, ait Plinius libro tertio, in tres diuiditur partes, *Plinius.* Europam, Asiam, & Aphricam. Origo ab Occasu solis & Gaditano freto, qua irrumpens Oceanus, Athlanticus in maria interiora diffunditur. Hinc intranti dextera Aphrica est: læua Europa. Inter has Asia est. Termini amnes Tanais & *In Iugurt.* Nilus. At qui Salustius author est, quosdam orbem terrarum in duas tãtum partes diuisisse, Asiam & Europam: Aphricam Europæ partem fecisse. In eadem opinione est Varro, qui terram, id est, οἰκουμένην, in Asiam & Europam diuidit. Asia enim iacet ad Meridiem & austrum: Europa ad Septentrionem & aquilonem. Sed & Plinius de Europa scribit plerosque nõ tertiam portionem fecisse: verum æquam, in duas partes, ab amne Tanai ad Gaditanum fretum, vniuerso orbe diuiso. Hanc diuisionem orbis Lucanus
Lucan. lib. 9. Phars. poëta sic describit.

Tertia pars rerum Libyæ si credere famæ
Cuncta velis, at si ventos cœlumq; sequaris,
Pars erit Europæ, neq; enim plus littora Nili,
Quàm Scythicus Tanais, primis à Gadibus abfunt.

Silius quoq; Italicus Punici belli scriptor, haud quaquam pœnitendus, Aphricam Asiæ partem esse canit.

Aut ingens Asiæ latus, aut pars tertia terris.

Sed hanc totius orbis diuisionem tam diuerse traditam, nos missam faciamus: hoc solum in medium afferentes, has tres partes longè inter se dispares & magnitudine inæquales esse. Asia sua magnitudine Aphricam & Europam superat. Aphrica quoque Europa maior est, & longus eius sub Æthiopia ad Meridiem tractus, repertus est. Europa sua latitudine longè minor Asia & Aphrica est, cæterum alijs suis dotibus cum Asia & Aphrica non solum paria facit, verumetiam insigniter vtramque superat. Est enim Europa longè & Asia & Aphrica nobilior, siue cœli clementiam, in frigoris & æstus temperiem sese clementer partientem, spectare velis; siue etiam gẽtium & populorum multitudinem videas, quibus Europa longè Asiam & Aphricam superat, vt non iniuria Plinius li- *Plinius.* bro tertio Europam appellet longè terram pulcherrimã. Aphrica, teste Strabone, libro decimoseptimo viribus longè impar Europæ est. Nam maxima mediterraneæ pars, & regio circa Oceanum deserta est: paruis præterea habitationibus & sparsis & magna ex parte pastoribus, distincta est. Ad solitudinem accedit quod multa loca, quæ habitari possent, non habitantur propter feras. Multum quoque torrida zona occupat. Ora verò quæ ex aduerso nobis est, tota bene habitatur, quæcunque inter Nilum atque Herculis columnas iacet, præsertim ea quæ sub Carthaginensibus est, quanquam & ibi loca quædam intercedant siti vasta, qualia circa Syrtes & Marmaridas & Catabathmum sunt. At Europa longè dissimilis est, quæ victorem omnium gentium populum Romanum extulit, qui longè lateque victricia sua arma circumferens, Aphricam & Asiam Europeis legibus subiecit. Strabo quoque de Europæ laude hæc scribit libro primo, πολύχημον καὶ πᾶσι ἀρετῶν εὐδρῶν ἐνφυέστατη, καὶ πολιτῶν, καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις πλῆσον μεταδιδοῦσα τῶν οἰκείων ἀγαθῶν

ἄγαθων, ἐπειδὴ σύμπασα οἰκουμένη ὅση πλὴν ὀλίγης τῆς ἀοικήτου ὑπὸ νύχθος: αὐτὴ δ' ὁμοιοῦται τοῖς ἀμαξικοῖς τοῖς πόδι τ' τάναλιν τῇ πλὴν μεσότητι καὶ τῷ βορυδῶνι. Id est. Multiformis in primis est, & ad virorum fortitudinē ingenue disposita, ciuiumq; & suarum rerū ad alios transfusiua. Est enim tota habitabilis, in exigua tantummodo parte, propter frigoris vim inhabitabilis, quę finitima sunt Tanaidis & Meotidis incolis Borystenis. Asia vt maxima sit, & multas complectens gentes, imbellis tamen semper habita est, neq; vnquam Europeis populis imperare potuit, quamuis ingentibelli apparatu id conata fuerit. Testimonio sunt Persarum Reges, qui facilè victa Asia, à Græcia tamen, quam subigere studebant, turpi fuga summoti sunt. Celebre dictum est illud Alexandri Molossi patrui Alexandri Magni. Eum Molossum, cum in Italiam transiret, bellum populo Romano facturus, dixisse ferūt: Se quidem ad Romanos ire quasi in ἀνδρωνίτιδα; nepotem verò suum isse in Asiam ad Persas quasi in γυναικωνίτιδα, id est, mulierum domicilium. Notum est de Cęsare Dictatore, quàm facilè Pharnacem Ponti Regem prælio fuderit, quem Cæsar præferocem, intra quintum quam affuerat diem, quatuor quibus in conspectum venit horis, vna profligauit acie, crebro commemorans Pompei fœlicitatem, cui præcipua militiæ laus, de tam imbelli genere hostium contigisset. Et Cæsar in triumpho suo Pontico, ferculo pompæ asscribi iussit, veni, vidi, vici, notam belli celeriter confeci. Hoc est, quod apud Lucanum, Lentulus Consulait:

Lucan. lib. 8. *Quicquid ad Eoos tractus, mundiq; tepores*
Labitur, emollit homines clementia cœli.

Contrà ait.

Omnis in arctois populus quicunq; pruinis,
Nascitur indomitus bellis & mortis amator.

Sed hæc forsitan fusius dicta sunt de tribus partibus οἰκουμένης. Porrò ipsam οἰκουμένην vniuersam, insulam non immerito veteres scriptores vocabant, propterea quod quocunque accedere mortalibus ad terræ nouissima possibile est factum, mare obuenit, quod Oceanum appellamus. Aristotel. de mundo in eadem opinione est, sic scribens, ἡ δὲ σύμπασα οἰκουμένη μία νῆσός ἐστι. Id est. Hic habitabilis orbis omnis, vna insula est. Dionysius de orbe similia scribit.

γὰρ ἐκείνῳ
πᾶσα χθὼν, ἅτε νῆσος ἀπείριτος ἐστεφάνωται.

Id est.

In Oceano enim
Omnis terra tanquam Insula magna ambita est.

Homerus scribit Oceanum à quatuor orbis cardinibus, Oriente, Occidente, Meridie, Septentrione semper inueniri, & illos finire. Orientem solem sic canit. Homerus

ἠέλιος μὲν ἔπειτα νέον προσέβαλλον ἀρούρας ἰλιαδ. η.
δὲ ἀκαλαρρέεται λαβυρρόος ὠκεανοῖο.

Id est.

Inde recens radijs iam Sol percusserat arua,
Oceani lentas alti perfugerat vndas.

Rursus occasum, quod alluatur Oceano, sic describit.

γὰρ ἔπεσ' ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο
ἔλκον νύκτα μέλαιναν.

Id est.

Incidit Oceano lux fulgentissima solis,
Nigrantem noctem ducens.

Meridiem ab Oceano finire nouit, cū Iouem ad Æthiopes, qui ad Meridiem siti sunt, prandendi causa iuisse canit. ἰλιαδ. α.

Ζεὺς γὰρ ἐπ' ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας αἰθιοπῆας,
χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα.

Id est.

Iuppiter Oceanum atq; epulas pietate proborum,
Æthiopum hesternus petijt. ὀδυσσ. α.

Quod autem & septentrionales ad vrsas, ora extrema sit ad Oceanum, hoc pacto sub velamine de visa loquēs, & aliud agens, inquit.

οἴη δ' ἀμόρος ὅδε λουτρῶν ὠκεανοῖο.

Id est.

Oceani sola est vndarum atq; æquoris expers.

Alibi quoq; Oceanum vniuersam terram circuire dicit, vt meritò insula appellanda sit. ἰλιαδ. β.

εἶμι γὰρ ὀφομένη πολυφόρβης πείρατα γαίης
ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν.

Id est.

Ibo vt telluris almiæ confinia spectem,
Oceanumq; Deum genitorem.

Qalem verò formam habeat vniuersa hæc οἰκουμένη, Strabo literis prodere ausus est: vt dica habitabilem hanc terram, chlamydis speciem habere. Hic iam ingens disputatio esset de antipodib. Sunt autem antipodes homines à contraria parte terrę, vbi Sol oritur quando nobis occidit: qui aduersa pedibus nostris vestigia calcant: quiq; etiam ἀντίχθονες dicuntur. Fuerunt apud veteres clarissimi viri non pauci, qui australem illam plagam, nobis septentrionalibus prorsus incognitā esse putabant: propterea q̄d inter nos septentrionales & illos australes oceanus ingens et vastus diffusus sit, quem nemo vnquam classe pernauigare ausus fuisset. In horū opinionē August. quoq; discessit, vt putaret antipodes australes nostris vestigijs aduersos nullo pacto esse posse. Causa verò cur antipodes negabat esse, erat illi sane grauis. Videbat enim vir ingeniosus, si oceanus hic tam ingens & latus nunquam pernauigatus esset, nec nauigari posse, tum necessario sequi, homines illos in australi parte & nobis aduersos, ex Adam origine esse non posse. Quod quia credere noluit, maluit antipodes illos negare quàm argumento premi tam molesto. Sed antipodes esse non solum veterum scriptis certum est, verum etiam nostro æuo Lusitanorum nauigationibus exploratum satis inclaruit. Constat illos polum, quem antarcticum vocant, quiq; nobis perpetuo occultatur, in nouis ab se repertis insulis videre. Non libet huc afferre quæ Lactantius de Antipodibus scribit, cum illos magis deridendo quàm argumentis cōfutando esse neget. Sed erat hoc illius studio satis aptum, vt qui vniuersam ethnicorum phisophiam deridiculam fecerat, antipodes quoque deridendos propinaret.

[Congregationesq; aquarum apellauit maria.] Mare Hebraice duobus nominibus vocatur יָם & תַּרְשִׁישׁ Putant Hebræi propria sua lingua mare תַּרְשִׁישׁ appellari. Quando autē dicitur יָם non Hebraico sermone appellari sed Syriaco. Frequēter legimus in sacris literis אֳנִיּוֹת תַּרְשִׁישׁ id est: naues Tharsis, quod nihil aliud significat nisi naues maris. Porrò hoc loco maria appellat Oceanum illum vastum & immensum, qui vniuersam hanc οἰκουμένην finit: nec minus internum hoc mare quod in orbem terrarum sese longe lateq; insinuat, quodq; appellamus Mediterraneum. Duorum horum marium, vna est congregatio, & vnda vna: sed vt diuersas terras attingit & alluit, ita etiā varijs nominibus censetur. Hoc Hebraica litera significat, quæ sic legit, לִמְקוה הַמַּיִם קָרָא־יָם id est: congregationem aquarum appellauit maria. De vnica hac Oceani congregatione sed varijs nominibus apud varias gentes appellata Dionysius hæc scribit.

τοῦτον δ' ἀκαμάτοις φέρεται ῥόος ὠκεανοῖο
εἰς μὲν ἐών, πολλῇσιν δ' ἐπωνυμίῃσι ἀρηρώς.

Id est.

Vndiq; Fluxus ingentis Oceani fertur
Vnus quidē existēs, multis vero nominibus congruens.

Igitur ab occidente appellatur ἄτλας ἑσπέριος, id est, atlas occidētalis, siue mare atlanticum, siue Oceanus atlanticus, ab Atlante Mauritanię monte. A borea appellaī Oceanus glacialis, propterea q̄d sempiterna glacie cōcretus et cōgelatus sit, appellatur etiam κρονίος ab insula Crono, vt idem Dionysius scribit.

τοῦτον μὲν καλέουσι πεπηγότα τε κρεΐοντα

Alij Oceanum illum appellabant νεκρόν, id est, mortuum, vt idem Dionysius auctor est.

ἄλλοι δ' αὖ καὶ νεκρὸν ἐφημίσαν

Huius septentrionalis Oceani bifariam appellationē apud Orpheum legimus.

ἔμπεσε δ' ὠκεανῷ κρόνιον δὲ κικλήσκουσι
τοῦτον ὑπερβορέων μέροπες νεκρόν τε θάλασσαν.

Id est.

Cecidit in Oceanum: quem appellant Cronii, homines:
Pontum Hyperboreum, & mare mortuum.

Porrò ab oriente & India vocatur Oceanus eous, vt sit Oceanus orientalis & Indicus: Ameridie Oceanus ruber et æthiopicus. Has duas orbis partes ab Oceano appellatas Dionysius sic describit.

αὐτὰρ ὅθι τρώτισα φαίνεται ἀνθρώποισιν
ἠῶον καλέουσι καὶ ἰνδικὸν οἶδμα θαλάσσης
ἄγχι δ' ἐρυθραῖόν τε καὶ αἰθίοπιον καλέουσι
τρὸς νότον.

Id est.

Verum vbi sol primo hominibus apparet
Eoum vocant & Indicum æstum maris
Prope verò rubrum & æthiopicum appellant
Versus notum.

Neq; tamē Oceanus hic, etsi vniuersam οἰκουμένην corona cingat, à terra nostra habitabili abstinet: sed insinuat sese & irrūpit, atq; in duos sinus patescit, idq; potissimum à meridie. Is qui ab oriente est, Persicus vocatur: qui ab occasu, Arabicus. Inter hos geminos sinus Arabia excurrit: Porrò mare q̄ ipsa Arabia ambitur vocaī mare rubrū. Neq; ratio huius appellationis satis inter auctores cōstat.

Græci Erythræum mare vocant à rege Erythra Persei filio, qui in illis locis imperauerit. Porrò ἐρυθρὸς etiam Græcè, appellatur ruber latinè. Hinc igitur factum est vt latini ἐρυθραῖον mare appellẽt rubrum mare, quasi eius aquæ præ cæteris ruberent. Hanc vulgi opinionem coarguit Q. Curtius, quũ de rubro mari sic scribit: Mare ne colore quidem abhorret à cæteris, ab Erythro rege inditum est nomen, propter quod ignari rubere aquas credunt. Sũt tamẽ, vt Strabo auctor est, qui mare illud rubrum appellarunt à colore per reflectionem expresso, vel à sole quum supra verticem est, vel à montibus ex adustione rubentibus. Aiunt etiam quidam, fontẽ quendam esse, qui aquam rubicundam ac minio plenã in mare emittit. Horũ omniũ opinionem Suidas ijs verbis confutat. ἐρύθρα θάλασσα ἐκλήθη ὁ περσικὸς κόλπος ὄκ ἀπὸ τῆς χροιᾶς τῆς ῥόδου καθάπερ τινὲς οἴονται, ἀλλ' ἐκ τινος ἀνδρὸς ἐρύθρα τοῦ προσηγορίας ἐνδυναστεύσαντος τοῖς τόποις. Id est. Rubrum mare vocatus est Persicus sinus, non à colore fluxus, sicut aliqui opinantur, sed à viro Erythra appellatur, qui in illis locis imperium tenuit. Sed hæc vt quisque volet, accipiat. Hebræi mare hoc rubrum vocant יַם סוּף id est, mare caricosum. Est enim סוּף scirpus, carex, juncus. Ab ijs igitur caricibus appellari volunt mare caricosum, quod in littore eius crescant multæ carices: alij volunt quod ex fundo maris illæ prodeant carices, & in superficie eius fluitent. Hæc Hebræorum ratio haud quaquam vana esse poterit, si vera modo sint quæ de rubro mari Plinius prodidit. In rubro mari, inquit, oleæ, virentesq; frutices enascuntur. Cæterum hic Oceanus vndiq; nostram τὴν οἰκουμένην ambijsse non contentus, intrat quoque & mediam secat; idq; ab occasu solis & Gaditano freto, qua irrumpens Oceanus, longè lateq; Aphricam & Europam attingens, varia & ipse nomina assumit, appellaturque hoc mare in vniuersum, mediterraneum, siue internum mare. Orientem versus, Ægypto, Syria, Phœnice, finitur: sed adeò vicinum accessum ad Arabicum sinum molitur, vt vix centum quindecim passuum milia abesse credatur. Porrò aquilonem versus, per Hellesponti angustias & Propontidem atque Bosphorum Thracium; Ponticum mare fundit. De hoc mari interno siue mediterraneo Dauid ait: יָדָה תֵּיכוֹן הַגָּדוֹל וּרְחַב יָדָיִם .i. Hoc mare magnum, & spatiosum locis. Ab hoc mare, Hebræi appellant occidentem יָם & מַעֲרָב id est, mare, siue ad mare. Est enim mare mediterraneum ad occidentem, respectu Hierusalem & Palestinæ. Arida Hebraice vocatur יַבֶּשֶׁת Apparet Hebræis loquutionem hanc familiarem fuisse, vt aridã substantiue pro terra vsurparent. Vnde & Christus de Pharisæis ait: περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν. Id est. Circuitus mare & aridam. Eundem modum etiam Græci vsurparunt qui humidum pro mari & aridum pro terra dixerũt. Aristoteles αὐτὸ γεμὴν τοῦτο τὸ μὲν ὑγρὸν ὅσα ὁ λαλῶν ποταμὸς καὶ νάματα καὶ θαλάσσας εἴδισμεθα, τὸ δὲ ξηρὸν ὁ γῆν τε καὶ ἠπείρους καὶ νήσους ὀνομάζομεν. Id est. Huius mundi pars est humidum quod vocare consueuimus flumina, fontes, & maria: & aridum, quod appellamus, terram, continentes, & insulas. Et apud poetas ὑγρὰ, id est, humida pro mari vsurpatur, vt est illud πολυῤῥὴν ὑγρὴν. In mare magno. Origenes allegorice hoc interpretatur quod arida prius dicta, postea terra appellata sit. Vis scire, inquit, quia aliud sit in scripturis, arida; aliud terra? Audi Aggeum prophetam dicentem. Adhuc semel & ego mouebo cœlum & terram: mare & aridam. Vides quomodo propheta aliud ponit terram, & aliud aridã. Sed & in multis scripturæ locis, inuenimus terram laudabilem nominari. Aridam verò non facilè legimus laudabilem poni. Nam & Adam in hunc locum quasi culpabilis post peccatum detruditur, qui arida nominatus est. Antea enim non fuit in arida, sed in terra. Paradysus nanque non est in arida, sed in terra. Sed & mansuetis quod promittit Dominus in Euangelio, non est arida, sed terra. Beati, enim, inquit, mansueti, quoniam ipsi hæreditabunt terrã. Et iterũ in Euãgelio, semẽ quod dat fructum centesimum, sexagesimũ, & tricesimum, terra dicitur esse nõ arida. Et puto quia profectus quidam sit

lib. 8. *lib. 16.* *Suidas.* *Aristo. de Mundo.* *Org. Omil. 26. super Num.*

ab arida ad terrã veniendi: sicut & profectus quidam fuit, vt hæc arida terra vocaretur. Omnes enim nos, donec infructuosi sumus, & nullum iustitiæ fructum, nullum pudicitiæ, nullum pietatis afferimus, arida sumus. Si autem nosmetipsos cœperimus excolere, & ad virtutum frugem desides animos suscitare, terra efficimur ex arida, quæ verbi Dei suscepto semine læta fruge multiplicet. Hactenus Origines. [Et vidit Deus, quod esset bonum & ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum, faciens fructum iuxta genus suum: cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem & facientem semen iuxta genus suũ. &c.] Quod nos legimus, herbam virentem, in Hebræo legitur עֵשֶׂב זֹרֵעַ Significant hæ voces fere idem, nempe herbam, sed עֵשֶׂב herba est iam recens nata & tenera, עֵשֶׂב grandiuscula, & semini ferendo iam proxima. Septuaginta verterunt. βλαστησάτω ἡ γῆ βοτανὴν χόρτου. Id est. Germinet terra herbam fœni. Et Græci interpretes, cum Ambrosio & Augustino sic legũt. Quod nos legimus, lignum pomiferum, Hebraice legitur עֵץ פְּרִי lignum fructus, & septuaginta ξύλον καρπίμου, id est, lignum frugiferum. Non iniuria inter physicos quæsitum est, quodnam inter quatuor elementa principatum merito sibi vendicare debeat. Et certe si hominis ingenium recte existimare velimus, inueniemus nullum illi deesse posse, & sic elementa cõiurant inter se amice, vt si vnum homini defuerit, reliqua omnia defuisse putanda sint. Pindarus aquam omnibus reliquis elementis prætulit, ἄριστον μὲν ὕδωρ. Id est. Optima quidem aqua. Cæterum à terræ elemento tot sunt mortalibus omnibus cõmoda, vt dubium esse posset, ipsa ne reliquis elementis præferenda sit nec ne. Inenarrabilis enim est terræ benignitas, in frugum, vini, pomorum, herbarum, fruticum, medicamentorum, metallorum generibue. Hæc benigna, mitis, indulgens, vsusq; mortalium semper ancilla, coacta generat, sponte fundit, odores, sapores, succos, colores, nostri causa alit. Hæc etiam medicas fundit herbas, & semper homini parturit. Hanc suam benignitatem, & ad vsus mortalium promptitudinem, ipso suo vocabulo refert. Terram Hebræi vocant אֶרֶץ, eam sic vocari scribunt à verbo רָצָה voluit complacuit, quod terra iugiter vult ferre fructum. Græci terram vocant γῆν, huius etymon Plato tradit. γῆν δὲ μᾶλλον σημαίνει ὁ βούλεται, ἐάν τις γαῖαν ὀνομάσῃ. γαῖα γὰρ γενήτειρα ἂν εἴη ὀρθῶς λεκλημένη, ὅς φησιν Ὅμηρος. τὸ γὰρ γεγάασι, γεγενῆσθαι λέγει. Id est. γῆν .i. terra magis significat qd vult, si quis γαῖαν nominauerit. γαῖα enim quasi genitrix rectè appellata est, quod etiam Homerus inquit, hoc enim γεγάασι pro generatum fuisse dicit. Hactenus Plato. Celebrant poetæ terram varijs cognominibus, sed terra dignis. Homerus eam vocat ζείδωρον.

Pindarus in Olympijs. *Plato in Cratylo.* *Home. lib. β. ιλιαδ.*

δῆμος ἐρεχθῆος μεγαλήτορος ὅν ποτε κοῦρη
θρέψε διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα.

Populus Erechthei inclyti, quem aliquando Pallas
Educauit, Iouis filia, peperit verò tellus ζείδωρος.

Homeri Scholiastes inquit, ζείδωρος ἡ τὰ πρὸς ζωὴν δωρουμένη γῆ. Id est. ζείδωρος dicta est terra eò quod data sit ad vitam. Alibi poeta terram vocat πολυφόρβην, qd multos homines alat.

Scholiastes Homeri. *Home. li. 1 ιλιαδ.*

πολλὰ δὲ καὶ γαῖαν πολυφόρβην χερσὶν ἀλοῖσι

Quod almã terram manibus impie percuteret. Hesiodus quoque tellurem vocat πολυβοτείρην, quod multos educat. Ob hæc ergo beneficia, quæ mortalibus omnibus è terra proueniunt, maternæ etiam venerationis eam nomine dignati sunt, & eousq; ad eius venerationem progressi, vt etiam deam facerent, qui honor olim apud ethnicos summus habebatur. Orpheus terrã vocat, & deam, & matrem:

Hesiod. in erg. *Orpheus in hymnis.*

γαῖα θεὰ, μήτηρ μακάρων, θνητῶν τ' ἀνθρώπων.
πάντροφε, παντοδότειρα, τελεσφόρε, παντολέτειρα.

Terra dea, mater beatorum, mortaliumq; hominum
Omnes nutriens, omnia dans, tributum ferens, omnia consumens.

Habebant Romani deam Opem, quã etiam terram appellabant. Huic deæ,

Macr. li. 1 Saturn. vt auctor est Macrobius, sedentes vota concipiunt, terramq; de industria tangunt, demonstrantes ipsam matrem terram esse mortalibus appentendam. Erāt olim aliquot Germanorum gentes, auctore Tacito, quæ in commune Herthū, id est, Terram matrem colebant, eamq; interuenire rebus hominum, inuehi populis, arbitrabantur. Et ethnicorum vulgus adeò cęcum erat, vt relicto creatore, creaturā eius loco coleret; & è terra, quam matrem rectè vocamus, etiam Deam faceret, sed quam pedibus assiduè calcaret. Sed iam diuina verba audiamus. ⊏ Germinet terra herbam virentem. ⊐ Ethnicis ferè omnibus Græcis & Latinis persuasum erat, primigenios illos homines, & in exordio mundi creatos, ob frugum tum ignorantiam, virentes herbas esitasse, brutorum ritu: deinde cum iam ad cultiorem & paulo humaniorem vitam venissent glandibus victitasse, nondum adhuc cognitis frugibus, & in hoc ferino & duro victu seculis aliquot perseuerasse, donec fruges Cereris beneficio mortalibus sunt concessæ, idq; Triptolomi Attici cuiusdam opera, cuius in Attica satio celebris, veterum scriptis habetur. Ouidius in hac opinione fuit, qui de vetustissimorum illorum hominum victu sic scribit.

Cornelius Tacit de mori. Ger.

Ouid. lib. 4 Fastor.

Panes erant virides, primis mortalibus, herbæ,
Quas tellus, nullo sollicitante, dabat
Postea glans inuenta est, bene erat iam glande reperta
Duraq; magnificas quercus habebat opes
Prima Ceres homine meliora ad alimenta, vocato:
Mutauit glandes vtiliore cibo.

Virgilius quoque idem sentit quum inquit:

Verg. li. 1 Geor.

Liber & alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit arista
Poculaq; inuentis Acheloia miscuit vuis.

Clara apud Romanos erat ciuica corona. Dabatur hæc, vt Plinius scribit, viridi è gramine, decerpto inde vbi obsessos seruasset aliquos. Namq; summum apud antiquos signū victorię erat, herbam porrigere victos, hoc est, terra & altrice ipsa humo, & humatione etiā cedere. Idem etiam narrat glandiferas arbores, quæ primo victum mortalium aluerunt nutrices inopis ac feræ sortis. Et glandes opes esse nunc quoq; multarum gentium, etiam pace gaudentium, constat. Nec non & inopia frugum arefactis molitur farina, spissaturq; in panis vsum. Quin & hodieq; per Hispanias, secundis mensis glans infertur. De Triptolemo veteres plerique omnes scripserunt. Ouidius illi dat genus ignobile, refertq; ex prætenui natum mulieruula, imbecilla in infantia valetudine, quæ mulier cum errantem Cererem hospitio recepisset, beneficio deæ filium firmiorem recepit, alitum interdiu diuino deæ lacte, per noctem verò igne tectum, obrutumq;. Ferunt quod Ceres, vt Ouidius inquit,

Plin. li. 11

Ouid. li. 4 Fastor.

Triptolemo partimq; rudi data semina iussit
Spargere humo, partim post tempora longa recultæ

Ouid. li. 5 Metam.

Eam opinionem Græci, Latinique sequuntur fruges in Attica repertas, & Athenienses primas sibi repertarum frugum laudem vendicant. Pausanias: ἀθηναῖοι δὲ καὶ ὅσοι παρὰ τούτοις, ἱσάσι τριπτόλεμον Ϝ λελεῦ, πρῶτον σπεῖραι καρπὸν ἡμέρου. Et: τὸ δὲ πεδίον τὸ ἄρριον σπαρῆναι πρῶτον λέγουσι, καὶ πρῶτον αὐξῆσαι καρπός. Id est, Athenienses & quicunque apud ipsos sunt, sciunt Triptolemum Celei filium primum seuisse fructū cicurem. Et campum Rhariū primum seminatum fuisse dicunt, & ibi creuisse fructus. Iustinus quoque de Atheniensibus scribit: Primi lanificij & olei & vini vsum docuere. Arare quoque & serere frumenta, glande vescentibus monstrauerūt. Hæc igitur est Græcorū & Latinorum vana opinio, frugū vsū initio, et ab orbe cōdito nō fuisse, sed glandibus & virentibus herbis, quadrupedū more victitasse hoēs & postea post aliquot secula frugū vsum repertum à Triptolemo in Attica. Erroris huius causam Græci ipsi præbuerunt, gens in laudum suarum præconia, effusissima. Constat Græciam ipsam multis & frequentibus tum bellorum, tum pestilentiæ cladibus adeò vexatam, vt nulla apud ipsos rerum præteritarum monumēta perseuerare potuerint. Hinc factum est, vt quæ olim, & ab initio condi-

Pausanias

Iustin. li. 2

diti orbis apud ipsos contigerunt, interciderint, penitusq; in obliuionem venerint; & quæ in præsentia fiebant, semper recentia & nouicia putata sint. Et hoc est quod sacerdos quidam Ægyptius ad Solonē Atheniensem dixit, vt est apud Platonem, ὦ Σόλων Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδες ἐστέ, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν. ἀκούσας δὴ πρὸς τί τοῦτο λέγεις φάναι; νέοι ἐστὲ ἐπᾶν, τὰς ψυχὰς πάντες. οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε δι' ἀρχαίαν ἀκοὴν παλαιάν δόξαν, οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιόν οὐδέν. τὸ δὲ τούτων αἴτιον τόδε. πολλαὶ καὶ κατὰ πολλὰ φθοραὶ γεγόνασιν ἀνθρώπων, καὶ ἔσονται, πυρὶ μὲν καὶ ὕδατι μέγισαι, μυρίοις δὲ ἄλλοις ἕτεραι βραχύτεραι. Id est. O Solon Solon, Græci semper pueri estis, nec est quisquā è Græcia senex, quia iuuenis semper vobis animus, in quo nulla est ex vetustatis commemoratione prisca opinio, nulla tempore cana disciplina. Hæc verò est horum causa, Multæ & per multa corruptelę hominum & fuerūt & erunt, maximè quidem per ignem & aquam, aliæ verò breuiores per multa alia. Iis ergò vastationibus credibile est veterem rerum memoriam abolitam, & famem atrocem Græcię incubuisse, in qua homines ob frugum inopiam, vt fieri solet, herbis & glandibus vescerentur, & Triptolemū frugibus abundantem, esurienti popello alimenta dedisse & inopiam depulisse. Hoc ergo tam ingens in omnes beneficium, Græci, vt est gens vanissima, in maius extulerunt, & Triptolemum tanquā frugum repertorem celebrarunt, quum prius herbis & glandibus victitarent, idq; magis frugum inopia quam ignorantia: quum illę non tum repertæ primum sint, sed à condito orbe simul cœpissent. Sed quid dicturi sumus ad hæc scripturæ verba, quibus nulla frugum mentio fit, sed tantum herbæ virentis, & herbæ fœni: ⊏ Producat terra herbam virentem, ⊐ quę postea ex equo tam hominibus quam brutis in cibum data refertur. Auctor est Augustinus fœnum hic intelligendum esse fructiferum, sicut est frumentum: nam & hoc fœnum appellatur in sacra scriptura, sicut in Genesi iussa est producere terra omne lignum, & omne fœnum, nec adiunctum est, omne frumentum: quod procul dubio non præteriretur, nisi fœni nomine etiā hoc intelligeretur, & in multis alijs scripturarum locis hoc inuenitur. Hæc Augustinus. Ad hunc modum & nodus ille apud Matthæum optimè soluitur, vbi Christus inquit: Si ergo fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: fœnum hoc frugiferum, id est, frumentum puto, quod commolitum in clybanum mittitur, vt panis inde fiat. Nam de fœno hoc iumentorum pabulo, nescio quem ob vsum in clybanum mitteretur. Nec solum frugiferum hoc fœnum, id est, frumentum, terra edere iussa est, verum etiam lignum pomiferum. Vetus Hebraicæ linguæ mos est, arborem nomine ligni appellare. Plinio in vniuersum omnes arbores his nominibus distinguere placet, vt arborum quædā siluestres sint, quædam vrbaniores. Ergo mites, quæ fructu, aut aliqua dote vmbrarumue officio humanius iuuant, non improbè dicuntur vrbanæ. Eædem etiam pomiferæ dicuntur, quæ mitioribus succis voluptatem primæ cibis attulerunt, & necessario alimento delicias immiscere docuerunt, siue illæ vltro siue ab homine didicere blandos sapores adoptione & connubio. Hactenus Plinius. Origenes ad allegoriam trahit quod terra iussa sit producere non solum fœnum, sed etiam vt semen in se habeat secundum genus suum. Et nos ergo ita debemus, & fructificare fructum, & semina habere in nobis ipsis, id est, omniū bonorum operum, omniumq; virtutum semina, in corde nostro continere: vt hæc habentes fixa in mentibus nostris, ex ipsis iam omnes actus, qui incurrerint nobis secundum iustitiam geramus. Isti sunt enim seminis illius fructus, actus nostri, qui ex bonis cordis nostri thesauris proferuntur. Si verò audimus quidem verbum, & ex auditu statim terra nostra producit herbam, & hæc herba antequam ad maturitatem, vel ad fructum veniat, aruerit: terra nostra petrosa appelabitur. Si verò ea quæ dicuntur, profundioribus nitantur in corde nostro radicibus, ita vt & fructum operum af-

Plato in Timæo.

Matth. 6.

Plin. li. 16

Orig. Omilia 1. in Genes.

August. in psalm. 71.

Macr. li. 1. Saturn. vt auctor est Macrobius, sedentes vota concipiunt, terramq; de industria tangunt, demonstrantes ipsam matrem terram esse mortalibus appentendam. Erāt olim aliquot Germanorum gentes, auctore Tacito, quæ in commune Herthū, id est, Terram matrem colebant, eamq; interuenire rebus hominum, inuehi populis, arbitrabantur. Et ethnicorum vulgus adeò cęcum erat, vt relicto creatore, creaturā eius loco coleret: & è terra, quam matrem rectè vocamus, etiam Deam faceret, sed quam pedibus assiduè calcaret. Sed iam diuina verba audiamus. ⊏Germinet terra herbam virentem.⊐ Ethnicis ferè omnibus Græcis & Latinis persuasum erat, primigenios illos homines, & in exordio mundi creatos, ob frugum tum ignorantiam, virentes herbas esitasse, brutorum ritu: deinde cum iam ad cultiorem & paulo humaniorem vitam venissent glandibus victitasse, nondum adhuc cognitis frugibus, & in hoc ferino & duro victu seculis aliquot perseuerasse, donec fruges Cereris beneficio mortalibus sunt concessæ, idq; Triptolomi Attici cuiusdam opera, cuius in Attica satio celebris, veterum scriptis habetur. Ouidius in hac opinione fuit, qui de vetustissimorum illorum hominum victu sic scribit.

Cornelius Tacit de mori. Ger.

Ouid. lib. 4. Fastor.

Panes erant virides, primis mortalibus, herbæ,
Quas tellus, nullo sollicitante, dabat
Postea glans inuenta est, bene erat iam glande reperta
Duraq; magnificas quercus habebat opes
Prima Ceres homine meliora ad alimenta, vocato:
Mutauit glandes vtiliore cibo.

Virgilius quoque idem sentit quum inquit:

Verg. li. 1. Geor.

Liber & alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit arista
Poculaq; inuentis Acheloia miscuit vuis.

Clara apud Romanos erat ciuica corona. Dabatur hæc, vt Plinius scribit, viridi è gramine, decerpto inde vbi obsessos seruasset aliquos. Namq; summum apud antiquos signū victorię erat, herbam porrigere victos, hoc est, terra & altrice ipsa humo, & humatione etiā cedere. Idem etiam narrat glandiferas arbores, quæ primo victum mortalium aluerunt nutrices inopis ac feræ sortis. Et glandes opes esse nunc quoq; multarum gentium, etiam pace gaudentium, constat. Nec non & inopia frugum arefactis molitur farina, spissaturq; in panis vsum. Quin & hodieq; per Hispanias, secundis mensis glans infertur. De Triptolemo veteres plerique omnes scripserunt. Ouidius illi dat genus ignobile, refertq; ex prætenui natum mulicrcula, imbecilla in infantia valetudine, quæ mulier cum errantem Cererem hospitio recepisset, beneficio deæ filium firmiorem recepit, alitum interdiu diuino deæ lacte, per noctem verò igne tectum, obrutumq;. Ferunt quod Ceres, vt Ouidius inquit,

Plin. li. 22

Plin. li. 22

Ouid. li. 4. Fastor.

Triptolemo partimq; rudi data semina iussit
Spargere humo, partim post tempora longa reculta

Ouid. li. 5. Metam.

Eam opinionem Græci, Latiniq; sequuntur fruges in Attica repertas, & Athenienses primas sibi repertarum frugum laudem vendicant. Pausanias: ἀθηναῖοι δὲ καὶ ὅσοι παρὰ τούτοις, ἱστάσι τριπτόλεμον τ̄ λελεοῦ, πρῶτον ἀπεῖραι λαρπὸν ἡμέρου. Et: τὸ δὲ πεδίον τὸ βαρίον ἀπαρῆναι πρῶτον λέγουσι, καὶ πρῶτον αὐξῆσαι λαρπός. Id est, Athenienses & quicunque apud ipsos sunt, sciunt Triptolemum Celei filium primum seuisse fructū cicurem. Et campum Rhariū primum seminatum fuisse dicunt, & ibi creuisse fructus. Iustinus quoque de Athenienſibus scribit: Primi lanificij & olei & vini vsum docuere. Arare quoque & serere frumenta, glande vescentibus monstrauerūt. Hæc igitur est Græcorū & Latinorum vana opinio, frugū vsū initio, et ab orbe cōdito nō fuisse, sed glandibus & virentibus herbis, quadrupedū more victitasse hoēs & postea post aliquot secula frugū vsum repertum à Triptolemo in Attica. Erroris huius causam Græci ipsi præbuerunt, gens in laudum suarum præconia, effusissima. Constat Græciam ipsam multis & frequentibus tum bellorum, tum pestilentiæ cladibus adeò vexatam, vt nulla apud ipsos rerum præteritarum monumēta perseuerare potuerint. Hinc factum est, vt quæ olim, & ab initio conditi

Pausanias

Iustin. li. 2.

diti orbis apud ipsos contigerunt, interciderint, penitusq; in obliuionem venerint; & quæ in præsentia fiebant, semper recentia & nouicia putata sint. Et hoc est quod sacerdos quidam Ægyptius ad Solonē Athenienſem dixit, vt est apud Platonem, ὦ Σόλων Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδες ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν. ἀκούσας οὖν πῶς τί τοῦτο λέγεις φάναι; νέοι ἐστὲ οἱονεῖ, τὰς ψυχὰς πάντες. οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε οὐ ἀρχαίαν ἀκοὴν παλαιὰν δόξαν, οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν. τὸ δὲ τούτων αἴτιον τόδε. πολλαὶ καὶ κατὰ πολλὰ φθοραὶ γεγόνασιν ἀνθρώπων, καὶ ἔσονται, πυρὶ μὲν καὶ ὕδατι μέγισαι, μυρίοις δὲ ἄλλοις ἕτεραι βραχύτεραι. Id est. O Solon Solon, Græci semper pueri estis, nec est quisquā è Græcia senex, quia iuuenis semper vobis animus, in quo nulla est ex vetustatis commemoratione prisca opinio, nulla tempore cana disciplina. Hæc verò est horum causa, Multæ & per multa corruptelę hominum & fuerūt & erunt, maximè quidem per ignem & aquam, aliæ verò breuiores per multa alia. Iis ergò vastationibus credibile est veterem rerum memoriam abolitam, & famem atrocem Græcię incubuisse, in qua homines ob frugum inopiam, vt fieri solet, herbis & glandibus vescerentur, & Triptolemū frugibus abundantem, esuienti popello alimenta dedisse & inopiam depulisse. Hoc ergo tam ingens in omnes beneficium, Græci, vt est gens vanissima, in maius extulerunt, & Triptolemum tanquā frugum repertorem celebrarunt, quum prius herbis & glandibus victitarent, idq; magis frugum inopia quàm ignorantia: quum illę non tum repertæ primum sint, sed à condito orbe simul cœpissent. Sed quid dicturi sumus ad hæc scripturæ verba, quibus nulla frugum mentio fit, sed tantum herbæ virentis, & herbæ fœni: ⊏Producat terra herbam virentem,⊐ quę postea ex equo tam hominibus quàm brutis in cibum data refertur. Auctor est Augustinus fœnum hic intelligendum esse fructiferum, sicut est frumentum: nam & hoc fœnum appellatur in sacra scriptura, sicut in Genesi iussa est producere terra omne lignum, & omne fœnum, nec adiunctum est, omne frumentum: quod procul dubio non præteriretur, nisi fœni nomine etiā hoc intelligeretur, & in multis alijs scripturarum locis hoc inuenitur. Hæc Augustinus. Ad hunc modum & nodus ille apud Matthæum optimè soluitur, vbi Christus inquit: Si ergo fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: fœnum hoc frugiferum, id est, frumentum puto, quod commolitum in clybanum mittitur, vt panis inde fiat. Nam de fœno hoc iumentorum pabulo, nescio quem ob vsum in clybanum mitteretur. Nec solum frugiferum hoc fœnum, id est, frumentum, terra edere iussa est, verum etiam lignum pomiferum. Vetus Hebraicæ linguæ mos est, arborem nomine ligni appellare. Plinio in vniuersum omnes arbores his nominibus distinguere placet, vt arborum quædā siluestres sint, quædam vrbaniores. Ergo mites, quæ fructu, aut aliqua dote vmbrarumue officio humanius iuuant, non improbè dicuntur vrbanæ. Eædem etiam pomiferæ dicuntur, quæ mitioribus succis voluptatem primæ cibis attulerunt, & necessario alimento delicias immiscere docuerunt, siue illæ vltro siue ab homine didicere blandos sapores adoptione & connubio. Hactenus Plinius. Origenes ad allegoriam trahit quod terra iussa sit producere non solum fœnum, sed etiam vt semen in se habeat secundum genus suum. Et nos ergo ita debemus, & fructificare fructum, & semina habere in nobisipsis, id est, omniū bonorum operum, omniumq; virtutum semina, in corde nostro continere: vt hæc habentes fixa in mentibus nostris, ex ipsis iam omnes actus, qui incurrerint nobis secundum iustitiam geramus. Isti sunt enim seminis illius fructus, actus nostri, qui ex bonis cordis nostri thesauris proferuntur. Si verò audimus quidem verbum, & ex auditu statim terra nostra producit herbam, & hæc herba antequam ad maturitatem, vel ad fructum veniat, aruerit: terra nostra petrosa appelabitur. Si verò ea quæ dicuntur, profundioribus nitantur in corde nostro radicibus, ita vt & fructum operum af-

Plato in Timæo.

August. in psalm. 71.

Matth. 6.

Plin. li. 16

Orig. Omilia 1. in Genes.

ferant, & semina in se habeant futurorum: tunc verè vniuscuiusque nostrum terra secundum virtutem suam affert fructum: alia centesimum, alia sexagesimum, alia tricesimum. Ambrosius allegoricè tractat hoc quod vnũquodq; semen ferre iubetur secundum genus suum. Seminemus, inquit, & nos semen secundum genus. Genus hoc non longe est ab vnoquoque nostrũ. In ipso enim viuimus, mouemur, & sumus: sicut quidam vestrum, inquit, dixit: Huius & genus sumus. Secundum hoc genus seminemus semen, non in carne, sed in spiritu. Non enim carnalia, sed spiritualia seminare debemus, qui ad vitam peruenire volumus æternam. Quæ sit autem similitudo nõ ignoras: qui ad imaginem & similitudinem Dei factus es. Herba respondet suo generi, tu non respondebis tuo generi? Fruges non adulterant sui syncerítatem seminis, tu adulteras puritatem animæ, vigorem mentis, corporis castitatem. Idem. In hac germinum specie, & in illo virentis herbæ munere, imago est vitæ humanæ, & naturæ conditionisq; nostræ, insigne quoddam spectatur, & speculum elucet. Illa herba, & flos fœni, figuraest carnis humanæ: sicut bonus diuinitatis interpres, organo suæ vocis expresit dicens: Clama. Quid clamabo: omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis, vt flos fœni: aruit fœnum, & flos decidit: verbum autem Domini manet in æternum. Viret enim & gloria hominis in carne quasi fœnũ, & quæ putatur esse sublimis, exigua quasi herba est, præmatura vt flos, caduca quasi fœnum, germinat vitæ viriditatem in specie, non in fructu solíditatem, breuiori spatio occasura, sicut herba fœni, quod priusquam euellatur arescit. Hactenus Ambrosius. Idem, tractans illud Euangelicum: Iam securis ad radices arborum posita est: Arborum naturam ad hominum ingenium traducit, atque ab arboribus vitæ exempla petenda. Rationabili quodam naturæ munere arbores decoræ ad vsum, ad aspectum venustæ, ad fructum opimæ, surgunt cacumínibus, funduntur brachijs, replentur fructibus, frondibus vestiuntur. Atq; vtinã nos fœcundarum vsum arborum possimus imitari, meritisq; crescentibus longeuæ humilitatis radicè fundati, sublimes ab humo, decori ad speciem, adultos fructuosorum operum vertices erigamus: ne Euangelici securis agricolæ trunci radicem syluestris excindat. Gregorius has herbas virentes, & arbores quas terra producit, ad geminum, quod in ecclesia esse debet, subsidium refert. In ecclesia siquidem Christiana plebs, & verbis pascitur; & defendendo protegitur. Per verba boni satiantur; & per patrocinia tuentur à malis. Benè autem scriptum est: Germinet terra herbam virentem, & facientem semen: & lignum pomiferum, faciens fructum iuxta genus suũ. Quod sic est veraciter factum, vt significaret faciendum. Per terram quippe figuratur ecclesia, quæ & verbi nos pabulo reficit; & patrocinij vmbraculo custodit: quæ & loquendo pascit, & opitulando protegit: vt non solum herbam refectionis proferat, sed & cum fructu operis, arboris protectionem. ¶ Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa & tempora, & dies & annos: vt luceant in firmamento cœli, & illuminent terrã. Et factum est ita. Fecitq; Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei: & luminare minus, vt præesset nocti, & stellas. Et posuit ea in firmamento cœli, vt lucerent super terram, & præessent diei & nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. ¶ Extat opus Eusebij Cæsariensis hominis inprimis docti, quod titulum habet: De Euangelica præparatione, varia eruditione plenum. In hoc ex professo complura adducit, quæ Plato ex sacris literis sumpsisse visus est, quale & hoc est quod de Sole & Luna & Stellis scribit. δεῖ οὖν λόγῳ καὶ διανοίᾳ θεῖ τοιούτῳ τρὸς χρόνῳ γενέσιν, ἵνα γεννηθῇ χρόνος ἥλιος καὶ σελήνη, τέσσαρα ἄστρα, ἐπίκλην ἔχοντα πλάνητες, εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν ἀριθμῶν χρόνου γέγονε. σώματα δὲ αὐτῶν ἑκάστῳ ποιήσας ὁ θεὸς, ἔθηκεν εἰς τὰς περιφορὰς. Id est. A verbo & mente Dei, ad temporis generationẽ, vt generaretur tẽpus, sol & luna & quinq; alia stellæ, quæ planetæ vocãtur, in diuisionem & custodiam numerorũ temporis factę sunt. Corpora quoq; horum fecit Deus & posuit in circulos. Sunt quibus mirũ videtur, quur Moyses, quẽ doctũ fuisse in omni sapientia Ægyptiorũ scimus, nõ exactã de planetis omnib?

Amb. li. 3 Hexam.

Greg. li 19 Moral.

Euseb. Cæsariens. lib. 11. Euan. præp.

Plato in Timæo.

Ambro. in Lucam.

&

& stellis, quæ in octaua sphera voluũtur, mentionem fecerit: sed tantum Solis & Lunæ meminit; stellarum verò nomine tam planetas quàm aplanes indicauit, inter quos quemadmodum longa inter ipsos distantia est, ita etiam natura distare putantur. Respondent quidam hoc rudium & simplicium intellectui datum, quos præter Solem & Lunam & stellas, nihil præterea de cœlestibus scire videmus. Alij dicunt Moysen Solem & Lunam ideò nominasse, quod ij tanquam principatum quendam cœli obtinent, sub quibus alij planetæ intelliguntur. Et quemadmodum duo hæc sydera vniuersali in omnia influxu pollent, ita etiam proximè sibi circunferri à veteribus putata sunt. Plato proximè terram Lunã ponit, statim supra eam Solem statuit, deinde Venerem & Mercurium. σελήνην μὲν εἰς τὴν πρὸς γῆν τρῶτον, ἥλιον δὲ εἰς τὴν δεύτερον ὑπὲρ γῆς. Id est. Luna primum locum circa terram habet, Sol verò secundum locum supra terram. Aristoteles quoq; planetarum ordinẽ à Saturno deinceps sic ponit, σωεχῆ δὲ ἔχει ἄστρα τὴν θέσιν, ὁ τῶν φαίνοντος ἅμα καὶ κρόνου καλούμενος λύκλος. ἐφεξῆς δὲ τῶν φαινόντος ἥλιος λεγόμενος, εἶθ' ὁ πυρόεις ὁ ἡρακλέους τε καὶ ἄρεος τροσαγορευομένος. ἐξῆς δὲ σίλβων, ὃν ἱερὸν ἑρμοῦ καλοῦσιν ἔνιοι, τινὲς δὲ ἀπόλλωνος. μεθ' ὃν, ὁ τῆς φωσφόρου, ὃν ἀφροδίτης, οἱ δὲ ἥρας τροσαγορεύουσιν ἐπὶ τὸ ἥλιον, καὶ τελευταῖος ὁ τῆς σελήνης μέχρι τῆς γῆς ὁρίζεται. Planetę inquit, continuam positionem hanc habent. Supremus circulus est Phœnontis siue Saturni. Deinde Iouis, Deinde rutilus circulus Herculis siue Martis. Post hunc Mercurius. Deinceps Luciferi circulus, quem Veneris appellant siue Iunonis. Postea Solis. Vltimus Lunæ ad terram vsque finitur. At posteriores planetarum ordinem melius, vt putatur emensi, Solem ipsum planetarum medium posuerunt, amplissima, vt Plinius inquit, magnitudine ac potestate: nec temporum modo terrarumque, sed syderum etiam ipsorum cœlique rectorem. Sol Hebraice vocatur, שֶׁמֶשׁ Græce ἥλιος, Dorice ἅλιος. Plato etymologiam nominis hanc reddit: ἅλιος οὖν ἂν μὲν ἂν κατὰ τὸ ἁλίζειν εἰς τοῦτο τοὺς ἀνθρώπους, ἐπειδὰν ἀνατείλῃ, εὖ δ' ἂν καὶ τῷ τὸν ἀεὶ τῶν γῆν εἱλεῖν, ἰὼν. ἔοικοι δ' ἂν καὶ ὅτι ποικίλλει ἰὼν τὰ γιγνόμενα ἐν τῇ γῆς. τὸ δὲ ποικίλλειν καὶ ἀολλεῖν, τοὐτόν. Id est. Sol ἅλιος vocatur, ab ἁλίζειν conuocando homines in vnum, simulatque exoritur. Vel ab eo circum terram εἱλεῖν volui. Vel certè quod omnia quæ ex terra oriuntur variat & alterat. Hæc Plato. Sol latine dicitur, vt Cicero inquit, vel quia solus ex omnibus syderibus est tantus: vel quia cum est exortus, obscuratis omnibus solus apparet. Hunc, inquit Plinius, mundi esse totius animum, ac planius mẽtem, hunc principale naturæ regimen, ac numen credere decet opera eius æstimantes. Hic lucem rebus ministrat, aufertq; tenebras: hic reliqua sydera occultat, hic vices temporum, annumque semper renascentem ex vsu naturæ temperat: hic cœli tristitiam discutit, atque etiam humani nubila animi serenat: hic suum lumen cæteris quoq; syderibus fœnerat, præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens: vt principi literarum Homero placuisse in vno eo video. Cicero quoq; in Solis laudem ponit, quod sit dux & princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi & temperatio. Dux, inquit Macrobius, quia omnes luminis maiestate præcedit: Princeps, quia ita eminet, vt propterea quod talis solus appareat, Sol vocetur: Moderator reliquorum dicitur, quia ipse cursus eorum, recursusq; certa definitione spatij moderatur. Mens mundi ita appellatur, vt physici eum cor cœli vocauerunt. Luna Hebraice vocatur יָרֵחַ Græce σελήνη. Nominis huius etymologiam Socrates apud Platonem sic reddit. Σω. τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα, φαίνετο τὴν ἀναξαγόραν τοιεῖ ζῆν. Ερ. τί δή; Σω. ἔοικε διαθεῶ τι τοῦ παλαιότερον, ὃ ἐκεῖνος νεωστὶ ἔλεγον. ὅτι ἡ σελήνη ἀεὶ τοῦ ἥλιου ἔχει τὸ φῶς, Ερ. πῶς δή Σω. τὸ μὲν τοῦ σέλας ἀεὶ τὸ φῶς τοῦτον. Ερ. Ναὶ. Σω. νέον δὲ τοῦ ἔνον ἀεὶ δὴ τοῦ σελήνη τὸ φῶς, ἐπεὶ ἀληθῆ οἱ ἀναξαγόρειοι λέγουσι. λύπλεω γὰρ τοῦ ἀεὶ αὐτὴν περιιόντος, νέον ἀεὶ ἐπιβάλλει, ἔνον δὲ ὑπάρχει τὸ τοῦ πρωτέρου μηνός. Ερ. παγκυγε. Σω. Σελαναίαν δὲ γε καλοῦσιν αὐτὴν πολλοὶ Ερ. παγκυγε. Σω. ὅτι ἡ σέλας νέον τε ἀεὶ ἔχει, σελαφηνεστάτη μὲν διακαίστατ' αὐτοῦ ὄνομα τοῦ καλοῦς, συγκεκροτημένον δὲ σελαναίᾳ λέλεκται. Id est, Socrates. Σελήνη, Luna, nomen hoc videtur ipsum Anaxagoram torquere. Er. Quomodo? Soc. videtur hoc nomen demonstrare vetustatem quandam, quam ille dicebat

Plato in Timæo.

Aristot. de mundo.

Plin. lib. 2.

Cic. libr. 2. de nat. deo.

Plin. lib. 2.

Cic. in som. Scip.

Macro. lib. 1. in Som. Scip.

Plato in Cratylo.

Plato in Cratylo.

bat nouiter, quoniam σελήνη Luna à Sole habet lumen Er. Quomodo? Soc. Hoc σέλας & φῶς idem significat, id est, lucem. Er. Certe. Socrat. Noua & vetus lux semper est circa lunam, siquidem vera sunt quæ Anaxagori assectatores dicunt. Circulariter siquidem ipsam lunam circuit, noua lux semper accedit, vetus verò adhuc præsens est prioris mensis. Er. Et valde quidem. Soc. Quoniam verò Luna habet semper & lumen nouum & vetus, σελαννεοαΰεια iustissimè vocaretur, contractè verò, σελαναῦα, à Σέλας νέον, ἔννον, σελήνη Hactenus Plato. Luna Ciceroni dicta est à lucendo, & Varroni, quod sola lucet noctu, dicta que est Noctiluca in palatio. Nam ibi noctu lucet templum. Stella Hebraice vocatur כוכב, Græce ἄστρον, & Plato etymologiam tradit, ἔοικε δὴ ἀστραπῆς ἐπωνυμίαν ἐχεῖν. ἡ δὲ ἀστραπή, ὅτι τὸς ὤπας ἀναστρέφει, ἀναστροπὴ ἂν εἴη, νοῦς ἀστραπὴ καλῶς πεποιημένα λεκτέον. Id est, ἄστρον, id est, stella videtur appellationem habere ab ἀστραπῆ, id est, coruscatione. Coruscatio enim aspectum ad se vertit, sic etiam ἄστρον, id est, stella. Iam verò Solis, Lunæ, & stellarum magnitudo haud dubio terram omnem superat. Sol ait Cicero, omnia clarissima luce collustrans, multis partibus maior atque amplior, quàm terra vniuersa: deinde reliqua sydera magnitudinibus immensis. Plinius de Sole inquit, vt non sit necesse amplitudinem eius oculorum argumentis atq; coniectura animi scrutari immensum esse: qui arborum in limitibus porrectarũ in quotlibet passuum milia vmbras paribus iaciat interuallis, tanquam toto spatio medius. Et quia per æquinoctium omnibus in meridiana plaga habitantibus, simul fiat à vertice: item quia circa solstitialem circulum habitantium Meridie ad Septentrionem vmbræ cadant, ortu verò ad occasum. Quæ fieri nullo modo possent, nisi multo quàm terra maior esset. Homerus quoque Solis magnitudinem & amplitudinem indicat quando eum omnia videre & audire scribit.

Cicer. li. 2. de nat. deo. *Varro lib. 4. de lati. lingua.* *Cic. libr. 2. de nat. deo.* *Plin. lib. 2.*

ἠέλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει.

Homerus ἰλιαδ. γ.

Plato de Sole eiusque magnitudine hæc scribit. τοῦ γὰρ ἥλιου ὅλου, ἢ γῆς μείζω διανοηθῆναι δυνατὸν ὀρθῶς καὶ πάντα δὴ τὰ φερόμενα ἄστρα θαυμαστὸν τι μέγεθος ἔχει. Id est. Totum Solem ipsa terra maiorem cogitare rectè possibile est. Quinetiam astra quæ circunferuntur, admirandam magnitudinem habent. De Lunæ magnitudine Solis respectu, & quot partibus Sole vel maior sit vel minor, parum constat, terra verò maiorem esse certo asseritur. Non posset quippe, inquit Plinius, totus Sol adimi terris, intercedente Luna, si terra maior esset quàm luna. Quod sacra scriptura Lunam appellat מָאוֹר הַקָּטָן id est, luminare minus, hinc esse credendum est quod sola ex cœlestibus corporibus luce lucet aliena, & à Sole accendi tur, eiusque radios acceptos in terram iaculatur. Sed stellarum siue errantium, siue fixarum magnitudo haud quaquã talis existimari debet qualis cernitur, vt inquit Plinius, cum nulla earum sit quæ magnitudine sua Lunam non superet, quod tam immensæ altitudinis ratio declarat. Neque illud admiratione caret quod scriptura refert luminaria ipsa posita esse in firmamento cœli vt lucerẽt; & illuminarent terram, tanquam gemino hoc munere fungi deberent, & superis & inferis illuminare. Sic etiam Homerus Auroram exortam scribit, vt immortalibus mortalibusq; luceret.

Plin. lib. 2. *Plin. lib. 2.*

ἠώς δ' ἐκ λέχεος παρ' ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο
ὄρνυθ', ἵν' ἀθανάτοισιν φόως φέροι, ἠδὲ βροτοῖσι.

Home. lib. λ. ἰλιαδ.

Rursus alio in loco inducit Iouem præcipientem Soli vt oriatur, & luceat immortalibus & mortalibus.

Hom. alibi

ἠέλιε νῦν μὲν σὺ μετ' ἀθανάτοισι φάεινε
καὶ θνητοῖσι βροτοῖσιν ἐπὶ ζείδωρον ἀρούρας.

Ait ergo scriptura. ☩ Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem & noctem. ☩ Solis haud dubio officiũ hoc est, vt quacunq; cœli in parte sit, diem in subiectam terram mittat, Rursus Solis absentia noctem orbi infert. Neq; aliud nox est nisi vmbra terræ. Quum enim Sol subiectum sibi terræ globum radijs illustrat, tum auersa eius pars vmbram vt iaciat necesse est. Orpheus quoq; Solem diei genitorem à dextris dicit esse, noctis verò à sinistris.

Orpheus.

δεξιὸς μὲν γενέτωρ ἠοῦς, ζυώνυμε νυκτός.

Nec diei & nocti sua deest allegoria, quemadmodum in multis alijs. Dies, inquit Lactantius, quem primus Oriens subministrat, Dei sit necesse est, vt omnia quæcunq; meliora sunt. Nox autem, quàm Occidens extremus inducit, eius scilicet quem Dei esse æmulum scimus. Quæ duo etiam in hoc præscius futurorum Deus fecit vt ex ijs & veræ religionis & falsarum superstitionum imago quædã ostenderetur. Nam sicut Sol, qui oritur in die, licet sit vnus, tamẽ quia verum, ac perfectæ plenitudinis lumen est, & calore potissimo, & fulgore clarissimo illustrat omnia; ita in Deo, licet sit vnus, & maiestas & virtus, & claritudo perfecta est. Nox autem, quam prauo illi Antitheo dicimus attributam, eius ipsius multas, & varias religiones per similitudinem demonstrat. ☩ Et sint in signa, & tempora, & dies, & annos, vt luceant in firmamento cœli, & illuminat terram. ☩ Orpheus fere ijsdem verbis horum luminariũ officium hisce versibus significat.

Lactant. lib. 2. cont. gentes. *Orpheus in hymnis.*

ἀστέρες οὐράνιοι νυκτὸς φίλα τέκνα μελαίνης
ἐγκυκλίοις δίναισι πόδι θρόνια κυκλέοντες
αὐταυγεῖς πυρόεντες, ἀεὶ γηγενεῖς ἅπάντων
μοιρίδιοι, πάσης μοίρης σημαίνοντες ὄντες
θνητῶν ἀνθρώπων θείαν διέποντες ἀταρπόν.

Præsens hic scripturæ locus, mirum est quàm efferat cristas Astrologiam illam diuinatricem profitentium, tanquam sacra scriptura prophetantem illam vanitatem hic prædicet, qua nihil magis ridiculum, fallacius, inconstãtius reperitur, imò ne scientiæ quidem vnquam nomine apud cordatos homines dignata est, vt quæ repugnat principijs verarum doctrinarum, inconstans, fallax, ridicula, nec vnquã à sanctis viris & philosophicis ingenijs culta est, sed semper damnata, contempta, & reiecta. Habuit Astrologia hæc diuinatrix (ne quis sibi ex hoc scripturæ loco huius vanitatis patrocinium petat) auctores ignobiles, neq; apud Hebræos tum vnius ac veri Dei cultores in pretio habita est, neq; apud Græcos semper literarum omniũ principes, nata est; sed apud Ægyptios & Chaldæos idololatriæ deditos, excogitata est, sed per auctores obscuros. Ab ijs deinde ad Græcos venit, sed per nugatores quosdã & nullius precij homines, & circulatorum domibus excepta est, philosophorum vero scholas, Licium & Academiam & Porticum nõ intrauit. Neq; vnquam à cordatis & seueris gentibus Astrologica hæc vanitas admissa est, sed contra eliminata, & eius professores supplicio affecti, & coërciti. Et vt ab Hebræis incipiam, quo tempore cum idolorum cultus in Ægypto atq; Chaldæa cum omnium vanitatum insania adolescebat: apud Hebræos veri Dei cultores, per Moysen, per Esaiam, per Hieremiã, per alios prophetas, voce, scriptisq; damnabatur diuinatrix Astrologia. Sic enim Deus per Moysen loquitur: Gentes, augures & diuinos audiunt, tu autem à domino Deo aliter es institutus. Pro eo aũt quod legimus, augures, in Hebr. legitur מְעוֹנְנִים Est autem מְעוֹנֵן is qui ex עֲנָנִים id est, ex nubibus, aut ex astris responsa dat, & dicit hunc aut illum diem cauendum in ijs vel illis electionibus, quæ tamen astrorum influentijs non subijciuntur, puta si vxorẽ duxeris, aut domus fundamenta feceris sub illa constellatione, inauspicacissimã feceris rem. Quinetiam Achinas maximus doctor Hebræorum dicit עֲנָנִים significare eos qui tempora supputant, & fœlices horas ac infœlices obseruant: deriuatur enim dictio illa ab עוֹנָן quod horam significat. Esaias, cum Babylonijs excidium minaretur, & Cyrum regem Persarum per ducentos etiam annos antequam nasceretur, vnctum appellatum, aduersus illos dimicãtem tubis excitaret; ita Chaldeorũ ciuitatẽ desolandã alloquitur: Stent nũc & saluent te augures cœli, qui contemplabantur sydera, & supputabant menses, vt annunciarent euentura tibi, Quod nos legimus augures, in Hebreo legitur חוֹבְרֵי quod significat prognosticatores, contẽplatores astrorum. Septuaginta legunt astrologos, στήτωσαν δὴ καὶ σωσάτωσαν σε οἱ ἀστρολόγοι τοῦ οὐρανοῦ, οἱ ὁρῶντες τοὺς ἀστέρας. Id est. Stent sane & saluent te astrologi cœli, qui contemplantur astra, & cætera. Nec mirum alicui videri debet si astrologi augures etiam nuncupentur, & varias varijs temporibus superstitio ista appellationes sortita est. Olim enim Chaldæi & genethliaci, Augustini temporibus

Achinas. *Esaiæ 47.*

temporibus mathematici & planetarij, nunc Astrologi passim vocitantur. Secundam à sacris literis authoritatem, veteres Theologi sibi vendicant. Eis certè displicebat vndiq; astrologia, licet ea maxime parte qua religionem & mores cœlo subijciebat, hac eam execrabantur, vbique confutabant, hac impiam arbitrabantur, vbiq; vanã, hic blasphemã, vbiq; superstitiosam, hic abominabilem. vbiq; ridiculam. Basilius eam occupatissimam esse dixit vanitatem, Ambrosius inutilem & impossibilem, Chrysostomus, vanam, falsam, ridiculã, Augustinus cum ad populum concionaretur, mathematicum produxit pœnitentem, qui professioni renunciauerat, non aliter quàm si aut ludæus aut ethnicus aliquis regenerationis lauacrum accepisset. Quàm pulchrè idem interpretans Ioannem, insaniæ nostræ nos admonet, qui ad astrologos liberi intramus, vt exeamus serui, & mendacijs emptis libertatẽ illis nostrã erogamus. Et hæc quidẽ, q̃ partim ex sacris literis, partim ex veterib. Theologis addu ximus, satis esse possent ad Astrol. cõfutatione. Accedũt huc quoq; philosophi ipsi, quorum eo grauior authoritas esse debet, quod cum in alijs semper à veritatis luce alieni fuerunt, in hac tamen Astrologiæ confutatione optimè sensisse visi sunt. Plato & Aristoteles philosophiæ principes, Astrologiam indignam putauerunt, de qua verbum aliquando facerent tota sua philosophia, plus eam silendo quàm quicquam voce scriptisue condemnantes. Plato in Timæo Astrologię diuinatricis nusquã meminit. Aristoteles libros suos de cœlo ieiunos sane reliquit, vbi tam multa & preclara de Astrologia dicere potuisset, si eam tanquam scientiam iudicasset; sed cõtra perpetua obliuione tanquam incertã, & circulatorum vnã, damnauit. Pythagoram Astrologiæ fidem non præstitisse, tũ auctor est Theodoretus, tũ Laertius quoque Diogenes & Plutarchus indicarũt. Democriti illud fertur quod ante pedes nemo spectat, cœli scrutãtur plagas Phauorinus Academicus, & Panætius stoicus ipsam incessuerũt: ridetur eadẽ à Seneca, confutatur à Cicerone, & cui nec multa delirãs assentiri potuit Epicurus. Iis tot sapientissimorum hominum prę-

Basilius. *Ambros.*

August. in Psal. 61.

In Ioann.

iudicijs, & ipsa ratione freti Romani, gens in toto terrarum orbe præstantissima, non semel de Mathematicis vrbe & tota Italia pellẽdis serio cogitauit, quorũ è numero L. Pituanius saxo deiectus est. Furius Scribonianus in exilium agitur, quasi finem principis per Chaldæos scrutaretur. Tiberius, auctore Suetonio, mathematicos expulit, sed deprecantibus, ac se artem desituros promittentibus, veniam dedit. Vitellius nulla alia re bona clarus nisi in hac vna, quod mathematicis fuerit infensus. Insequentib. quoq; tẽporib. sub Diocl. sub Constant. sub Gratiano, sub Valentin. sub Theodosio, astrologi, vel deferere professionem, vel pœnas dare professionis coacti sunt. Ipse fœlicissimus Iustinianꝰ ita hoc hominum genus horrebat, vt si quis in eius comitatu deprehenderetur mathematicus, summis ad eculeum vsq; tormẽtis temeritatis suæ lueret pœnas. Tum postremo de hac loquens superstitione, pronunciat Imperator eiusdem esse culpæ affines, & qui docent ista; & qui ad discunt. Quod tamẽ mirum est, tam seuere atq; constanter Iustinianũ tanti nominis Imperatorem, in Astrologos censuisse, vt eorum prædictiones adeo contemnendas putaret, vt ne in bellicis quidem rebus audiendi essent. Sensit certe ipse fortunã propiciã, inconsultis Astrologis. Bella gessit fœliciter, nullã vnquã cladem accepit. Gothorum opes, qui aliquot annos Italiæ imperauerant, fregit, subuertit, atq; ab Italię ceruicib. depulit, nouũq; in ea terra principatũ constituit, quẽ exarchatũ appellabãt. Neq; Italiæ libertate cõtentus, Aphricã quoq; ad Ro. Imp ius retraxit. Exercuerãt in Aphrica tyrannidẽ Vandali, præter barbariẽ, Ariana quoq; hæresi infecti. Eos tũ præferoces atq; sæuos, Belisarij ductũ oppressit, extinxit, & nobilissimã terrã Romani imperij prouinciam fecit. Et hæc quidem omnia ex sententia confecit, Astrologorum tamẽ persequutor, minimeq; illis amicus. Cæterum ne quispiam hic erret ob nominũ similitudinẽ, & pro Astrologia Astronomiam reprehendi putet, sciat Astronomiã neutiquã in nullo carpi, vt que vera scientia sit, & ex veris principijs subsistat. Hæc enim ex quatuor mathematicis artib. vna est, quę cœlestia corpo-

Cornel. Tacit. libr. 12. & 18.

Suetonius in Tiber.

corpora, Solem & Lunam certis rationibus metitur & assequitur, quæ à diuinatrice illa Astrologia tantum distat, quantum à tenebris lux, quantum veritas à mendacio. Habuit mathematica hæc Astronomia clarissimos semper auctores, qui syderum ortus & obitus & motus & sagaci ingenio annotarunt, & ex veris principijs eruditè posteris tradiderunt. Perliberalis & valde honesta cognitio est omnium Astronomiæ partium & dignissima bono viro, sicut Ouidius testatur cum ait:

Ouid. li. 1. Fastor.

Fœlices animæ quibus hæc cognoscere primum
Inq; domos superas scandere cura fuit
Credibile est illos pariter vicijsq; iocisq;
Altius humanis exeruisse caput.

Plinius quoq; Astronomorum ingenium, & mentis sublimitatem hisce verbis effert. Macti ingenio este cœli interpretes, rerumq; naturæ capaces, argumenti repertores, quo deos homines q; vicistis. Viri ingentes supraq; mortalium naturam, tantorum numinum lege deprehensa, & misera hominum mente absoluta in defectibus stellarum, scelera aut mortem aliquam syderum pauente. Porro defectus Solis & Lunæ profectò res est in tota contemplatione naturæ maximè mira, & ostento similis; latuitque diu in naturæ secretario, neque vlli mortalium satis comperta. Primus apud Romanos, defectus Solis & Lunæ in vulgus extulit Sulpiciꝰ Gallus, sub Paulo Æmilio tribunus militũ, pridie quàm Perseus rex superatus est, in concionem ab Imperatore productus ad prædicendam eclipsim; ac tum metu ac solicitudine exercitu liberato. Apud Græcos autem inuestigauit primus omnium Thales Milesius. Stata hæc & canonica syderum circumuolutio, vera & certa Astronomica scientia perdiscitur, vt quæ suis principijs constat, neq; vlli superstitioni affinis est. Quinetiam necessaria est cognitio cœlestium motuum, quia oportet nos in rebus publicis habere descriptionem anni & mensium, quę si non haberentur, nulla posset memoria præteritarum rerum haberi, & multæ præsentes res intempestiuè fierent, & totius anni tempora discernuntur per insignium syderum ortus & occasus & causas naturales tempestatum, & aliarum rerum indicant. Ideo & Moyses ait: ❊Erunt in signa tempora & annos. ❊Et Augustinus: Posita sunt sydera in signa & tempora: non signa, inquit, dicit quæ obseruare vanitatis est, sed vitæ vsibus necessaria, qualia nautæ, agricolæ, & id genus artifices obseruant. Si certe quos memorauimus, veris & naturalibus proprijsq; ac proximis causis indicijsq; nituntur; & ideo raro excidunt à veritate, sed veris præsentionibus futurorum, & fidem suis methodis faciunt, & cum prouentu bonaq; fœlicitate suas artes exercent. Hippocrates nunquam ægri statum futurum inter sydera quærebat, vt qui sciret hæc magis ex lotio queri quàm ex astro; & de pulsu venarum, quã de motu spherarum certius præcognosci. Periti gubernatores non ex Ioue, Saturno, Venere, Marte, Mercurio, præuident tempestates, sed de nube, de ventis, de omni aëris conditione, atq; hæc eorum solers disciplina experimentis vbiq; confirmata, de spiraculo tenuissimi flatus, de nubecula vix conspicua tempestatem intelligit imminentem, cuius nullum præsagigium, nullum signum adhuc patebit oculis aliorum. Nec solum venturam intelligunt, sed qua parte futurum vt excitetur, quomodo declinari, quomodo superari possit, ad quæ sapientia omnis astrologorum caligabit. Ferunt Democritum vsum hac præsagione, metente fratre eius Damaso ardentissimo estu orasse, vt reliquæ segeti parceret, raperetque desecta sub tectum, paucis mox horis sæuo imbre vaticinatione approbata. Hæc enim sunt signa ad quæ Solem & Lunam & stellas factas esse sacra prodit historia, & plures in terra tempestates fiunt, quas sydera ipsa suis faciebus præferunt. De Sole & Luna Vergilius hæc canit.

Plin. lib. 2.

Plin. lib. 2.

August. de genesi ad li ter.

Pli. li. 18.

Verg. li. 1. Georg.

Si vero Solem ad rapidum, lunasq; sequentes
Ordine respicies, nunquam te crastina fallet
Hora, neq; insidijs noctis capiere serenæ.

Et rursus.

Sol quoq; & exoriens, & cum se condet in vndas
Signa dabit: Solem certissima signa sequentur.
Sol tibi signa dabit, Solem quis dicere falsum
Audeat?

Ille

Ille vbi nascentem maculis variauerit ortum
Conditus in nubem, mediosq; refugerit orbe
Suspecti tibi sint imbres.
Cæruleus pluuiam denunciat, igneus Euros
Sin maculæ incipient rutilo immiscier igni
Omnia tunc pariter vento nimbisq; videbis
Feruere.
At si, cum referetq; diem, condetq; relatum
Lucidus orbis erit, frustra terrebere nimbis
Et claro syluas cernes Aquilone moueri.

Pli. li. 18. Post Vergilium Plinius quoque varia præsagia à sole capit, quæ huc afferre absurdum non fuerit, sed vt fides penes auctorem sit. Sol purus oriens atq; non feruens, serenum diem nunciat: at hyberna pallidus grandinem. Si & occidit pridie serenus, & oritur, tanto certior fides serenitatis. Concauus oriens pluuias prædicit: item ventos, cum ante exorientem eum nubes rubescunt, quod si et nigræ rubentibus interuenerint, & pluuias. Cum Orientis atque Occidentis radij rubēt, coire pluuias. Si circa Occidentē rubescūt nubes, serenitatē futuræ diei spōdēt. Si in exortu spargētur partim ad austrū, partim ad aquilonē, pura circa eū serenitas sit licet, pluuiā tñ ventosq; significabūt. Si in exortu aut in occasu contracti cernentur radij, imbrem. Si in occasu eius pluet, aut radij in se nubem trahēt, asperam in proximam diem tempestatem significabunt. Cum Oriente radij non illustres eminebunt, quamuis circundati nube non sint pluuiā portendent. Si ante exortū nubes globabuntur, hyemem asperam denunciabunt. Si ba exortu repellētur, & ad occasum abibunt, serenitatem. Si nubes Solem circumcludent, quanto minus luminis relinquent, tanto turbidor tempestas erit: si vero etiam duplex orbis fuerit, eo atrocior. Quod si in exortu fiet ita vt rubescāt nubes, maxima ostendetur tempestas. Si non abibunt, sed incumbent, à quocunque vento fuerint, eum portendent: si à meridie, & imbrem. Si Oriens cingetur orbe, ex qua parte is se aperit, exspectetur ventus. Si totus defluxerit æqualiter, serenitatem dabit. Si in exortu longè radios per nubes porriget, & medius erit inanis, pluuiam significabit. Si ante ortum radij se ostendent, aquam & ventum. Si circa occidentem candidus circulus erit, noctis leuem tempestatem. Si nebula, vehementiorem. Si candente Sole ventum. Si ater circulus fuerit, ex qua regione is ruperit se, ventum magnum. Hactenus Plinius. Sed, vt inquit Plinius, omnium admirationem vincit nouissimū sidus, terrisq; familiarissimum, & in tenebrarum remedium ab natura repertum, Lunæ. Multiformi hæc ambage torsit ingenia contemplantium, & proximum ignorari maxime sydus indignantium, crescens semper aut senescens. Et modo curuata in cornua, modo æqua portione diuisa, modo sinuata in orbē, maculosa eadēq; subito prænitens, immēsa orbe pleno, ac repēte nulla: aliâs pernox, aliâs sera, & parte diei solis lucē adiuuās, iā verò humilis, & excelsa, & ne id quidē vno modo, sed aliâs admota cœlo, aliâs contigua montibus, nunc in Aquilonem elata, nunc in Austros deiecta. Habet Luna quoque suam Astrologiā, ab agricolis, à nautis, à medicis vtiliter & naturaliter obseruatam, quā ei tanquam signa aliqua Deum addidisse credendum est. Vergilius siquidem hæc Lunæ præsagia scribit. Verg. li. 1. Georg.

Luna reuertens cum primum colligit ignes
Si nigrum obscuro comprenderit aëra cornu
Maximus agricolis, pelagoq; parabitur imber
At si virgineum suffuderit ore ruborem
Ventus erit: vento semper rubet aurea Phœbe.

Plinius eadem fere de Luna scribit. Si splendens exorta puro nitore fulsit, serenitatem: si rubicunda, vētos: si nigra, pluuias: portendere creditur. In quinta, cornua eius obtusa, pluuiam: erecta & infesta ventos semper significant, quarta tamen maxime. Cornu eius septentrionale acuminatum atq; rigidum, illum præsagit ventum, inferius austrum: vtraque recta, noctem vētosam. Si quartam orbis rutilus cingit, ventos & imbres præmonebit. Apud Varronē ita est. Si quarto die Luna erit directa, magnam tempestatem in mari præsagiet, nisi si coronam circa se habebit, & eam synceram: quoniam illo modo non ante plenam Lunam hyematurum ostendit. Si plenilunio per dimidium pura erit, dies serenos significabit: si rutila, ventos: nigrescēs, imbres. Nascēs Luna, si cornu superiore obatro surget, pluuias decrescens dabit: si inferiore, ante pleniluniū: si in media nigritia illa fuerit, imbrē in plenilunio. Si plena circa se habebit orbē, ex qua parte is maximè splendebit, ex ea ventum ostēdet. Si in exortu cornua crassiora fuerint, horridam tempestatem. Lucanus quoq; lunæ quædā præsagia tradit, quæ tempestatem & pluuias portendant. Plin. lib. 2. Lucanus li. 5. pharsal.

Lunaq; non gracili surrexit lucida cornu.
Haud orbis medij puros exesa recessus
Nec duxit recto tenuata cacumina cornu.
Ventorumq; nota rubuit, tum lurida pallens
Ora tulit vultu sub nubem tristis ituro.

Neq; solum generatim lunæ quædam præsagia sunt, sed etiam speciatim quidam dies lunæ siue nascentis, siue decrescentis sunt, qui citra superstitionem obseruari possunt. Quarta luna lucida totius mensis serenitatem pollicetur auctore Vergilio.

Verg li. 1. Georg.
Sin ortu in quarto (nanq; is certissimus auctor)
Pura, nec obtusis per cœlum cornibus ibit,
Totus & ille dies, & qui nascentur ab illo,
Exactum ad mensem pluuia ventisq; carebunt.

Plin. li. 18 Plinius etiam auctor est Ægyptos maximè obseruare quartam lunā. Basilius scribit tertiam lunam serenitatem ipsa serena portendere, obscura pluuiam,

Basil. Omil. 5 ἑξαημ. λεπτὴ μὲν γὰρ ὅσα περὶ τρίτην ἡμέραν καὶ λαθαρὰ, καθαρὰν εὐδίαν καταπαγγέλλεται, παχεῖα δὲ ταῖς λειραίαις καὶ ὑπερυθρῷ φαινομένη, ὕδωρ λάβρον ἀπὸ νεφῶν ἠνότου βιαίαν κίνησιν ἀπειλεῖ, τὼ δὲ ἐκ τούτων σημείωσιν ὅσον τῷ βίῳ παρέχεται τὸ ὠφέλιμον, τὶς ἀγνοεῖ; Id est. Luna cum circa tertiam lunam gracilis fuerit & pura, firmam serenitatem annunciat, crassa verò cornibus & subrubra, aut largas aquas è nubibus, aut violentum austri motum minatur. Horum verò significationem, quis ignorat, quātam vtilitatem afferat vitæ humanæ? Qui dies lunæ apti sint ad sementem faciendam, quíue ad arborum plantationem, indicat Hesiodus ijs versibus.

Hesiodus περὶ ἡμέρων.
μηνὸς δ' ἑσαμένης τρισκαιδεκάτην ἀλέασθαι
σπέρματος ἄρξασθαι, φυτὰ δ' ἐνθρέψασθαι ἀρίστη
ἕκτη δ' ἡ μέσση μαλ' ἀσυμφορὸς ὄζοι φυτοῖς.

Sationi tredecimum diem lunæ ait obesse, propter immodicum humorem lunæ quæ tum pleno fulget orbe. Vetāt enim sementem facere in solo humidiore iusto. Contra eadem dies optima est ad alendas atq; educādas plantas, quoniam vt ait Plutarchus, insita vis radicibus pleniore iam lumine spargitur, eoq; etiā pluuijs & tempestatibus seruntur. Porrò decimamsextam lunā negat idoneam plantationi, quia deficiens lunæ lumen germina satis non euocet. In cędendis arboribus infinitum refert lunaris ratio, nec nisi à vicesima in tricesimā cædi volunt. Inter omnes verò conuenit, vtilissimè in coitu lunæ sterni, quē diem alij interlunium, alij silentis lunæ appellant. Ratio verò cur tempus decrescentis lunæ commodum sit cædendæ materiæ, quoniam tum omnis materia siccior atque attenuatior est: quare non tam facilè marcet cari eq; conficitur, appellaturq; ea materia ab Hesiodo ἀδήκτοτάτη, id est, incorruptissima, à δήκω, id est, mordeo, quæ nō mordetur à vermibus. Et hæc est solis lunæq; Astrologia, quæ ex veris suisq; principibus constat, quæq; etiam vtiliter & absq; superstitione obseruari poterit. Sunt enim ad hæc signa posita magna hæc luminaria, sol & luna. Sed neque circa stellas, obseruationes & signa quædam desunt, quibus certò quædam præsagire possumus. Discurrere eæ videntur, ventiq; protinus sequuntur. Cū repente stellarum fulgor obscuratur, & id neque nubilo, neque caligine, pluuia aut graues denuntiantur temestates. Ex hac stellarum obseruatione, ferunt Democritum, præuisa olei carítate ex futuro Vergiliarum ortu, magna tum vilitate propter spem oliuæ, coëmisse in toto tractu omne oleum, mirantibus qui paupertatem & quietam doctrinam ei sciebant inprimis cordi esse. Atque vt apparuit causa, & ingens diuitiarum cursus, restituisse mercedem anxiæ & auidæ dominorum pœnitentiæ, contentum ita probasse, opes sibi in facili cum vellet fore. In hunc ergo vsum Deus astra in cœlo posuit, non solum vt lucerent, sed etiam vt essent in signa. Addit etiam scriptura, ⊏ In tempora. ⊐ Latina hæc vox non satis explicat scri- Hesiodus eodem libro. Plin. li. 16. Plin. li. 18

pturæ huius intellectum, sed præcedentium linguarum voces satis exprimunt scripturæ sensum. Quod nos legimus, in tempora, in Hebræo legitur לְמוֹעֲדִים Est autē מוֹעֵד tempus quidem, sed non omne, verum certum aliquod & constitutum, & legibus præfixum. Hinc frequenter in sacra scriptura legimus מוֹעֲדִים pro solennitatibus, & suis temporibus celebrandis, vt est Pascha, hebdomadarum festum, tabernaculorum, nouilunia. Sunt igitur hæc sydera constituta à Deo, in tempora, vt suis temporibus & certis Israelitæ sua festa scirent, quæ ad solis lunæq; cursus celebraturi essent. Septuaginta verterunt εἰς καιρὸς, quod idem scripturæ intellectum rectè exprimit, καιρὸς & χρόνος vtraque vox significat tempus, sed diuerso modo. *Ammonius.* καιρὸς μὲν γάρ ἐστι μέρος χρόνου, οἷον μεμετρημένην ἡμέρων σύνθεσιν, χρόνος δὲ πολλῶν καιρῶν περιοχὴ καὶ σύλληψις. Id est, καιρὸς est pars temporis, videlicet aggregatio quædam ex diebus commensuratis, χρόνος est complexio & comprehensio ex multis certisq; diebus: Est igitur sensus, sydera hæc posita esse in tempora, vt scilicet quatuor & certa anni tempora ab ijs perficerentur. Sic Basilius præsentem hunc locum explicat. *Basi. Omil. 5 ἑξαήμ.* καιροὺς δὲ ἡγούμεθα λέγειν τὰς τῶν ὡρῶν ἐναλλαγὰς, χειμῶνος, καὶ ἔαρος, καὶ θέρους καὶ μετοπώρου· ἃς ἐνστάντως περιοδεύειν ἡμᾶς τὸ τεταγμένον τῆς κινήσεως τῶν φωστήρων παρέχει. Id est: Tempora putamus esse immutationes quatuor temporum anni, Hyemis, Veris, Æstatis, & Autumni. Hæc enim quatuor tempora luminaria hæc, quæ circum nos voluuntur, suis motibus efficiunt. De ijs quatuor anni temporibus Vergilius ait: *Verg. li. 1. Georg.*

Temporibusq; parem diuersis quatuor annum.

Orpheus in hymno de sole, eum vocat temperationem siue mixtionem quatuor horum temporum, & tanq; quatuor pedibus incedentem. *Orpheus*

κρᾶσιν ἔχων ὡρῶν, τετραβάμοσι ποσὶ χορεύων.

Vetustissimi quoque antequam fasti vulgo proponerentur ad cœlestia sydera tanquam ad gnomonem quendam certissimum respicientes anni tempora diuidebant, sationem & messem certorum syderum, vel exortu vel occasu, ratam habebant; vt Moysi verba vera esse sciamus, quod sydera in tempora posita sint. Hesiodus ait: messem instare cum oriuntur Pleiades, videlicet ortu Heliaco. Nouembri mane sub terram descendunt, cum noctu conspectæ sunt, id est, occidere cosmice. Id verò tempus sementi faciendæ idoneum iudicant agricolæ. Hesiodi verba hæc sunt. *Hesiodus περὶ ἡμέρων.*

πολιοὶ δ' ἀπλαγιαὶ ὠν ἐπιτελλομεναὶ ὠν
ἀρχεθ' ἀμητοῦ, ἀρότοιο δὲ δυνομεναὶ ὠν.

Vergilius quoque vbique Græcorum imitator sementis tempus pleiadum occasum scribit esse. *Virg. li. 1. Georg.*

Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur
Debita quam falcis commutas semina.

Plinius scribit Pleiades, siue vergilias, nam vtroque nomine vocatur, suo ortu & occasu, æstatem & hyemem indicare. Namque, inquit, vergiliæ priuatim attinent ad fructus, vt quarum exortu æstas incipiat, occasu hyems, semestro spatio intra se messes vindemiasq;, & omnū maturitatem complexæ. Hesiodus initium veris à stella Arcturo incipiat. Estq; primum signum quando Iupiter sexaginta dies, id est, duos menses Ianuarium videlicet & Februarium confecerit, post brumam, vel conuersionem Solis, tum stella Arcturus nuncia veris primum apparere incipit. Est autem Arcturus stella sub zona Bootæ, oritur chronico ortu, id est, vespere initio veris, quando sol ingressus est Arietem. Sed hæc Græcum poetā loquentem audiamus. *Plin. li. 18*

εὖ τ' ἄρ' ἑξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο
χειμέρι' ἐκτελέσῃ Ζεὺς ἤματα, δὴ γὰρ τοτ' ἀσὴρ
ἀρκτοῦρος πολιοῦ ἱερὸν ῥόον ὠκεανοῖο
πρῶτον παμφαίνων ἐπιτέλλεται ἀκρονύχιος.

Hesiodus περὶ ἡμέρων.

Ceterum hæc quadripartita anni distinctio accurate nobis solis cursu conficitur. Sol enim aut in cœli summa sustollitur, & cancri signū permeat, ibiq; æstatem nobis facit; aut in austrū depressus in capricornum ingreditur, & tum hyemem nobis infert: aut dies & noctes æquat, quod quidē bis in anno fit, in ariete vernum tempus auspicatur, in libra autumnum exorditur, omnesq; hæ temporum differētiæ fiunt in octauis partibus signo-

signorum. Porrò quod ad quatuor horum temporum etymologiam attinet, prima pars hyems dicta, vt Varro inquit, quod tum multi imbres, hinc hybernacula, hybernum, vel quod tum anima quæ flatur omnium apparet, ab hiatu hyems. Tempus secundum Ver, quod tum virere incipiunt virgulta, ac vertere se tempus anni; Tertium ab Æstu æstas, hinc æstiuum, nisi fortè à græco αἴθεσθαι: Quartum, Autumnus, ab augendo, quod tum augeantur hominum opes, & Columella. *Varro li. 5 de lat. ling.*

Columella. *Quum satur Autumnus, quassans sua tempora pomis.*

Auctor est Tacitus, Germanos olim annum non in quatuor, sed in tria tempora diuisisse, Hyems & Ver & Æstas intellecta ac vocabula habent apud eos, autumni perinde nomen ac bona ignorantur. Hactenus Tacitus, sed fides penes auctorem sit, certè Germani autumni nomen non solum sciunt, sed etiam bonis fruuntur. Et hactenus quod sydera in tempora posita sunt. Addit etiā scriptura, E in dies.] Diem procul dubio eum vocat quem ciuilem siue naturalem appellant, qui vno cœli circumactu cōficitur, quo dies artificialis & nox complectitur. Mundus enim, & hoc quod alio nomine cœlum appellare libuit, æterno & irrequieto ambitu inenarrabili celeritate, vigintiquatuor horarum spatio circumagitur quo tanq; periodo quadam dies hic absoluitur. Græci, vt auctor est Homeri Scholiastes, diem in tres partes diuiserunt, in Auroram, Vesperam, & Meridiem: Noctem itidem in tres partes, quod Homerus hisce versibus indicat. *Corn. Tacit. de morib. germ.*

Homerus Iliad. l.

ἄεθλα δὲ δὴ τροβέβηκε, παρώχηκε δὲ πολὺς νύξ
τῶν δύο μοιράων, τριτάτη δ' ἔτι μοῖρα λέλειπται.

Porrò apud Romanos erat obseruata diei ciuilis hæc diuisio. Primum tempus diei dicitur mediæ noctis inclinatio: deinde gallicinium, inde conticinium: cum & galli conticescunt, & homines etiam tum quiescunt: deinde diluculum, id est, cum incipit dignosci dies. Inde mane, cum dies clarus est. Deinde à mane ad meridiem, hoc est, ad medium diem. Inde iam supra vocatur tempus occiduum, & mox suprema tempestas, hoc est, diei nouissimum tempus, sicut expressum est in duodecim tabulis. Solis occasus suprema tempestas esto. Deinde vespera. Ab hoc tempore prima fax dicitur, deinde concubia, & inde intempesta, quæ non habet idoneum tempus rebus gerendis. Hæc est diei ciuilis à Romanis obseruata diuisio. Porrò apud Romanos dies erant diuisi, in festos, profestos, & intercisos. Festi dijs dicati erant. Profesti hominibus ob administrandam rem priuatam, publicamq; concessi. Intercisi deorum hominumq; communes sunt. Extant quoque in Christiana religione horum dierum veritates. Intercisi dies respondent, parasceues & Animarum diebus: quorum antemeridianæ horæ sacris occupantur, pomeridianæ prophanis. Habebant Græci etiā suas ferias, in quibus labores mercenariorum expendebant, atque pro ijs numerare atque pascere quoque. Item in ferijs conueniebat populus vt iudicaretur, doceretur de religione, & vt mores formarentur, atque ij ritus optimè prima die mensis fiebant, vt Hesiodus auctor est. *Macrobius lib. 1. Saturn.*

ἔργα τ' ἐποπτεύειν ἠδ' ἁρμαλιὴν δατέεσθαι
ἔνθ' ἂν ἀληθείην λαοὶ λοιμοῦντο ἄγωσι.

Hesiodus περὶ ἡμέρων.

Addit scriptura sydera ipsa posita esse & in annos. Linguarum consensu anni etymologia eadē ferè est apud omnes. Hebraice annus appellatur שָׁנָה à verbo שָׁנָה quod significat iterauit, repetiuit: exacto enim anno iteratur rursus, & repetitur. Græce annus dictus videtur ab ἀνανεοῦσθαι, quod est innouari, quod cōfecto priore anno innouetur. Græci sua lingua annum duplici nomine vocant, ἐνιαυτὸς & ἔτος. Plato interpretatur ἐνιαυτὸς, ὅτι ἐν ἑαυτῷ, id est: quoniam in seipso. ἢ παρὰ τὴν ἐν αὐτῷ ἕνωσιν τῶν τεσσάρων ὡρῶν, id est: propter vnitatem quatuor partium anni in ipso. ἔτος interpretatur Plato ὅτι ἐταίζει, id est, quoniā exquirit. τὸ γὰρ τὰ φυόμενα καὶ τὰ γιγνόμενα ἐν μέρει ἕκαστον προάγον εἰς φῶς εἰ αὖτ' ἐν αὐτῷ ἐξεταζόν τοῦτο, id est: quæ nascuntur & oriuntur, quodq; vicissim in lucē producit, & hoc in se exquirit, ὃ ἦ ὅλος λόγος δὴ, τὸ ἐν αὐτῷ ἐταζον, id est, totus sermo est: in seipso exquirens. Latini, vt auctor est *Plato.*

pturæ huius intellectum, sed præcedentium linguarum voces satis exprimunt scripturæ sensum. Quod nos legimus, in tempora, in Hebræo legitur לְמוֹעֲדִים Est autē tempus quidem, sed non omne, verum certum aliquod & constitutum, & legibus præfixum. Hinc frequenter in sacra scriptura legimus מוֹעֲדִים pro solennitatibus, & suis temporibus celebrandis, vt est Pascha, hebdomadarum festum, tabernaculorum, nouilunia. Sunt igitur hæc sydera constituta à Deo, in tempora, vt suis temporibus & certis Israelitæ sua festa scirent, quæ ad solis lunæq; cursus celebraturi essent. Septuaginta verterunt εἰς καιρούς, quod idem scripturæ intellectum rectè exprimit, καιρὸς & χρόνος vtraque vox significat tempus, sed diuerso modo. *Ammonius.* καιρὸς μὲν γάρ ἐστι μέρος χρόνου, οἷον μεμετρημένου ἡμέρου σύστημα, χρόνος δὲ πολλῶν καιρῶν περιοχὴ καὶ σύλληψις. Id est, καιρὸς est pars temporis, videlicet aggregatio quædam ex diebus commensuratis, χρόνος est complexio & comprehensio ex multis certisq; diebus. Est igitur sensus, sydera hæc posita esse in tempora, vt scilicet quatuor & certa anni tempora ab ijs perficerentur. Sic Basilius præsentem hunc locum explicat. *Basi. Omil. 5 ἑξαήμ.* καιρὸς δὲ ἡγούμεθα λέγειν τὰς τῶν ὡρῶν ἐναλλαγὰς, χειμῶνος, καὶ ἔαρος, καὶ θέρους καὶ μετοπώρου ἃς ἐνστάκτως περιοδεύειν ἡμᾶς τὸ τεταγμένον τῆς κινήσεως τῶν φωστήρων παρέχει. Id est: Tempora putamus esse immutationes quatuor temporum anni, Hyemis, Veris, Æstatis, & Autumni. Hæc enim quatuor tempora luminaria hæc, quæ circum nos voluuntur, suis motibus efficiunt. De ijs quatuor anni temporibus Vergilius ait: *Verg. li. 1. Georg.*

Temporibusq; parem diuersis quatuor annum.

Orpheus in hymno de sole, eum vocat temperationem siue mixtionem quatuor horum temporum, & tanq; quatuor pedibus incedentem. *Orpheus*

κεράσιν ἔχων ὡρῶν, τετραβάμοσι ποσσὶ χορεύων.

Vetustissimi quoque antequam fasti vulgo proponerentur ad cœlestia sydera tanquam ad gnomonem quendam certissimum respicientes anni tempora diuidebant, sationem & messem certorum syderum, vel exortu vel occasu, ratam habebant; vt Moysi verba vera esse sciamus, quod sydera in tempora posita sint. Hesiodus ait: messem instare cum oriuntur Pleiades, videlicet ortu Heliaco. Nouembri mane sub terram descendunt, cum noctu conspectæ sunt, id est, occidere cosmice. Id verò tempus sementi faciendæ idoneum iudicant agricolæ. Hesiodi verba hæc sunt. *Hesiodus περὶ ἡμέρων.*

πλειάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων
ἀρχεσθ' ἀμήτου, ἀρότοιο δὲ δυνομενάων.

Vergilius quoque vbique Græcorum imitator sementis tempus pleiadum occasum scribit esse. *Virg. li. 1. Georg.*

Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur
Debita quam falcis commitas semina.

Plinius scribit Pleiades, siue vergilias, nam vtroque nomine vocatur, suo ortu & occasu, æstatem & hyemem indicare. Namque, inquit, vergiliæ priuatim attinent ad fructus, vt quarum exortu æstas incipiat, occasu hyems, semestro spatio intra se messes vindemiasq;, & omnū maturitatem complexæ. Hesiodus initium veris à stella Arcturo incipiat. Estq; primum signum quando Iupiter sexaginta dies, id est, duos menses Ianuarium videlicet & Februarium confecerit, post brumam, vel conuersionem Solis, tum stella Arcturus nuncia veris primum apparere incipit. Est autem Arcturus stella sub zona Bootæ, oritur chronico ortu, id est, vespere initio veris, quando sol ingressus est Arietem. Sed hæc Græcum poetā loquentem audiamus. *Plin. li. 18*

εὖ τ' ἄρ ἑξήκοντα μετὰ τροπὰς ἠελίοιο
χειμέρι' ἐκτελέσῃ Ζεὺς ὄμβρια, δὴ τότ' ἀέσσῃ
ἀρκτοῦρος προλιπὼν ἱερὸν ῥόον ὠκεανοῖο
πρῶτον παμφαίνων ἐπιτέλλεται ἠριγένεια.

Hesiodus περὶ ἡμέρων.

Ceterum hæc quadripartita anni distinctio accuratenobis solis cursu conficitur. Sol enim aut in cœli summa sustollitur, & cancri signū permeat, ibiq; æstatem nobis facit; aut in austrū depressus in capricornum ingreditur, & tum hyemem nobis infert: aut dies & noctes æquat, quod quidē bis in anno fit, in ariete vernum tempus auspicatur, in libra autumnum exorditur, omnesq; hæ temporum differētiæ fiunt in octauis partibus signorum. Porrò quod ad quatuor horum temporum etymologiam attinet, prima pars hyems dicta, vt Varro inquit, quod tum multi imbres, hinc hybernacula, hybernum, vel quod tum anima quæ flatur omnium apparet, ab hiatu hyems. Tempus secundum Ver, quod tum virere incipiunt virgulta, ac vertere se tempus anni; Tertium ab Æstu æstas, hinc æstiuum, nisi fortè à græco αἴθεσθαι: Quartum, Autumnus, ab augendo, quod tum augeantur hominum opes, & Columella. *Varro li. 5 de lat. ling.* *Columella.*

Quum satur Autumnus, quassans sua tempora pomis.

Auctor est Tacitus, Germanos olim annum non in quatuor, sed in tria tempora diuisisse, Hyems & Ver & Æstas intellecta ac vocabula habent apud eos, autumni perinde nomen ac bona ignorantur. Hactenus Tacitus, sed fides penes auctorem sit, certè Germani autumni nomen non solum sciunt, sed etiam bonis fruuntur. Et hactenus quod sydera in tempora posita sunt. Addit etiā scriptura, E in dies.] Diem procul dubio eum vocat quem ciuilem siue naturalem appellant, qui vno cœli circumactu cōficitur, quo dies artificialis & nox complectitur. Mundus enim, & hoc quod alio nomine cœlum appellare libuit, æterno & irrequieto ambitu inenarrabili celeritate, viginti quatuor horarum spatio circumagitur quo tanq; periodo quadam dies hic absoluitur. Græci, vt auctor est Homeri Scholiastes, diem in tres partes diuiserunt, in Auroram, Vesperam, & Meridiem: Noctem itidem in tres partes, quod Homerus hisce versibus indicat. *Corn. Tacit. de mori. germ.*

ἄεθλα δὲ δὴ προβέβηκε, παράχηκε δὲ πολέων νύξ
τῶν δύο μοιράων, τριτάτη δ' ἔτι μοῖρα λέλειπται.

Homerus Iliad. 8.

Porrò apud Romanos erat obseruata diei ciuilis hæc diuisio. Primum tempus diei dicitur mediæ noctis inclinatio: deinde gallicinium, inde conticinium: cum & galli conticescunt, & homines etiam tum quiescunt: deinde diluculum, id est, cum incipit dignosci dies. Inde mane, cum dies clarus est. Deinde à mane ad meridiem, hoc est, ad medium diem. Inde iam supra vocatur tempus occiduum, & mox suprema tempestas, hoc est, diei nouissimum tempus, sicut expressum est in duodecim tabulis. Solis occasus suprema tempestas esto. Deinde vespera. Ab hoc tempore prima fax dicitur, deinde concubia, & inde intempesta, quæ non habet idoneum tempus rebus gerendis. Hæc est diei ciuilis à Romanis obseruata diuisio. Porrò apud Romanos dies erant diuisi, in festos, profestos, & intercisos. Festi dijs dicati erant. Profesti hominibus ob administrandam rem priuatam, publicamq; concessi. Intercisi deorum hominumq; communes sunt. Extant quoque in Christiana religione horum dierum veritates. Intercisi dies respondent, parasceues & Animarum diebus: quorum antemeridianæ horæ sacris occupantur, pomeridianæ prophanis. Habebant Græci etiā suas ferias, in quibus labores mercenariorum expendebant, atque pro ijs numerare atque pascere quoque. Item in ferijs conueniebat populus vt iudicaretur, doceretur de religione, & vt mores formarentur, atque ij ritus optimè prima die mensis fiebant, vt Hesiodus auctor est. *Macrobius lib. 1. Saturn.*

ἔργα τ' ἐποπτεύειν ἠδ' ἁρμαλιὴν δατέεσθαι
ἔνθ' ἄν ἀληθείην λαοὶ λοιμνοντο ἄγυιαι.

Hesiodus περὶ ἡμέρων.

Addit scriptura sydera ipsa posita esse & in annos. Linguarum consensu anni etymologia eadē ferè est apud omnes. Hebraice annus appellatur שָׁנָה à verbo שָׁנָה quod significat iterauit, repetiuit: exacto enim anno iteratur rursus, & repetitur. Græce annus dictus videtur ab ἀνανεοῦσθαι, quod est innouari, quod cōfecto priore anno innouetur. Græci sua lingua annum duplici nomine vocant, ἐνιαυτὸς & ἔτος. Plato interpretatur ἐνιαυτὸς, ὅτι ἐν ἑαυτῷ, id est: quoniam in seipso. ἢ παρὰ τὴν ἐν αὐτῷ ἕνωσιν τῶν τεσσάρων ὡρῶν, id est: propter vnitatem quatuor partium anni in ipso. ἔτος interpretatur Plato ὅτι ἐταίζει, id est, quoniā exquirit. τὸ γὰρ τὰ φυόμενα καὶ τὰ γιγνόμενα ἐν μέρει ἕκαστον προάγον εἰς φῶς εἰ αὐτὸ ἐν αὐτῷ ἐξεταζόμενον τέτο, id est: quæ nascuntur & oriuntur, quodq; vicissim in lucē producit, & hoc in se exquirit, ὃ ἦ ὅλος λόγος ἐστὶ, τὸ ἐν αὐτῷ ἐταζόμενον, id est, totus sermo est: in seipso exquirens. Latini, vt auctor est *Plato.*

Macrobius lib. 1. Saturn. Macrobius annum à circuitu temporis dictum putat: quia veteres anpro circum ponere solebant, & Cato in originibus: an terminum, id est, circum terminum, & ambire pro circuire. *Varro li. 5* Varro vt paruuli, ait, circuli annuli sic magni dicebantur circini anni. Vnde annus dictus. Ab hac Latinorum etymologia non abludit Ægyptiorum figura, qua annum illi exprimebant. Ægyptij enim varias res & sacras inprimis varijs animalium figuris exprimebant: & erant hæ figuræ literarum vice, quas nõdum habebant, appellabantq; has figuras hieroglyphicas. Quum igitur annum significare vellent, exprimebant eum hoc modo. Effingebant serpentem ita circumuolutum, vt cauda ore teneret insertam: innuentes annum semper ijsdem vicibus temporum reciprocantibus in sese recurrere. Vnde Seruius autumat apud Græcos ἐνιαυτὸ vocabulum attributum anno: atque huc respexisse Maronem cùm ait:

Atq; in se sua per vestigia voluitur annus.

Anni dimensio præcipue in solis est potestate. Varro tempus, inquit, à bruma ad brumam, dum sol redit, vo- *lib. 5.* *Plin. lib. 7.* catur annus. Erat autem annus apud varias gentes varius. Annum enim alij æstate vnum determinabant, & alterum hyeme: alij quadripartitis temporibus, sicut Arcades, quorum anni trimestres fuere: quidam lunæ senio, vt Ægyptij. Annus autem non is solus est, quem nunc communis omniũ vsus appellat, sed singulorum seu luminum seu stellarũ emenso omni cœli circuitu, à certo loco in eundem locum reditus, annus suus est. Sic mensis lunæ annus est: intra quem cœli ambitum lustrat. Vergilius ad discretionem lunaris anni, qui breuis est, annum qui cursu solis efficitur, significare volens, ait:

Interea magnum sol circumuoluitur annum. *Vergilius Georg. 3.*

Magnum vocans solis, comparatione lunaris. Nam cursus quidem Veneris atque Mercurij pene par soli est. Martis verò annus fere biennium tenet: tanto enim tempore cœlum circumit. Iouis stella duodecim: Saturnus triginta annos in eadem circuitione consumit. Non fugit Vergilium tamen duplicis huius anni & lunaris & solaris computatio: sciebatque priscos illos mortales, cœlestium orbium ignaros ad lunæ, posteriores ad solis cursum annum digessisse. Huius duplicis obseruationis memor poeta sic canit.

vos ô clarissima mundi *Verg. li. 1 Georg.*
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum
Liber & alma Ceres,

Tam lunã quàm solem duces anni hac inuocatione designans. Sed vt ad solarẽ annum, & qui iam omnium gentiũ consensu annus vocatur, reuertamur. Ignorabatur hic annus apud Græcos quemadmodum multa alia, quousq; iuniores astrologi ab eis ea acceperunt, qui Ægyptiorũ monumenta in Græcam linguam transtulerunt. Apud Ægyptios, Chaldeos, Persas, vera solaris anni ratio cõstabat. Q. Curtius describens agmen *Q. Curt. lib. 1.* Darij regis Persarum cum Alexandro magno congressurum: Erant, inquit, in eo trecenti sexaginta quinq; iuuenes, punicis amiculis velati, qui magos sequebantur: totidem anni diebus numero pares, quippe Persis annus in totidẽ dies descriptus est. Auctor est Strabo, *Strabo.* Platonẽ cũ Eudoxo in Ægyptum profectum discendi causa, & cum Ægypti sacerdotibus tredecim annos conuersatos, & eorum contubernio vsos: Ii enim tũc maximè præstabant astrologica sciẽtia, quã tamen occultabant, neq; facilè exteris gentibus cõmunicabant, tamen à Platone & Eudoxo familiariter habiti, quicquid obstrusi erat circa anni complementum benignè & candidè tradiderunt. Ab illis igitur Plato & Eudoxus excurrentes diei & noctis particulas ad trecentos & sexaginta quinq; dies præceperũt. Porrò Romani per multa secula in anni obseruatione implicati fuerũt, atq; fluctuarunt profunda errorum caligine. Romulus vrbis Romæ conditor, decem menses suũ volebat habere annũ, vt Ouidius canit: *Ouid. lib. 1 Fast.*

Tempora dãgereret cum conditor vrbis, in anno
Constituit menses quinq; bis esse suo.

Hi decẽ menses dies cõficiunt trecentos & quatuor. Sed neq; hic numerus solis cursui, neq; lunę rationibus cõueniebat. Romulo successit Numa Pompilius, q prædictis diebus quinquaginta adiecit, vt annus haberet trecẽtos quinquaginta quatuor dies. Hãc Numę ordinationẽ sequuti sũt Romani & gẽtes finitimę.

Verum

Verum cũ deessent adhuc aliquot dies, vt iustus & vertens annus conficeretur, solisq; cursui competeret: mos intercallandi institutus est. Verum ex hac intercallandi consuetudine maior cõfusionis occasio nata est, idq; pontificum vitio, qui intercallabant, dies vel interponendo vel detrahendo, ob quæstũ suum quẽ à publicanis captabant, quibus tempus vel prorogabãt vel contrahebãt. Postea Iulius Cæsar, cum Rempublicam in suã redegisset potestatem, fastos correxit, annumq; ad cursum solis accommodauit: vt trecentorum sexaginta quinque dierum esset. Porrò quadrans qui in singulos annos superesset, vt quarto quoq; anno intercalaretur appellaturq; hic annus bissextus: causa nominis est quod duobus diebus continuis bis dicimus sexto Calendas Martias. Eum morẽ adhuc seruat religiose Christianus orbis. Annus hic ad hunc modum à Iulio Cæsare in trecentos sexaginta quinque dies & quadrantem digestus, appellatur annus vertens, propterea quod sol duodecim signorum interualla peruagando, redit ad id signum quo cœpit. Habet hic vertens annus quatuor partes, sed diuersis nominibus appellatas. Sunt autem: Ver, æstas, autumnus, hyems. Inter varios circulos cœli quos Mathematici annotarunt, est æquator, siue circulus æquinoctialis. Hic cœlum in duo æqualia diuidit, & dum sol in eo est, æquis spatijs diem & noctem conficit vniuersæ terræ, quod bis in anno contingit, dum sol in arietem ingreditur, & tum vernum tempus inchoat: & dum in libra est, tum autumnum facit. Porrò ab ariete vbi vernum tempus facit, ad cancrum ascendit, & æstatem inchoat: Ab libra verò vbi autumnum facit, ad capricornum descendit, & tum nobis hyemem reddit. Appellanturq; duo hæc signa cancer & capricornus, Solsticia: propterea quod sol dum cancrum attingit altius non ascendit, sed descendere ad æquatorem incipit, appellaturq; solstitium æstiuum, & Græce θερινὴ τροπὴ, quasi æstiua conuersio. Rursus dum in capricorno est, pressius solnõ descendit, sed rursus ad æquatorem ascẽdit: appellaturq; χειμερινὴ τροπὴ, i. hyberna conuersio. Auctor est Plinius, quod cardo temporum quadripartita anni distinctione constat, per incrementa lucis. Augetur hæc à bruma, & æquatur noctibus verno æquinoctio diebus nonaginta, horis tribus. Deinde superat noctes ad solstitium diebus nonaginta tribus, horis duodecim vsque ad æquinoctium autumni. Et tum æquata die procedit ex eo ad brumam diebus octoginta nouem, horis tribus. Præter hunc annum vertentem, quem Cicero vocat anfractum solis & reditum: habebant veteres quoque annum quem magnum appellabant, quique fiebat duobus annis vertentibus: nõnulli penteterida nominabãt, quod ex quinq; annis vertentibus fieret: alij trieterida vocabant, quod tertio quoque anno redibat. Eudoxus & tota Græcia octoterida putabat, tanquam ex octo vertentibus annis constaret. Romani lustra, Græci Olympiades pro magnis annis obseruauerunt. Est alius quoque annus quem veteres vocabant annũ mundi, siue mundanum annum: Aristoteles maximum appellat. Fiebat hic annus non solius solis circuitu, sed etiam lunæ & cæterarum vagarum quinque stellarum orbes conficiunt. Finis verò huius anni, cum solis & lunæ & quinq; errantium planetarum ad eandem inter se comparationem, confectis omnium spatijs, esset facta conuersio. Hunc annum confici putant physici (vt Macrobius scribit) post quindecim annorum *Macro. lib. 2. Som.* milia. Huius anni hyems est cataclysmus, quem nostri diluuium vocant: æstas autem ἐκπύρωσις, id est, exustio: quod est mundi incendium. Huius Plinius meminit. Raro patribus procerior fieri obseruatum est, consumente vbertatem seminũ exustione, in cuius vices nunc vergat æuum. *lib. 7.* Est præterea annus quem ἀλιμαστερικὸν appellant, quasi dicas, scalarem. Constat hic ex annis septem, sed nouies repetitis, vel nouem, sed septies multiplicatis. Horum annorum summa fit sexaginta tres. Meminit huius anni A. Gellius, vt dicat in multa hominum memoria obseruatum, ex- *A. Gellius lib. 15.* pertumq; esse in senioribus plerisque omnibus, sexagesimum tertium vitæ annum cum periculo & clade aliqua venire; aut corporis, morbiq; grauioris,

aut vitæ interitus, aut animi ægritudinis. Allegat hic partem epistolæ Augusti Cæsaris quam ad Caium nepotem suum scripsit: Spero te, inquit, lætum & beneualentem celebrasse tertium & sexagesimum natalem meum. Nam vt vides, ἡλικιώτερα communem seniorum omnium tertium & sexagesimum euasimus. Et hactenus quidem ad literam quartæ huius diei opera explicasse satis sit. Iam verò sydera hæc ad allegoriam trahamus, initium facientes à quaternario numero, quo hæc sydera condita referuntur. Quaternarius numerus omnium primus, ait Macrobius, duas medietates sortitus est, quibus ceu duobus nexibus quatuor ipsa elementa inter se deuincta sunt. Est summum ignis elementum, est infimum terræ, quæ inter se ipsa natura contraria, coniungi nō valuerunt, nisi duobus aëre & aqua medijs. Has duas medietates, ait Macrobius, Deus à quaternario numero mutuatus est, quibus elementa ipsa insolubili inter se vinculo necterentur. Pythagorici quoque quaternarium hunc numerum (quem τετρακτὺν vocant) adeò quasi ad perfectionem animæ pertinentem, inter arcana venarantur, vt ex eo & iurisiurandi religionem sibi fecerint.

Macro. lib. 1. in som. Scip.

Pythagorici eum iusiurandum.

ὃ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν.

Id est.

Per quem nostræ animæ numerum dedit ipse quaternum.

Hieron. in psal. 93. Hieronymus explicans titulum psalmi: Psalmus Dauid quarta sabbati, Quarta sabbati, ait, in medio sabbati est: quasi in corde sabbati, hoc est, in medio hebdomadis. Dies em̄ quarta est, & quarta dies habet ex vtroque latere æquales dies. Habet enim ex vno latere, diem primum, secundum, & tertium: & ex alio latere habet diem quintum, sextum, septimū. Quarta proinde dies ex vtroq; latere duplici trinitate firmatur. Quinetiam quartus numerus virtute decimus est. Si enim computes & ordinem facies, vnum duo, tria, quatuor, decimus numerus efficitur. Quartus igitur numerus efficit decimum, & considerate ex hoc, quia quatuor euangelia in decalogo computantur: vt quodcunque dicebatur in decalogo, hoc compleatur in quatuor Euangelijs, vt non dissentiat lex vetus ab euangelica dignitate. Hactenus Hieronymus. Augustinus eundē psalmū explicans, psalmus iste de quarto die accepit titulum. Quarto die fecit Deus luminaria in cœlo, solem in potestatem diei, lunā ac stellas in potestatem noctis. Hoc quarto die fecit. Quid ergo sibi vult, quod de quarto die accepit psalmus iste titulum? In hoc psalmo docetur patientia aduersus fœlicitates malorum, & labores bonorum. Habes Paulum Apostolum dicentem sanctis fidelibus roboratis in Christo: Omnia facite sine murmuratione & deceptione, vt sitis irreprehensibiles, synceri, immaculati filij Dei, in medio nationis prauæ, tortuosæ & peruersæ, in quibus apparetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ habentes. Similitudo de luminaribus data est ad sanctos, vt sine murmuratione sint in natione tortuosa & peruersa. Intelligat ergo charitas vestra, quibus dixit Apostolus in natione peruersa & tortuosa, id est, inter iniquos, in quibus apparetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ habentes, quodammodo admonuit nos & istum psalmum intelligere, & prænoscere titulum ipsius. Tales enim sancti in quibus est verbum vitæ, de conuersatione quam habent in cœlo, despiciunt omnia iniqua quæ fiunt in terra. Et quomodo luminaria in cœlo per diem & noctem procedunt, peragunt itinera sua, cursus suos certos habent: & committuntur tanta mala, nec deuiant desuper stellæ fixæ in cœlo, agentes per tractus cœlestes, quos illis præstituit & constituit creator ipsorum: sic debent sancti, sed si in cœlo figantur corda ipsorum, si non frustra audiant & respondeant, sursum se habere cor, si imitentur eum qui ait: Nostra autem conuersatio in cœlis est. Qui ergo sunt in supernis, & de supernis cogitant, sicut dictum est, vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum, de ipsis cogitationibus supernorum patientes fiunt, & quicquid in terra cōmittitur, sic non curant donec peragant itinera sua, quemadmodū nō curāt luminaria cœli, nisi

August. in psalm. 93.

nisi quomodo exerceant dies & noctes, quamuis tanta mala videant fieri super terra. Et paulo post. Quanta de ipsis luminaribus fingunt homines & patienter ferunt, quomodo iusti patienter debent ferre omnes etiam de se falsas crimi nationes? Quid stellæ cum audiunt tanta conuitia? nunquid mouentur, aut non exercent cursus suos? Sic & homo qui in natione peruersa & tortuosa habet verbum Dei, sicut luminare est fulgē in seculo. Hactenus Augustinus. Ambrosius Lunæ varios schematismos & deliquia ad allegoriam trahit, & ad vitæ humanæ incommoda ciuiliter perferenda accommodat. Si miraris quomodo defectum Luna patiatur, cum tantam vim mutationis habeat suæ: considera & in eo magnum esse mysterium quod eius exemplo cognoscis ô homo nihil rerum humanarum esse posse & mundanæ creaturæ, quod non aliquando resoluatur. Nam si etiam Luna cui tantum dominus commisit ministerium, vt illuminet orbem terrarum, & crescit & deficit, quia omnia ex nihilo orta vsque ad perfectionem venerunt, & iterum perfecta minuuntur (cœlum enim & terra præteribunt) quur non id moderationis assumimus, vt neque in aduersis abijciamus animum (qui enim omnia fecit ex nihilo, facile te quoq; potens est ad summa & perfecta prouehere) & rursus ne extollamur in prosperis, neq; in potestate aliqua nos diuitijs q; iactemus, neq; in viribus corporis, aut pulchritudine gloriemur, in quo est facilis corruptio, crebra mutatio, sed manentem in futurum animi gratiam persequamur? Nam si te contristat Lunæ occasus, quæ se semper reparat ac reformat: multomagis te cōtristare debet, si anima profectu virtutis impleta, cum fuerit postea per inconstantiam mentis atq; incuriam à suo deflexa proposito, stultia sua sæpè commutet, quod est insipiētis atq; inscitiæ: vnde & scriptura ait: Stultus vt Luna mutatur. Et ideo sapiens non cum Luna mutatur, sed permanebit cum Sole. Vnde non Luna est particeps stultitiæ, quia non Luna mutatur vt stultus, sed stult? vt Luna. Rursus eodem loco: Annuntiat Luna mysterium Christi. Minuitur Luna vt elementa repleat. Hoc est verè grande mysterium. Donauit hoc ei qui omnib. donauit gratiam, exinaniuit eam vt repleat, qui etiā se exinaniuit vt omnes repleret. Exinaniuit em̄ se vt descenderet nobis, descendit nobis, vt ascēderet omnib. Ascendit em̄ (inquit) super omnes cœlos vt impleret omnia. Itaq; exinanitus qui aduenerat, de plenitudine sua apostolos adimpleuit. Vnde vnus ex ijs dicebat: Nam de plenitudine eius omnes nos accepimus. Idem locum hunc Ecclesiastis tractans, Oritur Sol & occidit, & in locum suum vadit. Vadit ad austrum, & gyrat ad aquilonem, gyrando gyrat spiritus, et in gyros suos reuertitur: sic ait: Oritur Sol iustis, occidit autem iniustis. Oritur tranquillitati piæ mentis, occidit iracundiæ. Vnde ait: Sol non occidat super iracundiam vestram. Hinc potest intelligi, quia ijsdem oritur & occidit, quorum & vicia sepeliat, & gratiam illuminet. Mortuus est enim peccato, vt Deo viueret, hoc est, peccato sumus in illo mortui, vt Deo in perpetuum viueremus. Et paulo post, Solis ad Meridiē, deinde ad Aquilonem commeatum, ad Iudæos & gentes refert. Ipse Oriens, ait, ad austrum iuit ad molliorem populum, luxuria magis feruētis corporis lubricum, quàm immanitatis impietate prædurum. Aut certe ad nobiliorem plebem, quæ erat genus electum, vendicans sibi patriarcharum prosapiam. Sed quia perseuerabat in vicijs, nec emendabat errorem, ideo Sol iustitiæ gyrauit ad gentes, quæ ante eloquijs cœlestibus defraudatæ immanes & ignobiles habebantur. Aquilo enim grauis ventus, vt populi nationum. Sed qui erant ante graues in perfidia, nunc super aquilas velociores facti sunt fide ac pietate: postquam venit qui diceret: Ab aquilone duc. Et in Euangelio: Venient ab Oriente & Occidente, & ab Aquilone & Austro, & recumbēt in regno Dei. ¶ Dixit quoque Deus. Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram, sub firmamento cœli. Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, quam produxerant aquæ in species suas, & omne volatile secundum genus suum. Et vidit Deus quod esset bonum, benedixitq; eis dicens: Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris, auesque multiplicentur super terram.

Ambr. li. 4. Hexa.

Ambros. in Psal. 118.

Hactenus archanæ sanctæ religionis literæ, diuinam mundi huius fabricam tradidere, quemadmodum Deus primum omnium cœlum fecerit, & in sublime suspenderit; deinde vt terram fundauerit, ac cœlo subdiderit, Porrò terram voluit humore circumfluí, & contineri, quemadmodum Ouidius inquit:

Ouid. li. 1. Metamor.

Tum freta diffudit, rapidisq; tumescere ventis
Iussit, & ambitæ circundare littora terræ.

Cœlum distinxit claris luminibus, & impleuit, Sole scilicet, Lunæq; orbe fulgenti, & astrorum micantium splendentibus signis adornauit, & vt idem poëta canit.

Ouid. li. 1. Metamor.

Astraq; cœperunt toto fulgescere cœlo.

Redit hic Moyses ad animalium generationem, quæ quinta hac die, diuino imperio, in lucem proferri cœperunt. Sunt verò animalium differentiæ, vt nonnullis placet, tres. Aut enim cœli spatio feruntur, & per immensum aëra volitant: & aues appellantur, Aut in terra degũt, & indidem victum capiunt, & hæc terrestria vocantur, vt homo & bruta; Aut in aquis ætatem viuunt, vt pisces, & hæc aquatilia censentur Has animalium differentias Ouidius ijs versibus ostendit:

Ouid. li. 1. Metamor.

Cesserunt nitidis habitandæ piscibus vndæ
Terra feras cæpit, volucres agitabilis aër.

Plato quatuor animalium species facit, *Plat. in Ti.* μίαν μὲν οὐράνιον θεῶν γένος, ἄλλη δὲ πτηνὸν καὶ ἀεροπόρον, τρίτη δὲ ἔνυδρον εἶδος, πεζὸν δὲ καὶ χερσαῖον, τετάρτον. Id est. Vna species est cœleste deorum genus, Alia est volatilium & quæ per aërem vagantur, Tertia est aquatilium, Quarta est pedestre & terrestre genus. Aristoteles quoq; animalium differentias, aut per vitas, aut per actiones, aut per mores, aut per partes constitui dignum putauit. Igitur ex differentia, quæ in morum, victuum, actionumq; ratione versatur, colligit Aristoteles duplex animalium genus, nempe aquatilium & terrestrium. Et aquatilium ordo duplex, Alia enim in fluido degunt, victumq; petunt ab humore, quem etiam per vices reddunt & recipiunt, nec viuere possunt, nisi versentur in humore, quod plurimæ piscium parti euenire apertum est: Alia degunt quidem in fluido, victumque inde emoliuntur: sed aërem, non humorem recipiunt, & foris parere solent. Complura huiusgeneris sunt, partim gressilia, vt lutris, latax, crocodylus: partim volucres, vt mergi, vt vrinatrices. Terrestrium verò, alia volucres sunt, vt aues, vt apes, quæ modo inter se quodam alio differunt. Alia pedestria, quorum item alia gressilia, alia reptilia, alia tractilia sunt. Hactenus Aristoteles. Ex hac philosophi sectione, qua animalia in terrestria et aquatilia diuidit, liquet eum volatilia inter terrestria numerare, at sacra scriptura volatilia inter aquatilia computat, vtpote ex aquis producta. Sunt igitur aquatilia bifariam diuisa, in reptilia, & volatilia, reptilium nomine pisces, uolatilium aues significantur. Sic Iosephus quoque quintæ huius diei opus intelligit. *Iosephus li. α. ἀρχαι.* τὴν μὲν πέμπτην δ' ἡμέρα ζῶα τὰ κατ' αὐτὴν νηκτά τε καὶ πετάσια. τὰ μὲν κατὰ βάτος, τὰ δὲ δι' ἀέρος ἀνήκον. συνδιασωθῆναι αὐτὰ κοινωνίας καὶ μίξεως γονῆς ἕνεκα, καὶ τὸ σπαρῆναι, καὶ πλεονάζειν αὐτῶν τὴν φύσιν. Id est. Quinta die animalia fecit tã natatilia quàm sublimia, illa quidem in profundum, hæc per aërem misit, colligans illa commercio & communione generationis causa, ut augerentur & multiplicarentur. Hæc Iosephus. Quod nos legimus, producant aquæ reptile animæ viuentis, in Hebræo legitur יִשְׁרְצוּ הַמַּיִם שֶׁרֶץ נֶפֶשׁ חַיָּה Id est. Scaturiant aquę scaturitionem animæ uiuentis. est enim שֶׁרֶץ idem quod produxit generationem quę fit in magno numero, qualis est piscium, ut auctor est Dauid Kimhi, & *Dauid Kimhi.* talis scaturitio siue reptatio & commotio magnæ huius scaturitionis. Estq; hoc peculiare idioma sacræ scripturæ, ut talem reptationem siue scaturiginẽ pro piscium multitudine ponat, ut in Psal. זֶה הַיָּם גָּדוֹל וּרְחַב יָדָיִם שָׁם רֶמֶשׂ וְאֵין מִסְפָּר *Psal. 104.* Id est. Hoc mare magnum & locis spatiosum ibi scaturigo cuius non est numerus. Piscium nimirum multitudinem significat, quorum plenum est mare. Vnde & Homerus pontum uocat ἰχθυόεντα, *Homerus* piscosum, ob piscium multitudinem in eo. Septuaginta uocem hanc שֶׁרֶץ uerterunt ἑρπετά, id est, reptilia, quod à piscium natura non discrepat. Sunt enim ἑρπετὰ τὰ ἄποδα, inquit Isychius, id est, reptilia sunt quæ sine pedibus sunt, quod piscium

Isychius.

Aristot. li. 4. de part. animal. piscium proprium est, vt inquit Aristoteles, ἐπεὶ δὲ φύσαμα δεῖ κατὰ τὴν τῆς οὐσίας λόγον, εἰς μὲν τὸ νευστικὸν εὖρυθμία ἔχει, εἰς δὲ τὸ μὴ πεζά, οὐκ ἔχει πόδας. ἡ γὰρ τῶν ποδῶν προσθήκη, πρὸς τὴν τῶν ζῳῶν πεδίῳ κίνησιν χρήσιμος δεῖ. Id est. Quum pisces sua substantia sanguinem habeant, & tamen natiles, non gressiles sunt, pinnulas habent vt nantes: pedibus carent, vt non pedestres, sed aquatiles. Pedum enim additio vtilis ad motum qui in pedio, hoc est, solo, agatur, vnde & nomen inditum pedibus est. Hactenus Aristoteles. *Aristot. in lib. de resp.* Sic summus philosophus pisces vocat, apodes, id est, sine pedibus, ἄποδες δὲ ἰχθύες πάντες, καὶ γὰρ οὐ ἔχουσι κατ' ὁμοιότητα τῶν πτερύγων ἔχουσι. Id est. Pisces omnes sine pedibus sunt, & ea quæ habent secundum similitudinem pennularum habent. Homerus phocas, id est, vitulos marinos vocat apodes, sine pedibus. *Homerus ὀδυσσ. δ.*

ἀμφὶ δὲ μιν φῶκαι νέποδες καλῆς ἁλοσύδνης.

Schol. Ho. Scholiastes, ἀεὶ δὲ τὸν νήκιδα τῶν πορείαν ποιούμενα. Id est, Nepodes vocãtur, quod iter faciunt, natando. E Creauitq; Deus cete grandia. Cete, in Hebræo legitur תַּנִּינִם. Vsurpant Hebræi hanc vocem tam in aquatilibus animãtibus, quàm in terrestribus, sed in ijs tantum, quæ sunt vel magnitudine vel specie aliqua prodigiosa & stupenda, & in Esaia, vbi nos legimus, Sirene in delubris voluptatis, pro Sirene in Hebræo legitur תַּנִּים. Et, vbi nos legimus: Glorificabit me bestia agri dracones, *Esaiæ 13. & 43.* p dracones, Heb. leg. תַּנִּים quod Septuaginta verterunt Sirenes. In præsenti hoc loco Septuaginta verterũt κῆτη, cete. Sunt autem ceti inter aquatilia eximij pisces & vastissimi, & quorum prodigiosa magnitudo, stuporem audientibus affert, & vix fidem inuenit. De magnitudine cetorum scribit Strabo. μέγεθος δὲ τῶν κητῶν φησιν ὁ νεάρχος, τριῶν καὶ εἴκοσι ὀργυιῶν, id est. Nearchus cetorum magnitudinem esse ait, vicenum & trium iugerum. *Strabo libro 15.* Rursus idem Strabo scribit, eundem Nearchum vidisse cetum è mari æstu eiectum, quinquaginta cubitorum. Quod si hęc vera sunt, non inuria scriptura ait: Ceta grandia. Arist. inter cetos refert, Delphinos, balenas, pristes, boues. *Aristo. de animal.* Suidas de cetis sic scribit, κῆτος, θαλασσίου θηρίου πολυειδοῦς, ὃν καὶ λέων, ζύγαινα, πάρδαλις φύσαμος. φρῆσις ἡ λεγομένη μᾶλλον ὁ καὶ δυσκαταγώνιστος ἐστι, καὶ κρίος, εἰδεῖν ἐχθρὸν ζῶον. Id est. Cetus est fera marina animal multarum formarum. Est enim leo Zygæna, pardalis, physamus, phrestis quæ dicitur, est enim fera cui nullus par esse poterit, & aries, hostile ad videndum animal. Hæc tam vasta & eximia cetorum magnitudo in prouerbium Græcis cessit, vt maxima quęque, cetoenta vocarentur. Homerus Lacedemonem nobilissimam Græciæ vrbem *Homerus ἰλιαδ. 6.* sic appellat.

οἳ δ' εἶχον λοίλιν λακεδαίμονα κητώεσσαν.

A ceto vrbem appellat cetoessam, id est, magnam, est enim cetus omnium aquatilium animalium, maximus. Sed & sacra scriptura cetos uocat magnos תַּנִּינִם תְּהֹמוֹת Monet nos Basilius, ne putemus cetos magnos uocari cancri uel menæ respectu, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς μεγίστοις ὄρεσι τῷ ὄγκῳ τοῦ σώματος παρισάζεται, ἅγε καὶ νήσους πολλάκις φαντασίαν παρέχεται, ἐπειδὰν ποτὲ ἐπὶ τῶν ἄκραν ἐπιφανείαν τοῦ ὕδατος αὐανήξηται. Id est. Sed quoniam maximis montibus corporis sui mole æquantur, & qui interdum insularum speciem præbent, si quando in summum aquarum conspectũ emerserint. Hos cetos intellexit Vergil. *Ver. Æn.* quum inquit,

Strab. lib. 8. geog. *Basil. Omi. 2. ἑξαήμ.*

Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.

Quare uerò in mari maxima animalia sint, ac maiora etiam quàm terrestria, causa euidens, inquit Plinius, humoris luxuria. In mari tam late supino, molliqúe ac fertili accremento, accipiente causas genitales è sublimi, semperque pariente natura, pleraque etiam monstrifica reperiuntur, perplexis & in semet aliter atque aliter nunc flatu, nunc fluctu conuolutis seminibus atque principijs: ut uera fiat uulgi opinio, quicquid nascatur in parte naturæ ulla, & in mari esse, præterque multa quæ nusquam alibi. Plurima autem & maxima in Indico mari animalia, è quibus balenæ quaternum iugerum, pristes ducenum cubitorum: anguillæ quoque in Gange amne tricenos pedes.

Plin. li. 9.

Gedrosi

Gedrosi domorum fores beluarum maxillis faciunt, ossibus tecta contignant, ex quibus multa quadragenum cubitorum longitudinis reperta. In Gallico Oceano Physeter, ingentis columnæ modo se attollens, altiorq; nauium velis diluuiem quandam eructans. Iuba in ijs voluminibus quæ scripsit ad C. Cæsarem Augusti filium de Arabia, tradit cetos sexcentorum pedum longitudinis, & tre centorum sexaginta latitudinis in flumen Arabie intrasse. E cetorum numero delphinus censetur, ocyor volucre, ocyor telo, tantaq; vi ex imo vado maris exiliunt, vt plerunq; vela nauium transuolent. Magna ijs erga partus suos charitas. Quin & paruos semper aliquis grandior comitatur vt custos. Conspectiq; sunt iam defunctum portantes, ne lacerarentur à beluis. Mirum est quod à non pœnitendis scriptoribus de Delphinis traditur, eos miros & humanos affectus induere, puerosq; eleganti forma prædítos maiorem in modum amare. Appionis libri de rebus Ægyptiacis, ab A. Gellio allegantur, quibus Delphini amantis & pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes, ac aurigationes referunt: eaq; omnia sese ipsum, multosque alios vidisse dicit. Et quidem nos vidimus apud Puteolos Delphinum amantem mirè puerum, inclamatum à puero acciri. Quinetiam adnatans dorso puerum admittebat, ita vt pinnæ aculeos velut vagina cõderet, ne dilectum sibi corpus laceraret, receptumq; equitis modo insidentem, per magnum æquor per ducenta stadia deferret. Roma igitur, omnisq; Italia confluebat, vt piscem amoris causa vectorem pueri spectaret. Refert Plinius quoq; eandem rem. Sed in vrbe Iasso idem quoq; contigit. Puer Hermias nomine maria Delphino insidẽs perequitabat, cumq; repentinę procellæ fluctibus exanimatus esset, relatus est. Porrò Delphinus causam lethi fatens, nõ reuersus in maria est, sed in sicco expirauit. Hæc exempla faciunt vt credatur Arionem quoque citharædicæ artis interficere nautis in mari parantibus, ad intercipiendos eius quæstus, eblandítum, vt prius caneret cithara, congregatis cantu Delphinis cum se iecisset in mare exceptum ab vno Tænarum in litum peruectum. Atqui in cetis prodigiosa & stupenda magnitudo, & ad terrorem omnibus incutiendum, nata, admirationi merito esse poterit, cæterum in piscium nomine sunt quæ longè maiorem admirationem merentur, idq; in pisciculo qui echneis appellatur, cuius prodigiosa natura à Græcis Latinisq; scriptorib. literis prodita est, Suidas de hoc pisce sic scribit, ἐχνηΐς, γάθος ἰχθυδίου ὃ δὲ ἄβρωτον μέγεθος δ' ἔχει λωβίτου, καὶ πηρύγας δ' χρῶνται δὲ τινὲς αὐτῷ πρὸς φίλτρα καὶ δίνας, εἴληφε δὲ τὸ ὄνομα ἀφ' ἧς ἔχεται τῶν θεσσῶν νάων, ὁ καὶ ναυκράτης καλεῖται. Id est, Echneis pisciculi genus est, qui in cibum nõ sumitur, magnitudine quidẽ gobij, & pennulas quatuor habet, vtuntur aliqui eo ad amatoria, & ad iudiciorũ ac litiũ moram. Appellatur verò sic quod currentes naues detineat. vnde & naucrats vocatur, quasi nauium potens. Hactenus Suidas. Plinius tamen plenius huius piscis potẽtiam describit in hunc modum. Quid violentius mari ventisue, & turbinibus & procellis, quo maiore hominũ ingenio in vlla sui parte adiuta est quàm velis remisq;? Addatur his & reciproci æstus inenarrabilis vis, versumq; totum mare in flumen: tamen omnia hæc pariterq; eodem impellentia, vnus ac paruus admodum pisciculus echneis appellatus, in se tenet. Ruant licet venti, & sæuiant procellæ, imperat furori, vírésque tantas compescit, & cogit stare nauigia: quod non vincula vlla, non ancoræ ponderе irreuocabili iactæ. Infrenet impetus, & domat mundi rabiem, nullo suo labore, non retinendo, aut alio modo quàm adhærendo. Hæc tantilla est satis contra tot impetus, vt vetet ire nauigia. Sed armatæ classes imponunt sibi turrium propugnacula, vt in mari quoq; pugnetur velut è muris. Heu vanitas humana, cum rostra illa ære ferroq; ad ictus armata, semipedalis inhibere possit, ac tenere deuincta, pisciculus. Hactenus Plinius. Meminit & Lucanus huius piscis.

Non puppim retinens euro tendente rudentes
In medijs echneis aquis.

Attexit Basilius hexamero suo vafrũ & fraudulentum polypi ingenium, ad quod mores adulatorũ hominũ pulchrè qua-

quadrãt. Aristoteles de Polypo hęc scribit. τὸ χρῶμα μεταβάλλων καὶ ποιῶν ὅμοιον οἷς πλησιάζει λίθοις, τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ καὶ φοβηθεὶς. Id est. Trahit sibi colorem simílem ijs quibus appropinquarit saxis: quod idẽ etiam cum metuerit facit. Hęc polypi vafrices pulchrè competit in eos qui in omnem habitum se vertunt, omnibus assentantes, quod parasitorum proprium est, quorum principum aulæ plenæ sunt, eos Latini Gnathonicos vocant, à Gnathone illo Terentiano impudentissimo parasito, cuius hęc sunt verba, quibus sectam suam, ceu philosophorũ aliquam disciplinam descripsit.

Terent. in Eunucho.

Est hominum genus, qui esse primos se omnium rerum volunt,
Nec sunt, hos consector, hisce ego non paro me vt rideant,
Sed ijs vltro adrideo, & eorum ingenia admiror simul
Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoq;
Negat quis, nego: ait, aio: postremo imperaui egomet mihi
Omnia assentari.

Hos eleganter notat Phocylides, simul & cauendos monet, ijs versibus.

Phocylides.

μηδ' ἕτερον κλύθης κραδίην νόον, ἀλλ' ἀγορεύων
μηδ' ὡς τετροφυὴς πολύπους κατὰ χῶραν ἀμείβου.

Id est,

Pectore neue aliud celes, aliudq; loquare
Proq; loco variere, petris vti polypus hærens

Cæterum quod sint piscium genera, & nomina, in tot totius mundi maribus, fluminibus, stagnis; equidem cognitu difficile arbitror, nedum impossibile. Plinius exactissimus naturalium rerum scriptor, non solum piscium genera asse quutum se putat, sed & nomina prodere ausus est. Quem quidem sacrarum litera rum voce compellarem. Hoc mare magnum & spatiosum manibus, illic reptilia quorum non est numerus. Arbitror quemadmodum alituum pecudumq; genus & nomina nulli satis ad liquidum cognita sunt, ita etiam aquatilium & genera & nomina nullius vnquam ingenium assequutum. Cæterum vt hæc incognita nobis sunt, ita illud clarum & propalam est, nulla maiora luxurię instrumenta catillonibus fuisse nisi à piscibus. Romani quemadmodum rerum domini, ita etiam luxuriæ principatum ambiebant, & à piscibus cognomina sibi vendicabant. Sic Licinij, murenæ appellabãtur, quod hoc pisce effusissimè delectari essent. Sergius, orata cognominatus est, quod ei pisces qui auratæ vocantur, charissimi fuerint. Hic primus optimum saporem ostreis Lucrinis adiudicauit, & ostrearum viuaria primus omnium inuenit in Baiano, nec gulæ causa, sed auaritiæ, magna vectigalia tali ex ingenio suo percipiẽs. Piscinas autem quàm refertas habuerint prætiosissimis piscibus Romani illi nobilíss. principes, L. Philip. & Hortẽs. q̃s Cicero piscinarios appellat, etiam illud inditium est, quod M. Varro in libro de agricultura refert, M. Catonem, qui post Vticæ perijt, cum hæres testamento Philippi esset relictus, pisces de piscina eius xl. milibus vendidisse. Murenarum viuarum priuatim excogitauit. C. Hirius ante alios, qui cœnis triumphalibus Cęsaris dictatoris sex milia numero murenarum numero appendit. Apud Baulos in parte Baiana piscinam habuit Hortensius orator, in qua murenam adeo dilexit, vt exanimatam flesse credatur. In eadem villa, Antonia Drusi, murenæ quã diligebat maures addidit, cuius propter famam nonnulli Baulos videre concupiuerunt. Accersebantur, ait Macrobius, murenæ ad piscinas vrbis Romæ ab vsque freto Siculo, qd' Rhegum à Messana dispescit. Et vtræq; ex illo loco Græcè πλῶτα vocantur, Latinè flutæ, quod in summo supernatantes, sole torrefactæ curuare se posse, & in aquam mergere desinunt atq; ita faciles captu fiunt. Fuit olim Plauti ætate, tẽpore belli Punici secũdi Ancipenser magno in honore, & ne potum deliciæ, cæterum vt est gulonum fastus, Plinij æuo prorsus à veteri pretio decessit, & nullo in honore erat, quod quidem Plinio mirum videbatur, si sit rarius inuẽtu. At sub Seuero principe rursus Ancipenser magno in honore fuit adeò vt principis mensæ inferretur; præcinente tibicine, & coronatis ministris, tanquam non deliciarum, sed numinis quædam pompa. Denique vsque adeo piscium ingluuies inualuit, vt quamuis

Aristotel. li. 1. de an.

Plin. lib. 9.

Suidas.

Plin. lib. 9.

Hero. li. 1.

Plin. li. 32.

A. Gel. lib. 7. noct. at.

Plin. lib. 9.

Plin. lib. 9. & 32.

Luc. lib. 6. Pharſ.

Plin. lib. 9. Macrob. li. 3. Saturn.

Plin. li. 9.

Macr. li. 3. Saturn.

Plin. li. 9.

Macr. li. 3. Saturn.

quamuis obsonium de omnibus cibis quos pani addimus, dici possit, tamẽ peculiari nomine piscium offæ obsonij nomine vocentur, quod Plutarchus sic indicat: Plutarch. ὡς γὰρ πολλῶν ὄντων ποιητῶν ἕνα τὸν κράτιστον ἐξαιρέτως ποιητὴν καλοῦμεν, οὕτως πολλῶν ὄντων ἐν ἐνενίκηκεν ὁ ἰχθὺς μόνος καὶ μάλιστα τὸ ὄψον καλεῖται, εἰς ὃ τὸ πολὺ πανὶ ἀρετῆς κρᾶσις. καὶ γὰρ ὀψοφάγους λέγομεν οὐχὶ τοῖς βοείοις χαίροντας ὥσπερ ἡρακλῆς, ἀλλὰ τοῖς παρὰ τὸν ἰχθυοπωλίαν αὐαῤῥιπίζοντας ἑκάστοτε. Id est: Quemadmodum cum multi poëtæ fuerint, vnũ tamen præ cæteris poëtã vocamus, nempe Homerum, sic etiam quamuis multa obsonia sint, vnum tamen præter cætera, obsonium appellamus, piscẽ scilicet. Et obsoniorum esitores vocamus nõ qui bouillis gaudent carnibus, vt Hercules, sed qui in piscium foro plurimum versantur. Hæc Plutarchus. Nec est quod quis putet nos hæc adduxisse ad creaturæ Dei criminationem, aut Deum creaturarum conditorem reum agamus. Nihil creatura deliquit, ait Ambrosius, alimenta dedit, non vicia præscripsit. Hæc tibi communia dedit, ne tibi aliqua velut propria vẽdicares. Tibi suos fructus terra producit, tibi scaros, & omnes fœtus suos generant aquæ, & ijs non cõtentus, interdicta tibi alimenta gustasti. Et hactenus quidem cum piscibus in aquis fuimus, cæterum cum sacra scriptura referat volatilia ex ijsdem aquis producta, cum ijsdem volatilibus etiam in superna volemus. Est verò peculiaris quædã cognatio inter pisces & aues, inter aquas & aërem, quod piscis in aqua, hoc auis in aëre. Piscis in aqua pinnulis tranat, auis in aëre pennis, cauda vtercq; iter dirigit. Pli. li. 10. Milui, auctore Plinio, videtur artem gubernandi docuisse caudæ flexibus, in cœlo monstrante natura, quid opus esset in profundo. A qua appellatur liquida subinde à poëtis. Vergilius.

Ambrosius lib. 5. Hex.

Verg. li. 5. Æneid.

Cumq; gubernaculo liquidas proiecit in vndas.

Verg. li. 2. Æneid. Aer quoq; ab eodem appellatur iter liquidum, cum columbæ volatum sic describit.

Fertur in arua volans, plausumq; exterrita pennis
Dat tecto ingentem, mox aëre lapsa quieto
Radit iter liquidum, celeres neq; commouet alas.

Verg. li. 5. Aenid. Rursus nubes vocat liquidas quum inquit:

Nanq; volans liquidis in nubibus arsit arundo.

Verg. eodẽ libro Porrò vtriusq; elementi cognationem, aëris scilicet & aquæ, ostendit hisce versibus quum inquit:

Ipse volans tenues se sustulit ales in auras
Currit iter tutum non secius æquora classis.

Hæc ergo aëris & aquæ tãquam quædam cognatio in causa est, quur aues & pisces ex vno aquæ elemento producta esse referantur, & quemadmodum piscis in aquis pinnulis natat, sic aues in aëre remigio alarum volant. In volatilibus, quemadmodum & reliquo animantium genere, multa miranda natura ipsa constituit. Porrò inter aues excellit Phœnix vnica illa Arabicq auis, si modò vera sunt quę de illa varie à scriptoribus prodita sunt. De Phœnice ex Græcis scriptoribus, nullus quicquam, præter Herodotum, scripsit nisi recentiores quidam. Primus apud Romanos de Phœnice prodidit Manilius, senator ille maximis nobilis doctrinis doctore nullo. Cornelius Valerianus Phœnicem deuolasse in Ægyptum tradit Tiberio imperante Q. Plautio. Sex. Papinio Coss. Cornelius Tacitus, Paulo Fabio L. Vitellio coss. post longum sæculorum ambitum Phœnicem in Ægyptum venisse tradit, præbuisseq; materiem doctissimis indigenarum, & Græcorum, multa super eo miraculo disserendi. Suidas Claudio Imperatore Phœnicem in Ægyptũ venisse scribit. De ætate Phœnicis non satis conuenit inter auctores. Plinius putat eum viuere sexcentos sexaginta annos. Solinus quingentos annos & quadraginta, in eadem fere opinione sunt Herodotus & Mela. De forma satis inter auctores constat, aquilæ enim narratur magnitudine, auri fulgore circa colla: cætera purpureus, cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis faciem caputq; plumeo apice cohonestãte. De morte Phœnicis hæc referuntur. Quum iam fatale tempus sibi instare senserit, tum struem sibi ex cassia ac mirra cęterisq; odoribus concinnat, atq; in eam incumbit, & flagrantissimo Solis ardore ignem alis excitat, quo consumitur & in cineres fatiscit. Mox è tabo bustoq; primovermiculus prodit, deinde pullus grandescit, vltimo Phœnix prioris instar renascitur. Quum iam adoleuit, ossa cineresq; prioris corporis myrrha inclusos in Ægypti

Pli. li. 10.

Cornel. Tacit. lib. 5.

Suidas.

Pli. lib. 10.

Solinus.

Herodot.

gypti vrbem soli sacram defert, ac memorando funere cõsecrat. Ouidius quoque sub persona Pythagoræ phœnicem eiusq; transformationẽ describit. Et de phœnice complures scriptores sic senserunt. Atqui sunt qui omnia de phœnice prodita, fabulosa existimant, neq; talem alitem vsq; repertã, sed ab orientalibus gentibus, & Arabibus conficta. Cæterũ Christiani scriptores lubẽtes, ijs quæ de phœnice feruntur, accedunt: quod in eo magna Christianæ religionis documenta videre licet, & imago quædam futuræ nostræ resurrectionis liquido adumbratur. Extat de phœnice carmẽ, titulo Lactãtij, ingenio & Christiano eius pectore dignum, quo in phœnice corporũ resurrectionem nobis promitti testatur.

Oui. li. 15 Metam.

Lactantius de phœnice.

Hæc, fortunatæ sortis fatiq;, volucris
Vt possit nasci, hæc appetit ante mori
Ipsa quidem, sed non eadem, quia & ipsa, nec ipsa est
Æternam vitam mortis adepta bono.

Tertull. de resur. carn. Tertulliani libellus extat, in quo disputationẽ init de resurrectione carnis, quam vere futuram multis colligit argumentis, & sacræ scripturæ testimonijs, tandem phœnicis affert exemplũ, quo futuræ resurrectionis fides astruitur. Accipe, inquit, plenissimum atque firmissimum huius rei specimen. Siquidem animalis est res & vitæ obnoxia & morti, illum dico alitem orientis peculiarẽ, de singularitate famosum, de posteritate monstruosum: qui semetipsum libenter funerans renouat, natali fine decedens atq; succedens iterum phœnix. Vbi iam nemo iterum ipse: qui non iam, alius idẽ. Quid expressius atq; signatius in hanc causam, aut cui alij rei tale documentum? Deus etiam scripturis suis: Et florebis enim, inquit, velut phœnix, id est, de morte, de funere: vti credas, de ignibus quoq; substantiã corporis exigi posse. Multis passeribus antestare nos Dominus pronunciauit. Si nõ & phœnicibus, nihil magnum. Sed homines semel interibunt, auibus Arabię de resurrectione securis. Hactenus Tertullianus. Ambrosius idem tractans argumentum post Tertullianum resurrectionis fidem à phœnicis fato astruit. Auis, inquit, in regione Arabiæ, cui nomen est Phœnix, rediuiuo carnis suæ humore reparabilis cum mortua fuerit reuiuiscit. Solos non credimus homines resuscitari? Atqui hoc relatione crebra, & scripturarum authoritate cognouimus, memoratam auem quingentorũ annorum spatia vitali vsui habere præscripta; eamq; cum sibi finem vitæ adesse præsaga quadam naturæ suæ æstimatione cognouerit, thecam sibi de thure & myrrha & cæteris odoribus adornare, completoq; opere pariter ac tempore intrare illam atq; emori; ex cuius humore oriri vermem, paulatimq; eum in auis eiusdẽ figuram cõcrescere, vsumq; formari, subnixam quoq; remigio pennarum, renouatæ vitæ officia munere pietatis ordiri. Nam thecam illam vel tumulum corporis vel incunabulum resurgentis, in qua deficiens occidit & occidens resurrexit, ex Æthiopia in Licaoniam vehit, atque ita resurrectione auis huius, locorum incolæ completum quingentorum annorum tempus intelligunt. Ergo isti aui quingentesimus resurrectionis annus est, nobis millesimus. Illi in hoc seculo, nobis in consumatione mundi. Plericq; etiam opinãtur quod auis hæc rogum sibijpsa succẽdat, & rursus de fauillis suis & cineribus reuiuiscat. Hactenus Ambrosius. De phœnice quidem hæc ecclesiastici senserunt, nec video cur ethnici phœnicis miracula tantopere fabulosa putauerint, nisi credibile est illos resurrectionis fidem ac spem nobis præcidere voluisse, quam huius alitis regeneratione stabiliri videbãt. Nihil enim perinde ridiculum apud ethnicos vnq; visum est, atq; resurrectio mortuorũ. Sed vtut de phœnice sit, certe resurrectionis fides nobis inconcussa vel citra phœnicis exemplum perseuerabit. Nos interim ad aliud auium genus transibimus, atq; id eo libentius, q; de eo Basilius atq; Ambrosius priores tractarunt. Alcyones seuiẽtis maris impetum & fremitum, cũ pullos educant, domant & sistunt; tanta est huic aliti à Deo indita potentia, vt nihil fere sit q̃d phœnicẽ tantopere miremur. Meminerũt huius auis scriptores Græci & Latini. Aristoteles de Alcyone hæc scribit. τὸ δὲ τῶν ὀρνίθων γένος τὸ πολεῖσον περὶ τὸ ἔαρ ποιεῖται καὶ τὸ θέρος ἀρχομένου τοῦ θέρους τὸν τόκον· πολὺν ἀλκυὼν τίκτει περὶ τροπὰς χειμερινάς. διὸ καὶ λεγόμενοι ὅταν εὐδιεινὰ γένωνται αἱ τροπαὶ ἀλκυόνειοι ἡμέραι. ἑπτὰ μὲν πρὸ τροπῶν ἑπτὰ δὲ μετὰ τροπάς,

Ambro. in li. de resurrectione.

Aristot. li. 5. animal.

καθὸ

ἀλκυὼν καὶ Σιμωνίδης ἐποίησεν. ὡς ὁπόταν χειμέριον. κατὰ μῆνα πινύσκει Ζεὺς ἤματα τόσσα ῥεσκάδεκα. λαθάνεμον τὸ μὲν ὥραν ἀλκυόνες ἐπιχθονιαι, ἱερὰν παιδοτρόφον ποικίλαι ἀλκυόνες. γίνονται δ' ἐνδιειναὶ, ὅταν συμβῇ νότιος γίνεσθαι τὰς τροπὰς ὁ πολιάδης Βορέας γενομένης. λέγεται δὲ ἐν ἑπτὰ μὲν ἡμέραις ποιεῖσθαι τὴν νοσσίαν, ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς ἑπτὰ ἡμέραις τίκτειν καὶ ἐκτρέφειν τὰ νοσσία. περὶ μὲν δὴ τοῦ ἐνταῦθα πόθεν ἀεὶ συμβαίνει γίνεσθαι ἀλκυονίδας ἡμέρας περὶ τροπὰς, ἐν δὲ τῷ σικελικῷ πελάγει χειμὼν ἀεὶ τίκτει δ' ἡ ἀλκυὼν περὶ πέντε ὡς. Id est. Genus autem auium parte plurima vere, ac ineũte æstate cоit, & parit, excepta alcyone, quæ circa brumã parere solita est. quamobrẽ quoties bruma serena existit, dies alcyonei appellãtur, septem ante brumã, & septẽ à bruma, vt Simonides quoq; suo carmine tradidit, vt: cum per mensem hybernum Iuppiter bis septẽ molitur dies tẽporis, clementiam hanc temporis, nutricem sacrã variæ & pictæ alcyonis, mortales dixere. tranquillũ verò tantisper tẽpus efficitur, si ita euenerit, vt bruma austrina vergilijs aquilonijs fiat. Septẽ primis diebus nidũ conficere auem hanc fertur; reliquis septem parere educareq;. Dies alcyonios fieri circa brumam non semper nostris locis contingit: at in Siculo mari penè semper id euenit. Parit alcyon circiter quinq; oua. Hactenus Aristoteles. Plinius quoq; Aristotelem vt semp imitatus, hæc de Alcyone scribit. Alcyon paulo amplior est passere, colere cyaneo ex parte maiore, tantum purpureis & candidis admixta pennis, collo gracili, ac procero. Ea fœtificat bruma, qui dies Alcyonides vocantur. Nec apparent nisi mari tranquillo, maximè Siculo. Faciunt autem septem ante brumam diebus, nidos; & totidem sequentibus pariupt. Hi dies & nautis sunt noti, nam in ijs tempestatem non metuunt. Nidificant autem medio in mari. Hæc Plinius. Ouidius de Alcyone quoq; hæc scribit.

Pli.li. 10.

Oui. li. 11 Metam.

Perq; dies placidos hyberno tempore septem
Incubat Alcyone.

Theocritus Idyll. septimo.

Meminit harũ & Theocritus, cũ inquit:

ἀλκυόνες σορεσαῦσι τὰ λύματα τῶν τε θαλάσσας
ἁ τὰ νότου, τοῦτ' εὖρον ὃς ἐχθέα φυκία λυεῖ.

Id est.

Halcyonesq; vndas sternunt, pelagusq; notumq;
Atq; Eurum extremam motantem flatibus algam.

Appellatur hæc auis à Græcis Alcyon, à Latinis, vt auctor est Varro, Alcedo, vnde apud Plautũ legitur: Nisi mihi illam tam tranquillam facis, quã mare est olim, cum ibi Alcedo pullos educat suos. Et ibi prouerbialiter inqt: Tranquillũ est, Alcedonia sunt circa forum. Signficatur enim hac voce tranquillitas & silentium. Extat etiam in Græcorum cõmentarijs huiusmodi prouerbium, ἀλκυονιδας ἡμέρας ἄγῃς. Id est. Alcyonios agis dies, de tranquillã & ociosam agentibus vitam, & Aristophanes, ἀλκυονιδας τ' ἤγεθ' ἡμέρας ἀεὶ. Id est. Atq; Alcyones duxit assiduè dies. Quis non miretur gruum politiam & diligentiam, in qua adeo nihil desideratur, vt etiam absolutissimam reipublicæ & optimè administratæ vrbis formam videre licet? adeò in volatu ipso quisq; sua obit munera, & præsens pœna est in negligentẽ. Quãdo ꝓficiscuntur, inquit Plinius, consentiũt. Volant ad prospiciendum alte, ducem quem sequantur, eligunt; in extremo agmine per vices qui acclament, dispositos habent, & qui gregem voce contineant, excubias habent nocturnis tẽporibus, lapillum pede sustinentes, qui lassatis somno decidens, indiligentiam sono coarguat. Cæteræ dormiunt capite subter alam condito, alternis pedibus insistentes. Dux erecto prouidet collo ac prædicit. Hæc Plinius. Grues quoq; Homerus diuino suo ingenio dignatus est, quum instructas in prælium Troianorum copias, gruum in morem clamorem edere scribit.

Varroli. 3 de Lat. lin.

Plautus in cas. & penulo.

Aristophanes in Auib.

Pli. li. 10.

αὐτὰρ ἐπεὶ λόσμηθεν ἀμ' ἡγεμονεσσιν ἕκαστοι
τρῶες μὲν λαγῷ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν ὄρνιθες ὥς
αὔτε τὲρ λαγῷ γεράνων πέλει ὀρανόθι πρό

Homerus Iliad. γ.

At postquam erataes struxere in bella cohortes
Dardanidæ, & cantu strepuerunt classica rauco
Clamorem extollunt. Quales sub nubibus atris
Aëriæ dant signa grues, sonitu æthera tranant.

In hac volatilium conditione & ingenio peroportune nobis illud prophetæ Iob occurrit, quod à diuino spiritu, tanq; è tripode profectum שְׁאַל נָא בְּהֵמוֹת וְתֹרֶךְ וְשִׂיחַ לָאָרֶץ וְתוֹרֶךָ וִיסַפְּרוּ לְךָ. Id est. Interroga quesso pecus & docebit te, & auẽ cœli, & annunciabit tibi. Non obscurè innuit scriptura complura à mutis animalibus reperta, vel etiam illis cõsueta, quæ etiam homini vsui esse possint, & cõmodè imitari. Hippopotamus, belua in Nilo, in quadam medendi parte etiam magister extitit. Assidua nãq; sacietate obesus, ait Plinius, exit in littus, recentes harundinum cæsuras; atq; vbi acutissimum videt stipitem imprimens corpus venam quandam in crure vulnerat, atq; ita profluuio sanguinis morbidũ alias corpus exonerat, & plagam rursus limo obducit. Dictamum herbam extrahendis sagittis cerui monstrauere, percussi eo telo, pastuq; eius herbæ eiecto. Idem percussi à phalangio, q̃d est aranei genus, aut aliquo simili, cancros edẽdo sibi medentur. Sed vt ad volatilia reuertar. Simile quiddã volucris in Ægypto mõstrauit, quæ vocatur ibis: rostri adũcitate per eam partem se perluens, qua reddi ciborum onera maximè salubre est. Chelidoniam visui saluberrimam hirundines monstrauere, vexatis pullorum oculis illa medentes. Atqui grues ingenij cultum nonnihil iuuere. Literarum inuentum Phœnicibus referimus acceptũ. At ne Phœnices propriã sibi hanc laudẽ vendicent, per grues stat. Ferunt Palamedem tempore belli Troiani ex gruum volatu literas sibi fingxisse, easq; prioribus Phœnicum addidisse. Grues enim in volando aut γ aut Υ aut λ effingunt, ideoq; aues Palamedis vocantur à Martiale.

Pli. li. 10.

Martialis in distichis.

Turbabis versus nec littera tota volabit
Vnam perdideris si Palamedis auem

Lucanus lib. 5. phar.

Lucanus quoq; grues in volando, inqt:

Effingunt varias casu monstrante figuras
Mox vbi percussit densas nothus altior alas
Confusos temerè immixtæ glomerantur in orbes
Et turbata perit dispersis littera pennis.

Hieronymus ad Rustic.

Hieronymus ad hunc gruum volatum & literam expressam respexit, cum inquit: Grues vnam sequuntur ordine literato. Sed inter animantium genera, quod pietate clarius est ipsa ciconia, quę mortalibus omnibus merito ad pietatis officia proposita esse debet. Vna ciconia, parentes senecta defectos, vicissim alit, & volandi impotentes, humeris gestat. At reliqua animantia tantisper amant, agnoscuntq; parentes, dum egent illorum ad nutricationem opera. Hinc apud Græcos natum est prouerbium ἀντιπελαργεῖν à ciconię natura sumptũ, quæ græce πελαργὸς dicitur, significatq; mutuam officij vicem rependere, maximè nutricandi, fouendiq; eos, à quibus aliquando fueris enutritus, aut institutus, vt si liberi parentes ætate fessos vicissim alant, foueantq; aut si discipulus præceptorem inuicẽ erudiat. Ad id respexisse videtur Homerus cum ait:

Plin. lib. 8.

Homerus Iliad. δ.

ὁ δὲ τοκεῦσιν
θρέπτα φίλος ἀπέδωκε, μινυνθάδιος δὲ οἱ αἰὼν

Id est.

Qui parentibus educationem non præstat, brevis aeui erit.

De ciconiarũ pietate meminit & Aristophanes.

Aristophanes in Auibus.

ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν τοῖσιν ὄρνισιν νόμος
πάλαιος, ἐν τοῖς τῶν πελαργῶν λύγδεσιν
ἐπὴν ὁ πατὴρ ὁ πελαργὸς ἐκπετησίμους
πάντας ποιήσῃ πελαργιδεῖς τρέφων
δεῖ τοὺς νεοττοὺς τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν.

Id est.

Nobis quidem auibus peruetusta lex viget
Ciconiarum inscripta tabulis, vt simul
Ciconia parens educauerit suos
Ciconiadas, & iam volucres euaserint
Pulli vicissim, nutriant patrem suum.

Vtitur eodem prouerbio Plato. ὦ γενναῖε, πελαργὸς ἄρα ὁ ἐμὸς ἔρως ἐστὶν ἐν οἰκίσει, εἰ πάρεστί σοι ἐννεοτεύσας ἔρωτα ὑποστέρου, ὑπὸ τότε πάλιν θεραπεύεται. Id est. O generose, nihilo igitur meus in te amor à ciconia differt, si postea prope te velut in nido amorem alatum fouerit, ab illo iterũ nutriatur. Hactenus Plato. Ciconijs tãtus honos exitio serpentiũ olim fuit, vt in Thessalia capitale fuerit occidisse ciconiã, estq; in percussorẽ ea pœna vindicatũ qua in homicidã. Nec satis est aues ingenij cultum iuuisse, & ad pios mores hoies instituisse, etiã anni tempora suo vel abitu vel recessu annunciant. Hirũdo veris nuncia est, quod Hesiodus indicat.

Plat. in Alcibiade primo.

Plin. li. 10

τὴν δὲ μετ' ὀρθρογόην πανδιονὶς ὦρτο χελιδὼν
ἐς φάος ἀνθρώποις ἔαρος νέον ἰσαμένοιο

Hesi. li. B. ἔργων καὶ ἡμ.

Horatius quoq; veris initium hac periphrasi describit. Cum Zephyris & hirundine prima. Grues hyemis aduenæ sunt, ciconiæ æstatis. Hactenus saris superq; vt opinor cũ piscibus aquarum ꝓfundo natauimus, & deinde cum auibus in sũmo aëris cœlo sermonis alis versati, nihil alienum à præsenti instituto fe-

Horat. in epist.

cisse putabimur; quándoquidē Basilius & Ambrosius in eodem argumento versati sunt. Nunc piscium & volatilium allegorias paucis videamus. Beda reptilia hæc quæ aquæ producere iussæ sunt, interpretatur homines per baptismi sacramentum renouatos in vitam æternã. Et Hieronymus. Primũ de aquis quod viuit egreditur, & pennatos fideles de terra ad cœlum leuat baptismus. Ambrosius quoq; baptismatis sacramentum laudans hæc scribit. De aquis legisti. Producant aquæ animantia, & nata sunt animantia. Illa quidem in principio creaturæ, sed tibi reseruatum, vt aqua te regeneret ad gratiam; sicut illa regenerauit ad vitã. Hactenus Ambrosius, Augustinus explicans illud psalmi: Super eos volatilia cœli habitabũt, inqt: Aues siue volatilia habitant sup montes. Spirituales quasdam animas significat hoc nomen Volatilia, spiritualia corda sunt, quæ aëre libero perfruuntur. Gaudent serenitate cœli aues istæ, sed tamen pastus earum in montibus, illic inhabitabunt. Nostis montes, montes prophetæ, montes apostoli, mõtes omnes prædicatores veritatis. Quicunq; vult esse spiritualis ibi inhabitet, nõ in corde suo aberret, habitet, perferat volando. Habemus aues significantes aliquid spirituale, non frustra dictum est: Renouabitur iuuentus tua sicut aquilæ. Nõ frustra dictum est de Abraham, aues aũt nõ diuisit. Ambrosius instructiuam hominis admonitionem, quia piscis est, scribit hanc. Exili super vndas ô homo, quia piscis es. Non te opprimant seculi istius fluctus. Si tempestas est, pete altum & profundũ: si serenitas, lude in fluctibus; si procella, caue à scopuloso littore, ne te in rupem furens æstus illidat. Hæc Ambrosius. Rupertus de auibus & piscibus hanc affert allegoriam. Baptizatorum, alij per cõtemplationem euolant, dicentes: Nostra autem conuersatio in cœlis est: alij secularibus innatant curis. ¶ Dixit quoq; Deus: Producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta & reptilia, & bestias terræ, secundum species suas. Factumq; est ita, Et fecit Deus bestias terræ iuxta species suas, iumenta & omne reptile terræ in genere suo. ¶ Abundè iam quintæ diei partum vidimus, quo aquæ volatilium & aquatiliũ multa genera produxerũt. Iam hic Moyses ad sextæ diei opus transgreditur, quo terra ipsa suum fœtum edere iussa est, ne terra nobilissimum elementum in creaturarum genitura cessasse videretur. Sũt igitur è terra ædita, iumenta, reptilia, & bestiæ. Iumentum Hebraice vocatur בְּהֵמָה quo nomine censentur ea quæ ipsa natura mitia sunt, & herbis victitant, & homini in seruitiũ cedere possunt. Vnde etiam iumenta nomen à re traxere, ait Columella, quod laborem nostrum, vel onera subuectãdo, vel arando iuuarent. Hæc sunt quæ Æschyli Prometheus dedisse se hominibus mancipiorũ loco dicit, laborem ex parte in se recipientia.

Beda in Genes.
Hieronymus Oceano.
Ambrosius li. 3. de sac.
August. in Psal. 103.
Ambrosius li. 5. Hexã.
Rup. lib. 7. diuin. offi.
Columella lib. 7.
Æschylus in Promet.

λαβὲ ξεν ξα πρώτως ἐν ζυγοῖσι λινόδαλα
ζεύγλασι δουλεύοντα σώμασι θ', ὅπως
θνητοῖς μεγίσων διάδοχοι μοχθημάτων.

Bestia Hebraice vocatur חַיָּה quæ vescitur carnibus, vt est lupus, leo, vulpes, & cæteræ ferę. Reptile hebraice vocatur רֶמֶשׂ Septuaginta verterunt ἑρπετά. Sunt autem ἑρπετὰ abusiue animantia omnia quæ in terra degunt, & Protheus apud Homerum in omnia ἑρπετὰ, id est, animantia sese transfigurabat.

Homerus Odyss. δ.

πάντα δὲ γινόμενον πειρήσεται ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν
ἑρπετὰ γίνονται.

Propriè ἑρπετὰ hoc in loco intelliguntur nõn omnia quadrupedia, sed serpentes, quæ magno totius corporis volumine in terra voluũtur magis quàm ingrediuntur, quales Megasthenes scribit in India in tantam magnitudinem adolescere, vt solidos hauriãt ceruos taurosq; Metrodorus, circa Rhyndacum amnem in ponto, vt superuolantes quamuis alte pernicíterq; alites haustu raptas absorbeant. Nota est in punicis bellis ad flumen Bagradã à Regulo imperatore balistis tormentisq; vt oppidum aliquod expugnata serpens, centum viginti pedũ longitudinis. Et sacra scriptura quidem trifariam terrestria animalia diuisisse visa est. Plato bifariam diuisit, διήρητο τοίνυν ἡδη καὶ πότε ξύμπαν τὸ ζῷον, τῷ τι θάτερον καὶ ἀγρίῳ, τὰ μὲν γὰρ ἔχοντα τιθασεύεσθαι φύσιν, ἥμερα προσείρητο, τὰ δ' μὴ ἔχοντα, ἄγρια. Id est. Quare nunc quoq; omne animalium genus in ferum & mansuetum est distinctum. Quæ enim sic natura instituta sunt, vt mansuescere possint domestica appellata sunt, cætera verò syluestria. Aristoteles scribit omnia animalia diuersa esse, & ipsa natura & moribus. ἔσιν ἥμερα ἄγρια, καὶ τὰ μὲν ἀεὶ, ὅιον ἄνθρωπος καὶ ὀρεὺς, ἀεὶ ἥμερα καὶ ἄγρια ὥσπερ πάρδαλις καὶ λύκος. τὰ μὲν δὲ ἡμερόδη δ' ἀνάγκα τα πάχυ ὅιον ἐλέφας. Id est. Addo etiam alias esse cicures, alias feras, & alias perpetuò cicures, vt hominem, vt mulum: alias perpetuò feras, vt pantheram, vt lupum: nonnullas etiã facilè posse mansuescere, vt elephas. De moribus omniũ animalium hæc scribit. διαφέρουσι δὲ ταῖς τοιαῖς δὲ διαφοραῖς κατὰ τὸ ἦθος. τὰ μὲν γὰρ ὀργὴ πρᾶα καὶ δύσθυμα, καὶ ἀκ ἐνσάτικα, οἷον βόες: τὰ μὲν θυμώδη δὲ ἐνσατικὰ, καὶ ἀμαθῆ, ὅιον ὄνος ἄγριος. τὰ δὲ φρόνιμα καὶ δόλια ὅιον ἐλέφας καὶ λαγώς, δασύπους. τὰ δὲ ἀνελεύθερα καὶ ἐπίβουλα ὅιον οἱ ὄφεις. τὰ δὲ ἐλεύθερα καὶ ἀνδρεῖα καὶ εὐγενῆ ὅιον λεών, τὰ δὲ γενναῖα καὶ ἄγρια δὲ ἐπίβουλα ὅιον λύκος. εὐγενὲς μὲν γὰρ ὀρθῶς ὃ δ' ἀγαθὸ γένος, γενναῖον δὲ ὃ μὴ ἐξισαμένον ἐν τ' αὐτῷ φυσέως, καὶ τὰ μὲν πανδέργα καὶ λακῶδεργα ὅιον ἀλώπεξ. τὰ δὲ θυμικὰ καὶ φιλητικὰ καὶ θωπευτικὰ ὅιον κύων. τὰ δὲ πρᾶα δὲ τιθασευτικὰ ὅιον ἐλέφας. Id est. Animalia differunt moribus. Nam alia sunt mitia, remissa, & minimè peruicacia, vt boues. Alia animosa, peruicacia, bruta omnino, vt onager. Alia ingeniosa ac timida, vt cerui, lepores, cuniculi. Alia illiberalia, perfida, insidiosa, vt serpentes. Alia liberalia, fortia, & nobilia, vt leones. Alia generosa, ferocia, insidiosa, vt lupi. Nobile enim id est, quod ex bono prodijt genere: generosum autẽ, quod non à sua natura degenerarit. Et alia astuta, malitiosa, callida, vt vulpes. Alia animosa & amantia, & assentatoria, vt canes. Alia mitia & mansuetudini addicta, vt elephantes. Hactenus Aristoteles. Sed hos tot quadrupedes & tantam armentorum pecorumq; copiam, quis dubitaret nisi à Deo in hominum vsum creatam? Quid enim oues, ait Cicero, aliud afferunt, nisi vt earum villis confectis, atque contextis homines vestiantur? Quid de bobus loquar? quorum terga declarant non esse ad onus accipiendum figurata, ceruices autem natæ ad iugum: tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda. Longum est, si mulorum persequar vtilitates, & asinorum, quæ certè ad hominum vsum paratæ sunt. Et Plinius, Vt boues, inquit, victum hominum excolunt: ita corporum tutela pecori debetur. Rursus Cicero de canibus. Canum verò tam fida custodia, tamquàm amans dominorum adulatio, tantumqúe odium in externos, & tam incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venando, quid significat aliud nisi ad hominum commoditates esse generatos? Hæc Cicero. Quid quod sacra scriptura indignũ non putauit canum facere mentionem? Raphael angelus iuniorem Thobiam, quem à patre in fidem acceperat, per lõgum ducturus iter, quo fidem suam fideli obstringeret exemplo; canem itineris comitem adhibendum non dubitauit. Idem quoque heroum temporibus actũ legimus, vt canes semper dominorum suorum vestigia sequerentur, nec ab illis vnquam diuelli potuerint: quorum fidem & in dominos suos amorem Homerus diuino suo carmine ostendere indignum non putauit. Telemachum enim Vlyssis filium in concionem populi inducit duobus comitatum canibus.

Aristot. li. 8. Anima.
Aristot. eodẽ libro.
Cicero li. 2 de nat. deorum.
Plin. li. 8.
Cicero li. 2 de nat. deo.
Thobiæ 6.

Βῆ ῥ' ἴμεν εἰς ἀγορὴν ταλάμη δ' ἔχε χαλκέον ἔγχος
ἐκ δι' ἄμα τῷ γε δύω κύνες ἀργοὶ ἕποντο.

Homerus Odyss. β.

Vergilius semper Homeri imitator, Euandrum ad Æneam euntem facit non sine canum comitatu.

Verg. octa. Æneid.

Nec non & gemini custodes limine ab alto
Procedunt, gressumq; canes comitantur herilem.

Canes soli, vt scribit Plinius, dominum nouere: & ignotum quoq;, si repente veniat, intelligunt. Soli nomina sua, soli vocem domesticam agnoscunt. Itinera quamuis longa meminere. Nec vlli præter hominẽ memoria maior. Quod in Argo Vlyssis cane satis apparuit, si Homero credere volumus. Hic dominum suũ Vlyssem, post decennale Troianum bellum, & totidem annorum in mari errores, vigesimo anno redeuntem agnouit, & mox tanq; omni vitæ munere defunctus, quod dominum suum superstitem relinqueret, fato obijt.

Plin. lib. 8

ἔνθα κύων κεῖτ' ἄργος ὑπὲ πλείας κυνοραιστέων
ὃς πότε γ' ὡς ἐνόησε ὀδυσσέα ἐγγὺς ἐόντα
ἐρῆμῃ δ' ὅ γ' ἔστενε δ' ὄνατα κάμε βαλὼν ἄμφω.

Homerus Odyss. ρ.

Et paulo post.

ἔργον δ' αὖ λαταμοῖς ἐλαθεῖν μέλεν θανάτοιο
αὐτὰρ ἰδόντ' ὀδύσσαι ἑκατόμβῃ ἐνιαυτῷ.

Inter omnia terrestria animalia, magnitudine & corporis mole vincit alia elephas, proximusq; humanis sensibus, vt Plinius scribit: quippe intellectus illis sermonis patrij, & imperiorum obedientia, officiorumq; quæ didicere memoria, amoris & gloriæ voluptas: imò verò (quæ etiam in homine rara) probitas, prudẽtia, æquitas: religio quoq; syderum solisq; ac lunæ veneratio. Etiam homine obuio fortè in solitudine, et simpliciter oberrante, clemens placidusq; demonstrare viam traditur. Pudore nũquam nisi in abdito coëunt: mas quinquennis, fœmina decennis. Initur autẽ biennio, quinis (vt ferunt) cuiusq; anni diebus, nec amplius: sexto perfunduntur amne, non ante reduces ad agmen. Nec adulteria nouere, nullaue propter fœminas inter se prælia, cæteris animalibus pernicialia. Sed & iustitiæ diuinationem habent. Cum Bochus ex triginta elephantis, totidem, in quos seuire instituerat, stipitibus allígatos obiecisset, procursantibus inter eos qui lacesserẽt, non potuisse effici, vt crudelitatis alienæ ministerio fungerentur. Sed & ante Plinium Aristoteles hæc de elephantibus prodidit, πάντων δὲ τιθασσότατον καὶ ἡμερώτατον τῶν ἀγρίων ὅτι ὁ ἐλέφας. πολλὰ γὰρ καὶ πεδεύει καὶ σωφρονεῖν ἐπεὶ καὶ προσκυνεῖν διδάσκοντοι τὴν βασιλέα. δῆλον δὲ καὶ ἐναίδεστον καὶ τῇ σωφροσύνῃ ἀλλὰ ὑπερβάλλον, ὃ δ' ἂν ὀχεύσῃ καὶ ἔγκυον ποιήσῃ τότε πάλιν ὀχ ἅπτεται). Id est. Elephantus omnium ferarum mitissimus & placidissimus est, quippe qui permulta officia & erudiatur, & intellígat, quando etiam regem adorare condiscit. Valet sensu, & reliqua sagacitate ingenij excellit, quã inpleuerit coitu, eam rursus nõ tangit. Hactenus Aristoteles. Ex elephanto est quod ebur appellamus, sed inter scriptores non satis constat ebur cornua ne sit an dentes, & vtraque opinio suos habet assertores: sed nos in medio hæc relinquamus, certè ebur castitatis symbolum in sacris literis obtinet. Cassiodorus hunc psalmi versum explicans: Mirra & gutta et casia à vestimẽtis tuis, à domib⁹ eburneis. Et elephas inqt, nimiæ castitatis asseritur, qui inter quadrupedia, & sensu plurimũ valet, & temperanter miscetur fœminæ suæ, & coniuge secunda non vtitur. Ebur pudicis fœminis decenter aptatum est, quia illæ in domibus eburneis mansisse noscuntur; quæ per castitatem, Christi Domini præcepta sequutæ sunt. Et Augustinus: Vis domos eburneas spiritualiter accipere? Magnas domos, & magna tabernacula Dei, corda sunt sanctorum. Ipsosq; reges regentes carnem, subiugantes sibi turbas humanarum affectionum, castigantes corpus et seruituti subijcentes. Hactenus Augustinus. Aristoteles quoque non solum elephantis castimoniam tribuit, sed etiã camelis in re venerea naturæ verecundiam inesse scribit. οἱ δὲ λάμηλοι ὅν αὐαβαίνουσιν ὧν τὰς μητέρας, ἀλλὰ λάθρᾳ βιάζηται τις, ὁ θήλασιν. πολὺ γὰρ πότε ἐπειδὴ ὄν ἦν ὀχεῖον, ὁ ἐπιμελητὴ περικαλύψας τὴν μητέρα ἀφῆκε τὸν πῶλον, ὡς δ' ὀχεύσαντος ἀπέπεσε, τότε μὲν ἀπεστέλεσε τὴν σωτοσίαν. μικρὸν δ' ὕστερον δακὼν τὸν λαμπλίτην ἀπέκτεινε. Id est. Camelí matres nunquam superueniunt suas; sed etiam si quis cogat, ipsi non patiuntur. Iam cum aliquando admissarius non haberetur, curator pullum matri opertæ admisit, qui dum coiret, delapso operimento agnouit matrem, & quamuis coitum absoluerit, memor tamen commissi sceleris, paulo post camelarium illum morsu defixo interemit. Hæc Aristoteles. In ceruis complura sunt quæ ad allegoriam, non sine magno Christianorum fructu, trahi possunt. Et ceruis, vt Plinius scribit, cum serpentibus pugna est. Vestigant cauernas, nariumq; spiritu extrahunt renitentes. Ideò singulare abigendis serpentibus, odor adusto ceruino cornu. Hanc ceruorum contra serpentes vim Martialis hoc versu indicat.

Ceruinus gelidum sorbet sic halitus anguem.

Præterea cerui tranant gregatim maria nantes porrecto ordine, & capita imponentes præcedentium clunibus, vicibusq; ad terga redeuntes. Hactenus de ceruis Plinius. Gregorius ad allegoriã hunc ceruorum morem trahit. Ceruorum inquit moris, est, inuentos serpentes extinguere, eorumq; membra morsibus dilaniare. Fertur autem, quia si quando flumina transeunt, capitum suorum onera dorsis præcedentium superponunt, sibiq; inuicem succedentes, laborem ponderis omnino non sentiunt. In ceruis Gregorius intelligit personas spiritualium magistrorum. Ipsi enim more ceruorum interemptis vicijs, quasi extinctis serpentibus viuunt: & de ipsa extinctione viciorum, ad fontem vitæ acrius inardescunt. Vnde psalmista ait: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Ipsi etiam dum labẽtia huius mortalitatis momenta, quasi quędam flumina transeunt, compatientes charitate onera sua sibi inuicem superponunt, quia cauta obseruatione custodiunt, id quod scriptum est: Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. Hactenus Gregorius. Ceruorum quoque inuentum est herba Dictamnus extrahendis sagittis efficax. Mentionem huius herbæ facit Vergilius.

Tum Venus indigno nati concussa dolore,
Dictamnum genitrix Cretæa carpsit in Ida:
Puberibus caudem folijs & flore comantem
Purpureo. Non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres hæsere sagittæ.

Hunc ceruorum morem, in hac herba sibi medendo, Tertullianus ad exomologesin faciendam refert, obiter castigans peccatores, quod viciorum sagittis confixi, in hac parte plus nimio cessarent. Ceruus, inquit, sagitta transfixus, vt ferrum & irreuocabiles moras eius de vulnere expellat, scit sibi dictamno medendum. Peccator restituendo sibi institutam à deo exomologesin sciens, præteribit illam, quæ Babylonium regem in regna restituit? Hactenus Tertullianus. Cæterum vt in vniuersum de bestijs, iumẽtis, & reptilijs, quæ tanquam animas viuentes, terra produxit, loquar; Sunt qui terram hanc Ecclesiam interpretentur, habet hæc bestias, nimirum reges & principes, qui in terra rerum potiuntur, ac sceptris sublimes in alios dominantur, & ira efferati in alios seuiunt. Hinc est illud quod Salomon ait נחם כפפיר נשמ מלך Id est: Fremitus leonis ira regis. Et Græcorum prouerbium celebre est: Iratus rex πάκιστον θηρίον pessima bestia. Sed hactenus non stat harum bestiarum ira, nisi etiam aduncis suis & rostris & vnguibus omnia rapiãt & sibi vendicent. Hinc fœdissimum simul & iustissimum conuitium in principes torsit Achilles, cum Agamemnonem ijsce verbis incessit, δημοβόρος βασιλεύς, quasi voratores populorum. Eosdem Hesiodus appellat, δωροφάγος, id est, domiuoros, rectius tamẽ appellasset παμφάγος, quod miserorũ hominum sudores in suum fiscum, tanquam in pertusum dolium, effundant, & rapiant. Ex hac crudeli & insatiabili rapiendi auaritia, nata est vox illa execrabilis, ac merã tyrannidem spirãs, qua apd' Hom. Aga. rex vsus est. εἰ δέ κε μὴ δώσῃσι, ἐγὼ δὲ κε αὐτὸς ἕλωμαι.

Sed hę bestiæ tamen in animam viuentem productæ sunt, & in terra ecclesia, quando ita ipsis lubet, agunt. Porrò iumenta sunt fideles in simplicitate vitæ viuentes: Reptilia siue serpentes, innoxios & sanctos viros, astutiæ viuacitate bonũ à malo discernentes. Augustinus, Iumenta, inquit, & pecora dicuntur in ecclesia simpliciter quidem ambulantia, sed vtilia, nõ multum docta, sed fide plena. Hęc Augustinus. Est plerunq; consuetudo à regibus vsurpata & principibus terræ, vt si forte magnificam & nobilem ciuitatem condiderint, iam vrbe absoluta imaginẽ suam in medio illius visendam omnibus spectandãq; constituant: haud aliter principem omnium Deum fecisse videmus, qui tota mundi machina constructa, postremum omnium hominem in medio illius statuit ad imaginem suam, & similitudinem formatum. Tradidit iam sacra scriptura, cœli & terræ, Solis & Lunæ stellarumq; omnium conditionem, ad hæc animantium omnium, quæ vel in cœlo alarũ remigo cursum tenent, vel in aquis sub ponto fluminibusq; agunt, vel in terra ipsa quadrupedante gressu iter agunt. Iam vt Ouidius rectè canit.

Sanctius ijs animal mentisq; capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset
Natus homo est.

Mirum hoc non iniuria videri posset, quod homo cum reliquis omnibus quæ terra sustinet, siue illa fruges vel plantæ sint, siue bruta, conditus sit, vt sub eodem creationis nomine homo & plantæ cæteraq; bruta complecterentur. Sed hoc mirũ videri desinet, si cogitauerimus hominem cum cæteris creatis, siue illa plantæ sint siue animalia, commune quid habere. Nã vt inquit Plato, πάντα τὰ φυτὰ κινεῖν

Plin. lib. 8
Arist. li. 9 Animal.
August. in psalm. 44.
Aristot. li. 9. Anima.
Plin. li. 8.
Martialis
Cassiodo. in psalm. 44.
Gregorius li. 3 Moral.
Verg. lib. 12. Æne.
Tertul. in li. de pœni.
Prou. 19.
Homerus ἰλιαδ. α.

Hesi. li. 1.
Homerus ἰλιαδ. α.
August. in Psal. 10.
Ouid. libr. 1. metam.
Plato in Theage.

νδύει τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχειν, καὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς φυόμενα καὶ τὰ ζῶα, τά τε ἄλλα καὶ αὐθρωπος. καὶ γὰρ οὐ πᾶς φυτοῖς ῥᾶστον ἡμῖν τοῦτο γίγνεται, ὅσοι πλὴν γλῆ γεωργεῖν, τὸ παρεσκευάζειν τὰ πάντα τὰ πρὸς τὸ φυτεύειν καὶ αὐτὸ τὸ φυτεύσαι. ἐπεισιὼν δὲ τὸ φυτευθὲν βίῳ, μετὰ τοῦτο θεραπείας τοῦ φυτοῦ καὶ πολλῆς καὶ καλεπῆς καὶ δυσκολος γίγνεται. ὅτῳ δὲ ἔχειν ἔοικε καὶ τὸ πρὸς τὸν αὐθρώπον, ἀεὶ δὴν ἐμαυτοῦ ἐγὼ πραγμάτων τεκμαίρομαι. καὶ εἰς τὰ ἄλλα. καὶ γὰρ ἐμοί ἢ τῷ ἱερῷ τοῦτο, εἴτε φυτείαν εἴτε παιδοποιίαν δεῖ αὐτῶν ὀνομάζειν, παντῶν ῥᾴστη γέγονεν, ἡ δὲ τροφὴ δύσκολος τε καὶ ἀεὶ φόβῳ πρὸς αὐτοῦ διεσιόντι. τὰ μὲν ἄλλα πολλὰ ἂν εἴη λέγειν. Id est. Omnes quidē plantæ eodem se modo habere videntur. Et quæ quidem ex terra oriuntur & animalia omnia & homines ipsi. Enimuero in plantis facillimum hoc est nobis, qui terram colimus, præparare quidem omnia antequam plantemus, etiam ipsam & plantationem; postquam verò quod plantatum est viuit, tunc cultus ipsius varius est, & difficilis: eodemq; modo & de hominibus videtur. Ex meis enim rebus ad alia coniecturā facio. Etenim hæc mihi mei filij siue plantatio, seu filij generatio appellanda sit, omnium facillima extitit; educatio autem difficilis, & semper in timore, maximum metū sui causa subeunti. Et alia quidem multa de hoc dici possent. Hactenus Plato Sed iam diuinā vocē super hominis creatione audiamus. ¶ Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestijs vniuersæ terræ, omniq; reptili quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illum, masculum & fœminam creauit eos. ¶ Ab hac lectione Septuaginta versio parum variat, quæ talis est, ποιήσωμεν αὐθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ παντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ἐποίησε ὁ θεὸς τὸν αὐθρωπον, κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. Id est. Faciamus hominē secūdū imagine nostrā, & secundum similitudinem, & dominentur piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestijs, & vniuersæ terræ, & omnibus reptilibus quæ repunt super terram. Et fecit Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit eum, masculum & fœminam fecit eos. At Hebraica veritas quēadmodum ab vtraq; hac lectione nonnihil variat, ita verum & genuinum intellectum certius reddit. Nam quod nos legimus. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, Hebraice legitur נַעֲשֶׂה אָדָם בְּצַלְמֵנוּ כִּדְמוּתֵנוּ Id est. Faciamus hominem ad imaginem nostram, tāquam similitudinem nostram. Hāc diuinam in homine imaginem & similitudinem intellexerunt ethnici quoque, haud dubio naturæ instinctu edocti. Hinc frequens ad Homerum est θεοείδης, & θεοείκελος, quasi Deo similis.

μὴ δὲ οὕτως ἀγαθὸς πέρ ἐῶν θεοείκελ' ἀχιλλεῦ. *Homerus Iliad. α.*

ὡς τότε τηλίκαχον θεοειδέα δίον ὑφορβὸς πάντα λύσειν. *Odyss. π.*

Sibylla quoq; hominis imaginem ad Dei imaginem factam hoc versu indicat. *Sibylla.*

εἰκὼν ἐς' ἄνθρωπος ἐμὴ λόγον ὀρθὸν ἔχουσα.

Id est.

Imago est homo mea rationem rectam habens

Ouidius quum rerum omnium creationem ab exordio vsq; ad hominem deduxisset, de eius conditione ab opifice omnium rerum facta sic inquit, *Ouid. libr. 1. metam.*

Finxit in effigiem moderantûm cuncta deorum.

Cæterum hęc imago & similitudo Dei, quam in homine esse, diuina testatur scriptura, quanam in hominis parte esse intelliga sit, à multis sæpè quęsitum est. Epiphanius in nullam hominis partem, vel etiam animi dotes hanc Dei imaginem competere putat. Non enim in corpore intelligitur, ne Deum faciamus visibilē & corporalem, vel hominem Deo æquemus. Sed neq; in anima hominis imago Dei vllo modo esse potest. Qui enim hoc asserunt leuibus nituntur argumentis, q̃ scilicet anima sit inuisibilis, actiua, motabilis, cogitatiua, & ratione vtens & harū rerum causa ad imaginem esse dicatur, quod Deum in terra imitetur, mouens et agens, & omnia alia quæ homo ratione perficere soleat, faciens. Sed propter hæc nullo modo ad imaginē Dei esse poterit anima, quandoquidē Deus multis modis animam ipsam præcellit, nimirum incōprehensibilis, & qui humana cogitatione assequi non poterit, omnia sciens præterita, præsentia, visibilia & inuisibilia, fines terrę & profundū abysi, sublimitatē cœlo- *Epiph. lib. 3. cōt. hær.*

cœlorum, & omnia quę sunt ipse complectitur, & à nullo complexus. Porrò anima à corpore cōplectitur, ignorat abysi profunditatem, neque scit terræ latitudinem, terminos orbis ignorat, cœlorum sublimitatem non assequitur, neq; quæ futura sunt, aut fiunt, aut facta sunt ferè ignorat. Et multa quidem in hunc modum essent dicenda. Præterea anima diuisiones accipit: Deus verò indiuisibilis est. Ait enim Apostolus. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoq; ac medullarum. Præterea erant qui hanc imaginē putarent esse virtutis studium, quę cum in Deo tanquam in immenso mari sint, in hominis quoq; anima esse possint. Sed horum opinionē cōuellit Epiphanius, quod dicat, etsi sum mę interdum virtutes in sanctissimis viris fuerint, tamen eę semper cum nonnullis vicijs coniunctæ fuerunt, cum virtutes in Deo sine vicijs sint. Erant quoque qui dicerent baptismatis sacramentum & eius gratiam imaginem dici, & hoc esse quod Paulus dicit: Sicut portauimus imaginem terreni, portemus etiam imaginem cœlestis. Sed hoc ita improbat Epiphanius vt dicat vetustissimos patriarchas & prophetas veteris testamenti ad imaginem Dei fuisse, qui tamen baptismi sacramentum non acceperant. Quinetiam erant qui dicerent, Adam quidem in imagine Dei creatum, verum per peccatum rursus eam amisisse. Sed & hanc opinionem sacra scriptura confutat, cum etiam post Adæ peccatum homo ad imaginem Dei dicatur. Et Deus dicit post diluuium. Quicunq; effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippe Dei factus est homo. Et Paulus scribit virum non debere comam nutrire, quoniam imago & gloria Dei sit. Sic ergo Epiphanius aliorum opinionem reijcit, vt tamen ipse suam non adducat, sed nulli hominum exploratum esse scribit, qua in hominis parte, hæc Dei imago sit, sed tantum credendū. At- *Epiph. libr. 3. cōt. hær.* qui nihil prohibet si ipsum Epiphanium sua lingua loquentem audiamus. ἀλλ' ἔστιν ἡ πιστεύειν μὲν τῷ αὐθρώπῳ τὸ κατ' εἰκόνα μὲν ποιεῖ τι δὲ μάλιστα καὶ οὐχ ἁπλῶς. ποῦ δὲ ὄν, ἢ ποῖ ποτε πεπλήρωται τὸ κατ' εἰκόνα αὐτῷ μόνῳ ἔγνωται θεῷ κατὰ χάριν θεῷ αὐθρώπῳ δωρησαμένῳ τὸ κατ' εἰκόνα. Id est. At qui credēdum modis omnibus & inprimis est in homine esse hoc quod scriptum est, secundum imaginem, verum vbi sit, vel vbi impletum sit hoc secūdum imaginem, soli Deo cognitum est, qui hanc gratiā homini dedit, vt sit secundum imaginem. Hactenus Epiphanium adduximus, qui diuinam hanc in homine imaginem qua in parte intelligenda sit ignorare se fatetur, & credere magis in homine esse quàm ingenio assequi posse. Fuerunt tamen olim perquàm rudes, qui ex hoc scripturæ loco, vbi de imagine Dei, ad quam homo factus sit, mentio fit, Deum ex corporali forma cæterisq; membrorum liniamentis constare putarent, tanquam hominis archetypum. Et huius quidem insaniæ auctorem fuisse aiunt Melitonem, quæ risu magis quàm confutatione digna est; tum quod scripturæ verba hoc nullo modo indicare videntur, si quis illa diligentius pensitet. Sunt enim in sacra lingua duę voces, quæ imaginem significāt, sed diuerso modo תֹּאַר & צֶלֶם ergo vocatur imago aliqua ex rebus aliquibus composita, & fabricata opificis opera, & sensib. ipsis exposita, & talis imago Deus non dicitur. At צֶלֶם conuenit formæ naturali quæ est perfectio rei & essentia, sicut est in homine intellectus humanus, & propter hoc dictum est ad imaginem Dei. Quum ergo dixit Deus: Faciamus hominem ad nostrum צֶלֶם id est, imaginem, hoc est dicere in forma spirituali, quæ est apprehēsio intelligibilis, non fabricatio seu compositio formæ corporalis. Neque solum hæc vox צֶלֶם ostendit Dei imaginem nō esse corporalem, sed spiritualem, sed etiā altera vox nempe דְּמוּת Similitudo. Huius significatio est vt sit similitudo aliquo modo non corporeo. Hoc declarant verba prophetæ Dauid cum sic inquit דָּמִיתִי לְקַאַת מִדְבָּר Id est. Similis factus sum Pelicano solitudinis. Neq; enim in Pelicanū transformatus fuit, vt alas assumeret & plumas, sed potius in dolore Pelicano similis fuit. Sic etiā homo ad similitudinē Dei factus, nō externā & corporalē, quę in Deo nulla est: sed potius spiritualem & intelligēdam. Scribit Plato semel atq; iterum causas, quur anima Deo similis sit, In Alcib. putat animā Deo similem, *Rabi Moyses Ægyp.* *Plato in Alcibiade 2.*

quod

quod cognoscat & intellígat: & secundũ hanc intellígẽdi vim Deo similis sit. Σοκ. ἔχομεν οὖν εἰπεῖν ὅτι δεῖ τὴν ψυχὴν θειότερον ἢ τοῦτο πυθέσθαι ὁ τὸ. εἰδέναι τε καὶ φρονεῖν: Αλκ. οὐκ ἔχομεν. Σοκ. ἆρ' οὖν θεῷ ἄρα τοῦτο ἔοικεν αὐτό. καὶ τὶς εἰς τοῦτο βλέπειν. καὶ παῦτο θεῖον γνῶς, θεὸν τε καὶ φρόνησιν, ὅτῳ καὶ ἑαυτὸν εὖ γνοίη μάλισα. Id est. Socrates. Habes ne dicere, quod in anima diuinius aliquid sit, quã quod scit & intellígit? Alc. Non habemus. Soc. Ergo Deo in hac parte similis est. Et quisquis in hoc respicit, & quicquid diuinũ est cognoscit, Deumq́ & intelligentiam: sic etiã seipsum maxime cognosceret. Idẽ Plato in Phedone scribit animam Deo similem videri ob dominandi & principãdi cõmercium. ὅρα δὴ καὶ τόδε. ὅτι ἐπειδὰν γὲ αὐτῷ ὦσι ψυχὴ καὶ σῶμα. τὸν μὲν δουλεύειν καὶ ἄρχεσθαι ἡ φύσις προστάττει, τὴν δὲ ἄρχειν καὶ δεσπόζειν, κατὰ ταῦτα αὖ φαίνεται σοι δοκεῖ ὅμοιον, τὸν θεῷ εἶναι, καὶ πρεπόν τῷ θνητῷ ἢ ὁ δοκεῖ σοι τὸ μὲν θεῖον οἷον ἄρχειν τε καὶ ἡγεμονεύειν πεφυκέναι, τὸ δὲ θνητὸν ἄρχεσθαί τε καὶ δουλεύειν; ἔμοιγε. πῶς ἔφην οὖν ἡ ψυχὴ ἔοικε; δηλαδὴ ὦ Σώκρατες, ὅτι ἡ μὲν ψυχὴ τῷ θείῳ, τὸ δ' σῶμα τῷ θνητῷ. σκόπει δὴ ἔφη ὦ Κέβης εἰ ἐκ παντῶν δὴ εἰρημένων τὰ δὲ ἡμῖν ξυμβαίνει, τῷ μὲν θείῳ καὶ ἀθανάτῳ καὶ νοητῷ καὶ μονοειδεῖ, καὶ ἀδιαλύτῳ, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως, κατὰ ταυτὰ ἔχοντι ἑαυτῷ ὁμοίοτατον εἶν ψυχῇ: τῷ δ' ἀνθρωπίνῳ καὶ θνητῷ, καὶ ἀνοητῷ καὶ πολυειδεῖ καὶ διαλυτῷ καὶ μηδέποτε κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχοντι ἑαυτῷ, ὁμοίοτατ' αὖ εἶν σῶμα. Id est. Vide sane huc, quãdoquidem in eodem sunt anima & corpus, & huic quidem natura præcepit seruire & subesse, animę verò pręesse & dominari; & secundum hæc, vtrum tibi videtur simile Deo esse, & vtrum mortale? An nõ tibi videtur, Deum ad præesse, & ad dominandum esse, hoc verò mortale subesse & seruire? Mihi quidem videtur. Vtro igitur anima similis est? Nimirum ô Socrates, quoniam anima Deo, corpus verò mortali simile est. Considera sane ô Cebes, si ex omnibus ijs prædictis, hoc nobis colligitur: Deo immortali, & intelligenti, vniformi, inseparabili, & semper eodẽ modo, semperq́ sibi constanti, similem esse animam: humano verò & mortali, insipienti, multiformi, & solubili, necq́ vnquam sibi constãti, simile esse corpus.

Plato in Phed.

Idem in eodem.

Rursus in eodem opere, putat animam Deo similẽ esse ob fœlicem immortalitatem, quam cum Deo habitura est, quæ in hac vita castam atq́ inculpatam vitam egerit. οὐκοῦν ὅστις μὲν ἔχουσα ἐς τὸ ὅμοιον αὐτῇ τὸ θεῖον ἀπέρχεται, τὸ θεῖον τε καὶ ἀθάνατον καὶ φρόνιμον, οἱ ἀφικομένη τάχιστα αὐτῇ εὐδαίμονι εἶν: πλάνης, καὶ ἀγνοίας, καὶ φόβων, καὶ ἀγρίων ἐρώτων, καὶ ἄλλων ἁπάντων τῶν ἀνθρωπείων ἀπηλλαγμένη. Id est. Igitur aĩa quæ sic affecta est, ad similem ipsi Deum vadit, Deũ & immortalem & prudentem: quo cum venerit contiget illi vt sit fœlix, liberata ab omni errore, & ignorãtia, timoribus, & agrestibus amoribus, cęterisq́ humanis vicijs. Hactenus Plato. Nec mirũ videri debet si Anthropomorphitarum insania, magno Christianorum consensu explosa sit, quum ne apud ethnicos quidem, viri eximio ingenio prædíti, tam ridiculè de dijs suis senserint, vt eos humanis formis corporibusq́ induerent. Homerus fabularum omnium pater, de dijs suis hæc sensit.

Homerus Iliad. 5.

ὁ γὰρ σίτου ἐδουσ', ὁ πίνουσ' ἄβροτα οἶνον
τ' οὕνεκ' ἀναίμονες εἰσι καὶ ἀθάνατοι καλέονται.

Id est.

neque enim crustis cerealibus illi
Nec nigro dapibus sumptis vescuntur Iaccho
Sed diui exangues, immortalesq́ vocantur.

Iis versibus satis indicat Homerus deos suos incorporeos esse debere, quãdoquidem ijs quibus corpus alatur non fruantur, cibo videlicet & potu, quæ humani corporis imbecillitatem, & proinde etiam mortalitatem satis arguant. Horum, vt non indiguum & proinde etiam incorporeum, se verus Deus ostẽderet, ita per prophetã suum loquitur הַאוֹכַל בְּשַׂר אַבִּירִים וְדַם עַתּוּדִים אֶשְׁתֶּה Id est. Nunquid mãducabo carnem taurorum, & sanguinem hircorum bibam? Quapropter, inquit Plin. effigiem Dei, formamq́ quærere imbecillitatis humanæ reor, haud dubio, de effigie formaq́ humana loquitur, quæ in Deo quærenda non est. Quid? an non Cicero ipse, tametsi profundis ignorantiæ tenebris immersus, prope ad hunc scripturæ locum accessit, de imagine Dei in homine, nec tamen eam corpoream esse? Hominis, inquit, esse specie deos confitendum est. Nec tamen ea species corpus est, sed quasi corpus, nec habet

Psa. 49.

Plin. li. 2.

habet sanguinẽ, sed quasi sanguinem. Et de Epicuro idem inquit: Epicurus autem qui res occultas, & penitus abditas, non modò viderat animo, sed etiã sic tractat, vt doceat nos quasi manu, eam essevim et naturam deorum, vt nõ sensu, sed mente cernatur. Nõ iniuria Cicero Platonis inconstantiam notat, quod sine corpore vllo Deum vult esse, vt Græci dicunt, ἀσώματον, id tamen quale esse possit intelligi nõ potest. Cæterum quũ hæc Dei imago in corpore hominis esse nequeat, quod Deus incorporeus sit & homo ex corpore constet, sed necq́ in anima esse poterit, si Epiphanium audire voluerimus, qua tandem hominis in parte eam inuenire poterimus? cum ex hominis partibus nihil præter corpus & animam reliquũ habeamus? Sunt tamen inter ecclesiasticos scriptores complures, & quorum scripta magno Ecclesiæ consensu recepta sunt, qui hanc Dei imaginem in hominis anima intelligendam putauerunt. Vt enim vnus Deus est, & vbiq́ totus, omnia viuificans & mouens & gubernans: sic anima in suo corpore vbiq́ tota viget, viuificans illud & mouens & gubernans. Sicut Deus sapit, & viuit, ita anima secundum suum modum, viuit, & sapit. Vt anima non manducat, necq́ bibit, sic Deus non manducat neque bibit. Vt anima videt & non videtur, ita Deus videt & non videtur. Sunt qui hanc imaginem animæ ad Deum parum efficacem putent, vt quæ accidentalis magis sit quàm ex animæ potentijs desumpta. A animæ potẽtiæ sunt, intellectus, voluntas, memoria, hæ tres in vna sunt anima, quemadmodum tres personæ, pater, filius, & Spiritus sanctus in vna diuinitate. Nã sicut ex patre generatur filius, & ex patre filioq́ procedit Spiritus sanctus; ita ex intellectu generatur voluntas, & ex ijs itẽ duobus procedit memoria, sicut facile à quolibet sapiente intelligi potest. In hanc discedunt sententiam fere theologorum centuriæ, vt tres illę humanæ animæ potentiæ, intellectus, voluntas, memoria, tres in diuinitate referant personas, patrem filium & spiritum sanctum & hoc sit hominem creatum ad imaginem Dei. Cæterum, vt pace omnium dixerim, non iniuria quis ab hac sentẽtia desciuerit. Quod si tres illæ humanæ animæ potentiæ, longè potiores & præstantiores in angelis inueniuntur quàm in hominibus, tum etiam lõgè plus similitudinis habent cum diuina potentia, vt iam verum esse necesse sit angelicam creaturam nobilius ad diuinam imaginem creatam quàm humanam. Et vbi iam erit peruulgata illa Theologorum sententia, hominem præ cæteris creaturis nobiliori cumulatum à Deo priuilegio, vt solus sit ad imaginem Dei creatus, si iam hoc ei ab angelica est creatura præreptum? Hic iam nobis conandum est vt insigne quid & eximium homini astruamus, quod ei cum nulla alia creatura commune sit, sed solus sibi homo vendicet. Hoc nimirum substãtia est hominis; quæ omnium naturarum substantias, & totius plenitudinem vniuersi in se reipsa complectitur. Quemadmodum igitur Deus non solum ob id quod omnia intelligit, sed quia in seipso verè rerum substantiæ perfectionem totam vnit & colligit: ita & homo (quanquam aliter vt ostendemus, alioqui non Dei imago, sed Deus esset) ad integritatem suæ substantiæ omnes totius mundi naturas corrogat & counit. Quod de nulla creatura alia, siue angelica siue cœlesti, siue sensibili dicere possumus. Hanc ob causam homo appellatur μικρὸς κόσμος, quasi paruus mũdus, ꝓpterea vt ait Proc. καὶ ἔστι καὶ γὰρ τὰ τῷ παντὶ μερικῶς, ὅσα γὰρ τῷ κόσμῳ θείως τε καὶ ὁλικῶς. Id est. Quandoquidem in illo sunt omnia particulariter, quæcunq́ in mundo sunt diuinitus & vniuersaliter. Hoc est quod Mercurius inquit: Magnum ô Asclepi miraculum est homo. Est igitur homo creaturarum internuntius, superis familiaris, rex inferiorum: sensuum perspicacia, rationis indagine, intelligentiæ lumine, naturæ interpres. Stabilis æui, & fluxi temporis interstitium, & (quod Persæ dicunt) mundi copula, imò hymeneus, ab angelis, teste Dauid, paulo diminutus. Atqui quod superius diximus, Deum in se ipso verè rerum substantiæ perfectionem totum vnire & colligere, & quod homo ad integritatem suæ substãtiæ, omnes totius mundi naturas corrogat, hanc diuersitatem inter Deum & hominem facit, quod Deus in se omnia continet, vti omnium principium: homo autem in se omnia continet vti medium omnium: quo fit vt in Deo sint omnia melio-

Cicli. 1. de natu. deor.

Proclus in Tim. Pla.

quanto in ijsdem mentibus pertransitus illius quasi in fluxa terra descendit. Loca quippe humentia sunt opera voluptuosa. Hinc est quod Dominus in Euangelio ait de spiritu exeunte ab homine, quod ambulet per loca arida & inaquosa, sed requiem non inuenit. Locus arentia atq; inaquosa sunt corda iustorũ, quæ per disciplinæ fortitudinẽ ab omni carnalis concupiscentiæ humore siccantur. Hæc ergò sunt arida illa, quæ dispulsis carnalium viciorum aquis, propalam omnibus apparent, opera scilicet nostra bona, quæ videntes homines, glorificent patrem nostrum qui in cœlis est. Qui enim facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Hi ergò sunt fructus. qui è terra, sed iam arida, germinauerũt. Iam verò quartæ diei opera, solem & lunam & stellas & quomodo hæc in homine sint, videamus. Sunt cœlestia hæc corpora quemadmodum altitudine & situ, ita etiam fulgore longe disparia. Significant igitur hæc disparia cœli luminaria, diuersas in hominibus dotes & gratias. Apostolus, inquit Augustinus, concordem gratiarũ dei varietatẽ in hominibus Dei volens ostendere, hæc inprimis duo posuit dicens: Alij quidem datur per spiritum sermo sapientiæ: hoc esse arbitror solem in potestatem diei: Alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum, hoc est lunam. Deinde quodammodo stellas commemorari puto in eo quod dictur: Alij fides in eodem spiritu, alij curationum donatio in vno spiritu, alij operationes virtutum in eodem spiritu, alij prophetiæ, alij diiudicatio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonũ. Nihil enim horum est, quod in huius seculi nocte non sit necessarium, quæ cum transierit, necessaria ista nõ erunt, ideò in potestatem noctis. Hactenus Augustinus. Hæc allegoria, qua solem, lunam & stellas ad varias hominum dotes, idq; ex Pauli doctrina, refert, adeo vera est, vt ne ethnicos quidem fallere potuit, qui non omnia vni Deos dedisse scribunt. Et Nestor iam affecta ætate apud Homerum sic loquitur.

August. in Psal. 136.

Homerus Iliad. δ. ἀλλ' ὄυπως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισιν. Id est.

Attamen haud superi mortalibus omnia præstant.

Et alibi Polydamas sic alloquitur Hectorem.

Idem Iliad. ν.

ἀλλ' ὄυπως ἅμα πάντα δωήσεαι αὐτὸς ἑλέσθαι
ἀλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα
ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν, ἑτέρῳ λύρην καὶ ἀοιδήν
ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσιν τίθει νόον ἐὐρύοπα Ζεὺς
ἐσθλόν, τοῦ δ' ἔτε πολλοὶ ἐπαυρίσκοντ' ἄνθρωποι.

Id est.

Haudquaquam poteris sortirier omnia solus
Nang, alijs diui bello pollere dederunt
Huic saltandi artem, voce huic, citharaq; canendi
Rursum alij insenit sagax in pectora magnus
Iuppiter ingenium, at multis est vtilis ille.

Alibi.

Homerus Odyss. θ.

οὔτως οὐ πάντων θεοὶ χαρίεντα δίδοσι
ἀνδράσιν, οὔτε φυὴν, οὔτε φρένας, οὔτ' ἀρόγυιαν
ἄλλος μὲν γὰρ εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνὴρ
ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἐπεσιν στέφει. Id est.

Non ita cœlestes tribuunt sua dona quibusuis
Seu formam, siue ingenium, viresq; loquendi
Est etenim informis species cui contigit, atqui
Linguæ dote Deus pensat dispendia formæ.

Huc pertinet & Pindaricũ illud in eandem sententiam dictum.

Pindarus in Nem.

τυχεῖν δ' ἐν' ἁδύματον ἐυδαιμονίαν ἅπασαν.

Id est.

Fieri non potest, vt omnis fœlicitas vni contingat.

Tandem nos creatarum rerum series ad bruta vsq; deduxit. Cæterum an hæc in homine inueniri possint, vel potius an in hęc transfigurari, meritò quæri poterit. Sunt veterum scriptorum nõ nulli qui gentes quasdem statis temporibus in lupos verti persuadere conati sunt. Homerica Circe carminibus socios mutauit Vlysses, & vt poeta canit.

Homerus Odyss. κ.

ῥάβδῳ τε πλήγυσα κάτα συφεοῖσιν ἔεργεν
οἱ δὲ συῶν μὲν ἔχον κεφαλὰς φωνήντε σέμασθε
καὶ τρίχας αὐτὰς νῶς ἦν ἐμπεδον ὡς ὸ πάρος περ.

Id est.

Virga percutiunt intra haras compulit
Hi verò suùm habebant capita, vocem & corpus
Et setas, verum mens illis firma erat vt prius.

Erat hoc studium poëtis semper, nedum Græcis, verumetiam Latinis, vt dicerent mutatas in noua corpora formas. Apuleius dirus sermonis latini hostis, & poetica licentia lasciuiens magis quàm historica grauitate scribens, dum Luciani fabulas vertit, in asinum se prodigiosa metamorphosi transfiguratum scribit, humana mente tamen manente. Hoc argumentum cum à Luciano accepisset Apuleius, auxit ipse & fabulas alias adiecit, quo satisfaceret ijs quibus Milesiæ fabulæ cordi essent. In asinum tamen versum credendum non est, sed potius poetarum fabulis simile putandũ. Cæterũ an nobis putandũ erit vatum tot sublimia pectora, hominum tot mutationes in bestias, animi causa vel finxisse, vel tot futuris seculis pro vero persuadere voluisse? Non puto eos tam male sensisse de futuris hominibus, vt hæc tanquam vera suscepturi essent, vtut numerosa & ornata versuum iunctura deliniti & capti. Est quod hic poetarum mentis sublimitatem admirari debeamus, quæ tantum abest vt vlla reprehensione digna sit, vt etiam summam ingenij laudem sibi vendicet, & ad diuinæ scripturæ maiestatem propius accedat. Vera sunt quæ à poetis dicuntur, sed obtentu aliquo, specieq; velata, inquit Lactantius. Et officium poetæ in eo est, vt ea quæ gesta sunt verè, in aliquas species obliquis figurationibus, cũ decore aliquo conuersa, traducere. Totum autem quod referas fingere, id est, ineptum esse, & mendacem potius quã poetam. Quod si hæc Lactantij verba vera esse fatebimur, quis non statim videat quo hominũ in bruta transfigurationes referendę sint? Sunt tot vicia quibus humanum genus sursum ac deorsũ rapitur. Est libido, ira, furor, vlciscẽdi studiũ, dominandi ardor, quæ omnia brutis naturã ipsam inseuisse videmus. Quisquis igitur homo ijs erit addictus, an non hunc in brutum transformatum existimabimus? Quid enim interest, ait Cicero, vtrum ex homine se conuertat quis in beluam, an in hominis figura immanitatem gerat beluæ? Tradunt poetæ Saturnum à filio Ioue regno exutum, atque in Italiam nauigio venisse, ibiq; in equum mutatum. Literarum osores fabulam vt stultam & absurdam aspernantur. Prudentius Christianus & pius poeta, fabulæ personam detrahit, eãq; in Saturni adultera interpretatur. Sic enim de vetustissimis Italorum dijs à Saturno genitis scribit.

Lactantius lib. 1. cont. gent.

Cicero li. 3 Offic.

Ouid. li. 6 Metam.

Prudentius lib. 1. cõt. Symm.

Aduena quos profugus gignens & equina libido
Intulit Italiæ, thuscis nang, ille puellis
Primus adhimiuit simulato nũmine mœchus.

Quid magis consentaneum diuinis literis dici potuit? & quid magis ad prophetarum ænigma accedere potuit quã hæc Saturni libido & adulteria equi nomine significata? Et Deus per prophetam suum de Israelitico populo inquit. Amatores in fœminas, & emissarij facti sunt; vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Et in eodem propheta comminatur, Ego, inquit, nudaui fœmora tua contra faciẽ tuam, & apparuit ignominia tua, adulteria tua, & hinnitus tuus. Et Dauid nos ab adulterijs & libidinis incõtinentia ijs verbis auocat: Nolite, inquit, fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Ex hoc sacræ scripturæ ænigmate natum est illud Pythagoreorum paradoxon, si tamen rectè intelligatur, improbos & scelestos hoies in bruta migrare, et si Empedocli credas etiã in plantas. Mahumetes teterrima illa belua, illud frequẽs in ore habebat, qui à diuina lege recesserit brutũ euadere, & merito quidem. Neq; enim plantam cortex, sed stupida & nihil sentiens natura: neque iumenta corium, sed bruta anima & sensualis facit. Si quem enim videris deditum ventri, humi serpentem hominem, frutex est non homo quẽ vides, si quem in phantasiæ quasi calypsus vanis præstigijs cęcutientẽ, & subscalpenti delinitum illecebra sensibus mancipatum, brutum est non homo quẽ vides. Hanc hominis variam & desultoriam in tot vicia mutationem Homerus in Protheo illo optimè expressit, qui nedũ in beluas varias se transmutauit, sed etiam in aquam & arborem transfiguratus est.

Hieremiæ 5. & 13.

Psalm. 31.

Homerus Odyss. δ.

ἀλλ' ἤτοι πρώτισα λέων γένετ' ἀϋγένειος·
αὐτὰρ ἔπειτα δράκων, καὶ παρδαλις ἠδὲ μέγας σῦς
γίνετ' δ' ὕγρὸν ὕδωρ, καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον.

Et Vergilius Homerum suũ sic æmulatus est, & Latinis versibus hunc in modum expressit.

Verg. lib. 4. Georg.

Omnia transformat sese in miracula rerum
Ignemq; horribilemq; feram, fluuiumq; liquentem:
Fiet enim subito sus horridus atraq; tigris
Squamosusq; draco, & fulua ceruice leena.

Asclepius Athenienſis author est, per hunc Prothea, humanã naturam planè versipellem, & in varia sese transformã-

Asclepius Athenienſ.

tē in mysterijs significari. Cæterū vt ad sacræ huius scripturę literam redeamus, cum hæc scribat bestias partim ex aquis emergere, partim è terra gigni, considerandum nobis erit quid per aquas, & quid per terrā, è quibus hæ bestiæ proficiscuntur, significari putabimus. Terra est hoc terrenū corpus & fragile quo circundamur; ex hoc tanquā è terra variæ bestiæ gignuntur, cum vel crapulis & comessationibus marcescimus vel venere voluptatibusq́ dissoluimur. Hæ quoniam per crassioris huius corporis membra, & excitantur & explentur, à terra gigni putantur. Ad aquas autem, id est, ad sensum imaginationis, affectiones illas referamus, quæ spirituales magis, & nostræ potius cogitationis quàm carnis soboles dici possunt. Quod genus sunt, quæ ad honores, ad iram, ad vltionem, & cognata ijs reliquas affectiones nos vocant. Hæ siquidem affectiones in mente hominis tanquam in aquis quibusdam mersæ sunt, quæque etiam mentes hominū transuersas agūt, lancinant, intus & in cute rodunt. Nec aliud putandum est, quod Homerus de Titio scribit, cuius iecur à vulturibus lacerari canit, quàm insanarum affectionum tyrannis, quibus humanus animus distrahitur, conuelliturq́.

Homerus

κὰ τιτυὸν εἶδον γαίης ἐριχυδέος υἱὸν
κείμεν᾽ ἐν ἀπέσλῳ ὀδ᾽ ἐπ᾽ ἐννέα κείτο πέλεθρα
γύπε δὲ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔκειρον
λέρτρον ἐσωδύοντες ὀδύνας ἀπαμύνετο χέρσι.

Vergilius li. 6. Æne.

Id est. Vt Vergilius imitatus est.

Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum
Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur, rostroq́ immanis vultur obunco
Immortale iecur tundens, fœcundaq́ pœnis
Viscera, rimaturq́ epulis, habitatq́ sub alto
Pectore, nec fibris requies datur vlla renatis.

Non de nihilo est quod eximij poetæ ex interaneis visceribus iecur tantopere conuelli & lacerari scribant. Qui de rebus physicis disserūt aiunt voluptatem cæteraq́ concupiscibiles affectiones in iecore consistere. Hinc est quod sub affectionū mortificatione, iecur iubetur, in veteri lege, à sacerdotibus Deo offerri, & igni incendi. Hic non iniuria quis diceret. Si igitur beluæ sunt sensuales affectiones noxiæ, quæ partim à corpore humano tanquam è terra gignuntur, partim ab interioribus, tanquam ab aquis egrediuntur, quid est quod sacra scriptura refert has bestias à Deo creatas, creatisq́ benedixisse, an nobis credendum est cum Manicheis has bestias à malo principio originem habere, & nō à bono Deo creatas? Sed hæ affectiones à Deo creatę sunt, & hominibus necessariæ, sed modicè vtentibus illis & legittimè. Cibo vtimur ad tutelam corporis, Venus ad liberorum procreationem data est. Irascendum etiam, sed intra modum, & vltio sæpe opus iustitiæ, & sua vnicuiq́ tuenda dignitas, nec recusandi honores, qui honestis artibus cōparantur, sed nos inde ad ambitionem, furorem, excandescentiam, superbiam libidinemq́ excedētes, mala facimus nostra culpa, quæ ille optimus optima instituerat. Monent proinde nos & poetæ, vt quoq́ rite & ad quod creatum est, vtamur. Vergilius de vino & Venere quatenus sint vtenda, ijs versibus docet.

Vergilius de vino & Venere.

Vina sitim sedent, natis Venus alma creandis
Seruiat, hos fines transiluisse nocet.

Luc. lib. 1. Pharſ.

Lucanus in laudem Catonis Vticensis non semel expatiatur, idq́ in inuidiā Cæsaris Dictatoris, quem Catonis vltroneus interitus, apud optimos quosq́ inuidia grauauit. In huius igitur laudē, poeta hoc ponit

Huic epulæ vicisse famem.

Et paulo post Veneris continentiam prædicat.

venerisq́ huic maximus vsus

Progenies

Sic igitur liquet hominem diuinam esse imaginem, propterea, quemadmodum Deus nō solum ob id quod omnia intelligit, sed quia in seipso verè rerum substantiæ perfectionem totam vnit & colligit, vti omnium principium: ita & homo, quanquam aliter ad integritatem suæ substantiæ omnes totius mundi naturas continet, vt omnium mediū. Hic homo nō immerito in sacris literis Mosaicis & Christianis, nunc omnis carnis, nunc omnis creaturæ appellatione designatur. Atqui nihil prohibet si hanc similitudinem hominis ad Deum in vita & moribus intelligamus quoq́. De hac similitudine & dissimilitudine hominis ad Deum Augustinus hæc scribit. Si dissimilitudine, inquit, recedimus à Deo, similitudine accedimus ad Deum. Qua similitudine? Ad quā facti sumus, quā in nobis peccando corruperamus, quam peccatorum remissione recepimus, quæ in nobis renouatur intus in mente, vt tanq́ resculpatur in nummo, id est, in anima nostra, imago Dei nostri, & redeamus ad thesauros eius. Nam & inde fratres, de nummo voluit Dominus noster Iesus Christus ostendere tentatoribus suis, qd quęrat Deus. Quando enim de tributo Cæsaris quærentes causam calumniæ, consulere magistrum veritatis, voluerunt, & consulendo tentare, vtrum liceret tributum dari Cęsari, quid ille ait? Quid me tentatis hypocritæ? Petit afferri sibi nummū, & allatus est. Cuius habet, inquit, imaginem? Responderunt, Cæsaris. Et ille. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari; & quæ sunt Dei Deo. Tanq́ diceret. Si Cæsar quęrit in nummo imaginem suā, Deus non quæret in homine imaginem suam? Ad hanc similitudinem nos Dominus noster Iesus Christus inuitans, imperat nobis vt nostros etiam inimicos diligamus, & dat exemplū de ipso Deo. Sicut Pater vester, ait, qui in cœlo est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Estote ergo sicut pater vester perfecti. Cum dicit, estote, sicut ille, perfecti; ad similitudinē nos inuitat. Si ergo nos ad similitudinem inuitat, cōstat quia dissimiles existendo recesseramus à Deo, & facti eramus longè per dissimilitudinē, & efficimur prope per similitudinem, vt iam fiat in nobis, quod scriptū est: Accedite ad eum & illuminamini. Hactenus Augustinus. In hanc sententiā Plato quoq́ scribit, modis omnibus conādū hominibus, vt Deo similes sint, neq́ vicia ob id fugienda, ne simus mali, & virtutes affectandæ, vt simus boni; sed vt Deo simles reddamur.

August. in psalm. 94.

Plato in Theæte.

ἀλλ᾽ ὅτι ἀπολέσθαι τὰ κακὰ ἀδύνατον ὦ θεόδωρε, ὑπεναντίον γὰρ τι τῷ ἀγαθῷ ἀεὶ εἶναι ἀνάγκη, ὅτι ἐν θεοῖς αὐτὰ ἱδρῦσθαι. τὸν δὲ θνητὸν φύσιν καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἀνάγκης. διὸ καὶ πειρᾶσθαί χρὴ ἐνθένδε ἐκεῖσε φεύγειν ὅτι τάχιστα. φυγὴ δὲ ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν, ὁμοίωσις δὲ δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι. ἀλλὰ γὰρ ὦ ἄριστε τὸ πάνυ τι ῥᾴδιον πεῖσαι, ὡς ἄρα οὐχ ὧν ἕνεκα οἱ πολλοί φασι δεῖν πονηρίαν μὲν φεύγειν, ἀρετὴν δὲ διωκεῖν, τούτων χάριν τὸ μὲν ἐπιτηδευτέον, τὸ δὲ ὅ, ἵνα δὴ μὴ κακὸς, καὶ ἵνα ἀγαθὸς δοκεῖν εἶναι, ταῦτα μὲν γὰρ δὴ ὁ λεγόμενος γραῶν ὕθλος, ὡς ἐμοὶ φαίνεται. τῷ ὄντι ἀληθὲς ὧδε λέγομεν. θεὸς οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἄδικος, ἀλλ᾽ ὡς οἷόν τε δικαιότατος, καὶ ὁμοιότατος τοιοῦτος ὢν τῷ, ὅς ἂν ἡμῶν αὖ γένηται δικαιότατος. id est. At impossibile est ô Theodore mala penitus extirpari. Nam bono oppositum aliquid esse semper necesse est. Neque illa tamen apud Deos locum habere possunt. Naturam verò mortalem regionemq́ inferiorem necessariò circumeunt. Quarè conandum est, vt hinc illuc quàm celerrimè fugiamus: fuga autem est vt Deo similes pro viribus efficiamur, Deo similes efficit, cum prudentia iustitia simul & sanctitas. Cæterum ô vir optime haud facilè id persuaderi potest, quod non illius gratia cuius vulgus existimat sequenda virtus, & vitium fugiendum, hoc est, ne malus videaris, vtque bonus appareas, hæ nanque anicularum nugæ mihi esse videntur. Sed quod verum sit ita dicamus. Deus nusquam & nullo modo iniustus, sed quàm iustissimus, nihilq́ illius similius quàm iustissimus homo. Hæc Plato. Cęterum non abs re fuerit, si diuina verba circa hominis creationē prolata pensitemus. Quid est quod Deus facturus hominem in hunc modum loqui volebat נַעֲשֶׂה אָדָם Id est. Faciemus hominem. Et septuaginta verterunt. ποιήσωμεν ἄνθρωπον. Id est. Faciamus hominem, & nostra versio consentit. Et mox additur בְּצַלְמֵנוּ כִּדְמוּתֵנוּ Id est. In imagine nostra, secundum similitudinem nostram. Mirum est quàm hæc scripturæ verba torqueant & peruertant Iudæi nostrates, nulla alia re nisi perfidia & erroribus occæcati. Iudæi siquidem triadem in Deo pernegant, eoque hæc verba, quæ eandem astruere videntur, adulterant; idq́ ex humanis moribus interpretatione ascita. Aiunt Deum de se loquutum plurali numero, regum & principum more, qui ad eundem modum pluraliter de se loqui amāt. Hoc Iudæorum figmentum Homerico illi affine est, quod de Ganymedis raptu scribit Cicero. Fingebat, inquit, hæc Homerus, & humana ad Deos trāsferebat, diuina mallem ad nos: Sic etiam Iudęorum insana perfidia, principum vitia ad Deum transfert, cum diuina virtus ad principes foret deducenda ijsdemq́ imitanda.

Cicero in Tuſcul. quæſti.

tanda. Piè proinde à Christianis scriptoribus ad personas in diuinitate hæc diuina verba referuntur: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Diuina hæc vox, inquit Hilarius, sustulit singularis intelligentiam professione consortij. Cõsortium autem esse aliquod solitario, ipse sibi non potest. Neq; rursum recipit solitarij solitudo, faciamus. Neq; quisquam alieno à se, nostram, loquitur. Vterq; sermo & faciamus & nostram, vt solitarium eundemq; non patitur, ita neq; diuersum à se alienũq; significat. Hactenus Hilarius. Tametsi trinitatis mysterium, & vnius vericq; Dei maiestas, nonnihil in propheticis literis, tanq; per transennam Israëlitis visa sit, & in euangelicis, apostolicisq; scriptis adeò plena luce omnibus & propalam coruscare conspiciamus, vt iam pio de sacræ triados fide dubitandum non sit, tamen ad Christianæ fidei stabilimentum nonnihil referre videtur, si ostenderimus trinitatis numerum vel apud ethnicos summa in veneratione semper habitum, quinetiam non nihil diuinitatis in eo sublatere, adeo vt sacra sua haud alio modo sacra putauerint, nisi trinitatis numero fuissent consecrata. Quodq; magis mirum videri debet, ipsa sacræ triados nomina apud ipsos inuenire est. Plato, qui apud Græcos omnes ingenij acumine & eloquentiæ laude superauit, patris & filij meminit, vt iam vanum omnino esse non possit, si quãdoq; diuinus appelletur. Quod quidem non alia ratione Deum fecisse putabimus, nisi vt ipsorum scripta venturæ pietati testimonium redderent, atque Christianæ pietati præluderent. Nulla enim alia re citius in Christianam religionem obgannientes opprimerentur, nisi ipsorum suorum scriptis, tanq; suo mucrone transfixi. Atqui ne verbis solum egisse videamur, ethnicos ipsos adducamus. Aristoteles omnem magnitudinem tribus constare scribit, tanquam perfectissimo quodam numero, nec vltra excedere posse. Sed ipsum loquentem sua lingua audiamus. μεγέθος δὲ, τὸ μὲν ἐφ' ἓν, γραμμὴ, τὸ δ' ἐπὶ δύο, ἐπίπεδον, τὸ δὲ ἐπὶ τρία σῶμα, καὶ παρὰ ταῦτα οὐκ ἐστίν ἄλλο μέγεθος, διά τὸ τὰ τρία πάντα εἶναι, καὶ τὸ τρὶς πάντη, καθάπερ γὰρ φασὶν οἱ πυθαγόρειοι, τὸ πᾶν καὶ τὰ πάντα τοῖς τρισὶν ὥρισται. τελευτὴ γὰρ καὶ μέσον καὶ ἀρχὴ τὸ ἀριθμὸν ἔχει τὸ παντός, ταῦτα δὲ τὸ τριάς ἐστιν. διὸ παρὰ τὴν φύσιν εἰλήφασι χρώμεθα τῷ θεῷ τῷ ἀριθμῷ τούτῳ. Id est. Magnitudinis ea quidẽ quæ ad vnum est diuisibilis, linea est. Ea verò ad duo, supficies; at ea quæ ad tria, est corpus. Atq; præter has nulla alia prorsus est magnitudo, propterea quod ipsa tria omnia sunt, & ter ipsum omi ex parte. Nam vt Pythagorici etiam inquiunt, ipsum omne ac omnia, tribus sunt definita. Finis enim, medium, atq; principium, ipsius omnis numerum habent, hæc autẽ trinitatis. Quapropter hoc à natura numero sumpto, perinde atq; quadã illius lege, & in Deorum sacrificijs celebrandis vti solemus. Hactenus Aristoteles. Hinc illud apud Vergilium sumptum est.

Hilar. li. 4. de Trini.

Verg. ecl. 8.

Terna tibi hæc primum triplicì diuersa colore
Licia circundo, terq; hæc altaria circum
Effigiem duco, numero Deus impare gaudet.

Claudia Vestalis famæ ambigua, & in impudicitiæ suspitionem veniens, quò integritatẽ suã manifesto aliquo exemplo comprobaret, nauim in qua mater Deûm vehebatur, cingulo suo duxisse narratur; prius tamen ternario numero vsa est inter precandum.

Ouid. li. 4. Fasto.

Ter caput irrorat, ter tollit ad æthera palmas
Quicunq; aspiciunt, mente carere putant.

Ferunt fabulæ poëtarũ Cererem deam, filiam Proserpinam querentem toto errasse cœlo. Cumq; in Atticam diuertisset, à Celeo Attico sene hospitio recipitur. Huius beneficium, vt aliquo munere pensaret Ceres, filium eius infantem è cunis raptum, immortalem reddere destinarat, prius tamen ternario numero vsa est.

Ouid. li. 4. Fasto.

Terq; manu permulsit eum, tria carmina dixit
Carmina mortali non referenda sono.

Inter vetustissimos, quorum opera apud Græcos extant, censetur Mercurius, cui ob multarum rerum & artium scientiam Trismegisto cognomen impositum est. Hic scripsit libros, & quidem multos, ad cognitionem diuinarum rerum pertinentes: in quibus maiestatem summi ac singularis Dei asserit: ijsdemq; nominibus appellat, quibus nos Deum & patrem. Hic igitur librum scripsit, qui λόγῳ τέλειῳ inscribitur, vbi summi Dei filiũ, qui sit maxima potestate præditus, confiteẽ ijs verbis, ὁ υἱὸς τοῦ τῶν ὅλων ποιητοῦ, ὃν θεὸν καλεῖν νενομίκαμεν, ἐπεὶ τὸν ὅλον τοῦτον ἐποίησε θεὸν ὁρατὸν καὶ ἀόριστον, ἀόριστον δὲ φαμὲν οὐ διὰ τὸ ἀόριστον αὐτὸν (περὶ γὰρ τούτου οὐκ ἔστι πότερον αὐτὸς ἀόριστος) ἀλλ' ὅτι εἰς ἀόριστον ὑποπέμπει τὴν ἔννοιαν, ὅτι ὃν τόπον ἐποίησε πρῶτον καὶ μόνον καὶ ἕνα. καλὸς δὲ αὐτῷ ἐφάνη καὶ πλήρεστατος πάντων τῶν ἀγαθῶν. ἠγίασε τε καὶ πάνυ ἐφίλησεν ὡς ἴδιον τόκον. Id est. Dominus atque omnium creator, quem Deum vocare consueuimus, quia secundum Deum fecit visibilem & sensibilem. Sensibilem autem assero non ideo quia ipse sentit (hoc enim non est vtrum ipse sentiat) sed quia ipse in sensum mittit & mentem. Quoniam ergo hunc primum fecit & solum & vnum, pulcher autem ei visus est, & plenissimus omnium bonorum, sanctificauitq;, & amauit quasi proprium filium. Hactenus ille. Atqui Plato apertè patrem & filium eloquutus videtur, cum de bono hunc in modũ disserit. καὶ γὰρ ἐμοί, ὦ ἑταῖρε, καὶ μαλὰ ἀρκέσει, ἀλλ' ὅπως μὴ οὐκ οἴσθ' τ' ἔσομαι, προθυμούμενος δὲ ἀξιομνημονῶν, γέλωτα ὀφλήσω. ἀλλ' ὦ μακάριοι, αὐτὸ μὲν τί ποτ' ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν ἐάσομεν τὸν νῦν παρόν. πλεῖον γάρ μοι φαίνεται, ἢ κατὰ τὴν παρούσαν ὁρμὴν ἐφικέσθαι τοῦ γε δοκοῦντος ἐμοὶ παρεῖν. ὡς δὲ ἐκγονός τε τοῦ ἀγαθοῦ φαίνεται καὶ ὁμοιότατος ἐκείνῳ, λέγειν ἐθέλω εἰ καὶ ἡμῖν βέλτιον, εἰ δὲ μὴ ἐᾶν. ἀλλ' ἔφη λέγε. εἰσαῦθις γὰρ τοῦ πατρὸς ἀποτίσεις τὴν δίκην. Id est. Atqui aiebam ego, ô socij, istud quidem mihi apprimè cordi esset, cæterum ne vires meas superet, vereor, si enim impudentia aliqua aggressus fuero, risui omnibus ero. Verum quid ipsum bonum sit, ô beati viri, in aliud tempus differamus. Maius enim mihi videtur, quàm vt hac intentione animi consequi possimus. Quod verò hoc tempore malim explicare illud est, quis sit boni ipsius filius simillimus ipsi. Si modo id quoque vobis licet, nam alioqui relinquamus. Sed, ait, dic. Nam de patre aliud erit commodius dicendi tempus. Rursus in epist. ad Herm. ἐπομνύντες πρὸ πάντων ἄμα μὴ ἀμύσσω τῇ τοῦ δίης ἀδελφῇ παιδείᾳ καὶ τοῦ τῶν πάντων θεοῦ ἡγεμόνα τε τῶν ὄντων καὶ τῶν μελλόντων τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ αὐτὸν πατέρα λύριον ἐπομνύντες. Id est. Iurantes studio musis apto & pari studij eruditione, per Deum ducem omnium quæ sunt, quæq; futura sunt; itidem per ducis & causæ omnium patrem dominum. Hactenus Plato, quẽ Platonici sequuti, principia quædam posuerunt. Porphyrius Platonicus hæc principia ponit patrem & filium, quem Græcè appellat paternum intellectum; quod quamuis in tenebris, videntur tamen poëtæ attigisse, quũ Mineruam suam υἱὸς νοῦ faciunt, sine matre, de illius vertice ac capite productam sapientiam ipsam. Inter Platonicos celebris est Plotinus, cuius etiam liber est de tribus substantijs, siue personis; in quo primum statuit æternum illud atq; perfectum, quod secundum genauit, & mentem æternam itidem & perfectam. Alio in loco patrem mentem nominat, vt interdum Plato fecit, sed ab eo manasse verbum; à quibus condita sunt vniuersa. Ita enim ait in principio libri de prouidentia: οὕτω δὴ ἐκ τοῦ ἀπ' αὐτοῦ λόγου αὐέσει τὸ δὲ τὸ πᾶν καὶ δίεσι. Id est. Ita q; à mente ipsa & ab eius sermone natum hoc vniuersum & digestum est. Mirum est quod de Serapidis sorte fertur, qui consultus quisnam eo esset beatior, hoc disticho respondisse fertur:

Trismegistus.

Plato li. 5. πολιτῶν

Porphyr.

Plotinus.

Plato in epistol. ad Hermiam

Serapidis responsum

πρῶτα θεὸς μετέπειτα λόγος καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς
Σύμφυτα δὴ τρία, πάντα καὶ εἰς ἓν ἰόντα.

Id est.

Principio Deus est, tum sermo, & spiritus istis
Additur, æquæua hæc sunt, & tendentia in vnum.

Hæc atque ijs similia, quæ partim à Platone, partim à Platonicis de Deo deque eius trinitate scripta sunt, faciunt vt hæc verba נַעֲשֶׂה אָדָם בְּצַלְמֵנוּ כִּדְמוּתֵנוּ Faciamus hominem in imagine nostra, secundum similitudinem nostram, de Deo deque eius diuina trinitate intelligamus, contra obstinatam & duram Iudæorum perfidiam, qui hæc verba alio torquere conantur.

Aristi. li. 1. d. cælo.

Et creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginẽ Dei creauit, masculum & fœminam creauit eos. Benedixitq;

illis Deus, & ait: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subijcite illam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram.] Est hic admirari sacræ scripturę circumspicientiam in verbis, nam quum prius dixisset נעשה אדם faciamus hominem, postea alio verbo vtitur ברא אדם id est, creauit hominem, tametsi Septuaginta verterunt ἐποίησε ἄνθρωπον, fecit hominem. Sunt qui diuersis ijs verbis, corporis & animę naturam exprimi putant; quatenus homo corpus habet è terra factus est, quantum ad animæ naturam, è nihilo creatus est. Quum hic scriptura disertè atq; expresse scribat hominem masculum & fœminam creatum, & humana scilicet natura duobus constet generibus, mare & fœmina: Plato tamen tribus generibus humanam naturam constitisse putat, cuius verba huc adducere alienum non fuerit. δεῖ δὲ πρῶτον ὑμᾶς μαθεῖν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, καὶ τὰ παθήματα αὐτῆς, ἡ γὰρ πάλαι ἡμῶν φύσις οὐχ αὕτη ἦν ἥπερ νῦν, ἀλλὰ ἄλλοία. τρεῖς γὰρ ἦσαν τὰ γένη τὰ τῶν ἀνθρώπων, ὃν καὶ ὧν φημὶ νῦν δύο, ἀρρήν τε καὶ θῆλυ ἄλλο τε τρίτον προσῆν κοινὸν ἀμφοτέροις τούτοις οὗ νῦν ὄνομα λοιπόν, αὐτὸ δὲ ἠφάνισται. οὐδ' ἐρώμενον γὰρ ἔτι τότε μόνον καὶ εἶδος τε καὶ ὄνομα, ἐξ ἀμφοτέρων κοινὸν τότε ἄρρεν τε καὶ θῆλυ. νῦν δ' ἐστὶ μὲν ἤδη ὀνείδει ὄνομα κείμενον. Id est. Atqui operæpretium fuerit vos prius hominis naturam perdiscere eiusque affectiones. Nostra enim natura nõ ita olim erat atq; modo est, sed alia. Principio siquidem tria erant hominum genera, non quemadmodum nunc duo masculus & fœmina, sed etiam tertium aderat, quod commune erat amborum horum; cuius nomen adhuc restat, cum tamen ipsum abolitum sit. Est enim Androgynum, tertia quædam forma & nomen, ex vtroq; commune, ex masculo scilicet & fœmina. Nunc verò non est, sed nomen ipsum iam ad contumeliam patet. Sed & Plinius ab hac opinione nihil abhorrens, tertij huius generis gentẽ esse scribit. Supra Nasamones, inquit, confinesq; illis Machlyas, Androgynos esse vtriusq; naturæ, inter se vicibus coëuntes, Calliphanes tradit. Aristoteles adijcit, dextram mammam ijs virilem, lęuam muliebrem esse. Hunc tertium hominum sexum, ceu neutrum quoddam genus, verum ne an falsum dicam, incertum habeo. Certè constat Androgynos tanquã delirantis naturæ portenta omnibus esse odio, eoq; credibile non putari integram aliquam gentem ijs propudijs constare posse, quodq; quo propensius credam facit scripturæ huius veritas, quæ hominem in duos sexus diuisum refert, ne vterque in vno homine sexus, prodigiosam atq; execrabilem libidinis suspitionem faceret. Huc accedit sacræ Hebrææ linguæ natura, quæ nullum nomen neutrũ nouit, sed omnia vel masculina sunt, vel fœminina; nimirũ consona huic loco quo refertur: Masculum & fœminam creauit eos. Nam quod nos legimus, Seraphim clamantia, beata, præua id consuetudine irrepsit, vt multa alia. [Benedixitque illis Deus & ait: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subijcite illam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouẽtur super terram.] Regius propheta ijs verbis accinit, vbi hominis sublimitatem sic effert: Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi. Volucres cœli & pisces maris. Cicero quoque idem vidit, omnia, quæ sunt in hoc mundo, quibus vtuntur homines, hominum causa facta esse & parata. Scitè enim Chrysippus, vt clypei causa inuolucrum, vaginam autem gladij, sic cætera omnia aliorum causa esse generata, vt eas fruges atque fructus, quos terra gignit, animantium causa, animantes autem hominum, vt equum, vehendi causa; arandi, bouem; venandi & custodiendi, canem; ipse autem homo ortus est ad mundum contemplandũ. Plin. etiam inquit. Principium iure tribuetur homini, cuius causa videtur cuncta alia genuisse natura, magna & sæua mercede contra tanta sua munera: vt non sit satis æstimare, parens melior homini, an tristior nouerca fuerit. [Dixitque Deus. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli, & vniuersis quæ mouentur in terra.] Simplicem victum & naturalem cibum diuina hæc verba nobis cõmendãt, nõ illũ magno labore ac pari sumptu terra mariq; conquisitum, hic enim delitiarum ac luxuriæ cibus est, at ille à Deo cõcessus, communis omnibus animantibus est. Exemplum itaque, inquit Ambrosius, frugalitatis, magisterium parsimoniæ est, herbæ simplicis victu, oleriscq; vilis, aut pomi, contentos esse omnes oportere, quem natura obtulit, quẽ liberalitas Dei prima donauit. Ille salubris, ille vtilis cibus, qui morbos repellat, qui resecet cruditates, nullo hominum paratus labore, sed diuino effusus munere: sine satione fruges, fructus sine semine, tam dulcis, tam gratus, vt etiam repletis voluptati atq; vsui sit. Deniq; ad primas datus mẽsas, ad secundas remansit. Hæc Ambrosius. Quæ hic Deus in cibum mortalibus omnibus concessit, ea Varro appellat bellaria, significat id vocabulum omne mensæ secundæ genus. Nam quæ προγήματα Græci aut ψήματα dixerũt, ea veteres nostri bellaria appellauerunt. Pythagoras à carnis ingluuie & voracitate gentes auocãs, ad fruges, poma, quæq; è terra gignuntur alimenta inuitare solitus erat ijs verbis.

Plato in Symposio.
Plin. li. 7.
Psal. 7.
Cice. lib. 2. de nat. deo.
Plin. li. 7.
Ambr. li. 3. Hexa.
A Gellius libro. 13. noct. att.
Ouid. libr. 15. Meta.

Sunt fruges, sunt deducentia ramos
Pondera poma suo, tumidæq; in vitibus vuæ
Sunt herbæ dulces, sunt quæ mitescere flamma
Mollirique queant.

Et paulo post.

Prodiga diuitias, alimentaq; mitia tellus
Suggerit, atq; epulas sine cæde & sanguine præbet.

Et paulo post.

At vetus illa ætas, cui fecimus Aurea nomen
Fœtibus arboreis, & quas humus educat, herbis
Fortunata fuit.

Hesiodus quoq; taxat sui temporis luxum, immodicamq; cupiditatem, quibus illecti tunc magnates, ad sumptum effusum & ad ciborum cupedias respiciebãt, & non potius ad olera & herbas, quibus hominũ valetudo & melius sustentatur, & salubrius fouetur.

Hesiod. li. 2. de oper.

οὐδ' ὅσον γὴ μαλάχη τε καὶ ἀσφοδέλῳ μεγ' ὄνειαρ.

Id est. *Ignorant stulti*
Ac quanta vilitas in malua & asphodelo sit.

Aristoxenus scribit Pythagoram leguminibus & fabis plurimum victitasse. τὸν Πυθαγόραν δὲ τὴν ἀσωτείαν μάλιστα τοῦ λύχνου, ἐλοιμάσατο. λίαν λυπητικόν τε γὰρ εἶναι καὶ διαφορητικόν. διὸ καὶ μάλιστα κέχρηται αὐτῷ. Id est. Pythagoras in leguminibus fabam præcipue approbauit, motum enim maximè excitat, & aluum ciet; quamobrem ea maximè vtitur. Diogenes quoque philosophus oleribus victitabat. Refert enim de eo Valerius Maximus cum Syracusis esset, & olera ei lauanti Aristippus dixisset, si Dionysio adulari velles, iste non esses, respondisse, imò, si tu ista esse velles, Dionysio nõ adulareris. Clarus est in Romanorum annalibus M. Curius, non tam corporis quàm animi fortitudine, vt qui nec acie vinci, nec pecunia corrumpi potuerit. Spreuit hic Samnitum magnum auri põdus ad se delatum, cum frugalissimè cęnans è ligneo catino, tostas igni rapas arroderet. Sed erat tum telluris fœtus longè homini charior quã postea vniuersum alituum pecudumque genus. Origenes ad allegoricum intellectum hunc victum, qui ex æquo hominibus pecudibusque datus est, interpretatur. Herba terrę atq; arborum poma, quibus homines atq; bruta vescuntur, affectiones sunt corporales, quæ nobis ac bestijs communes sunt. Ira, herba terræ & fructus eius est, qui ad esum homini datus est. Quoties ergo vir bonus ira commouetur in sceleratos atq; eos condignis afficit supplicijs, tum iusta hęc iura hominis cibus est, tanquam herba quædã terræ. Nõ enim facile fieri potest, vt sine ira peccata corrigantur. Hæc ira, inquit Lactantius, quæ ad correctionem viciorum pertinet, nec homini adimi debet, nec Deo potest; quia & vtilis est rebus humanis, & necessaria. Adducit Origenes hic exemplum de Phinea Eleazari filio, qui virum Israelitam cum scorto Madianitide concumbentem, diuina ira percitus, pugione confodit. Quod quidem facinus adeo reprehensione caruit; vt etiam amplissima sacerdotij dignitate sit remuneratum, dicente domino: Phinees sedauit furorem, & reputabitur ei ad iustitiam. Iste ergo cibus iræ, terrenus noster fit cibus, quum eo rationabiliter vtimur ad iustitiam. Sin verò quis irrationabiliter agatur ira, vt innocentes puniat, & efferuescat in eos qui nihil deliquerunt: iste cibus erit bestiarum agri, & serpentum terræ, & volucrum cœli. [Viditque Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Et factum est vespere & mane dies sextus.]

A Gell. li. 4. noc. att.
Valer. Maxim. li. 4.
Orig. Omilia. 1. in Genesim.
Lact. in li. de ira Dei

Numerorum ratio & series ad decem vsque perducitur, in quo tanquam fine aliquo

aliquo perstat, nec vltra progredi nequit, sed iteratur potius. Huius denarij partes è quibus consurgit, varijs sunt religionibus sacræ, & sua non desunt mysteria. Atqui senarius numerus hac dignitate pollet quod solus ex omnibus numeris qui infra decem sunt, de suis partibus cõstat. Habet enim medietatem, & tertiam partem, & sextam partem: & est medietas tria, tertia pars duo, sexta pars vnum, quæ omnia simul sex faciunt, nec aliud ex ijs tribus partibus coniunctis confici potest, nisi sex tantum, nec in alias partes senarius numerus diuidi potest, nisi in has tres, id est, vnum, duo & tria. Cæterum quod senarium numerum sacrosanctum facit, est quod Deus hoc dierum numero creaturas vniuersas cõdidit, & rursus eundem hunc numerum in hominis salute procuranda, obseruare voluerit, & Augustinus de numero sic scribit. Sicut ergo sexto die fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, sic inuenimus sexto seculo venisse dominum Iesum Christum, vt reformaretur homo ad imaginẽ Dei. Primum enim tempus tanquã primus dies ab Adam vsq; ad Noe: secundum tempus tanquã secundus dies à Noe vsq; ad Abraham: tertium tempus tanquam tertius dies ab Abraham vsq; ad Dauid: quartum tempus, tanquam quartus dies à Dauid vsq; ad transmigrationem Babyloniæ: quintum tempus, tanquam quintus dies à transmigratione in Babyloniam, vsque ad prædicationem Ioannis. Sextus dies iam à prædicatione Ioannis agitur vsq; ad finem. Hæc Augustinus. Euangelium quoque refert Christum dominũ ante sex dies Paschæ Bethaniam venisse, vt hominẽ sexto die creatum, & serpentina fraude perditum, ipse sexto die liberaret. Nam Christum sexta feria passum nemo piorũ ignorat. Quinetiam sexto mense, annunciante angelo, virgo Maria, hausto diuino spiritu, eundem redemptorem nostrum concepisse sacra Euãgelij historia refert. Sed & adulta iam ætate Christus iuxta puteum sedens, sexta hora, mulieri Samaritanę diuini fontis fluenta aperire dignatus est. ¶ Igitur perfecti sunt cœli & terra, & oĩs ornatus eorum. Compleuitq; Deus die septimo opus suum quod fecerat, & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. ¶

Macro. li. 1. in somn. Scipionis.

August. in Ps. 92. Et lib. 12. cõ. Faustum.

Cap. II.

Quod nos legimus, omnis ornatus eorum, in Hebræo legitur כָּל צְבָאָם id est, omnis exercitus eorũ. Hanc mundi perfectionem Cicero quoq; vidit, quum inquit. Mundus, quoniam omnia complexus est, nec est quicquam quod non insit in eo, perfectus vndiq; est. Plato colligit mundum perfectum esse quod orbicularis formæ sit, & globi similitudinem imitetur. Hæc enim forma omnium perfectissima est. σχῆμα δὲ ἔδωκεν αὐτῷ τὸ πρέπον καὶ ξυγγενές. τῷ γὰρ τὰ πάντα ὧν αὐτῷ ζῶα περιέχειν μέλλοντι ζῴῳ πρέπον ἂν εἴη σχῆμα τὸ περιειληφὸς ὧν αὐτῷ πάντα ὁπόσα σχήματα. διὸ καὶ σφαιροειδὲς ἐκ μέσου πάντῃ, πρὸς τὰς τελευτὰς ἴσον ἀπέχον, κυκλοτερὲς αὐτὸ ἐπορνοῦσατο πάντων τελεώτατον ὁμοιότατον τε αὐτὸ ἑαυτῷ σχημάτων, νομίζων μυρίῳ κάλλιον ὅμοιον ἀνομοίου. Id est. Deus mundo dedit figuram decentem & affinem. Ipsi enim animali, quod in se ipso complecti debebat omnia animalia, decens erat ea figura, quæ in se omnes alias figuras complecti posset. Ideo cum spherica figura ex medio vndiq; vsque ad fines æqualiter distet, circularem mundi figuram tornauit. Hæc enim ex omnibus figuris perfectissima & simillima sibi ipsi est. Putauit enim Deus longè pulchrius esse id quod simile esset quam quod dissimile. Hanc mundi formã Plinius omnium perfectissimam esse iudicat. Formam eius, inquit, in speciem orbis absoluti globatam esse, nomen inprimis, & cõsensus in eo mortalium, orbem appellantium, sed & argumẽta rerum docent: non solum quia talis figura omnibus sui partibus vergit in sese, ac sibijpsa toleranda est, secq; includit & cõtinet, nullarum egens compaginum, nec finis aut initium vllis sui partibus sentiẽs, sed etiam quia ad motum quo subindeverti debeat, talis aptissima est. Porrò ad mundi perfectionem inprimis referendum est, quod neq; corruptibilis est, neq; senescit, neq; corruptelis vicijsque obnoxius sit, quod Plato etiam in mundo miratus est. Quũ enim de Deo & creatione mundi disseruisset, sic postea infert. τὰ δ' ἀνοσιωθεὶς, πρῶτον μὲν ἵνα ὅλον ὅλῳ μάλισα ζῷον τέλεον ἐκ τελέων ὂν μερῶν εἴη πρὸς δὲ τούτοις, ἥν, ἅτε οὐκ ἀπολελειμμένον ὂν ἄλλο τοιοῦτ' ἂν γηροιό, ἔτι δὲ ἵνα ἀγήρων καὶ ἄνοσον ᾖ, λογιζόμενος ὡς ἃ ξυνιστᾶ τὰ σώματα θερμὰ καὶ ψυχρὰ καὶ παντοδαπὰ ὅσα δυνάμεις ἰσχυρὰς ἔχει πρὸς ἀλλήλα ἐξώθεν καὶ περο-

Cic. lib. 2. de na. deo.

Pla. in Ti.

Plin. li. 1.

Pla. in Ti.

ροσπιπτοντα ἀκαίρως, λύει καὶ νόσους γῆρας τε ἐπάγοντα, φθίνειν ποιεῖ, οἷα δὴ τῶν αὐτίων καὶ ὁ λογισμὸς τόνδε, ᾧ ὅλον ὂν ἀπάντων τελεον καὶ ἀγήρων καὶ ἄνοσον αὐτὸν ἐτεκτήνατο. Id est, Cogitauit, primo quidem vt mundus, tanquam animal, quàm maximè perfectus esset, è perfectis constans partibus. Ad hæc vero, vnus, vtpote cum nihil relictũ esset è quo alius fieret. Quinetiam ne senesceret & sine corruptelis esset, idque cum intelligeret corpora pessum ire & corrumpi, morbisque afficí, cum vel æstus vel frigora, vel quæcunq; alia illis incumbunt & irruunt. Ob hanc causam, atq; rationem, mundum ipsum condidit ex omnibus perfectum minimeq; senecturi, morbisq; obnoxium. Hæc Plato. Per continuos hos sex dies frequens iam mentio facta est huius sermonis. Dixit Deus. Aiunt Hebræi verbum, dicere, accõmodari ad voluntatẽ creatoris, vt sit, opera sex dierũ diuina volũtate producta esse. Porrò verbum quiescẽdi in septimo die accommodauerunt, quod tum nihil verbo Dei & voluntate eius cõditum sit, ideoq; scriptum sit: Requieuit Deus die septimo. Quum enim loquens cessauerit loqui, vocatur quiescẽs, sicut in Iob legimus: Cessauerunt tres amici Iob respondere ei: Siue vt significantius in Hebræo legitur וַיִּשְׁבְּתוּ quieuerunt. Et in Regum libro legimus de pueris Dauid: Loquuti sunt ad Nabal omnia verba hæc in nomine Dauid & siluerunt, sed in Hebræo legitur. וַיַּנִּיחוּ & quieuerunt. Sic hunc scripturæ locum interpretatus est Moyses Ægyptius, ne quis putaret requiẽ intelligendam semper post laborem, qui in Deo humano more intelligendus esset. Requies ergo Dei in septimo die est cessatio eius à nouis creaturis creandis. Fuerunt olim inter illos qui philosophico nomine gloriabantur, qui diuinam prouidentiã è medio sustulerũt, tanq; nefas esset credere Deũ mortaliũ curã agere, & tãta sollicitudine distringi & angi. Erroris huius ansam hic scripturę locus præbuisse videtur, quo narratur Deũ simulatq; omnia condiderat, ab omnibus suis operibus requieuisse, & rerum à se cõditarum habenas curamque abiecisse. Ferendum fuisset si prophani in hoc errore fuissent, nisi etiam christianos hæc impietas inuoluerit, vt omnia temerè agi ferique putarent. Huius delirij auctor primus fuit Epicurus. Sed & Aristot. quis crederet, in hac fuisse opinione, vt crederet Deũ suis contentũ esse finib. & prescripto regni modo degere., vt ad solã Lunã vsq; omnia administraret, inferiora vt sibi indigna respueret. Quid Plin. magnus ille naturæ indagator, & prope conscius, an nõ vt in multis alijs impius, sic in diuinã quoq; prouidentiã, quã sustulit, scelestus? Irrideẽdũ verò, inquit, agere curã rerũ humanarũ, illud quicquid est summũ. An ne tã tristi atq; multiplici ministerio non polluí credamus dubitemus? Satyricus quoq; poëta testatur multos suo æuo fuisse qui hac hæresi laborarent.

Moyses Ægyptius lib. 1. Ductoris.

Ambrosius lib. 1. offi.

Plin. li. 2.

Iuu. Saty. 13.

Sunt qui in fortunæ iam casibus omnia ponunt
Et nullo credunt mundum rectore moueri.

Impius hic & sæuus error eo pestilentior habẽdus est, quod non solum prouidẽtiã sustulit, sed etiã Deũ ipsum, & sic natura comparatum est, vt si alterum concesseris, alterum quoq; esse necesse sit, & altero sublato, vtrũq; sustuleris. Etenim, inquit Lactantius, si est Deus, vtiq; prouidens est, vt Deus: nec aliter ei potest diuinitas attribui, nisi & præterita teneat, & præsentia sciat, & futura prospiciat. Quum igitur prouidentiã sustulit Epicurus, etiam Deum negauit esse. Cum autẽ Deum esse professus est, & prouidentiam simul esse cõcessit. Alterum enim sine altero nec esse prorsus, nec intelligi potest. Exitiabilem hunc errorem confutarunt nedum Christiani Theologi, viri diuinarũ literarũ peritia eximij, verũ etiam inter ethnicos aliquot summo ingenio prediti homines. Et Christianorũ quidẽ confutationes cõsulto hic omittere in animo est, ethnicorũ verò bene de diuina prouidentia sentiẽtiũ testimonia huc ascisceré operæ prætium puto, quo execrabilis error tãto nobis detestabilior fiat, quo etiã apud ethnicos magno sit consensu explosus. Plato à diuino suo ingenio adiutus, Deũ sua prouidentia & parua & magna administrare scribit. ἀλλ' ὀδὲν τάχ' ἂν ἴσως εἰκ χαλεπὸν φοβεῖσθαι τοῦτο γε, ὡς ἐπιμελεῖς σμικρῶν εἰσι θεοὶ ὀχ ἧττον, ἢ μεγέθει διαφέροντ. Id est. Sed neq; forte hoc difficile esset huic monstrare deos curatores esse non minus paruarũ rerũ, quàm etiã eximiarũ. Rursus. μὴ τοίνυν πω γε θαῦμ' ἀξιώσωμεν εἰ τε θνητῶν δημιουργῶν φαυλότερον, εἰ τὰ τοιαῦτα κατ' ἐκ

Ambrosius lib. 1. offi.

Lact. in li. de ira Dei

Plato libro 10. de leg.

Plato eodẽ loco.

κοντα αὐτοῖς ἔργα ὅσῳ τῶν ἂν ἀμείνους ὦσι τόσῳ ἀκριβέστερα καὶ τελεώτερα μιᾷ τέχνῃ σμικρὰ καὶ μεγάλα ἀπεργάζονται. τὸν δὲ θεὸν ὄντα τε σοφώτατον βουλόμενόν τ' ἐπιμελεῖσθαι καὶ δυνάμενον, ὧν μὲν ῥᾴδιον ἂν ἐπιμελεῖσθαι καὶ σμικρῶν ὄντων, μηδ' ἀμελῶς ἐπιμελεῖσθαι, λαταπὸν ἀργὸν ἢ σφόδρα τινὰ σφόδρα ῥαθυμοῦντα τῶν τε μεγάλων. Id est. Haud quaquã putemus Deũ mortalibus opificibus deteriorẽ. Si enim iniuncta sibi opera, quanto præstantiores sint, tanto etiam exactius & perfectius, vna arte & parua & magna absoluũt: ipsum verò Deum, cum sit sapientissimus, & velit curare & possit, putabimus facilius quidem administrare posse quæ parua sunt, nullatenus verò velle; in magnis autem tanquam ob labores, vt tardum aliquem & segnem cessare putabimus? Ad hæc Clinia sic respondet: μηδαμῶς δόξαν τοιαύτην περὶ θεῶν ὦ ξένε ἀποδεχώμεθα οὐδαμῶς γὰρ ὅτι ὅσιον ὅτ' ἀληθὲς διανόημα διανοούμεθ' ἄν. Id est. Haud quaquã talẽ opinionẽ de diis ô hospes suscipiamus. Hęc eũ opinio neq; sancta, neq; vera est, si talẽ in mentẽ admiserimus. Monet quoq; Plato vt quisq; Dei iram & vindictam metuat, neq; enim fieri posse vt eã quisq; effugiat. χρεὼν τε ἐξυλαβεῖσθαι τὸ παράπαν. ὃ γὰρ ἀμελήσας ποτὲ τοῦ αὖθις, ἐκ τῶν σμικρῶν ὢν δυσκολατὰ τὸ τῆς γῆς βάθος, ὀλοὺ ἥλος, γενόμενος, εἰς τὸν οὐρανὸν αὐαπήσει. τίσεις δὲ αὐτὰ τὴν προσήκουσαν τιμωρίαν, εἴτ' ἐνθαδὲ μένων, εἴτε καὶ ἐν ᾅδου διαπορεύθεις, εἴτε καὶ τόπων εἰς ἁγιώτερον ἔτι διακομισθεὶς τόπον. Id est. Congruum proinde est vt prorsus timorati simus. Non enim vnquam ab vindicta eximeris, neq; si tam paruus fueris vt subire posses in terrę profunditatẽ, neq; si tã excelsus fueris vt etiã in cœlũ volares, solues certe scelerũ debitũ supplicium, siue hic manseris siue ad infernum descenderis, siue in aliquem alium locum ijs sanctiorem translatus fueris. Hæc Platonis verba Eusebius similia scribit esse Dauidicis illis: Quo ibo à spiritu tuo, aut quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum tu illic es, si descendero ad infernum ades: Et Plato quidem diuinam aliquam prouidentiam in inferioribus ijs esse profitetur. Ab hac Platonica sententia neq; Cicero abhorrere videtur, qui de deorum erga mundum prouidentia hæc scribit. Dico igitur prouidentia deorum mundum, & omnes mundi partes, & initio constitutas esse; & in omni tempore administrari. Et paulo post. Primum igitur, aut negandum est deos esse: quod & Democritus simulachra, & Epicurus imagines inducens quodam pacto negat; aut qui deos esse concedunt, ijs fatẽdum est, eos aliquid agere, idq; præclarum, nihil est autem præclarius mundi administratione: deorum igitur consilio administratur. Hactenus Cicer. Quid aliud Homerus persuadere voluit, nisi deorũ suorum prouidentiam, quando eos hominibus semper præsto fuisse fingit. Sic Pallas Achilli adfuit, semper verò Vlyssi. Mercurius Priamo, & rursus ipsi Vlyssi. Denique scribit diis semper curę esse, vt homines quàm rectissimè vitam transigant.

Eodem li.

Euse. Cæs. libr. 12. euan. præp.

Cic. li. 2. de natu. deor.

Homerus

οὐ γὰρ χέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσι
ἀλλὰ δικαιότατα καὶ ἄσιμα ἔργ' ἀνθρώπων.

Sophocles quoq; hanc prouidentiam & curam deorum circa mortalia ijs verbis astruit

Sophoc. in Electra.

ὀβὶ μέγας ὑψ' οὐρανῷ
Ζεὺς ὃς ἐφορᾷ πάντα καὶ κρατύνει.

Id est.

Est magnus in cœlo
Iuppiter, qui conspicit omnia & imperat.

Neq; Latini poëtæ quicquam ab hac tam pia sententia deuiant, vt diuinã prouidentiam in aliquo infirmatam velint, sed contra eam & prędicant, & omnia ab ea gubernari scribunt. Vergilius asserit quod mundum

Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Verg. lib. 6. Æene.

Nimirum liquido summus poëta fassus est, nutu atq; imperio diuino omnia mortalia regi & administrari. Idem etiã scribit M. Manilius senator ille maximis nobilis doctrinis doctore nullo, omnia non solum condita à Deo, verumetiam regi.

Hoc opus immensi constructum corpore mundi
Membraq; naturæ diuersa condita forma
Aëris atq; ignis terræ pelagiq; iacentis
Vis animæ diuina regit, sacroq; meatu
Conspirat Deus, & cuncta ratione gubernat
Et multa in cunctas dispensat fœdera partes.

M. Manil. in Astro.

Porrò quod scriptura refert Deum ab omnibus suis quieuisse operibus, nõ ita accipiendum est, quasi à regẽdis illis destiterit, & quasi administrationis habenas semel abiecerit: sed qd à nouis creaturis condendis tum feriatus sit. Omniũ creatarum rerum scriptura hanc adijcit coro-

coronidem. E Istæ sunt generationes cœli & terræ, quando creatæ sunt, in die quo fecit Deus cœlum & terram, &c. ϑ Per totã hanc creati mundi fabricam, frequens fuit hæc vox: Dixit Deus. Fecit Deus. Vidit Deus. nimirum אֱלֹהִים Elohim. At nunc Dei nomen, scriptura aliud & alijs literis scriptum affert, nempe יְהוָה longè priore illo & sacratius & venerabilius. Sũt in diuinis literis varia nomina, quibus Hebraica gens Deum significare solebat, sed ea oia significant equiuoce & cum mixtura; ab effectibus & operibus similibus ijs quæ sunt in nobis, deriuata: quinetiam cum alijs communia. Sic אֱלֹהִים cõmune nomen est & Deo & angelis, & præstantibus hominibus, vt auctor est Moyses Ægyptius אֲדֹנָי adonai generale est nomẽ ad omnes Dominos, sic angelus in Genesi appellatus est אֲדֹנָי Adonai si inueni gratiam in oculis tuis. At qui יְהוָה nomen est Dei sanctissimũ, quod Græci appellant τετραγράμματον, quod quatuor scribatur literis, & ἀνεκφώνητον, id est, ineffabile putauerunt, neque vlli vnquam creaturæ communicabile factum est, vtpote quod solum creatoris substantiam absq; mixtura & significatione alia significet, atq; ostendat. Ob hãc causam nomen hoc יְהוָה semper existimatum est quasi separatum ab alijs nominibus & secretum; & in Iudicum libro legimus interrogatum angelum de nomine suo, tum angelum respondisse: Quur quęris nomen meũ quod est mirabile, siue vt in Hebræo legitur לָמָּה זֶּה תִשְׁאַל לִשְׁמִי וְהוּא פֶלֶא Cur sic quæris de nomine meo quod est secretũ. Sic enim Hebrei exponunt de nomine יְהוָה quod non fuerat publicandum. Rursus in Exodo legimus: Hoc mihi nomen est in æternum. Inęternum Hebraice legitur לְעֹלָם Sunt tamen ex Hebræis qui legere malint לְעֶלֶם id est, vt celetur, vt sit sensus. Hoc est nomen meum vt celetur. Nomen hoc sacrum et ineffabile Mercurium Trismegistum non latuit, qui de eo sic scribit: αἰτία δὲ τούτου τοῦ αἰτίου ἡ τοῦ θείου ἀγαθοῦ βούλησις ἣ θεοῦ προήνεγκεν, ὃ δὲ ὄνομα ὃ δυνατὸν ἀνθρωπίνῳ σώματι λαλεῖσθαι. Id est. Causa autem huius causæ est diuini boni voluntas, cuius nomen nõ potest humano ore dici. Et paulò post ad filium, ἔστι γὰρ τις ὦ τέκνον ἀπόῤῥητος λόγος σοφίας ὁσίου περὶ τοῦ μόνου κυρίου, ὃν ἐπαίνῳ ὑπερανθρώπου ἔστι. Id est. Est enim filij secretus quidam sermo sapientiæ, sanctus de solo Domino, quem dicere supra hominem est. Apollo quoq; Delphicus querenti cuidã quis nam esset, respondit de Deo, ὃ δὲ ὄνομα μηδὲ λόγῳ χωρούμενον. Id est. Cuius nomen verbo capi non potest. Hinc etiam factum fuisse credendum est, quod nomẽ hoc τετραγράμματον ne ethnicis quidem incognitum fuerit. Athenienses inter plura Deorum altaria, aram etiam habebant inscriptam hoc eulogio. Ignoto Deo. Quod Paulus tanquam fœlicem cõcionandi occasionem arripiens, verum Deum in medium adduxit. Sed neq; philosophos ipsos hoc tetragrammaton latuisse visum est, vt sunt nõ pauca mysteria ad ethnicos quoq; delata. Inter philosphos vetustissimos scimus esse Pythagoricos, qui pariter id quod nos tetragrammaton appellamus, iuxta suæ disciplinę morem tetractyn vocant: quã omnibus diis deorũq; virtutibus preferunt, & perpetuæ naturæ fontem esse in animos nostros manentem, describũt. Testis carmen est quod aureum Pythagoræ appellant, in quo iuramenti loco tetractys assumitur, tanquam summum, quo fides & rerum credulitas nitatur, cũ definitione perfecta substantię suæ. Scribit Rabi Moyses Ægyptius, Israëlitas in mandatis habuisse, vt sacerdotalis benedictio hoc sacro tetragrammo nomine fieret, idq; solum intra sacri templi parietes, nam alibi si benedicendum esset nomen אֲדֹנָי adonai vsurpabant. Et hoc est quod præcepit Deus Numerorum sexto: Sic benedicetis filijs Israel. Sic, id est, cum nomine tetragrammo, siue vt Hebræi vocant שֵׁם הַמְּפוֹרָשׁ id est, cum nomine exposito, quod ipsum significet, & ostendat creatoris substantiam, ac eius quiditatem, ostensione & significatione perfecta, ac manifesta. Hinc est quod Moyses donec cœli & terræ cæterarumq; creaturarũ haud dum perfectarum conditionem describeret; semper vsurpauit hoc Dei nomẽ אֱלֹהִים Elohim. At verò consummatis omnibus, & ad perfectionem summamq; elegantiã deductis, tum sacrosanctum hoc Dei nomen primum vsurpauit, tanquam nefas esset, rebus etiamnum imperfectis vsurpasse.

R. Moyses li. 1. Ducti.

Pythagor.

Iudicum 13. cap.

Exodi 3.

Trismegistus.

R. Moyses Ægypt. li. 1. ducioris

passe. Ait igitur Moyses: Istæ sunt generationes cœli & terræ, quando creata sunt, in die quo fecit Dominus Deus cœlum & terram, &c. Id est יהוה est qui hæc omnia creauit. ⊏ Non enim pluerat Dominus Deus super terram, & homo non erat qui operaretur terram: sed fons ascendebat è terra irrigans vniuersam superficiem terræ. Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ: & factus est homo in animam viuentem.⊐ De prima hominis origine & formatione, nihil apud ethnicos certi vel verisimile habetur. Fuerunt tamen, vt Diodorus Siculus auctor est, binæ opiniones. Nã è philosophis, alij cum mundum ingenerabilem atque incorruptibilem putassent, genus quoque hominum sempiternum esse asseruerunt: ita nunquam initium ipsorum fuisse arbitrati sunt. In hac opinione fuit Aristoteles, qui, vt Lactantius scribit, molestia ac labore se liberans, dicebat mundum semper fuisse. Itaq; & hominum genus, & cætera, quæ in eo sunt, initium non habere; sed fuisse semper, ac semper fore. Fuerunt alij qui cũ mundum generabilem atq; corruptibilem putarint, homines quoque appositè certis tẽporib⁹ incœpisse affirmarunt. Græcorum atq; Latinorum historiæ fabulosæ tradunt Prometheum primum hominem è luto finxisse, & igne à Ioue surrepto illum animasse. Quod Ouidius testatur cum de tellure inquit.

Diodorus Siculus.

Lactan. li. 2. cõt. gẽt.

Ouid. li. 1 metam.

Quam satus Iapeto mixtam fluuialibus vndis
Finxit in effigiem moderantũm cuncta Deorum.

Sed hoc poetarum figmentum de nihilo natum non est. Hominem è limo terræ formatum rectè viderunt ethnici poetæ. Neque, vt ait Lactantius, res eos fefellit, sed nomen artificis. Nullas enim literas veritatis attigerant, sed quæ prophetarum vaticinio tradita in sacrario Dei continebantur, ea de fabulis & obscura opinione collecta, & deprauata, vt veritas à vulgo solet varijs sermonibus dissipata corrũpi, nullo non addente aliquid ad id quod audierant; carminibus suis comprehenderunt. Verum ergo est quod hominem è limo terræ figuratum scribunt poëtæ, sed à Prometheo formatum hominem id omnino falsum conuincitur. Sed quum verum sit poëtas non omnino mentiri solitos, sed figuris inuoluere, & obscurare quæ dicant, non dico mentitos esse, sed primum omnium Prometheum simulachrum hominis formasse de pingui & molli luto, ab eoq; natam primo artem, & statuas, & simulachra fingẽdi. Sic veritas fucata mendacio est, & illud quod à Deo factũ ferebatur, homini qui opus diuinum imitatus est, etiam cœpit ascribi. Augustinus scribit Prometheum propterea de luto formasse homines creditum: quia optimus sapientiæ doctor fuisse perhibetur, qui homines tum etiã agrestes & indoctos, ad optimæ vitæ rationem, & ciuiles mores instituerit. Hoc Hesiodus indicat quum de Prometheo inquit.

Lactan. lib. 2 cõt. gent.

Augl. li. 18 de ci. dei.

Hesiodus in Theog.

Ιαπετιονίδην πάντων περὶ μήδεα εἰδὼς.
Id est.
Iapeti proles reliquis sapientior vnus.

Fuerunt alij qui dicerent certis conuersionibus cœli, & astrorum motibus, maturitatem quandam extitisse animalium ferendorum. Itaque terram nouam semen genitale retinentem, folliculos ex se quosdam in vterorum similitudinem protulisse: de quibus Lucretius.

Lucretius.

Crescebant vteri terram radicibus apti.

Eosq; cum maturassent, natura cogẽte ruptos, animalia tenera profudisse. Deinde terram ipsam humore quodam, qui esset lacti similis, exuberasse, eoq; alimento animantes esse nutritos. Ad hãc opinionem respicit quod Vergilius ait.

Vergilius.

Terrea progenies duris caput extulit arruis.

Hactenus ethnicorum opiniones de hominis origine recensuimus, quæ tametsi à vero discrepent, vnũ tamen hoc verè prædicant, hominem è terra originem ducere; eoq; etiam terrigenas appellari. γηγενεῖς, ait Suidas, οἱ ἐκ τῆς γῆς γεγονότες ἀδὰμ καὶ ἕνα, ἐπεὶ δὴ ἐκ σωρσίας ἐγένοντο λυρίως. καταχρησικῶς δὲ πᾶς ἄνθρωπος. Id est. Terrigenæ sunt è terra nati Adam & Eua, quandoquidem proprie ex commixtione nati nõ sunt. Abusiuè verò appellatur sic omnis homo. Cicero tamen Stoicos imitatus, hominem à diuina fabrica generatum scribit, quod etiam sacra scriptura tradit. Hoc animal, inquit, prouidum, sagax, multiplex

Suidas.

Cicero li. 1 de legibus.

tiplex, acutum, memor, plenũ rationis & consilij, quem vocamus hominem, præclara quadam conditione generatum esse à summo Deo solum: est enim ex tot animantiũ generibus atq; naturis particeps rationis et cognitionis, cũ cęte ra sint oĩa expertia. Hactenus Cicero. Ireneus contra Valentinianos rẽ agens, qui Christum ex Ioseph semine atq; humano more prosatum impiè asserebant: hanc Adæ miram conditionem, Christum in se recapitulasse scribit. Quemadmodum protoplastus ille Adam de rudi terra & adhuc virgine, nondum enim pluerat Deus, & homo non erat operatus terram: habuit substantiam, & plasmatus est manu Dei, id est, verbo, omnia eĩ per ipsum facta sunt, & sumpsit Dominus limum à terra, & plasmauit hominẽ; ita recapitulans in se Adam, ipse verbum existens ex Maria, quæ adhuc erat virgo rectè accipiebat generationem Adæ recapitulationis. Si igitur primus Adam habuit patrem hominem, & ex semine viri natus est, meritò dicerent & secundum Adam ex Ioseph esse natum. Si autẽ ille de terra quidem sumptus est, & verbo Dei plasmatus est, oportebat idipsum verbum recapitulationẽ Adæ in semetipsum faciens, eiusdem generationis habere similitudinem. Hæc Ireneus. Ad eundem modum Mariæ virginitatem Tertullianus asserit, quod quemadmodum primus homo è terra virgine productus sit, ita etiam Christus è carne virgine nasciturus erat. Tota nouitas ista, sicut & in omnibus, de veteri figurata est, rationali per virginem dispositione Domino nascente. Virgo erat adhuc terra, nondum opere compressa, nondum sementi subacta: ex ea hominem factum accipimus à Deo in animã viuam. Igitur si primus Adam ita traditur, meritò sequens, vel nouissimus Adam, vt Apostolus dixit, proinde de terra, id est, carne, non generationi resignata, in spiritum viuificantem à Deo est prolatus. Et Ambrosius eadem ferè similitudine Adæ & Christi vtitur. Videte, ait, quemadmodum suis præiudicia resoluantur, & suis diuina beneficia vestigijs reformentur. Ex terra virgine Adam: Christus ex virgine. Ille ad imaginem Dei factus, hic imago Dei. Ille omnibus irrationabilibus animalibus, hic omnibus animantibus antelatus. Hactenus de hominis Adæ corpore è terra virgine plasmato. Addit quoq; scriptura. ⊏Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.⊐ Anima Hebraice vocatur נֶפֶשׁ Græce ψυχή. Sed vtraq; vox & quæq; in sua lingua eandẽ habet etymologiã, nempe à refrigerando dictam. נָפַשׁ verbum significat refrigerari: sic in Exodo legimus וְיִנָּפַשׁ בֶּן אֲמָתֶךָ וְהַגֵּר Id est. Vt refrigeretur filius ancillæ tuæ & aduena. Hinc נֶפֶשׁ vocatur anima, quod hominis cor & interanea refrigerat, ꝗd fit perpetua animæ siue anhelitus reciprocatione: sine qua homo ne paululum quidem durare posset. Eandem Etymologiam ψυχὴ apud Græcos habet nimirum à ψυχάζω, refrigero, quod Plato approbat. ὡς ἅπαξ ὅταν παρῇ τῷ σώματι, αἴτιον ὂν τοῦ ζῆν αὐτῷ τοῦ τοῦ ἀναπνεῖν δ' ὡσαύτως παρέχον, καὶ ἀναψύχον, ἅμα δὲ ἐκλείπον-τος τοῦ ἀναψύχοντος τὸ σῶμα ἀπόλλυται τε καὶ τελευτᾷ ὅθεν δὴ μοι δοκεῖν αὐτὸ ψυχὴν κλῆσαι. Id est. Quod certe quum corpori affuerit, causa est ipsi vt viuat, & respirandi vim præbens; verum simulatq; respiratio desierit, tũ corpus interit & moritur, vnde mihi videtur animã ψυχὴν appellasse. Hactenus Plato. Anima, vel si mauis animus apud Latinos nomen accepit à vento, quod Græce ventus ἄνεμος dicitur. An sit aliquod discrimẽ inter animam & animum quæri posset. Cicero nullum discrimen facit, Animum autem animam, inquit, etiam ferè nostri declarant nominari. Nam & agere animam, & efflare dicimus, & animosos & bene animatos, & ex animi sententia. Ipse autem animus ab anima dictus est. Hæc Cicero. Sunt tamen qui discernunt inter animum & animam. Animus extingui potest, incolumi anima, quod in furiosis accidere solet. Porrò anima morte sopitur, animus somno. Et quidem sic, vt non tantum quid fiat, aut vbi sit, ignoret, sed etiam rerum falsarum contemplatione fallatur. Satyricus etiam poëta liquido inter animam & animum discernit, quum de bestijs & hominibus sic inquit de brutis:

Irenæ. li. 3 cõt. Valẽt.

Exodi 23.

Plato in Cratylo.

Tertull. in lib. de car. Christi.

Ambro. in Lucam.

Cicero li. 1 Tu. quæst.

Iuuenalis Satyra 15 *Principio indulsit communis conditor illis Tantum animas, nobis animum quoq;.*

Liquet ergo ex his Satyrici verbis, animam esse qua viuimus, sed animum, quo sapimus: Porrò de animæ substantia, ratione & natura, nondum inter philosophos conuenit, nec vnquam fortasse conueniet. De origine animæ inter Christianos disceptatur. Augustinus nunquam animæ originem decernere ausus erat, sed semper ancipitem atque dubiam tenuit sententiam. Quod verò ad substantiam attinet, eam de nihilo à Deo creatam Christianè fatetur. Erant inter philosophos qui humanam animam diuinitatis aliqd habere & de substantia Dei esse putarent. Plato cum animæ vires & sublimitatem, maiorem in modum extulisset, & quod omnium quæ vel in cœlo, vel in terra sunt capax esset, tandem infert hæc fieri non posse. εἰ μὴ τι θεῖον ὄντως ἐνῆν πνεῦμα τῇ ψυχῇ, δ᾽ ὃ τῶν τηλικῶνδε περίνοιαν καὶ γνῶσιν ἔχειν. Id est. Nisi reipsa diuinus quidam spiritus animæ inesset, per quem talem solertiam & cognitionem haberet. In eodem errore fuerunt hæretici Priscillianistæ, Manichei. Et quod mirum videri debet, Lactantius ille Christianæ religionis propugnator eloquentissimus, cuius hæc sunt de anima verba: Ficto enim corpore spirauit ei animam de vitali fonte spiritus sui, qui est perennis. Quibus velle videtur animam de spiritu Dei in hominem demanasse. Sed hæc opinio longè à vero abest, neque enim Deus ijs affectionibus obnoxius est, quibus humana anima, quod omnino necessum esset, si Deus & humana anima vnius essent substantiæ. Sed de animæ substantia in votis non est altius disceptando ingredi, quandoquidem neque à philosophis, neque à Christianis hæc disceptatio vnq; decerni potuit, vnum hoc duntaxat scire operæ pretium fuerit, quod scriptura refert, hominem è corpore & anima constare, quod Plato quoq; ijs verbis indicat. φέρε δὴ ζῶον μὲ ἀληθεστάτα λεγόμενα κατὰ φύσιν φῶμεν τοῦτο, ὅταν μία ξυνελθοῦσα σύνασις ψυχῆς καὶ σώματος, ἀποτελῇ μίαν μορφήν. Age verò dicamus animal esse verissimè secundũ naturam, quando cõcretio animæ & corporis in vnum coalescens, vna nascitur forma. ⊏ Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formauerat, ,p duxitq; Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue, lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignumq; scientiæ boni & mali. ⊐ Sacræ series historiæ per diuinorum operum hebdomaden currens ad paradisum nos duxit, id est, hortum fœcundissimum & amœnissimum; quem Deus omni genere ligni, arborumq; conseuit, vt ex earum varijs fructibus aleretur homo; expers omnium laborum Deo patri summa religione seruiret. Pro paradiso in Hebræo legitur גַּן בְּעֵדֶן id est, hortus ad voluptatem. Vox paradisus Hebraice vocatur פַּרְדֵּס qua Salomon vsus est עָשִׂיתִי לִי גַּנּוֹת פַּרְדֵּסִים quod Septuaginta transtulerunt ἐποίησα μοι κήπους καὶ παραδείσους. Id est. Feci mihi hortus & paradisos. Et alibi שְׁלָחַיִךְ פַּרְדֵּס Quod septuaginta legunt ἀποστολαί σου παράδεισοι. Id est. Emissiones tuæ paradisus. Ab hac igitur Hebraica voce פַּרְדֵּס detorta est hæc vox παράδεισος. Est autem paradisus neque latinum neque græcum vocabulum, sed Persicum, si Polluci credere lubet, qui de paradiso sic scribit, βαρβαρικὸν εἶναι δοκεῖ τὄνομα. ἔνθεν καὶ κατὰ συνήθειαν εἰς χρῆσιν ἐλθεῖν, ὡς καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν περσικῶν. Id est. Paradisus videtur esse nomen barbarum, venit autem ex consuetudine in Græcorum vsum vt multa alia Persica. Sic igitur Hebraica vox פַּרְדֵּס apud Persas, parum detorta voce, paradisus appellabatur. Nec mirum hoc in paradiso videri debet, quod in Græcorum consuetudinem & vsum abierit, cum Gaza Persicum æque vocabulum, in Latinorum linguam concesserit. Verum vt ad paradisi vocem redeam. Suidas etymologiam eius Græcam teddere conatur, vt sit à præpositione παρὰ, quę iuxta significat, & δεύω verbo, quod irrigo significat; vt paradisus nihil aliud significet nisi hortũ fluuijs irriguũ. Porrò Græci authores vsurpant paradisum ,p roborarijs, in quibus feræ cõclusæ ad regnũ venationem asseruabantur, animi causa; & ,p amœnis ambulachris regũ ac principũ. Zenophon. ταχὺ δὲ τὰ ἐν τῷ παραδείσῳ θηρία ἀνηλώκει δι᾽ ὠκεῖαν καὶ βάλ-

Aug. li. 11 de Genes. ad lit.

Plato in Axioch.

Lact. lib. 2 cõt. gent.

Plato in Epino.

Diodorus Sicu. li. 15

Ambro. in li. de para.

Iuli. Pollux lib. 11. Onom.

Suidas.

Zenophõ li. 4. paid.

λωμ καὶ κατακαίνων. Id est. Statim feras quæ in paradiso erant eduxit, & insectans, incessensq; & occidens. Et paulò post. ὥσπερ δὲ ὡς ἄρα ἐφλυαρήσαμεν ὅτι τὰ ἐν τῷ παραδείσῳ θηρία ἐθηρῶμεν. Id est. O filij quã insipienter egerimus, si feras in paradiso conclusas, venari inceperimus. Diodorus Siculus paradisum pro horto ad voluptatem destinato vsurpat, καταρχόντες δὲ τῶν ἐχθρῶν τὴν μὲν βασιλικὸν παράδεισον ἐν ᾧ καταλύσεις ἦν περσῶν οἱ βασιλεῖς εἰώθεισαν ποιεῖσθαι δενδροτομήσαντες διέφθειραν. Id est. Quum iam inimicitias occepissent, regium paradisum in quo Persarum reges agere consueuerant, securibus cedere aggressi sunt. Cæterum vt ad nostrum hunc paradisum veniã. Mirum est quàm varie huius paradisi conditio, & situs, torserit non solum Iudæorum Rabinos: verum etiam Christianos Theologos. Et Iudæorum quidem Rabini semel à veritate excussi portentosa simul & prodigiosa somnia, atq; Luciani figmentis similia commenti sunt. Veterum Theologorum de paradiso opiniones deq; eius situ sanè quàm parcæ atque circumspectæ sunt. Ambrosius suspensam & dubiam sententiam super paradisi situ tenet. Sic enim in libro de paradiso inquit. De paradiso adorendus sermo non mediocrem æstum nobis videtur incutere, quid nam sit paradisus; & vbi sit, qualisue sit inuestigare & explanare cupientibus. Hæc de paradiso incertitudo fecit vt veterum nonnulli, omnia quæ de paradiso legimus allegoricè interpretari conati sunt, reiecta historiæ illius rerum gestarum fidelissima narratione. Quod Augustino & Hieronymo neutiq; probatur. Hieronymus certè in Danielem sic ait. Vnde eorum deliramenta conticescãt, qui vmbras & imagines in veritate quærentes, ipsam conãtur euertere veritatem; vt flumina & arbores & paradisum putent allegoriæ legibus debere subruere. Hæc Hieronymus. In hac opinione fuit Origenes, qui nimio allegorizandi studio, totam illam de paradiso narrationem, sic ad spiritualem sensum vertit, vt paradisum in tertio statuerit cœlo, & sic dici apostolum Paulum vsq; in tertium cœlum, & in paradisum esse sublatum. Augustinus Genesim ad literam explicans, allegoriam de paradiso sic approbat, vt tamen literæ veritatem stare velit. Fuit in hac opinione quoque Suidas, qui geminum de paradiso intellectum hisce verbis prodit, τινὲς μὲν δὴ τὸν παράδεισον αἰσθητὸν ἐφαντάσθησαν, ἕτεροι δὲ νοητόν, πλὴν ἔμοι δοκεῖ ὥσπερ ἄνθρωπος αἰσθητὸς καὶ νοητὸς ἅμα δεδημιούργητο ὅτω καὶ τὸ τοῦδε ἱερωτάτου τέμενος αἰσθητὸν ἅμα καὶ νοητὸν καὶ διπλῆν ἔχον τὴν ἐμφασιν, ᾧ μὲν σώματι ἐν ᾧ θειοτάτῳ χωρῷ καὶ ὑπερκαλῶ (καθὼς ἔιρηται) αὐλιζομένος, τῇ δὲ ψυχῇ ἐν ὑπέρτερῳ καὶ ἀσυγκρίτῳ καὶ περικαλλεῖ τόπῳ διατρίβων. Id est. Sunt aliqui qui paradisum sensibilem imaginati sunt, alij intelligibilem. Mihi verò videtur quod quemadmodum homo sensibilis & intelligibilis simul creatus est; ita etiam huius sanctissimũ templum, sensibile & intelligibile esset, & duplicem haberet demonstrationem. Et corpore quidem tanquam in sacerrimo & pulcherrimo loco conclusus, diuersaretur: Porrò ipsa sua anima versaretur in loco longè & incomparabiliter pulchro, in diuina scilicet contemplatione. Hactenus Suidas. De loco paradisi hactenus inter tot scriptores constare non potuit. Augustinus explicans longè latéq; Genesim, paradisi locum nunquam indicare voluit, quo in orbis loco hic fœlicissimus hortus consitus esset, tantum terrestrem quendam in orbe locum fuisse profitetur. Iosephus in oriente fuisse scribit. φησὶν δὲ θεὸν καὶ παράδεισον πρὸς τῶν ἀνατολὴν καταφυτεῦσαι παντοίων τεθηλότι φυτῷ. Id est. Ait scriptura Deum etiã paradisum plantasse ad orientem, omnium lignorum genere germinantẽ. Quod Iosephus paradisum putauit esse in oriente, idem etiam Hebraica veritas indicare videtur. Nam vbi nos legimus; plantauit autem Dominus Deus paradisum à principio, pro principio in Hebreo legitur קֶדֶם. מִקֶּדֶם significat prius, oriens. Iosephus orientem interpretatus est, vt sit Deum plantasse paradisum ab oriente. Et Septuaginta ad eundem modum legunt, καὶ ἐφύτευσεν ὁ θεὸς παράδεισον ἐν ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς. Id est. Plantauit Deus paradisum in Edem versus orientem. Sed & Lactantius scribit paradisum in partibus orientis à Deo plantatum. Suidas in eandem sententiam

Hieron. in Danielem.

Origenes.

Suidas.

Iosephus li. 1. antiq.

Lactantius li. 2. cont. gent.

Suidas.

tentiã scribit. παράδεισος ἐν τῇ ἀνατολῇ μὲν πάσης τῆς γῆς ὑψηλότερος κείμενος, ἐυκρατὴς δὲ ἀεὶ λεπτοτάτῳ καὶ καθαρωτάτῳ περιλαμπόμενος, φυτοῖς ἀεθάλεσιν κομῶν, ἐυωδίαις πλήρης, φωτὸς ἔμπλεος, ὥρας πάσης ἀδῆτ' καὶ κάλλους ὑπερβαίνων ἔννοιαν. Id est. Paradisus est in oriente omni terra excelsior situs, temperatus, & clarus tenuissimo & purissimo aëre, virẽs arboribus semper comantibus, plenus suauiolentia, & lumine, facile superans cogitationem omnis sensibilis elegantiæ & pulchritudinis. Rursus idem Suidas tanq̃ suorum verborum oblitus, paradisum collocat meridiem versus in Æthiopiam. Post enim hos Homeri versus citauit.

Homerus ἰλιαδ. α.

ζεὺς γὰρ ἐς ὠκεανὸν μετὰ μύμονας αἰθιοπῆας
χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα.

Id est.

Iupiter Oceanum atq; epulas pietate proborum
Æthiopum hesternus petijt.

Subijcit Suidas hæc verba, ἐκεῖ δὲ εἶναι τὸ παράδεισον. πάντα γὰρ ὅσα ἐυώδη καὶ ἀναγκαῖα ἐν τοῖς τόποις ἐκεῖνοις ἐυρίσκεται. Id est. Ibi verò esse paradison, omnia enim quęcunq; suaueolentia sunt & necessaria; in illis locis inueniuntur. Suntè recentioribus nonnulli, qui multa de paradiso per coniecturas venari student, & per multa Geographorũ loca pererrantes, quicquid vsquam verisimile occurrit, quod vel loci vel aliarum rerũ amœnitate clarum est, ad paradisum referre audent. Clarus est apud Melam locus in Æthiopia, quem θεῶν ὄχημα, id est, deorum vehiculum vocant. Est hic mõs altus, q̃ perpetuis ignibus flagrat; vltra montem viret collis longo tractu, longis littoribus obductus, vnde visuntur patentes magis campi quàm vt prospici possint. Sũt qui amœnissimos hos campos paradisum fuisse velint. Alij Ægyptum, Arabiam, Syriam, & totũ Orientem paradisum interpretantur. Cæterum vbiubi sit certè mihi de paradiso subinde cogitanti in mentem venit illud quod in Apologetico scribit Tertullianus. Quis, inquit, poëtarum, quis sophistarum, qui non omnino de prophetarum fonte potauerit? Inde igitur philosophi sitim ingenij sui rigarunt, vt quæ de nostris habent, ea nos comparent illis. Hæc Tertullianus. Et certè cõplura in diuinis literis sunt, quorum vmbram & imaginem quandam apud ethnicos inuenire est. Paradisi locus tametsi parũ certus sit, certe nomen apud Christianos omnibus in ore est & vulgatum, tanq̃ locus quidam diuinæ amœnitatis, recipiendis sanctorum spiritibus destinatus. Huius fœlicis loci vmbrã quandam intellexisse ethnici videntur, cum campos Elysios poëtæ decantant. Et Homerus quidem omniũ Græcorum scriptorum vetustissimus, hos princeps cecinisse constat, in quos à dijs mittendum esse Menelaum asserit.

Pomponius Mela. li. 3

Tertull. in Apolog.

Homerus ὀδυσσ. δ.

ἀλλά σ' ἐς ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
ἀθάνατοι πέμψουσιν ὅθι ξανθὸς ῥαδάμανθυς
τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν
οὐ νιφετὸς οὔ τ' αὖ χειμὼν πολὺς οὔτ' ὄμβρος
ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας
ὠκεανὸς ἀνίησιν ἀναψύχειν ἀνθρώπους.

Id est.

Elysium ad campum, summasq; telluris ad oras
Numina te mittent, flauens vbi nunc Rhadamanthus.
Victus vbi est facilis, non nix hiberná́ue multa
Oceanus Zephyri suaues exuscitat auras.

Dictus est campus Elysius, vt Græci scribunt, ἀφ' ἠλυσίου τοῦ ἐλευθέρου ἐυσεβεστάτου γενομένου· ἢ παρὰ τὸ ἄλυτα ἐν αὐτῷ μένειν τὰ σώματα, ὁ δὲ τόπος ἐν ταῖς καλαμένες μακάρων νήσοις. Id est. Campus elysius dictus est ab Elysio pientissimo filio Eleutheri, siue quod corpora in eo maneant ἄλυτα, id est, incorrupta. Hic verò locus est in beatorũ insulis. Nequeo hic silẽtio pręterire Hyperboreorum fœlicitatem, atq; haud scio falsa ne putãda sit an vera. Tãtus est tamen scriptorum consensus, vt si quis eam ficticiam putauerit, in tot authores meritò iniurius videat esse. Quod si vera est, certè eorũ terra paradiso vsq; adeo similis videri poterit, vt nihil possit esse simili. Sed fides omnis penes auctores sit. Est igitur hæc gens in Scythia Europęa habitãs sub cœli cardinib. De cœlo magnã clementiã auræ spirant salubriter, nihil noxij flatus habent. Domus sunt memora vel luci: in diem victũ arbores subministrant. Discordiã nesciũt, ęgritudine nõ inquietãtur, ad innocẽtiã omnibus æquale votũ. Pompeius putat eos Hyperboreos vocitatos, q̃ humanæ vitæ

Cãpi Elysij vnde dicti.

Plin. li. 4.
Solinus ca. 26.
Pomp. Mel. lib. 2.
Fest. Pomp.

vitæ modũ excedãt, viuendo vltra cẽtesimum annũ quasi ὑπερβαίνοντες ὅρους, hoc est, transcendentes communem vitę terminum. Quę hactenus de paradiso adduximus, satis declarant eum veraci historia olim in terra & fuisse & intelligi debere. Cæterum quemadmodum è multis alijs quæ reipsa constant, allegoriam elicere possumus: sic etiã paradisum ad mysticum intellectum deflectere possumus. Hierusalem erat vrbs in Iudæa terrestris olim Iudæorum patria. Atqui & vita æterna in cœlis Hierusalem ab Apostolo vocatur, quæ sursum est, quæ est mater nostra. Sic etiam paradisus trãslato nomine spiritualiter dici potest quicquid id est, vbi animæ bene est, & in ipso homine, lętitia quædam bonæ conscientiæ paradisus est. Vnde Ecclesia in sanctis temperanter & iustè & piè viuentibus paradisus recte dicitur, pollens affluentia gratiarum castisq; delicijs, quandoquidem & in tribulationibus gloriatur de ipsa patientia plurimum gaudens: quia secundum multitudinem dolorum in corde eius, consolationes Dei iocundant animam eius. Sic ergo Ambrosius paradisum intellígit, explicãs illud Canticorum: Veni in hortum meum sponsa: Anima, inquit, deo adhærens in hortum mentis ingreditur, in quo esset abundantia diuersarum virtutum, floresq; sermonum. Quis autem ignorat, quod ex paradiso illo, quem legimus in Genesi habentem lignum vitæ, & lignum scientiæ boni & mali, & ligna cætera, abundantiam virtutum putauerit transferendam, & in hortum mentis esse plantandam: & quæ ornata sit virtutum floribus, & in se paradisum habeat germinantem. Et Hieronymus interpretatur ligna fructifera omnes sanctos; fructus eorum opera eorũ. Lignum autem vitæ sanctus sanctorum Christus est, ad quem quisq; cum porrexerit manum, viuet in ęternum. Lignum scientiæ boni & mali, proprium est voluntatis arbitrium, quod in medio est positum, ad dignoscendum bonum & malum, de quo qui relicta gratia Dei gustauerit, morte morietur: atq; ita discit quid intersit, vtrũ inhæreat communi omnibus bono, an proprio delectet. Se quippe amans donatur sibi, vt inde timorib. mœroribusq; completus cantet in Psal. si tamẽ mala sua sentit. Ad meipsum anima mea turbata est: correctusq; dicat iã, Fortitudinem meam ad te custodiã. Hęc Hieron. Augustin. interp. ligna paradisi omnes vtiles disciplinas, quæ in hominis mente, tanquã in fœcũdo aliquo horto radices egerunt; porrò fructus harum arborum mores sunt piorum, & lignum vitæ, ipsa est bonorum omnium mater Sapientia, Et lignũ scientiæ boni & mali transgressi est mãdati experimentũ. Ambros. de ijs arborib. paradisi sic inquit: Paradisus in principali nostro est, sylvescens plurimarũ opinionũ plantarijs, in quo principaliter lignum vitæ constituit Deus, id est, pietatis radicẽ. Ea est enim vitæ nostræ substãtia, si domino & Deo nostro debitos cultus deferamus. Cõstituit etiam scientiæ boni & mali seminariũ. Homo enim solus in cæteris animãtibus terrenis habet scientiam mali & boni. Rupertus interpret. paradisum hunc plãtatum ab initio, patriarcharũ & prophetarum ecclesiam & omnium electorũ ab orbe condito. In ea pulchrum lignum fuit Abraham, pulchrum lignum Isaac, pulchrũ lignum Iacob, pulchra & suauia ligna cæteri patres sancti & iusti, quorũ fidei fructus hodieq; legentib. ad vescendum, id est, ad imitandũ valde suauis est. Et super talium flores lignorũ aliquãdo hic spiritus domini residebat, sed super nullum istorũ requiescere poterat. Plãtauerat inq̃ dominus huiusmodi paradisũ ab initio, id est, à primo electo. Primus quippe electus prima huius paradisi fuit plantatio. Et illum quidem hominẽ posuit dominus Deus in loco locali paradiso, hunc aũt paradisum spiritualẽ, quod mirabile est, posuit Spiritus sanctus in homine isto Christo domino nostro. Attamẽ cui mirũ hoc videbitur ritè perpendẽti amplitudinẽ animæ eius. Nec em̃ paruæ amplitudinis est anima, in qua plenitudo diuinitatis inhabitat. Igitur vt verius dicã ipsa talis aia paradisus deliciarũ Dei facta est, totũ intra se plantatũ cõtinens paradisum scripturarũ. Lignũ etiã vitæ in medio Paradisi, i. ipsam verbi æterni substantiam in medio suo. Lignum quoq; scientiæ boni & mali, i. tentationes ex nobis susceptæ infirmitatis. Nam quia per illud lignum primus homo tẽtatus est & victus, rectè illo infirmitas hũa in-

Ambro. in lib. de bono mortis.

Hieron. li. 16. in Esa.

Augd. 13 de ciu. Dei

Ambr. Epist. 42.

Rupert. li. 1. de oper. spiritus.

intelligitur: per quam iste tentatus fidelis inuẽtus est, tentatus inquam per omnia pro similitudine absq; peccato, vt qui iam nouerat per scientiam, cognosceret etiam experimento sigmẽtum nostrum, sciret expertus reprobare malum & eligere bonum. Hæc Rupertus. ¶ Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen vni Phison. Ipse est qui circumit omnem terram Euilath, vbi nascitur aurum, & aurum terræ illius optimum est. Ibiq; inuenitur Bdellium, & lapis Onychinus. Et nomẽ fluuij secũdi Geon. Ipse est qui circumit omnem terram Æthiopiæ. Nomen verò fluminis tertij Tigris. Ipse vadit contra Assyrios. Flu. autẽ quartus ipse est Euphrates.

Si quis hæc Moseos verba superficietenus, & summa duntaxat cute legat, nihil tanto viro dignum significari putabit, & plebeum ingenium perferre omnia: at si retusius & penitius quis omnia introspexerit, tum planè Moysen videbit inprimis physicarum rerum peritum, & è naturæ secretario abstrusa quęq; eruisse. Peripatetici philosophi ægrè cõcedunt, flumina omnia & aquas ab Oceano tanquã è primario fonte profluere, & in omnem terrarum orbem diffundi. At Moyses omnem nobis dubitationem adimit, & Oceanum tanquam beatam fluuiorum omnium scaturiginem prædicat. Sed ne cui absurdum videatur, quod Oceanum, qui tam vastam terræ partem occupat, flumẽ vocet, sciat Græcos ipsos, q̃ Moysen post multos annos sequuti sunt, Oceanum flumen appellare. Home. Oceanum flumen vocat.

Homerus ὀδ. μ. αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπον ῥόον ὠκεανοῖο.

Id est.

Oceani fluxum fluuij cum cymba reliquit.

Hesiod. in Θεογ. Semel atq; iterum Hesiodus inquit.

λόφος ὠκεανοῖο τελήεντος ποταμοῖο.

Ex hoc igitur flumine Oceano, quem sacra hæc scriptura refert è loco & horto voluptatis oriri, omnia flumina, fontes, & omnium aquarum scaturigines, quæ vbiubi in toto terræ orbe manant, oriuntur, & larga vena prorumpunt, quod vetustissimi Græcorum poëtæ satis quoq; declarant, è quibus Orpheus de Oceano sic canit.

Orpheus in hymno de Oceano.

ὃς πόδι κυμαίνει γαίης πρὸς τέρμονα λύκλου
ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα
καὶ χθόνιοι γαίης πηγαῖοι ἠμὲν ἅπαντες ἄγναι.

Idem etiam sentit Hesiodus, qui non solum cum Orpheo flumina omnia ex Oceano oriri existimat, sed etiam complura Asiæ, Græciæ, & Germaniæ, suis nominibus allegat: inprimis verò Nilũ, quem scriptura dicit è paradisiaco flumine oriri.

Hesiod. in Θεογ.

τηθὺς δ' ὠκεανῷ ποταμοῦ τε κε δινήεντος
Νεῖλόν τ' ἀλφειόν τε καὶ ἠριδανὸν βαθυδίνην
στρυμόνα, μαιάνδροντε τε καὶ ἰσχῦν λαμπρήθεθρον
φάσιν τε, ῥῆσόν τ' ἀχελώϊον ἀργυροδίνην.

Et paulo post.

τόσσοι δ' αὖθ' ἕτεροι ποταμοὶ κανα χηδὰ ῥέοντες
ἕρσης ὠκεανῷ οὗ γένετο πότνια τηθύς.

Quinetiam Iosephus in hac videtur fuisse opinione, vt fluuium hunc paradisiacum, Oceanum, qui nostrum hunc habitabilem orbem cingit, fuisse putet. *Ioseph. libr. α. ἀρχαι.* Sic enim inquit, ἀῤῥέεται δ' ὅτος ὁ κῆπος ὑπὸ ἑνὸς ποταμοῦ, πᾶσαν γὰ κύκλῳ τὴν γῆν περιῤῥέοντος. Id est. Irrigatur verò hic hortus ab vno flumine, qui totam terrã circũfluit. Stephanus, qui de vrbibus exactissimè scripsit, Oceanum appellat fluuium, *Stephanus.* ὠκεανὸς, ὁ ποτὰμὸς ὁ περιέχων τὴν γῆν. Sed cum iã cõstet omnia flumina è flumine Oceano prorũpere, quid est quod Moyses quatuor duntaxat meminisse voluerit? Sed hic videndũ est Moysen nõ dixisse: Fluuius egrediebatur de paradiso, qui inde diuiditur in quatuor flumina, sed qui inde diuiditur in quatuor capita. Septuaginta legũt εἰς τέσσαρας ἀρχάς. Id est, in quatuor principia. Iosephus legit εἰς τέσσαρας μέρη διίζεται. Id est, in quatuor partes scindi tur. Fluuius igitur Oceanus vniuersam terram, per venas occultas vegetat, & in multos redundat fontes & flumina: sed eorũ omniũ quatuor ista sunt capita, siue principia, siue partes. Tametsi hæc satis esse possent, est tamẽ quod Moysi hic philosophicum miremur ingeniũ, & subtilissimum contemplandi acumen, quod omnium totius orbis fluminũ, quatuor tantum voluit esse capita, siue principia. Quaternarium siquidem numerum hoc modo prædicare volebat, vt præstantissimum & eximium quiddam præ se ferentem, veluti quicquid in rerum natura sit hoc numero constaret. Imitati sunt Moysen postea præstantissimi poëtę qui mũdi naturam in quatuor semper diuiserũt. Sic mundi chaos in quatuor elementa, cœlum in quatuor anni partes. Aërem; in Eurum, Zephyrum, Austrum, Boream: Terram in quatuor spatia secundum quinq; zonas: Diuinitatẽ in plebeios, nobiles, superos, & palatia regis: Humanitatem, in carnem, spiritum, manes, & vmbram distinxerunt. Hæc omnia ostẽdunt carmina hæc quæ circunferuntur.

Bis duo sunt hoïs, manes, caro: spiritus, vmbra. Et
Terra tegit carnem, tumulum circumuolat vmbra.
Orcus habet manes, spiritus astra petit.

Stoici vitæ nostræ splendorẽ, ex quatuor virtutibus collaudant. Mathematici primam solidam demonstrationem in quaternario reperiũt. Arithmetici, vnũ potestate appellant tetragonum. Vnum enim cum erumpit in actum, est numerus tetragonus. Primus differentiam numerorum vniuersam adimplens, & sub quatuor terminis denarium perfectè cõsumans. Vnum nãq; duo, tria, quatuor, denarij numeri substantiam parturiunt. Sunt & alia multa, quæ liquidè demonstrant naturam vniuersi quaternitate cõstare. Non est ergo q̃ philosophi, poëtæ, quaternarij numeri vim deprehendisse se gloriẽtur, quum id Moyses longè omnium primus, prior demonstrarit. Cæterum non desunt tamen qui paradisum hunc, non tam vastum esse, nec tot terrarum latifundia comprehendere volunt, sed angustis quibusdam terminis inclusum, quod pictoribus persuasum videmus, qui paradisum si quando pingunt, parietibus eum & macerijs sepiunt. Hos si percunctaberis, quatuor hæc flumina, quæ certum est, per immensos terrarum tractus, fontes à se habere lõgè latéq; dissitos, quomodo è paradiso oriri credendum sit? Habent ij sua responsa, nimirum flumina hæc in paradiso oriri, cæterum orta, mox cuniculis subterraneis hausta, & per immensa spatia delata, in alijs terrarum oris, tãquam ibi nata, oriri. Ratio hæc omnino absurda videri non potest, si qua fides veteribus scriptoribus habẽda sit. Celebris est apud veteres Alpheus Peloponesi fluuij. Ferũt hunc in Peloponeso oriri, & per mare sub terram, vsq; in Siciliam in fontem Arethusam erumpere, & deinde excurrere in Pelagus. Nec desunt huius miri cursus coniecturæ certissimæ. Poculum quoddam tradunt Olympiæ in amnem ipsum decidens, hoc in fonte demum emersisse, sacrorumq; in Olympia factorum sordibus, turbulentum fieri fluuium. Sed hæc de Alpheo & Arethusa parum fidei habent, quod poëtarum fabellis decantata sint magis, quàm historicorum grauitate. Et Strabo nõ Græca leuitate scriptor, fabulosa hęc putat. Sunt tamen alij fluuij, *Strabo lib. 6. geo.* auctore Pli. *Plin. lib. 2.* qui terram subeunt, rursusq; redduntur, Lycus in Asia, Erasinus in Argolica, Tigris in Mesop. Hęc Plin. De hoc paradisiaco flumine Tigri, & q̃ terras subeat, et rursus alibi erumpat, cantat hæc Lucan. *Lucan. lib. 3. Phars.*

At Tigrim subito tellus absorbet hiatu
Occultosq; tegit cursus, rursusq; renatum
Fonte nouo, flumen pelagi non abnegat vndis.

Scribit Pausanias multos credere Nilum fluuium ex Euphrate in terras absorpto & supra Æthiopas reddito, profluere. *Pausan. in Corinthiac.* Pausaniæ verba hæc sunt, ἃ δὲ καὶ αὐτὸς ἔχει τοῦ νείλου λόγος διῤῥάτλω ὄντα ἐς ἕλος ἀφανίζεσθαι, καὶ αὖθις αὐτὸν πάλιν ὑπὲρ αἰθίοπας νεῖλον γίνεσθαι. Id est. Fama tenet Nilum Euphratem esse in paludem immersum, & rursus erumpentem, supra Æthiopiam Nilum fieri. Scribit Solinus inter Euphratem et Nilum magnam quandam esse affinitatem & quodammodo naturæ vnitatem, quod licet terris inter dissiti sint, *Solinus.* parile tamẽ ingenium inuicem obtinẽt, Euphrates, inquit, optimat annuæ inundationis excelsibus, ad instar Ægypti amnis terris superfusus, inuecta solifœcũditate, lisdem ferme temporibus, quibus Nilus, exit: Sole scilicet in parte Cãcri vicesima constituto. Tenuatur cum iam Leone decurso, ad extima virginis curricula facit transitum: quod Gnomonici similibus parallelis accidere contendunt, quos pares. & cœli & terrarum positione æqualitas normalis efficit lineæ. Vnde apparet ista duo flumina ad modum eiusdem perpendiculi constituta, licet è diuersis manent plagis, easdem incrementi causas habere. Hactenus Solinus. Scribit ijs similia Lucanus. *Lucan. lib. 3. Pha.*

vbi sparsus in agros
Fertilis Euphrates phariæ vice fungitur vndæ.

Appellat sacra scriptura nomẽ primi fluuij פישון Pison, Septuaginta legunt φισῶν. Nec satis cõstat vbi hic fluuius sit. Sunt qui Nilum volunt esse. Iosephus Gangem

Gangem latissimum Indię fluuium scribit, φεισὼν τῶν τῶν ἰνδικῶν φερόμενος, ἐκδιδόναι εἰς τὸν πέλαγος, ὑφ' ἑλλήνων γάγγης λεγόμενος. Id est Phison per Indiam fertur & in mare funditur, à Græcis Ganges appellatur. Plutarchus scribit hunc fluuium prius appellatum fuisse Chliarum, appellatum verò fuisse Gangem ab Indi cuiusdam filio Gange. Hic cum rem cum propria matre habuisset, & tandem re intellecta, ob verecundiam se in flumen Chliarum proiecit. Sicq; flumen ab illo Gange, Ganges postea appellatus est. Habet hic fluuius cognationem aliquam cum Nilo. Nam, vt Plinius auctor est, incertis fontibus, vt Nilus, oritur, sed & vicina arua eodem modo rigat; vt incredibile iam non sit eum cum Nilo eodem in loco oriri, nempe in paradiso. Quod verò scriptura ait, aurum in India optimum esse, & plurimum, Plinius hoc indicare videtur, qui Dardas Indicam gentẽ auro fertilissimam esse scribit, sed & Indicæ formicę veteribus scriptoribus celebrãtur, quæ aurum è cauernis terræ egerunt, in regione septentrionalium Indorũ apud eosdem Dardas. Aurum hoc ab formicis egestum Indi rapiunt præuelocibus camelis vtentes. ⁊ Ibiq; inuenitur Bdellium ⁊ Bdellium in Hebręo eodem sono legitur בדלח Sunt apud Latinos qui bdelliũ bactrianam arborem Bdellium significari putent. Arbor nigra est, magnitudine oleæ, folio arboris, fructu caprifici naturaq;, Iudæi Bdellium crystallum interpretantur. Est autem crystallum nihil aliud nisi glacies gelu vehementiore concreta, vnde & nomen Græci dedere, nec alicubi reperitur, quàm vbi maximè hybernæ niues rigent. Oriens hanc mittit, sed Indicæ nulla præfertur. Septuaginta transtulerunt ἄνθρακα ξ, id est, carbunculus. Sunt autem carbunculi, à similitudine ignium appellati, cum ipsi non sentiant ignes, ob id à quibusdam apyrotivocati. Horum genera Indici & Garamantici. ⁊ Et lapis Onychinus. ⁊ Plinius refert Onychem magis inter marmorũ genera, quã inter pretiosos lapides. Appellaturq; Onyx ob candorem qui in eo est similitudine vnguis humani. Indica Onyx plures habet varietates, igneam, nigram, corneam, cingentibus candidis venis oculi modo, interuenientibus quarundam oculis obliquis venis. Fiebant ex hoc lapide potoria vasa, vocaturque hic lapis Alabastrites, quem cauant ad vasa vnguentaria, quoniam optimè seruare incorrupta dicitur. Nascitur circa Thebas Ægyptias, & Damascum Syriæ. Hic cæteris candidior. Probatissimus verò in Carmania, mox in India. Nec mirum videri debet si Moyses Indiæ diuitias tantopere prædicet, quum, vt Plinius auctor est, Indiæ amnes Acesinus & Ganges maximè gemmiferi sint: terrarum autem omnium inprimis India: ⁊ Et nomen fluuij secundi Geon. ⁊ Hebraice legitur גיחון Gihon. Satis inter omnes constat, hunc esse nobilissimum Ægypti fluuium Nilum, Græcis atque Latinis scriptoribus celebrem. Sed vt fieri solet terras alia sortiri nomina, vt peregrina aliqua gens in illas immigrare soleat: ita etiã in Nilo factum, vt aliud atque aliud nomen adeptus sit. Nam præter hoc nomen quo sacra scriptura eum appellat, alio nomine ab ethnicis vocitatus est, Melon. Sic Ausonius in carmine ænigmatico, Melonis albam paginam, vocat Niloticam papyrum. Postea appellatus est Ægyptus à rege qui fortè tum in illa terra longè latęq; rerum potiebatur, & fluuio nomen imposuit. Homerus Nilum appellat Ægyptum.

Joseph. libr. α. ἀρχαι.
Plutarchus de flumin.
Plin. lib. 6.
Pli. l. 6. 11
Pli. 36.
Ausonius.
Plin. li. 12.

σῆσα δ' ἐν αἰγύπτῳ ποταμῷ νέας ἀμφιελίσσας. Homerus ὀδυσσ. ξ.

Quod Vlysses naues statuerit in fluuio Ægypto, in Nilo scilicet. Rursus Nilum vocat διοπετέα, id est, cœlestem.

αὖ δ' ἐς αἰγύπτοιο διοπετέος ποταμοῖο. Homerus ὀδυσσ. δ.
Rursus ad Ægyptum cœlestem nauigat amnem.

Tandem Nilus à Græcis & Latinis scriptoribus vno consensu appellatur, Ægypti nobilissimus fluuius, & multa habens miranda, quæ philosophorum ingenia exercuerunt, vt est annuus ille & status excursus, & per vniuersam Ægyptum stagnatio. Nilo certè Ægyptus suam debet fertilitatem, & sine illo in vastam solitudinem mox redigeretur, & fame conficeretur; sed Nili beneficio nõ solum omnium rerum copia Ægypto suppetit, sed etiam vberes messes suas, in Italiam mittere solebat. Hic enim, vt Cicero scribit, Ægyptum rigat, & cum tota æstate obrutã oppletãq; tenuerit, tũ recedit, mollitosq;, & oblimatos agros ad serendum rendũ relinquit. Hæc Cicero. Hoc est, φ Sacerdos ille Ægyptius apud Platonem ad Solonem inquit, ἡμῖν δ' αὖ ὁ νεῖλος, εἰς τὰ ἄλλα σωτὴρ καὶ τότε κ τούτης ἡ ἀπορίας σώζει λυόμενος. Id est. Nobis verò Nilus è fõte expatiens saluator est, & ab alia inopia vendicat. Scribit Dionysius vix alium aliquem fluuium accolis suis tanta afferre cõmoda, vt Nilus, qui limum frugiferum Ægypto aggerit, atq; humectat.

Cic. li. 2. de nat. deorũ.
Plat. in Ti.

ὁ γὰρ τὶς ποταμῶν γαλίγιος ἔπλετο νείλος ὅτ' ἰλὺν βαλεῖν, ὅτε χθονὸς ὄλβον ἀέξειν. Dionys. de situ orbis.

Lucanus quoque Ægyptum fœlicem existimat, quod Nili potissimum beneficio, exterarum gentium mercibus haudquaquam indigeat, sed domesticis copijs sustentari poterit.

Lucan. lib. 8. Phars.

Terra suis contenta bonis, non indiga mercis,
Aut Iouis, in solo tanta est fiducia Nilo.

Porrò de origine celebratissimi huius fluuij multo maximè dubitatum est. Iuba rex, auctore Plinio, oriri Nilũ scribit in monte inferioris Mauritanię, non procul Oceano, lacu protinus stagnãte, quem vocant Nilidem. Herodotus scribit Sacerdotes Ægyptios putare Nilum profluere ex Oceano, qui totum circuit orbem. Ex horum opinione Lucanus de Nilo hæc canit.

Plin. lib. 5.
Hero. li. 2.
Luban. lib. 10. Phars.

Rumor ab Oceano qui terras alligat omnes
Exundante procul, violentum erumpere Nilum,
Æquoreosq; sales longo mitescere tractu.

Rursus idem poëta canit Nili originem incertam esse, nec ab vllo homine satis exploratam, & mirari magis ab hominibus quàm cognosci.

Nec licuit populis paruum te Nile videre
Amouitq; sinus, & gentes maluit ortus
Mirari, quàm nosse tuos.

Lucan. eodem libro.

De Nili auctu, quo per Ægypti vastitatem stagnat, & eius causa superfluuiũ fortasse videbitur, nec pręsenti operi necessarium, multa afferre, cum inter multos scriptores de hac re non satis constet, sed inter se contraria & pugnantia afferant. ⁊ Tulit ergo dominus Deus hominem, & posuit eum in paradisum voluptatis, vt operaretur & custodiret illum. ⁊ Vel hic locus optimè indicare poterit, vetustissimos illos Græciæ poëtas, complura à maioribus suis accepisse, quæ diuinis literis omnino absona non essent; sed ea nõ quemadmodum reipsa fuerunt, sed poëtica quadam licentia deprauata aspexisse, Amœnum illum & fœlicem in paradiso incolatum hominis, Homerus non prorsus ignorasse videtur, sed tamen per vmbrã, & vt dicitur per transennam, cognouisse. Quid fœlicius Cyclopum vita vnquã fuerit, & paradisiaca amœnitate similius, non facile quis inueniet aliud, si modo talis est, qualis ab Hom. depingitur. Sed apparet poëtam paradisiacã vitam à maioribus fando acceptã, ad Cyclopas poëtico more transtulisse. Homeri verba hęc sunt.

Homerus ὀδυσσ. ι.

λυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφίαλων ἀθεμίστων
ἱκόμεθ' οἱ ῥα θεοῖσι πεποιθότες ἀθανάτοισιν
ὄτε φυτεύουσι χερσὶν φυτὸν, οὔτ' ἀρόωσιν
ἀλλὰ τὰ γ' ἄσπαρτα καὶ ἄνηροτα πάντα φύονται
πυροὶ καὶ κριθαί ἠδ' ἄμπελοι αἵ τε φέρουσιν
οἶνον ἐριστάφυλον ⊗ σφιν διὸς ὄμβρος ἀέξει.

Id est.

Venimus in terram quam magnanimi Cyclopes
Et legum expertes habitant, hi numeri freti
Diuum, nec manibus terræ plantaria figunt
Vomere nec segetem proscindunt, quin ea cuncta
Nulla semente, & nullo nascuntur aratu.
Ordea, frumentum, plenisq; onerata racemis
Vineta, & largis hæc Iuppiter imbribus auget.

Cessit hic Homeri locus postea Græcis ipsis in prouerbij locum, & Lucianus sic vsurpat, οὔτε φυτεύει χερσὶν φυτὸν οὔτ' ἀρόῃ, ἀλλὰ τὰ ἄσπαρτα καὶ τὰ ἄνηροτα πάντα νέμεται. Id est. Nec arat, nec manibus plãtat, verum citra sementem, citraq; arandi laborem fruitur omnibus. Huc etiam spectare videntur, quæ Latini poëtæ de Saturni temporibus fabulantur, & de aureis sub illo seculis: quę planè omnia ad paradisiacam vitam nonnihil respiciunt, quam veluti per nebulam poëtæ intellexisse videntur. Vergilius de Saturni seculo canit.

Lucianus.
Verg. li. 8. Aeneid.

Aureaq; (vt perhibent) illo sub rege fuerunt
Secula, sic placida populos in pace regebat.

Et alibi. *ipsaq; tellus.*
Omnia liberius, nullo poscente, ferebat.

Verg. libr. 1. Georg.

Ouidius quoq; ex professo, Saturnia illa & fœlicia tempora canit, in quibus nulla erant tribunalium & legum iura, nec mare nauibus patebat, nõ armorum bellorumq; strepitus, non tubarum ac classicorum cantus, non erat execrabile & teterrimum militum genus, sed

Ouid. libr. 1. metam.

Mollia securæ peragebant otia gentes,

Ipsa

Ipsa quoq; immunis, rastroq; intacta, nec vllis
Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus
Contentiq; cibis, nullo cogente creatis.
Ver erat æternum: placidiq; tepentibus auris
Mulcebant Zephyri, natos sine semine flores
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.
Nec renouatus ager grauidis canebat aristis.
Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant
Flauaq; de viridi stellabant ilice mella.

Hęc de nihilo finxisse poëtas haud qua quam putandum est, sed quum fœlicissimam primorum hominum vitam vulgi sermonib. celebrari & laudari audissent; ea omnia ad Saturni regnum vetustissimum retulerunt. Sed quid est quod scriptura ait: ⊂ Vt operaretur & custodiret illum. ⊃ Quod nos legimus, vt operaretur, in Hebræo legitur לעבדה id est, vt coleret illũ, paradisum videlicet, more agricolæ. Septuaginta legunt, ἐργάζεσθαι αὐτόν, quod idem est. Est enim ἐργαζομένη γῆ apud Theophrastum culta terra, & κατεργαζομένη γῆ terra subacta agricolę opera. Sed quid nobis hic dicendũ erit: ita ne homini ad tantam fœlicitatem destinato, labor erat imperandus, & is parum, vt videtur, liberalis, imò & seruilis? Monet hic Augustinus, vt ne putemus graue aliquod opus homini impositum, sed contra, voluptuosum & amœnitatis plenum: quod tãtum abest vt hominis fœlicitatẽ in aliquo minuat, vt etiam tristitiã & senectutem subleuet & soletur. Legimus de claris viris & summis Imperatoribus, quum iam vel ætate fessi essent, vel insigni aliqua tristitia affecti, ad terræ culturam tanquam ad vnicum malorũ solamen cucurrisse. Laertes Vlysis pater, cuius heroicam corporis maiestatem Homerus sic describit.

Aug. libr. 8. de Gen. ad lit.

ὁ δὲ τί τοι δόλιον ἐπιτρέπει εἰσοράασθαι
εἶδός τε καὶ μέγεθος. βασιλῆϊ γὰρ αὐδῆ ἔοικας.

Homerus ὀδύσσ. ω.

Hic ob diutinam filij Vlysis absentiam, mœrore & senectute grauis, aliud nullum habebat in tanta tristitia solamen, nisi horti sui culturam. Vlysses siquidẽ post tot annorum exilium, iam domum reuersus, patrem suum Laërtem, vt Homerus canit, inuenit hortum suum colentem.

Homerus ὀδύσσ. ω.

λισσόμενον φυτὸν, ῥυπόωντα δὲ ἕσσο χιτῶνα
ῥαῖπον ἀεικέλιον, πόδι δὲ λυήμενοι βοείας
κνημίδας ῥαῖπας δεδέατο γραπτὸς ἀλεείνων
χειρίδας τ' ὦμοι χέρσι βάτων ἕνεκ', αὐτὰρ ὑπέρθεν
αἰγείην κυνέην κεφαλῆ ἔχε πωμάτον ἀεξων.

Refert Zenophon nihil tam regale videri, quam studium agri colendi, idq́ue à Cyro minore Persarum clarum esse. Ad hunc cum Lysander Lacedæmonius venisset Sardis, tum Cyrus ostẽdit ei quendam conseptum agrum diligenter consitum. Quum autem admiraretur Lysander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum subactam atq́ puram, & suauitatem odorum, qui afflarentur è floribus, tum eum dixisse: Mirari se non modò diligentiam, sed etiam solertiam eius, à quo essent illa dimensa & descripta, & ei Cyrum respondisse: Atqui ego ista sum dimensus, mei sunt ordines, mea descriptio. Multę enim istarum arborũ mea sunt manu satæ. Nemo ex Romanis principibus grauius & iniquius Christianorum rem afflixit, quã Diocletianus Imperator. Hic tamẽ piorum iam sanguine ebrius, cum imperij collega Maximiano, apud Mediolanum sese in ordinem redegit, & imperiali purpura abiecta, priuatum habitũ assumpsit. Deinde Salonas se in secessum contulit, & hortorum culturæ operam dedit. Frustra postea ad imperium iterum assumendum sollicitabatur, quum negaret vllam vitæ conditionem iucũdiorem vnquam sibi fuisse, quinetiam sollicitatoribus hũc in modum respondit: Vtinam Salonæ possetis visere olera nostris manibus instituta, profecto nunquam istud tentandum iudicaretis. Quanta igitur voluptas est hortorum cultura, quam Diocletian. Romani Imperij sceptro anteposuit, longè dulcius existimans in horto versari, q́ in militũ castris. Isto hortorum cultu impendio delectati sunt veteres illi Romani, qui senectutem suam haud alio solamine sustentarunt quàm agrorum cultura. M. quidem Valerium Coruinum, ait Cicero, accepimus ad centesimum annum vitã perduxisse, cum esset exacta iam ętate in agris erat eosq́ colebat. Hæc quidẽ tot clarissimorum virorum exempla, qui hortorũ culturam vitę delicias putarunt, faciunt, quo minus miremur, si Deus inter paradisiacas voluptates, terræ culturã interesse voluerit. Sũt ex nostris Theologis, qui oppido quàm elegantem allegoriam exsculpunt ex ijs verbis: Posuit Deus hominem in paradisum voluptatis, vt operaretur & custodiret illum: nimirum vt

Zenophon. in Oecono.
Cicero de Senec.
De Imper. Dioclet.
Cic. de Sen.

vt satis non sit optima quæq́ opere perficere, nisi etiam in illis perseueremus eaq́ custodiamus. Perit omne quod agitur, inquit Gregorius, si non solicitè in humilitate custoditur. Vnd benè quoq́ de ipso primo parente dicitur. ⊂ Posuit eũ Dominus in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret. ⊃ Operatur quippe qui agit bonum quod præcipitur, sed quod operatus fuerit non custodit, cui hoc subrepit quod prohibetur. Hæc Ggregorius. Senserunt prophani quoque scriptores hanc sacræ scripturæ allegoriam veram esse, vt nõ solum satis esset optima quęq́ adipisci, nisi etiam adepta asseruemus; & quod non minor est virtus quàm quærere parta tuerí. Pirrhus rex ille Epirotarum bello cum Romanis gesto clarus prædicatur, & fuit quidẽ animi magnitudine & bellicis artibus fortunatus, Siciliam & magnam Italiæ partem armis occupauit, sed ea omnia mox, quod parta constituere ignoraret, amisit. Scitum est dictum illud Antigoni regis de Pirrho, quod eum cõpararet aleatori, q multa quidem & bona iaceret, sed ijs quæ cadunt, rectè vti non posse. Ad idẽ facit quod legati Darij regis Persarum, ad Alexandrum magnum missi dixerũt. Quum enim Darius Alexandri virtutem semel atque iterum in bello expertus esset, supplex per legatos pacem deposcit. Legatus ergo hic quo Alexandri mentem à nimia ambitione compesceret, & ne plus habere vellet quàm æ quũ esset, quod multa facilius acquiri soleant quàm tuerí, inquit: Facilius est quędam vincere quàm tuerí. Quàm Hercule expeditius manus nostrę rapiunt, quã continent? Prudenter igitur monet Cyrus, vt si cui datum sit esse bono viro, is etiã id costodiat & perseueret idem esse.

Greg. li. 19 Mor.
Oulius.
Plutar. in Pirrho.
Q. Curt. li. 4. de gest. Alex. M.
Zenoph. li. 1. oecon.

ὁ γάρ τι τὸ ἀγαθὸς ἄνδρας γενέσθαι, τοῦτο ἀρκεῖ, ὥστε καὶ διαφυλάττειν ὄντας ἀγαθοὺς, ἢν μή τις αὐτὸ διαπέλοιτο ἐπιμελούμενος. Id est. Neque enim hoc satis est quempiam fuisse bonum virum, nisi etiam curauerit vt bonus perseueret. Et rursus. μέγα μὲν γὰρ οἶμαι ἔργον καὶ τὸ ἀρχὴν λαταπρᾶξαι, πολὺ τ' μᾶλλον, τὸ λαβόντα διασώσασθαι. τὸ μὲν γὰρ λαβεῖν πολλάκις τῷ τυχόντι μόνον παραγενόμενῳ ἐγένετο, τὸ δὲ λαβόντα λαβεῖν ἔχειν ἔτι τοῦτο ἄνευ σωφροσύνης οὐδ' ἄνευ ἐγκρατείας, οὐδ' αὖ πολλῆς ἐπιμελείας γίγνεται. ἃ χρὴ γιγνώσκοντα νῦν, πολὺ μᾶλλον ἀσκεῖν τὴν ἀρετὴν, ἵν' τῷ τὸν ἀγαθὸν λαβόντα σώζειν τὸν ἀγαθὸν ὄντα, ἵν' μὴ τοῦτο ἀφαιρεθῶσι, καὶ φθονῶσι καὶ ἐπιβουλεύσωσι, καὶ πολεμοῖ γίγνοιτο). Id est. Magnũ quidẽ opus est, principatum aliquẽ adipisci, at longè maius opus est eundem conseruare. Principatũ adipisci nõnunq́ audax quispiam potest, at adeptum conseruare nõ fit sine prudentia, temperantia, & multa diligentia. Igitur opus est, vt sciamus nos longè diligentius ipsam virtutem exercere debere, q́ prius q́ bona acquireremus, quandoquidẽ quanto plura quis habet, tanto plures sunt qui inuident & insidiantur, et hostes fiunt. Refert etiam Laërtius dictũ Biantis multum affine ijs quę hactenus adduximus, ὃ δ' ὧν ἅλις βεβαίως τηρῶν διάμενε. Id est: Quicquid proposueris, firmiter seruans perseuera. Quid hoc aliud est, nisi q Christus docet, Qui pseuerauerit vsq́ in finẽ hic saluus erit; vt scilicet in paradiso animi nostri non virtutũ plantaria plantemus solum, sed etiã plantata custodiamus. Sequitur iam præceptum, quod Deus ille orbis architectus interminatur, ne quid de arbore scientiæ boni & mali degustent. ⊂ Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. ⊃ Ambrosius putat hoc præcepto homini interdictam, astutiam. Hominis enim mens citius ad astutiã inclinatur q́ ad summũ prudentiæ. Sed non satis ex Ambrosio liquet, cur astutiã putet esse lignum scientiæ boni & mali, q́d homo tangere prohibetur; nisi credibile est eum lignũ scientiæ boni & mali putare ingenium versipelle & astutũ, & in vtrumq́ paratũ: vt sciat, vnam & eandẽ rem & laudare & vituperare, & vt prouerbium habet, ex eodem ore calidũ & frigidũ efflare; quales sunt bilingues, q eundem modò laudãt, modo vituperãt. Talis apud Græcos erat Carneades philosophus, qui solitus erat de quauis re, quæcunq́ esset proposita, in vtramuis disputare partem. Refert Quintilianus hunc Carneadem Romæ audiente Censorio Catone, nõ minoribus viribus cõtra iustitiam disseruisse, q́ pridie pro iustitia dixerat. Ea hominis astutia adeò offendit Catonem virum grauissimũ, vt mox auctor senatui fuerit, Græculos illos vrbe submouendos. Huc ascribi poterit quod refert Plinius plus quàm prodigio-

Laer. Dio. in Biante.
Ambrosius epist. 42.
Quintil. li. 12.

Plin. lib. 2 digiosum, fontem esse quendam in Dodona, q cũ sit frigidissimus, faces si quis ardentes immergat, extinguat. Si extinctæ admoueantur, accẽdit. Potest igitur lignũ scientiæ boni & mali, quod tamen edendum non est, referri ad astutum ingenium, quale est Rhetorum, quorũ est, posse pro arbitrio in candida nigrũ vertere, in nigra candidum, posse quecunq; voluerint, tollere, abijcere, amplificare, extenuare dicendo. Demũ res ipsas, viribus eloquentiæ in quã libuerit faciem habitumq; transformare, vt non qualia sunt suopte ingenio, sed qualia voluerint, non fiant quidẽ, sed cum nõ sint, esse tamen audientibus appareant. In eodem morbo decumbunt Iuriscõsulti, qui causam eandem nunc tuentur, nunc impugnant. Ad eum sensum detorsit Plutarchus quod Circe eadem virga mentem adimit ac reddit: pecudes facit, & homines. Extat apud Græcos hic senarius proverbialis. Plutarchus

τὸν αὐτὸν αἰνεῖν καὶ ψέγειν οὐδ' ὁς λακεῖ. Id est. *Laudare eundem, carpereq; viri est mali.*

Et Hebræus vates, nempe Esaias malè ominatur ijs qui dicunt bonum malũ, malum bonũ, dulce amarum, & amarum dulce. Irenæus refert arborem hanc scientiæ boni & mali, ad hæreticorum doctrinam. Hi siquidem hoc nomine inprimis tument, tanq; sacrarum literarũ verum et genuinum intellectum habeãt, eorum doctrinam veram, veluti oraculo aliquo æditã, & tanq; ex tripode profectã, omnes sectari iubent, tanq; soli ipsi præ cæteris solium Sibyllæ habeant. Sed, inquit, Irenæus, Fugere oportet sententias ipsorum, & intentius obseruare, ne coniurgemur ab ipsis, confugere autẽ ad Ecclesiam, & eius sinu educari, & dominicis scriptis enutriri. Plantata est eẽ ecclesię paradisus in hoc mũdo. Ab omni ergo ligno paradisi escas manducabis, ait spiritus Dei, id est, ab omni scriptura dominica manducate. Super elato autẽ sensu ne manducaueritis neq; tetigeritis vniuersam hæreticam dissensionem. Ipsi enim confitentur semetipsos agnitionem habere boni & mali, & sup Deum, qui fecit eos, iaculantur sensus suos impios. Supra igitur sentiunt q̃ est mensura sensationis, quapp̃ter & Apostolus ait: Nõ plus sapere q̃ oportet; sed sapere ad prudentiam; vt non illorum manducantes agnitionem eã quæ plusq; oporteat sapit, proijciamur de paradiso vitæ. Hæc Irenæus. ¶ Dixit quoq; Dominus Deus. Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutoriũ simile sibi. ¶ Nihil vetat q̃minus prouerbij vice, hęc diuina usurpemus verba. Nihil egregiũ prestari potest ab vno hoie, omni auxilio destituto. Hic natũ est prouerbiũ hoc εἷς οὐὴρ οὐδ' εἷς οὐὴρ, id est, Vnus quidem vir, nullus vir. Huc pertinet quod ait Euripides; μίας γὰρ χῆρος ἀδυνὶς μάχη. Id est. Solitarię manus inualida pugna est. Locus est apud Homerum vbi Diomedes iturus exploratum quid agant Troiani, comitem postulat. Id enim fore tum iucundius, tum tutius. Irenæ. li. 5. cõt. Valẽt. Hesiodus. Varr. li. 4. de lat. ling. Cicero li. 1 offi. Homerus

ἀλλ' εἴ τις μοι ἀνὴρ ἅμ' ἕποιτο καὶ ἄλλος
μᾶλλον θαλπωρὴ καὶ θαρσαλεώτερον ἔσται
Σὺν τε δύ' ἐρχομένω, καὶ τε πρὸ τοῦ ἐνόησεν
ὅππως λέρδος ἔῃ, μόνος δ' εἴπερ τε νοήσῃ
ἀλλά τε οἱ βράσσων ὑπνός, λεπτή τε μῆτις. .i.
At mihi si quis alius veniat comes, ille futurus
Solamen, fueritq; simul fiducia maior,
Si duo coniuncti veniant. Dein hic prior illo
Si quid opus facto videt. At qui solus est vnus
Quamuis perspiciat, tamen est mens segnior illi, &
Consilium tenue.

Non desunt qui huic Homerico commento allegoriam subesse putent non omnino ineptam. Nempe periculosis in rebus duo adhibenda, consiliũ & opem. Vlysses quoniã prudẽtissimus fingitur, consilij symbolum habet: Diomedes, vtpote iuuenis viribus antecellens, auxilij sustinet imaginẽ. Itaq; arduis in negotijs Vlysses cũ Diomede deliguntur: veluti consiliũ & auxiliũ, mens & manus, animus & gladius. Neq; solũ hæc sodalitas in politicis rebus plurimũ valet, verumetiã in re literaria maiorem in modũ cõducit, vt in cõuictu multorũ, studij sui habeat adiutores, qui eũ torpentẽ et cessantẽ, ad optima quæq; excitẽt. Hoc mutuũ inter complures studiũ, ab Hesiodo vocatur contentio, sed laudanda. ἀγαθὴ ἔρις ait. Pleni sunt philosophorum libri, hominem hoĩs esse causa creatũ. Nec fuit vnq; quis quamuis in hoc mũdo prepotens, qui non indigeret hoĩs opera. Præclarè ait Cicero, à Platone scriptũ est, nõ solum nobis nati sumus: ortusq; nostri partem patria vendicat, partẽ parentes, partẽ amici. atq; (vt Stoicis placet) quæ in terra gignũtur, ad vsum hominis oĩa creari;

homines autẽ hominum causa generatos, vt ipsi inter se alij alijs prodesse possint: in hoc naturã ducem debemus sequi, & cõmunes vtilitates in medium afferre, mutatione officiorũ, dando, accipiendoq; tum artibus, tũ opera, tum facultatibus deuincire hominum inter homines societatem. Cicero scribit in discendo συζήτησιν, vel primas partes tenere, hoc est, habere aliquem, quicũ conferas de rebus quibus velis: quia si solus aliquid agas, erit infœlix labor, frequentia autẽ iuuat: sicut si quis solus pingat, nunq; efficere tantum poterit, quantum efficeret, si aliorum exemplis adiuuaretur: sicut Ouidius canit: Cicero. Ouidius de Ponto.

Scilicet ingenijs aliqua est concordia iunctis
Et seruat studij fœdera quisq; sui
Vt meis numeris, tua dat facundia neruos
Sic redit à nobis in tua verba nitor.

Hieron. ad Rust. Hieronymus cõsultus à Rustico Monacho, de vitæ ratione amplectenda, deterret eũ à solitaria vita, quę iuueni periculosa sit, ad cœnobij sodalitatẽ inuitat, & viuere sub vnius disciplina patris, cõsortioq; multorũ: vt ab alio discat humilitatem, ab alio patientiam. Hic te silentium, inqt, ille doceat mansuetudinem: non facias quod vis: comedas quod iuberis, vestiare quod acceperis, operis tui pensum persoluas: subijciaris cui nõ vis: lassus ad stratum venias, ambulansq; dormites, & nec dũ expleto somno, surgere cõpellaris. Hactenus Hieronymus. Homerus. Verum proinde est illud Homericum, σὺν τε δύ' ἐρχομένω, id est, cũ duobus cundum. Et sapiens ait טוֹבִים הַשְּׁנַיִם מִן הָאֶחָד Ecclesi. 4. Id est. Meliores duo quàm vnus. ¶ Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuersis volatilibus cœli: adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea. Omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis ipsum est nomẽ eius. Appellauitq; Adam nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia cœli, & omnes bestias terræ. ¶ Aperit hic scripturæ locus immensum illum & perutilem campum de nominum impositione, deq; illorum ratione, & quam Græci vocant Etymologiam. Sunt, vt Varro auctor est, vniuscuiusq; verbi naturæ duæ: à qua re, & in qua re, vocabulũ sit impositũ. Itaq; à qua re sit pertinacia cũ quęritur, vnde dicitur esse à pertendendo: in qua re sit impositum dicitur, cum demonstratur in quo non debet pertendi, & pertendit, pertinaciam esse. Quod in quo oportet manere, si in eo persistet, perseuerantia sit, priorem illam partem, vbi, cur, & vnde sint verba, scrutatur, Græci vocant etymologiam: illam alteram Analogiã. Hæc igitur Etymologia, inquit Quintilianus, quæ verborũ originem inquirit, à Cicerone dicta est notatio, quia nomen eius apud Aristotelem inuenitur σύμβολον, quod est nota, nam verbum ex verbo dictum, id est, veriloquium, ipse Cicero qui finxit, reformidat. Sũt qui vim potius intuiti originationem vocent. Hæc habet aliquando vsum necessarium, quoties interpretatione res, de qua quæritur, eget. Continet quoq; in se multam eruditionem siue illa ex Græcis orta tractemus, quæ sunt plurima, præcipuè Æolica ratione, cui est sermo noster simillimus, declinata: siue ex historiarũ veterũ notitia, nomina hominum, locorum, gentium, vrbium, requiramus, vnde Bruti, Publicolæ, Pithici, Latium, Italia, Beneuentum, Capitolium, appellandi ratio. Hactenus Quintilianus. Fuit olim hæc res in philosophiæ dissertationibus celebris, quęsi tumq; apud philosophos, nomina ipsa à natura nesint, an à positione. Euicit tandẽ nomina ipsa verbaq;, nõ positu fortuito, sed quadã vi et ratione naturę facta esse. Hęc philosophorũ sententia satis aliudit ad hæc sacræ scripturæ verba: Omne enim quod vocauit Adam animæ viuãtis, ipsum est nomen eius. Quũ enim dicat, ait Eusebius, ipsum est nomen eius, nihil aliud certè vult dicere, nisi conuenienter ad naturam rei nomen inditum fuisse. Quod enim vocatum est, inquit, hoc est in ipsa natura. Ad hunc scripturæ locum respexisse videtur Plato, cũ de nominis impositione hæc scribat. Quint. li. 1 instit. orat. Euseb. Cæsa. li. 11. euã. præp. Plato in Cratyl.

λόγος φησὶν ὅδε ὦ Σώκρατες, ὀνόματος ὀρθότης τὸ εἶναι ἑκάστῳ τῶν ὄντων φύσει πεφυκέναι. ἆρ' οὖν τοῦτο εἶναι ὄνομα ὅ, τι ἂν τινες συνθέμενοι καλέῳεν καλῶσι τῇ αὐτῶν φωνῇ μόριον ἐπιφθεγγόμενοι, ἀλλὰ ὀρθότητά τινα τῶν ὀνομάτων πεφυκέναι καὶ ἕλληνας καὶ βαρβάροις τοῖς αὐτοῖς ἅπασιν. Id est. O Socrates Cratylus hic inquit, quod nominis rectitudo singulis eorum quæ sunt ex natura ipsa innata sit, & quod nõ sit hoc nomen quod aliqui componentes appellauerint, suæ vocis partem eloquentes, sed nominis rectitudinẽ quan-

dam innatam esse & Græcis & Barbaris omnibus. Hactenus Plato. Eusebius diligēter ex Platone collegit omnia quæ vir ille ex diuinis literis hausisse videtur, & putat Barbaros hic significari Hebræos, apud quos nomina ipsa certa ratione & naturæ præscriptione imposita sunt. Non enim apud alios facilè talem obseruationem inuenies. Rursus Plato de nominum impositione hæc scribit. *Λιν-δ'ωνύει ἀρα ὦ Ἑρμόγενες εἶναι ὀ φαῦλον ὡς σὺ ὀιό-ῆ τὸ ὀνόματος θέσις, ὃ δὲ φαύλως ἀνδρῶν, ὃ δὲ ἢν ἐπιτυχόντων, καὶ μεστύλος ἀληθῆ λέγει, λέγων φύσει τὰ ὀνόματα εἶναι τοῖς πράγμασιν, καὶ ὀ πάντα δημιουργὸν ὀνομάτων εἶναι, ἀλλὰ μόνον ἐκεῖνον τὸν ἀποβλέποντα εἰς ὀ τῇ φύσει ὄνομα ὄν ἑκάστῳ, καὶ δυνάμενον αὐτὸ τόγε εἶδος τιθέναι εἰς τε τὰ γράμματα καὶ τὰς συλλαβάς.* Id est. Propemodum ô Ermogenes non triuiale est, vt tu putas, hæc nominis impositio, neq; vilium hominum, neq; quorumlibet, & Cratylus vera dicit, dicens nomina ipsa ab ipsa natura rebus inesse, neq; quemlibet nominum opificem esse, sed solum illum qui respicit in id quod naturaliter sit cuilibet nomen, & qui poterit etiam huius nominis formam in literas componere & syllabas. Rursus Plato. *ὀκοῦν ἄρα παντὸς ἀνδρὸς ὦ Ἑρμόγενες ὄνομα θεῖναι εἶναι, ἀλλὰ τινος ὀνομαστοργός. ὅστις δ' ἂν ὦν ὡς ἔοικεν ὁ νομοθέτης, ὃς ἂν ἢν δημιουργῶν πανοῦργος ὀ ἀνθρώποις γίνεται.* Id est. Non certè omnis hominis est, ô Hermogenes, nomen imponere, sed alicuius fabricatoris nominis, hic verò est, vt videtur, legislator, qui quidem est opifex inter omnes homines rarissimus. Hæc Plato & plura alia de ratione et impositione nominum, quod ea naturalis sit & non arbitraria. Est apud vetustissimos latinæ linguæ scriptores, P. Nigidius, cuius opera, temporum iniuria interciderunt, nisi quantum ab alijs auctoribus citatur. Hic igitur probat nomina non arbitraria esse, sed naturalia; & affert ad hoc lepidum hoc exemplum & festiuum. Vos, inquit, cum dicimus, motu quodam oris conueniente cum ipsius verbi demonstratione vtimur, & labias sensim primores emouemus, ac spiritū atq; animam porrò versum, & ad eos, quibus cū sermocinamur, intendimus. At cōtra cū dicimus: Nos, neq; profuso intento q; flatu vocis, neq; proiectis labijs pronunciamus, sed & spiritum & labia, quasi intra nosmetipsos coërcemus. Hoc idem fit & in eo, quod dicimus: Tu & ego, & tibi & mihi. Nam sicuti cum adnuimus, & abnuimus, motus quidem ille, vel capitis vel oculorum, à natura rei quā significat, nō abhorret: ita in ijs vocibus quasi gestus quidam oris & spiritus naturalis est. ¶ Immisitq; Dominus Deus soporem in Adam. Quumque obdormisset tuilt vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea, & ædificauit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam. Dixitq; Adam, hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. ¶ Scribit Eusebius multa loca in sacris literis esse, quæ Plato in suam philosophiam transtulisse visus est. Porrò formationem mulieris à viro expressisse videtur, cum hominis naturam finxisset ab initio non ita fuisse sicuti nunc est, sed ad masculum & fœminam, tertium accessisse genus, Angrogynum, sic tamen vt vnum hominis corpus, vnum haberet caput, duas tamē facies & quatuor aures cum totidem pedibus manibusq; & naturalibus. Sed cū homines viribus freti, multa impiè agerent contra superos, Iupiter consilium inijt, quomodo hominum insolentiam & vindicaret simul & infirmiorem redderet, *ἔτεμνε τοὺς ἀνθρώπους δίχα, ὥσπερ οἱ τὰ ὠὰ τέμνοντες καὶ μέλοντες, ταριχεύειν, ἢ ὥσπερ οἱ τὰ ὠὰ τοῖς θρίξιν, ὅν τινα ἔτεμοι, τὸν ἀπόλλω ἐκέλευε τὸ τε πρόσωπον μετατρέφειν, καὶ τὸ τε αὐχένος ἥμισυ πρὸς τὴν τομὴν ἵνα θεώμενος τὴν αὐτοῦ τιμωρίαν, κοσμιώτερος εἴη ὁ ἄνθρωπος, καὶ τἄλλα ἃ δὴ ἐκέλευσεν, ὁ ἔν τε τὸ πρόσωπον μετέτρεφε, καὶ συνέλκων πάντα χόνδρον τὸ δέρμα ἐπὶ τὴν γαστέρα, νῦν καλουμένην, ὥσπερ τὰ σύσσακα βαλάντια, ἓν σῶμα ποιῶν, ἀπέδει κατὰ μέσην τὴν γαστέρα, ὃ δὴ τὸν ὀμφαλὸν καλοῦσι. καὶ τὰς μὲν ἄλλας ῥυτίδας τὰς πολλὰς ἐξέλεανε. καὶ τὰ στῆθη διήρθρα, ἔχων τι τοιοῦτον ὄργανον, οἷον οἱ σκυτοτόμοι περὶ τὸν καλίποδα λειαίνοντες τὰς τῶν σκυτῶν ῥυτίδας, ὀλίγας ἔν κατέλιπε τὰς περὶ αὐτὴν τὴν γαστέρα καὶ τὸν ὀμφαλὸν μνημεῖον εἶναι τοῦ παλαιοῦ πάθους.* Id est. Secuit hoēs bifariam, quemadmodum ij qui oua secant, vt ea condiant, quēcunq; verò secuerat, iussit Apollini vt eius faciem & mediam partem colli ad sectionem conuerteret, vt homo videns suā sectionem modestior esset, et alia curari iussit, vt faciem conuerteret contraheretq; vndiq; cutem in ventrē nunc appellatū, quemadmodum marsupium qui facit in vnum os illud collīgit, deerat verò huic quid, circa medium ventrem, quod vmbelicū vocant. Et alias quidem rugas leuigabat, & pectora faciebat recta, habens instrumentum quoddam quemadmodum habent coriarij quando calceos & pellium rugas poliunt. Porrò paucas rugas reliquit circa ipsum ventrem & vmbelicum, vt essent memoriale veteris cladis. Ex ijs Platonis verbis collīgit Eusebius eum describere voluisse formationem mulieris è viro factam, tāq; scissionem quandam. Neq; hoc mysterio caret, quod Deus sumpturus mulierem de latere Adæ, & ipse Adam statim loquuturus archana verba & mysteriorū plena: prius ipsi Adam soporem immisit tanq; citra soporem hæc fieri non possent. Gregorius in allegorijs meditādis fœlici natus ingenio, in hunc sensum interpretatur, quod nihil insigne & egregium ab homine geri potest, nisi ab exteriorum cura rerum conquieuerit, & quasi consopitus fuerit. Sciendum verò est, inquit, quia nequaq; culmen cōtemplationis attingimus, si non ab exterioris curæ oppressione cessemus. Nequaquam nosmetipsos intuemur, vt sciamus aliud in nobis esse rationale quod regit: aliud animale quod regitur, nisi ad secretū huius silentij recurrentes ab omni exterius perturbatione sopiamur. Quod silentium nostrū benè etiam Adam dormiēs figurauit: de cuius mox latere mulier processit: quia quisquis ad interiora intelligēda rapitur à rebus visibilibus oculos claudit; & tunc in semetipso, vel quæ præesse viriliter debeant: vel quæ subesse possint infirma distinguit: vt aliud in illo sit quod regere valeat tanq; vir: aliud tanq; fœmina quod regatur. Hanc Gregorij allegoriam viderūt quidam Græciæ philosophi, qui quo viuacius in animi die viuerent, oculorum luminibus carere maluerunt, tanq; ingenij vigor longè efficacius sese exerceret, si ab exterioribus negotijs fuisset liber. Quid aliud in causa fuisse putabimus, q; Homerus altius humano ingenio diuinam suam poësin cecinerit, nisi quod cæcus fuisse traditur, & ab omnibus alijs sensibus videndiq; illecebris mens eius fuerit libera, omnisq; eius vigor intro reuocata? Queritur Satyricus poëta, poëtarum mentes in diuersa rapi & ob exterarum rerum cura minus diuino illo furore afflari, nec vnquam futurum vt eximiè suo satisfaciant nomini, nisi ab hac cura eorum animi eximantur, & solis Musis vocauerint.

Quis locus ingenio? nisi cum se carmine solo
Vexant, & dominis Cirrhæ Nysæq; feruntur
Pectora nostra, duas non admittentia curas.

Adam proindè magna visurus mysteria, quo exactius & vegetius mens suo fungeretur officio, in soporem soluitur, quo in corpore existens, nō esset in corpore. Et hoc est quod Septuaginta legūt, *καὶ ἐπέβαλε κύριος ὁ θεὸς ἔκστασιν ἐπὶ τὸν ἀδάμ.* Id est. Et iniecit Dñs ecstasin in Adam. Est enim ecstasis interdum contemplatio, & ecstaticus numine afflatus. Dionysius de bono lumine & amore, *ἔστι δὲ ἐκστατικὸς ὁ θεῖος ἔρως, ὃν οὐκ ἑαυτῶν εἶναι τοὺς ἐρασθεὶς ἀλλὰ τῶν ἐρωμένων.* Id est. Est ecstaticus amor diuinus quidam, qui non sinit amatores sui ipsorum esse, sed eorū quos amant. ¶ Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrē, & adhærebit vxori suæ. ¶ Haud facilè quis oratione consequi poterit, quot bonorum causa, viro & domui esse posset mulier cordata & prudēs. Est enim hæc viri bonum, auxilium, donū, bendictio, corona: hæc ēm omnia prædicantur in scriptura de muliere bona, quod Salomon ijs verbis declarat אֵשֶׁת חַיִל עֲטֶרֶת בַּעְלָהּ Id est. Mulier strennua corona est mariti sui. Quàm verò necessaria sit mulier domesticis rebus & negotijs, satis declarant Græci hoc Iambico versu, *γυνὴ ἡ χρηστὴ πανδήλιον ἐς' οἰκίας.* Id est. Mulier frugi est gubernaculum domus. Hanc græcorum sententiam elegantissmè explicat Zenophō ijs verbis. *νομίζω δὲ γυναῖκα κοινωνὸν ἀγαθὴν οἴκου ὅσαν πάνυ ἀντίρροπον ἐν τῷ ἀνδρὶ εἰς τὸ ἀγαθόν. ἔρχεται μὲν γὰρ εἰς τὴν οἰκίαν δίκα τῶν τε ἀνδρὸς πρᾴξεων τὰ κτήματα ὡς ἐπιτοπολύ. δοκεῖ πανάγαθον δὲ δίκα τῶν τῆς γυναικὸς ταμιευμάτων τὰ πλεῖστα, καὶ ἐν μὲν τούτῳ γιγνομένῳ εὐξυ-*

Euseb. Cæsar. li. 11. euā. præp.

Plato in Cratylo.

Rursus in Cratylo.

A Gell. li. 20. noct. att.

Plato in Sympos.

Eusebius. Cæsar. lib. 12. euan. præ.

Greg. lib. 30. Mor.

Dionysius.

Iuue. Saty. Septima.

Prouer. 12

Zenoph. in œcono.

τοῖς δὲ δικοῖ, κακῶς ἢ τούτων τραπομένων, οἱ δικοι μειδῶ). Id est. Puto mulierem in ijs rebus quæ ad domus vtilitatem spectant perinde vtilem esse atque virum. Veniunt enim in familiam complura bona viri opera. Ea verò omnia ab vxore erogantur. Quod si benè insumpta fuerint, familiã augent, sin verò malè, rẽ familiarem maiorem in modum imminuunt. Huc respexit Hector ille Troianorum propugnator, qui longè maiorem curã pro vxore Andromache se gerere professus est quàm pro omnibus Troianis, vel etiam pro matre Hecuba, vel patre Priamo, cæterisq; fratribus. Verba Hectoris ad vxorem Andromachen hæc sunt.

Homerus Iliad. ζ.

ἀλλ' ὅ μοι τρώων τόσον μέλει ἄλγος ὀπίσω
ὅτ' ἂν τὰ ἐκάβης, ὅτε περιάμοιο ἄνακτος
ὅτε κασιγνήτων ὅ κεν πολέσσι τε καὶ ἐσθλοὶ
γαλόνισι πέσοιεν ὑπ' ἀνδράσι δυσμενέεσσιν
ὅσσον σεῖ, ὅτε κέν τις ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων
δακρυόεσσαν ἄγηται.

Rup. lib. 2. cap. 13. in Ioan. cap. li. 6. diui. off.

Cæterum hic scripturæ locus, vbi de Adę sopore, & costę subductione, eiusq; in mulierem formatione, loquitur; vberem allegorizandi materiam veteribus Theologis præbuit. Rupertus hanc allegoriam sic tractat. Sicut non vndecũque, sed de ipsius viri substantia, fecit Deus Euam, vt maior esset naturalis dilectionis causa: Tulit enim vnam de costis eius dormientis, & ędificauit eam in mulierem, sic & Ecclesiam non vndecunq;, sed de lateris sui sanguine & aqua fecit nasci, nec aliũde nisi de carne & sanguine suo eandẽ pascit, vnde & maior in vtroque vnius eiusdemq; carnis vnitas existit. Et alibi. Lõge rationabilius fuit, vt lancea militis latus eius aperiretur, q̃ vt eius crura fragerentur, rationabilius, (inquam) ac decentius, tanto salutis fuit artifici, valdeq; accessit ad pulchritudinem operis, vt illud sibi mortuo de latere subduceretur, vnde nasceretur ecclesia, qui dormienti Adæ costam eduxit, vnde formaretur Eua. Hac enim similitudine, quid pulchrius? quid elegãtius? quid dulcius? Hactenus Rupertus.

Ambro. in Lucam.

Ambrosius quoque hunc Adæ soporem ad Christi mortem refert. Christus enim est qui dormiuit & quieuit & resurrexit, quoniã Dominus suscepit eum. Quæ est huius costa nisi virtus? Quia tunc quando miles latus eius aperuit: continuò aqua & sanguis exiuit, qui effusus est pro seculi vita. Hæc seculi vita, costa Christi est, hæc costa secundi est Adam. Primus enim Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritũ viuificantem. Nouissimus Adã Christus est, costa Christi vita ecclesiæ est. Nos ergo membra sumus corporis eius de carne eius, & de ossibus eius. Et fortasse hæc est costa de qua dixit: Sentio ex me virtutem exisse. Hæc est costa quæ de Christo exiuit, nec corpus eius imminuit. Non enim corporalis est costa, sed spiritualis. Spiritus autem diuiditur ipse, sed diuidit singulis prout vult. Hæc est Eua mater omniũ viuentium. Hæc Ambrosius. ☾ Erat autem vterque nudus, Adam & vxor eius, & non erubescebant. ☽ Hunc sacræ scripturæ locum Plato quoque in suam philosophiã transtulisse visus est, vt auctor est Eusebius Cæsariensis. Plato siquidem commendans prisca illa tempora primorum hominũ, quos sub Saturno vixisse poëtæ scribunt, maiorem in modum eorum fœlicitatem effert, quod à strepitu & molestia rerũ mundanarũ procul abfuerint, & quod nudi quoq; ætatẽ sine probro egerint. Platonis verba hæc sunt.

Euse. Cæs. li. 12. ciui. præpar.

Plato in Polit.

ὥστε ὅτ' ἄγειν ἢν δεῖν, ὅτ' ἀλλήλων ἐλῶδαι, πολεμός τε δικ ἐνῆν, δίκες τάσις τε παράπαν, ἀλλὰ θ' ὅσα φῆ τοιαύτης δὲ κατακοσμήσεως ἐπόμενα, μυρία ἂν εἴη λέγειν. τὸ δ' οὖν τῶν ἀνθρώπων λεχθὲν αὐτομάτου περὶ βίου, δία τὸ τοιόνδε εἰρῆ), θεὸς ἔνεμεν αὐτός, αὐτὸς ἐπιστατῶν, καθάπερ νῦν ἄνθρωποι, ζῷον ὂν ἕτερον θειότερον, ἄλλα γένη φαυλότερα αὐτῶν νομεύσι, νέμοντος δὲ ἐκείνου, πολιτεῖαι τε δὲ κῆσαν, δὲ κτήσεις γυναικῶν καὶ παίδων. ἐκ γῆς γὰρ αὐξιώσκοντο πάντες, δὲν μεμνημένοι τῶν πρόσθεν, ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα ἀπῆν πάντα. καρπὸς δὲ ἀφθόνως εἶχον, ἀνὰ τε δρυῶν καὶ πολλῶν ἄλλων, δὲ χ ὑπὸ γεωργίας φυομένους, ἀλλὰ αὐτομάτης ἀναδιδούσης ἡ γῆς. γυμνοὶ δὲ καὶ ἄστρωτοι διεκαυλοῦντες τὰ πολλὰ ἐνέμοντο. τὸ γὰρ τῶν ὁρῶν αὐτοῖς ἄλυπον ἐκέκρατο, μαλακὰς δὲ εὐνὰς εἶχον, ἀναφυομένης ἐκ γῆς πόας ἀφθόνως. Id est. Neq; fera erat vlla, neq; quęq; alteri erit esca, neq; bellũ neq; seditio vlla erat. Essent quidem

dẽ complura q̃ dici possent, quæ hanc tãtam quietem sequebantur. Atqui hoc tãtum dictum sit propter hominis spontaneum victum. Deus enim ipsos pauit, & ipsis præfuit, quemadmodum nunc homines, cum ipse sit aliud animal diuinius, alia tamen animalium genera deteriora pascunt. Porrò Deo pascente, respublicæ non erant, neq; vxorum filiorumq; prouentus, è terra omnes alebantur, neque priorum meminerant, aderant enim illis omnia, vberes fructus habebant, à quercubus, & ab alijs arboribus, non quidem per agricolationem natos, sed terra sponte edente omnia, nudi & sine stratis sub dío perseuerabant, montium amœnitates illis erant, lectos habebant molles quum herbæ omnes è terra vbertim germinarent. Hactenus Plato congruenter satis ad Paradisi fœlicitatem omnia descripsit, nec hominum nuditatem tacens, quæ tum gratiæ meritò, atque innocentiæ priuileg. adeò homini ignominiæ nõ erat, vt etiam eximiæ gratiæ symbolum esset. Quod tamen postea in contrarium cessit, præuaricato iam diuino mandato, vt quod prius gloriosum esset minimeq; ignominiosum, statim factum sit dedecoris plenum & abominandum. Quod quidem & tacito quodam naturæ admonitu gentes quædam senserunt, ignominiosum esse corpus nudare. Herodotus scribit magno esse probro apud Lydos cæterosq; barbaros hominem conspici nudum. Iusta proinde ira Lydorum regina in regem maritum succensa fuit, quod non solum matrimonij reticenda euulgare ausus esset, sed vxorem etiam reginam inscíam, sodali suo nudam conspiciendam prodidisset: quod eo indecentius factum est, quod nedum corpus, sed etiam facies & caput in muliere velandum est, quandoquidem, vt idem Herodotus inquit, ἅμα δὲ χιτῶνι ἐκδυομένῳ, ἐκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνή. Sed quis putaret inter Christianos tantam impudentiam vnquam exortam, vt corpus nudare, viri & mulieres, non solum honestum putarent, sed etiam religionis titulo, vt pium obumbrarent. Auctor est Epiphanius, olim Hæresim fuisse, cuius assectatores sese Adamitas vocabant, ab Adam nimirum prothoplasto tracto vocabulo. Coibant nefarij sectæ huius homines viri & mulieres, in subterraneum hypocaustum, sed nudi omnes, ibique nefanda sua mysteria, viri ac mulieres mixtim peragebant, & quo excusatius tanta scelera committerent, Adæ vitam sese imitari prædicabant, & ecclesiam suam paradisum vocabant. Sed erat hæc libidinis officina, in qua viri & mulieres nudi mutuum pudorem prostituebant, & impudicos oculos hoc spectaculo ad satietatem vsque pascerent. Renatum fuit hoc nefandum propudium inter Boëmiæ hæreses. Erant quidem & illic, qui sese Adamitas vocarent, in recessu quodam nudi agentes, & mutua libidine, porcorum more, inter se subantes. Sed hæc libidinis licentia celeriter à Boëmis oppressa est, quod factioni suæ tutum non putarent esse, si diutius existeret tantæ libidinis scena. Atqui hæc hæresum libido non tam ex Adæ innocentia orta videtur, quàm etiam, ex Barbarorum quorundam consuetudine, qui sacra sua nudi peragere solebant. Glastum, auctore Plinio, herba in Gallia vocatur, quo Britannorum coniuges nurusq; toto corpore oblitæ, quibusdam in sacris & nudæ incedunt. Æthiopum colorem imitantes. Proximè accedit, vel etiam superat omnem libidinis insaniam, Floræ festum, quæ Floralia vocant, Floræ meretricis memoria, & populi Romani lasciuia nulla vnquam alia in re magis conspicua. Celebrantur ergo Floralia, inquit Lactantius, cum omni lasciuia, conuenientes memoriæ meretricis ludi. Nam præter verborum licentiam, quibus omnis obscœnitas effunditur, exuuntur etiam vestibus, populo flagitante, meretrices, quæ tunc mimorum funguntur officio, & in conspectu populi vsq; ad satietatem impudicorum luminum, cum pudendis motibus detinentur. Sed hæc morum pestis, irrepsit in populum omniũ gentium victorẽ, titulo religionis, & sacræ cuiusdam deæ memoria; nõ me hercle tam insanè, quàm apud Christianos Adamitarum insana libido. Vidit hanc morũ corruptelam, & effrenatã libidinẽ Cicero, eãq; cũ tollere nõ posset, certè scriptis detestatus est. Flagitij, inquit, principiũ est nudare inter ciues corpora. Quid aliud esse putabimus q̃d Hom. de Vlyss. scribit,

Herodo. in Clio.

Epiph. lib. 2. cõt. hær.

Plin. li. 22.

Lact. li. 1. cont. gen.

Cic. libr. 4. Tusc. q.

nisi detestari eum velle hæc Adamitarũ Floralia: Scribit enim Vlyssen lauare non iuisse præsente Nausicaa cæterisq; puellis Alcinoi regis.

Homerus ὀδυσσ. ζ.

ἀντίον δ' οὐκ ἄν ἐγώ γε λοέσσομαι, αἰδεσθείην γὰρ γυμνοῦσθαι κουρήσιν ἐϋπλοκάμοισι μετελθών.

E Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat dominus Deus. Qui dixit ad mulierem. Quur præcepit vobis Deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi? Cuidixit mulier. De fructu lignorum quæ sunt in paradiso vescimur: de fructu verò ligni quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne fortè moriamur. ¶ Eusebius Cæsariensis putat Platonem hunc serpentis & mulieris sermonem expressisse, cum de Saturni temoore eiusq; fœlicitate sic loquitur. εἰ μὲν τοίνυν τρόφιμοι τοῦ χρόνου, παρούσης αὐτοῖς οὕτω πολλῆς φρονήσεως καὶ δυνάμεως πρὸς τὸ μὴ μόνον αὐθρώποις ἀλλὰ καὶ θηρίοις διὰ λόγων δυνάσθαι συγγίγνεσθαι, καὶ χρῶντο τούτοις σύμπασιν εἰς φιλοσοφίαν, μετά τε θηρίων καὶ μετ' ἀλλήλων ὁμιλοῦντες, καὶ πυνθανόμενοι παρὰ πάσης φύσεως, εἴ τινα τῆς ἰδίας δύναμιν ἔχουσα, ἤδετο τι διαφέρον τῶν ἄλλων εἰς σωφρονεῖν φρονήσεως, οὐκ ἂν ἔτι τοῦ ὅτι τῶν νῦν οἱ τότε μύριοι πρὸς εὐδαιμονίαν διέφερον. Id est. Qui cum Saturno viuebant, cum adesset eis tantum ocium, & vis, non solum cum hominibus, verumetiam cum bestijs verbis poterant sermocinari. Vtebãtur verò ijs omnibus ad philosophiam, cum loquerentur & cum bestijs & inter se, & interrogantes etiam ab omni natura, si quam cõtingeret quid habere quod eximium esset, hoc ad prudentiæ cumulum accipiebant. Facilè enim iudicatu est illos qui tum viuebant longè plus ad fœlicitatem accedere quàm eos qui nunc sunt. Hactenus Plato. De bestiarum cum hominibus colloquijs, nihil apud graues authores proditum legitur. Inter prodigia tamen semper habitum est, bestias humanis aliquando verbis loquutas. Refert Plinius, eo anno quo Tarquinius Superbus regno pulsus est, Serpentem latrasse. Hanc vniuersi humani generis cladem à diabolo per serpentem factam, nõnulla extant exempla apud ethnicorum scripta, quæ sacrarum literarum fidem optimè stabiliunt. Pherecydes Scyrus scribit dæmonas è cœlo esse à Ioue deturbatos, quorum princeps Ophioneus sit dictus, hoc est, serpentinus. Est enim ὄφις Græcè, Latinè serpens. Plena horroris, apud Latinos scriptores est Æsculapij sub serpentis specie, ad vrbem Romam, ab Epidauro, vocatio. Quum enim vrbs Roma triennio grauì pestilentia affligeretur, tum consulti libri Sibyllini responderunt Æsculapium ab Epidauro accersendum, sic enim finem malorum fore. Legati ergo, senatus Romani iussu, missi: ingentem & teterrimum serpentem ab Epidauro, Romam nauigio aduexerunt. Hæc tametsi antiquì serpentis callidìtas sit, qua non solum prothoplastos, sed etiam populum Romanum ludificauit, tamen à Valerio Maximo inter miracula refertur, & totum negotium verbis religiosis enarratur, quod serpens per vrbis Epidauri celeberrimas partes, mitibus oculis, & leni tractu labi cœperit, triduoque inter religiosam omniũ admirationem conspectus sit: deinde in Romanam triremem conscendit, inque multiplicem orbem, per summam quietem est obuolutus. Ouidius quoq; idem argumentum tractans, planè sibi persuasit, serpentem hunc Deum fuisse, & in serpente Deum.

Capu III.

Euſ. Cæſ. lib. 12. eu. præp.

Plato in Politic.

Val. Ma. lib. 1.

Oui. li. 15. Metam.

cum criſt is aureus altis
In ſerpente Deus, prænuntia ſibila miſit.

Atqui Lactantius vir Christianissimus, hæc & complura alia dæmonum esse præstigias, vt verè sunt, affirmat. Nam ab Epidauro, inquit, δαιμονιόχρηστος hic ipse in figura sua sine dissimulatione perductus est: siquidem legati ad eam rem missi, draconem secum miræ magnitudinis attulerunt. Extat Luciani opusculum de Alexandro quodam impostore, qui Paphlagonas & Ponticas gentes, dictu incredibile est, qualibus præstigijs ludificatus sit. Concinnabat hic draconem serpentem è linteis, quem Æsculapium esse fingebat, caput huius erat coloribus fucatum & ita etiam instructum, vt os aperire & claudere, & linguam nigram exertare posset, serpentium more; sed & oracula quædã ore eius reddebanť, q̃ ὠνόφωνοι χρησμοὶ dicebanť, ꝓpterea ꝓ redderenť nõ per sacerdotẽ, sed ab ipso Deo. Sed dũ de

Lact. li. 2.

Lucian. in Pſeud.

Pli. lib. 8.

de draconibus & serpentibus humani generis impostoribus loquimur, venit in mentem ridiculum quiddam, quod non grauarer ijs cõmentarijs interponere, vt posteritati innotesceret, nisi vererer hoc hominum genus, tanquam crabones irritare, qui vt ipsi sunt ad aliorum errores ridẽdos vel Argo oculatiores; ita in suis pernoscẽdis cæco, vt aiũt, cęciores. Tantum satis habebo lectorem admonuisse, si fabella illa suauissima sibi exciderit, quæ paucos ante annos, magnam Europæ partem, ingenti gelasino concusserit, vt huius serpentis, vel si mauis draconis, meminisse velint, quem Romani ab Epidauro Romam deportarunt, tum planè futurum reor, vt facile sibi memoriam renouare possit, quos risus excitauerit ὀφιδῶχα, vt vel Democritus risu emori potuisset. Nec est quod quicquam populo imputem, tantum illos δοκησισοφοὺς, & qui cornicum, vt aiunt, oculos configunt, miror, quid in mentem venerit, vt ex musca tantum fecerint elephantum; & hircum mulgenti cribrum supponere voluerint. Sed abeat fartalis hic, & è pellibus consutus draco, magisq; scorteus quàm animalis, & in nullo à Lucianico dracone diuersus: ad spirantem verò, & stridula vibrante lingua sibila fundentem veniamus, qui vt viuus atque ea re verus erat, ita etiam plurimum ad imponendum simplicioribus valebat. Erat olim vetus illa & primigenia ecclesia oppidoq; hæresum fœcunda. Omitto improbata dogmata, & sibijpsis non raro aduersa, secumq; pugnantia. Quis verò vnquam putasset, immanem atq; squamosum draconem, ceu numẽ aliquod coli potuisse? Potuit hoc, quandoquidem veterum Theologorum scriptis constat, Ophitas in Christiana religione fuisse. Nominis ratio est quod à serpente nomẽ habuerint. Est enim ὄφις serpens latine. Sunt ergo ophitæ, quasi dicas serpentarij, qui superstitioso & impio cultu serpentem, tãquam scientiæ & prudentiæ omnis authorem venerabantur. Tantum potuit versuta & malitiosa dæmonis callidìtas, vt non satis sit semel totum damnasse genus humanum, nisi etiam iam ereptos, in suam ditionem aliquot redigat. Tiberius quoq; Cæsar, vt auctor est Suetonius, draconem serpentem in oblectamentis habebat, quem ex consuetudine, manu sua cibare solitus erat. Sed de draconibus semper humano generi pestibus hæc satis sint. Quur verò serpens mulierem potius accesseriit quã virum, Epiphanius allegoricã reddit rationem, nimirum per mulierem sensualẽ hominis partem significari, quæ tẽtationibus facilè patet, per virum firmam rationem μηκέτι γὰρ διωκαιώσας ὁ διάβολος τὴν αὐθρώπου διανοίαν τὴν ἐκ τοῦ λογίου λαβοῦσαν τὴν δύναμιν τῆς ἀληθείας ἀπατᾶν, τρέπεται πρὸς τὸ θῆλυ τουτέστι τὴν τῶν ἀνθρώπων ἄγνοιαν, καὶ πείθει αὐτὸ τῇ ἀγνοίᾳ, ἐπειδὴ οὐ δύναται τὸν τέλειον λογισμὸν ἀπατῆσαι. θηλυκοῖς γὰρ ἀεὶ διανοήμασι προσαπελάζει, ἡδονῇ τε καὶ ἐπιθυμίᾳ, τουτέστι τῇ ἀγνοίᾳ τῇ τῶν ἀνθρώπων θηλυκοφυΐᾳ, καὶ οὐχὶ τῷ τελείῳ λογισμῷ τῷ εὐλόγως τὰ πάντα νοοῦντι. Idest. Amplius nõ potest diabolus virilẽ mentem, quæ à Deo accepit potestatem veritatis decipere, vertitur verò ad mulierem, hoc est, ad hominum ignorãtiam, & persuadet illos, qui sunt in ignorantia, quãdoquidem non potest firmam rationem decipere, muliebribus enim semper affectionib. appropinquat, idest, ijs quorum mentes voluptatibus & concupiscẽtijs sunt effœminatæ, haudquaquam ijs qui firma certaq; ratione omnia intelligunt. Venit hic in mentem Euæ responsum, quo Deum nõ solum ne comederẽt ex arbore scientiæ boni & mali, sed etiam ne tangerent; præcepisse, ait. Atqui Deus non præcepit ne tangerent arborem, sed ne de fructibus illius vescerẽtur. Sed est hoc mulierum ingenium, vt non solũ rumores studiose captẽt, sed etiam addere nonnulla. Insectatur hoc vitium Satyricus in mulieribus.

Epiph. lib. 2. κατὰ αἱρεσ.

Epip. li. 1. cont. Hær.

eton. in iberio.

Iuuen. Satyra 6.

Instantem regi Armenio, Parthoq; cometen
Prima videt, famam, rumoresq; illa recentes
Excipit ad portas, quosdam facit ipsa.

E Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius & comedit, deditq; viro suo. Qui comedit, & aperti sunt oculi amborum. ¶ Perquàm friuolum videtur esse hoc quod hic quidam nugãtur, Adã & Euam hactenus cæcos fuisse, & quod hic primum oculos aperuisse memorentur. Quis enim tam insulsus est, vt nõ intelligat tropice dictũ esse, aperti sunt oculi eorum: quemadmodũ Cic. inquit, Ad eũ puniendũ aliquãdo oculos aperuisti. Eusebius Cæsariensis putat Platonem æmulatũ per allegoriam omnia hæc quæ de

Plato in Sympofio.

de paradiſo & hominis deceptione per ſerpentem in eo legimus. Verba Platonis hęc ſunt. ὅτε γὰρ ἐγένετο ἡ Ἀφροδίτη, εἰστιῶντο οἱ θεοὶ ἔνθα καὶ ἄλλοι καὶ ἡ μητιετὴς ἡ Πόρος ἐπειδὴ δὲ ἐδείπνησαν, προσαιτήσασα οἷον δὴ ἐνωχίας οὔσης ἀφίκετο ἡ πενία, καὶ ἦν παρὰ τὰς θύρας. ὁ δὴ Πόρος μεθυδεὶς τῷ νέκταρος (οἶνος γὰρ οὔπω ἦν) εἰς τοῦ Διὸς κῆπον εἰσελθὼν βεβαρημένος ἐβάδιζε, ἡ δὴ πενία ἐπιβουλεύουσα διὰ τὴν αὑτῆς ἀπορίαν παιδίον ποιήσεσθαι ἐκ τοῦ πόρου, κατακλινεῖσα παρ' αὐτῷ καὶ ἐκύησε τὸν ἔρωτα. Id eſt. Quando facta erat Venus, conuiuabantur diij alij & Porus cõſilij filius. Poſt cœnam verò, cum iam comeſſatio eſſet, venit paupertas ad ianuam. Porus inebriatus erat nectare (nondum enim vinum erat) & in hortum Iouis ingreſſus, grauiter ſoporatus eſt. Porrò paupertas propter inopiam inſidias ſtruxit, quõ filios ex Poro ſuſciperet, & inclinata illi concepit Cupidinem. Hactenus Plato. Putat Euſebius, Platonẽ, omnia illa quæ Moyſes de paradiſo ſerpẽtiſq; deceptione ſcripſit, allegoricè reddidiſſe. Pro paradiſo enim Dei, hortos Iouis poſuit, pro ſerpente deceptionẽq; eius, paupertatem inſidiantem poſuit: pro viro autem primo, quem Dei conſilio atq; prouidẽtia, quaſi nuperrimè natum filium produxit, conſilij filium Porum nomine poſuit. Venerem, allegoricè propter pulchritudinem, mundum appellans. ⊏ Quumque cognouiſſent ſe eſſe nudos conſueuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata. ⊐ Perizomata in Hebræo legitur חגורות cinctoria, à verbo חגר cinxit, circumligauit. Porrò περίζωμα eſt omne quod circumcingit, à verbo περιζωννύω præcingo, ambio, ſed hic ſignificantur pudendorum membrorum tegumẽta. Erant olim in homine tres partes, quas pudendas putabant, & quælibet ſuum habebat tegumẽtum, ſed duo priora mulierum erant, tertium mulierum & virorum ſimul. Scribit de ijs Pollux, ita,

Iulius Pol. li. 11. Ono.

τὸ δὲ τῶν μαστῶν τῶν γυναικείων ζῶσμα, ταινίαν ὠνόμαζον καὶ ταινίδιον. τὸ δὲ πρὸς τὴν λοιλίᾳ ζῶσμα, περίζωμα ἢ περιζῶστρον; τὸ δὴ πρὸς τοῖς αἰδοίοις, οὐ μόνον γυναικῶν, ἀλλὰ καὶ ἀνδρῶν. ὅπου παῖς γυναικεῖλόοιντο, ὦαν λουτρίδα ἔοικε θέπομπον ὁ λομικὸς ὀνῶ τῶσιν λαλεῖν, ἐπῶν. τὸν δὲ περιζωσάμενον ὦαν λουτρίδα λατάλεισμον ἥδης πρὶν ἢ τὰ ἔσον. ὦντικρυς δὲ τὸ νῦν λαλουμένον ἐκεῖνο τῶν γυναικῶν ἐνθύδεσμον. Id eſt. Hoc cinctorium quod mulierum cingit mammas, appellabant faſciam, ſiue faſciolam, hoc verò quod ventrem tegit perizoma, ſiue velamen dicebatur. Porrò hoc quod pudenda velabat, non ſolum mulierum erat, ſed etiam virorum. Vbi enim cum mulieribus lauarentur renonem lauatorium conſueuit comicus Theopompus appellare, ſic dicens. Ipſo renone lauatorio accinctus erat, quo pubes velatur, hoc verò modo vocant mulieres pectorale. Ferunt nonnulli perizomatum vſum tradidiſſe vetuſtiſsimam Aſſyriorum reginam Semiramidem, quæ muliebrem ſexum perteſa, virum induit, & nõ ſolum caput tiara tegere ſatis habebat, ſed etiam crura velamentis, quod & ſuos facere iuſsit, ne quid nouo habitu ipſa ſola occultare videretur. Conſtat tamen omnes ferè gentes hunc morem velãdorum pudendorum perſanctè ſeruare, tãquam ex primis parentibus hæreditaria quodam lege acceptum. Alexander ille pſeudomantes in comminiſcendis præſtigijs nulli vnquam homini ſecundus, ſi Luciano credere volumus, & tamẽ abſq; ſubligaculo in publicum prodire nolebat. ἐωθὲν δὲ γυμνὸς ἐς τὴν ἀγορὰν παρεπορεύετο, διαζώματα δὲ πρὸς τὸ αἰδοῖον ἔχων, λατάχρυσον καὶ τοῦτο. Id eſt. Mane verò nudus in forum proſiliens, ſubligaculum verò quod aureum erat, habebat circa pudenda. Romani, vt auctor eſt Auguſtinus, appellabant hæc pudendorum velamenta, campeſtria, ex eo dictum, quod iuuenes qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant: vnde qui ita ſuccincti ſunt campeſtratos vulgus appellat. Teſtatur Cicero Romanos inprimis ſtuduiſſe verecundiæ, quam exactè Scenici præſtare cogebãtur. Scenicorum quidem, inquit, mos tantam habet à vetere diſciplina verecundiam, vt in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo: verentur enim, ne ſi quo caſu euenerit, vt corporis partes quędam aperiantur, aſpiciantur non decore. Neq; barbari huius verecundię expertes erant, ſed tacito quodam naturæ inſtinctu, ſentiebant hanc corporis partem perpetuo velandam eſſe. Nicolaus Damaſcenus, auctore Strabone, refert ſe Antiochiæ vidiſſe legatos Pori potẽtiſſimi Indor. regis, ad Cæſ. Aug. miſſos cũ literis & munerib. Porrò dona erãt octo ſerui toto corpore nudi, præter virilia, q̃ ſub-

Lucian. in Pseudom.

August. li. 14. ci. dei.

Cicero libr. 1. offic.

Strabo lib. 15. geogr.

Diodorus Sic. libr. 4.

ſubligaculis erant velata. Diodorus Siculus multa ſcribit de Æthiopibus quos quamuis nudos incedere ſcribat, tamen vulpinis caudis pudenda tegere tradit, & ſubligaculis ex capillis contextis. Primi tamen parentes noſtri, cum nudi per omnia agerent, & velamenti copia eſſet, fici folia in hunc vſurparunt vſum, propterea vt Plinius ſcribit, latiſsima folia ficò ſunt, eoq; large tegere poſſunt. Irenæus ſcribit Adam conſulto ficulneis folijs pudenda contexiſſe, cum tot arborũ folia præſto eſſent. Eſt enim ficulneum folium pœnitentiæ ſymbolum quoddã. Græci appellant fici folium θέλον & cui nomen inditum eſt ab aſperitate, quod fici folium ſcabrum ſit, & aculeatum. Per ſuccinctorium, inquit Irenæus, in facto oſtendit ſuam pœnitentiam, folijs ficulneis ſemetipſum contegens, exiſtentibus & alijs folijs multis, quæ minus corpus eius vexare potuiſſent, condignum tamen inobedientiæ amictum fecit: conterritus timore Dei, & retundens carnem, quoniam per inobedientiã dignus erat tali tegumento quod delectationem nullam præſtat, mordet autem & pungit corpus. Hactenus Irenæus. Sanctus Bernhardus refert hæc fici folia ad nugatoriasac nullius momenti excuſationes, quibus nonnulli ſeſe defendere ſtudent. Vult enim lætari, inquit, cum malefecerit, & exultare in rebus peſsimis, audiensq; vocem domini, huiuſmodi gaudia nullatenus approbantem, ſed deteſtantem, ſed arguentem, ſed condemnantem, fugit, abſconditq; ſe in ſimilitudine prę-

Pli. li. 16.

Iuſtin. li. 1.

Irenæus li. 3. contra Valent.

Bernhard.

uaricationis Adæ. Sed heu me quàm vile operimentum quæris miſera anima, quàm inutile quæris operimentum, folia enim ficulnea ſunt quæ intexis: folia inquam quæ nil tibi caloris præbeant, nil habeant ſoliditatis. Hanc Bernhardi allegoriam comprobant complures Græci ſcriptores, qui lignum ficulnum vt fragile atq; ad oia ferme inutile prouerbij loco vſurpant Ariſtophanes συκίνη ἐπικουρία, id eſt, ficulnum auxilium pro inualido atq; inutili vſurpat.

Ariſtoph.

ὃς λῦ ἂν ἡμῖν συκίν' ἐπικουρία. Id eſt. Qui nobis erat ficulnum auxilium. Sic idem comicus vocat virum ficulnum, mollem atq; inutilem. Quid ergo prohibet excuſationem vocare ficulnam, ineptã & quę affectatis fit ſermonibus, ad excuſandas excuſationes in peccatis? ⊏ Quũ audiſſent vocem domini Dei deambulantis in paradiſo, ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie domini Dei in medio ligni paradiſi. ⊐ In hoc tam atroci Adæ commiſſo, illud primum videre licet, qualis ſit ſontis & malæ ſibi conſciæ mentis metus, quem haud temerè quiſquam effugere poterit, admiſſo ſcelere; ſed teſtem illum ſecũ circumferre cogitur, qui ſurdo verbere ſubinde mentem cedit, & ream agit. Sic etiam Satyricus inquit.

Iuuen. Satyra 13.

Exemplo quodcunq; malo committitur, ipſi
Diſplicet authori. prima eſt vltio, quod ſe
Iudice nemo nocens abſoluitur.

Hoc in prothoplaſto noſtro nimis perſpicuum eſt, qui mulieris ſuaſu, diuinum præuaricatus præceptũ, mox ſceleris cõſcientiam ferre non valens, præceps, cũ peccati conſorte, in fugam cõuertitur, ac Deum omnia contemplantẽ fugere deſtinat. Sed quid agis ô Adam, quid machinaris? quid te abſcondis? Cuſtos tuus te ſequitur. Alium tibi peregrinatio ſubduxit, alium mors, alium valetudo. Hæret hic, quo carere nunquam potes. Quid locum abditum legis & arbitros remoues? putas tibi contigiſſe, vt oculos omnipotentis fugias demens? Quid tibi prodeſt non habere conſcium habenti conſcientiam? Sed eſt hæc peccantium & malorũ hominum conſuetudo, quæ illos ſolidè ſtare nõ ſinit, ſed ſurſum ac deorſum, per æqua & iniqua præcipites agere ſolet. Hoc etiam eſt quod ſcriptura non ſolum Adam fugam circumſpectaſſe ſcribit, ſed etiam Deum non ſtetiſſe, ſed ambulaſſe refert. Quid eſt, inquit Gregorius, quod poſt peccatũ hominis in paradiſo, dominus non iam ſtat, ſed deambulat, niſi q; ir ruente culpa, ſe à corde hominis motum demonſtrat? Idem etiã Satyricus ſcribit.

Greg. libro 28. Mora.

Mobilis & varia eſt ferme natura malorum
Cum ſcelus admittunt.

Iuuena. Satyra 13.

Notus eſt Græcis Tragicis Oreſtes ille matricida, quẽ ſcelus in matrẽ admiſſum, vno in loco eſſe non ſiuit, ſed cruentæ matris ſpecies, & flammiuomi oculi, per magnam orbis partem, exulem egerunt. Et Euripides ait.

Euripides in Oreſte.

τὸ ματρὸς δ' αἷμα δ' νὺν προχυλατεῖ
μανίαισιν. ὀνομάζειν γὰρ αἰδεῖται θεὰς
θυμενίδας, αἳ τὸν δ' ἐξαμιλλῶνται φόβῳ.

Auxit miſeri Adæ metũ, & hoc quod ſcriptu-

de paradiso & hominis deceptione per serpentem in eo legimus. Verba Platonis hęc sunt. ὅτε γὰρ ἐγένετο ἡ Ἀφροδίτη, εἱστίων τοῖ θεοὶ ὅτε ἄλοιτο καὶ ἡ μητίετα ὑὸς Πόρος ἐπιδὴ δὲ ἐδείπνησαν, προσαιτήσαι οὖν ἡ Πενία χίας οὔσης ἀφίκετο ἡ πενία, καὶ ἐν τοῖς θύραις. ὁ δὴ Πόρος μεθυδεὶς νέκταρος (οἶνος γὰρ οὔπω ἦν) εἰς τοῦ Διὸς κῆπον εἰσελθὼν βεβαρημένος ἐδάρθανε. ἡ δὴ πενία ἐπιβουλεύσασα διὰ τὸν αὐτῆς ἀπορίαν παιδίον ποιήσασθαι ἐκ τοῦ Πόρου, κατακλινεῖσα παρ' αὐτῷ καὶ ἐκύησε τὸν Ἔρωτα. Id est. Quando facta erat Venus, conuiuabantur dij alij & Porus cõsilij filius. Post cœnam verò, cum iam comessatio esset, venit paupertas ad ianuam. Porus inebriatus erat nectare (nondum enim vinum erat) & in hortum Iouis ingressus, grauiter soporatus est. Porrò paupertas propter inopiam insidias struxit, quõ filios ex Poro susciperet, & inclinata illi concepit Cupidinem. Hactenus Plato. Putat Eusebius, Platonẽ, omnia illa quæ Moyses de paradiso serpẽtisq; deceptione scripsit, allegoricè reddidisse. Pro paradiso enim Dei, hortos Iouis posuit, pro serpente deceptioneq; eius, paupertatem insidiantem posuit: pro viro autem primo, quem Dei consilio atq; prouidẽtia, quasi nuperrimè natum filium produxit, consilij filium Porum nomine posuit. Venerem, allegoricè propter pulchritudinem, mundum appellans. ¶ Quumque cognouissent se esse nudos consueuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. ¶ Perizomata in Hebræo legitur חגורות cinctoria, à verbo חגר cinxit, circumligauit. Porrò περίζωμα est omne quod circumcingit, à verbo περιζωννύω præcingo, ambio, sed hic significantur pudendorum membrorum tegumẽta. Erant olim in homine tres partes, quas pudendas putabant, & quælibet suum habebat tegumẽtum, sed duo priora mulierum erant, tertium mulierum & virorum simul. Scribit de ijs Pollux, ita, τὸ δὲ τῶν μασῶν τῶν γυναικείων ζῶσμα, ταινίαν ὠνόμαζον καὶ ταινίδιον. τὸ δὲ πρὸς τῇ λοιλίᾳ ζῶσμα, περίζωμα ἢ περιζῶστραν; τὸ δὴ πρὸς τοῖς αἰδοίοις, οὐ μόνον γυναῖκον, ἀλλὰ καὶ ἀνδρῶν. ὅπου ταῖς γυναιξὶ λόσιντο, ὅταν λουτρίδα ἔοικε θεόπομπος ὁ κωμικὸς γὰρ πᾶσιν λαλεῖν, εἰπὼν, τὴν δὲ περιζωσάμενος ὅταν λουτρίδα καταδέσμου πάνυ περιπάτασον. ἀντικρυς δὲ τὸ νῦν καλουμένον ἐπὶ τῶν γυναῖκων κηδόδεσμον. Id est. Hoc cinctorium quod mulierum cingit mammas, appellabant fasciam, siue fasciolam, hoc verò quod ventrem tegit perizoma, siue velamen dicebatur. Porrò hoc quod pudenda velabat, non solum mulierum erat, sed etiam virorum. Vbi enim cum mulieribus lauarentur renonem lauatorium consueuit comicus Theopompus appellare, sic dicens. Ipso renone lauatorio accinctus erat, quo pubes velatur, hoc verò modo vocant mulieres pectorale. Ferunt nonnulli perizomatum vsum tradidisse vetustissimam Assyriorum reginam Semiramidem, quæ muliebrem sexum pertęsa, virum induit, & nõ solum caput tiara tegere satis habebat, sed etiam crura velamentis, quod & suos facere iussit, ne quid nouo habitu ipsa sola occultare videretur. Constat tamen omnes ferè gentes hunc morem velãdorum pudendorum persanctè seruare, tãquam ex primis parentibus hæreditaria quodam lege acceptum. Alexander ille pseudomantes in comminiscendis præstigijs nulli vnquam homini secundus, si Luciano credere volumus, & tamẽ absq; subligaculo in publicum prodire nolebat. ἔωθεν δὲ γυμνὸς ἐς τὴν ἀγορὰν προπηλήσας, διαζωμα δὲ πρὸς τὸ αἰδοῖον ἔχων, κατάχρυσον καὶ τοῦτο. Id est. Mane verò nudus in forum prosiliens, subligaculum verò quod aureum erat, habebat circa pudenda. Romani, vt auctor est Augustinus, appellabant hæc pudendorum velamenta, campestria, ex eo dictum, quod iuuenes qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant: vnde qui ita succincti sunt campestratos vulgus appellat. Testatur Cicero Romanos inprimis studuisse verecundiæ, quam exactè Scenici præstare cogebãtur, Scenicorum quidem, inquit, mos tantam habet à vetere disciplina verecundiam, vt in scenam sine subligaculo prodeat nemo: verentur enim, ne si quo casu euenerit, vt corporis partes quędam aperiantur, aspiciantur non decore. Neq; barbari huius verecundię expertes erant, sed tacito quodam naturæ instinctu, sentiebant hanc corporis partem perpetuo velandam esse. Nicolaus Damascenus, auctore Strabone, refert se Antiochiæ vidisse legatos Pori potẽtissimi Indor. regis, ad Cæs. Aug. missos cũ literis & munerib. Porrò dona erãt octo serui toto corpore nudi, præter virilia, q̃ subligaculis erant velata. Diodorus Siculus multa scribit de Æthiopibus quos quamuis nudos incedere scribat, tamen vulpinis caudis pudenda tegere tradit, & subligaculis ex capillis contextis. Primi tamen parentes nostri, cum nudi per omnia agerent, & velamenti copia esset, fici folia in hunc vsurparunt vsum, propterea vt Plinius scribit, latissima folia ficò sunt, eoq; large tegere possunt. Irenæus scribit Adam consulto ficulneis foliis pudenda contexisse, cum tot arborũ folia præsto essent. Est enim ficulneum folium pœnitentiæ symbolum quoddã. Græci appellant fici folium θεῖον & cui nomen inditum est ab asperitate, quod fici folium scabrum sit, & aculeatum. Per succinctorium, inquit Irenæus, in facto ostendit suam pœnitentiam, folijs ficulneis semetipsum contegens, existentibus & alijs folijs multis, quæ minus corpus eius vexare potuissent, condignum tamen inobedientiæ amictum fecit: conterritus timore Dei, & retundens carnem, quoniam per inobedientiã dignus erat tali tegumento quod delectationem nullam præstat, mordet autem & pungit corpus. Hactenus Irenæus. Sanctus Bernhardus refert hæc fici folia ad nugatoriasac nullius momenti excusationes, quibus nonnulli sese defendere student. Vult enim lætari, inquit, cum malefecerit, & exultare in rebus pessimis, audiensq; vocem domini, huiusmodi gaudia nullatenus approbantem, sed detestantem, sed arguentem, sed condemnantem, fugit, absconditq; se in similitudine preuaricationis Adæ. Sed heu me quãm vile operimentum quæris misera anima, quãm inutile quæris operimentum, folia enim ficulnea sunt quæ intexis: folia inquam quæ nil tibi caloris præbeant, nil habeant soliditatis. Hanc Bernhardi allegoriam comprobant complures Græci scriptores, qui lignum ficulnum vt fragile atq; ad oĩa ferme inutile prouerbij loco vsurpant Aristophanes συκίνη ἐπικουρία, id est, ficulnum auxilium pro inualido atq; inutili vsurpat.

ὃς λῷ ἂν ἡμῖν συκίν' ἐπικουρία. Id est. Qui nobis erat ficulnum auxilium. Sic idem comicus vocat virum ficulnum, mollem atq; inutilem. Quid ergo prohibet excusationem vocare ficulnam, ineptã & quę affectatis sit sermonibus, ad excusandas excusationes in peccatis? ¶ Quũ audissent vocem domini Dei deambulantis in paradiso, ad auram post meridiem, abscondit se Adam & vxor eius à facie domini Dei in medio ligni paradisi. ¶ In hoc tam atroci Adæ commisso, illud primum videre licet, qualis sit sontis & malæ sibi consciæ mentis metus, quem haud temerè quisquam effugere poterit, admisso scelere; sed testem illum secũ circumferre cogitur, qui surdo verbere subinde mentem cedit, & ream agit. Sic etiam Satyricus inquit.

Exemplo quodcunq; malo committitur, ipsi
Displicet authori, prima est vltio, quod se
Iudice nemo nocens absoluitur.

Hoc in prothoplasto nostro nimis perspicuum est, qui mulieris suasu, diuinum præuaricatus præceptũ, mox sceleris cõscientiam ferre non valens, præceps, cũ peccati consorte, in fugam cõuertitur, ac Deum omnia contemplantẽ fugere destinat. Sed quid agis ô Adam, quid machinaris? quid te abscondis? Custos tuus te sequitur. Alium tibi peregrinatio subduxit, alium mors, alium valetudo. Hæret hic, quo carere nunquam potes. Quid locum abditum legis & arbitros remoues? putas tibi contigisse, vt oculos omnipotentis fugias demens? Quid tibi prodest non habere conscium habenti conscientiam? Sed est hæc peccantium & malorũ hominum consuetudo, quæ illos solidè stare nõ sinit, sed sursum ac deorsum, per æqua & iniqua præcipites agere solet. Hoc etiam est quod scriptura non solum Adam fugam circumspectasse scribit, sed etiam Deum non stetisse, sed ambulasse refert. Quid est, inquit Gregorius, quod post peccatũ hominis in paradiso, dominus non iam stat, sed deambulat, nisi q; ir ruente culpa, se à corde hominis motum demonstrat? Idem etiã Satyricus scribit.

Mobilis & varia est ferme natura malorum
Cum scelus admittunt.

Notus est Græcis Tragicis Orestes ille matricida, quẽ scelus in matrẽ admissum, vno in loco esse non siuit, sed cruentæ matris species, & flammiuomi oculi, per magnam orbis partem, exulem egerunt. Et Euripides ait.

τὸ ματρὸς δ' αἷμα δ' νὺν προχυλατεῖ
μανίαισιν. ὀνομάζειν γὰρ οὐδ' ἔμαι θεὰς
ἐνμενίδας, αἳ τὸν δ' ἐξαμιλλῶνται φόβῳ.

Auxit miseri Adæ metũ, & hoc quod scriptu-

Plato in Sympoſio.
Iulius Pollux li. 2. c. Ono.
Iuſtin. li. 1.
Lucian. in Ψευδομ.
Auguſt. li. 14. ci. dei.
Cicero libr. 1. offic.
Strabo lib. 15. geogr.
Diodorus Sic. libr. 4.
Pli. li. 16.
Irenæus li. 3. contra Valent.
Bernhard.
Ariſtoph.
Iuuen. Satyra 13.
Greg. libro 28. Mora.
Euripides in Oreſte.

ſcriptura refert, Deum ambulaſſe in paradiſo ad auram poſt meridiem, ſiue vt in Hebræo legitur לרוח היום id eſt, ad ventũ diei. Erat enim prius in paradiſo amœna & verna aura, & vt Homerus Olympum deſcribit:

Homerus.

οὔτ' αὔημοισι τινάσσεται, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ δεύεται.

Atqui commiſſa preuaricatione, mox ſibilus auræ tenuis, in vehementiorem euadit ventorum procellam, qua, vt in re illis inſueta, metu percelluntur Adam & Eua. Quod quidem mirũ videri non debet, tempeſtatibus malos terreri, cũ poëta Satyricus referat etiam inter ſupplicia peſsimorum hominum tempeſtates ſubito coortas.

Iuuena. Satyr. 13.

cura grauiore timetur
Proxima tempeſtas, velut hoc dilata ſereno.

[Vocauitque dominus Deus Adam, & dixit ei. Vbi es? Qui ait. Vocem tuã domine audiui in paradiſo, & timui quod nudus eſſem, & abſcondi me.] Prima hæc præuaricatoris hominis vindicta eſſe videtur, vt nuditate ſua, tũ primum intellecta, tanquam acri quadã ignominia, plecteretur: qua nihil contumelioſius in hominem ingenuum conſulere poteſt. Minatur alibi Deus fornicatori ſuo populo, ſub nomine mulieris adulterę, eandem nuditatem iis verbis, פֶּן אַפְשִׁיטֶנָּה עֲרֻמָּה וְהִצַּגְתִּיהָ כְּיוֹם הִוָּלְדָהּ Id eſt. Ne forte denudem eius nuditatem, & ſtatuam eam ſecundum diem natiuitatis ſuæ. Inter Græcos qui contra Troianos militabãt, nemo deformior fuit Therſite, ſi Homero credere libet. Auxit hanc corporis deformitatẽ, immodica linguæ licentia & petulantia, qua contra Græcorum principes deblacterabat. Neq; non merito Homerus vnũ ex omnibus Therſitẽ ἀμετροεπῆ ἀκριτόμυθον appellabat. Immodicum in verbis, ſine iudicio loquentem, & verba illius multa ἄκοσμα ſtrepentium ſine modo graculorum ſimilia eſſe dicit.

Ozee 2.

Hom. libr. β. ἰλιαδ.

θερσίτης δ' ἔτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκολώα.

Id eſt.

Solus Therſites ore immoderata loquaci
Nondum deſierat inter garrire Pelaſgos.

Huius igitur effrenem petulantemq; linguam vt cohiberet Vlyſſes, minatur ſe Therſiten veſtibus omnibus exutum & nudatum, ignominioſo hoc probro affecturum.

Hom. eo. li.

εἰ μὴ ἔγωσε λαβὼν, ἀπὸ μὲν φίλα εἵματα δύσω
χλαῖναν τ' τ' ἠδὲ χιτῶνα, τὰ τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει
αὐτὸν δὲ κλαίοντα θοὰς ἐπὶ νῆας ἀφήσω
πεπληγὼς ἀγορῆθεν ἀεικέσσι πληγήσιν.

Id eſt.

Ni te correptum detracti is veſtibus ipſe
Et chlæna & tunica, tum quæ velare pudenda
Forte ſolent, flentem ad celeres in littore naues
Dimittam ferulis, inhoneſto verbere cæſum.

Haud quaquam putandum eſt hoc temerè poëtam diximſſe, ſed fortaſſe vt medelam extremæ demẽtiæ pponeret. Cũ enim eo impudẽtia vadimus, vt nec verbis nec verberib. ſanemur, pudor, vel cõſcientiæ ignominia magno auxilio erit. Nemo enim vſq; adeò eſt perfrictę frontis, vt publica infamia non tangatur. In hac re exemplo nobis ſunt Mileſiæ virgines, quę quotquot erant in ea vrbe, repente cœperant voluntatem obeundæ mortis, idq; ſine vlla euidẽti cauſa. Quũque iam plurimæ vitam ſuſpendio finiuiſſent, & malum indies magis ac magis increſceret, nec remedium vllũ mori perſeuerantibus adhiberi quiuiſſet, tum decreuiſſe Mileſios, vt virgines, quæ corporibus ſuſpenſis demortuæ forent, vt eæ omnes nudę cum eodem laqueo, quo eſſent præuinctæ, efferrentur. Poſt id decretum, virgines voluntariam mortem nõ petiſſe, pudore ſolo deterritas tã inhoneſti funeris. Hæc hactenus adduxiſſe ſatis ſit, quo clarũ fiat, Deum primi hominis ſcelus ipſa ipſius nuditate puniuiſſe, & per prophetam idem ſe facturum populo ſuo minaẽ, niſi reſipiſcat. Denique ipſum nuditatis probrum deploratorum hominum vicijs, vt indicauimus, mederi ſolet. Cæterũ iam nihil aliud reſtabat infœlici homini Adæ & Euę, quã vt iuſtæ damnationis eulogio iuſtiſsimè vterque afficeretur, quandoquidem ſemel diuinum præuaricati mandatum, impulſore ſerpente; adeò erratum agnoſcere nolebant, vt etiam alter in alterum præuaricationis culpam conferret, & inuicem luto ſe conſpurcarent, & iuxta Græcorum prouerbium lutum luto purgarent. Et in ſerpẽtem quidem primum diuinæ animaduerſionis gladius exeritur. [Maledictus, ait Deus, es inter omnia animantia & beſtias terræ.] Hanc ſerpẽtis maledictionem ſic interpretatur Epiphan.

A. Gellius li. 15. noct.

Epiphanius lib. 1. com. hæreſ.

τὸς τοίνυν ἰδὼν τὸν ὄφιν, οὐκ ἐπιγνώσεται τὸν ἐχθρὸν καὶ φεύξεται; πότε γὰρ ἕνεκεν καὶ ὁ κύριος αὐτὸν τοῦτον τὸν ὄφιν ἐχθρίαν κατέστησε τῷ ἀνθρώπῳ γένει, ἐπειδὴ ὅλως σκεῦος διάβολος γέγονε κατὰ τοῦτον ὤν, καὶ δι' αὐτὸ ἀπάτησε ὁ διάβολος τὸν ἄνθρωπον ἐν τῷ παραδείσῳ ἵνα ἰδόντες τὸν τότε ἐχθρίαν τοῦ ἐδάκτου ὄφεως ἀποδιδράσκωσι τὴν ἀπάτης τῶν ἐπιβουλὴν καὶ μισήσωσιν ὡς εἰπεῖν θεάσαντες καὶ τὸ εἶδος. Id eſt. Quis enim videns ſerpentẽ non cognoſcet hoſtem & fugiet, huius ſiquidem cauſa ſerpentem ipſum Dominus ad inimicitiam ſtatuit generis humani, quoniam cum beſtia eſſet vas diaboli factus eſt, & per eum decepit diabolus hominem in paradiſo, vt videntes inimicitias huius ſerpentis, qui tanq; veſtis diaboli fuit, fugiant deceptionis illius inſidias, & odio habeant, eum ad videndũ quoque. Hæc Epiphanius. Hinc eſt quod ſerpentum aſpectus ſemper apud poëtas terribilis inducitur. Homerus ſerpentem ſic deſcribit.

Homerus ἰλιαδ. β.

ἐνθ' ἐφάνη μέγα σῆμα, δρήσκῳ ἐπὶ νῶτα δράφοινος
σμερδαλέος, τόν ῥ' κῶτος ὀλύμπιος ἧκε φόωσδε.

Id eſt.

Terribilem aſpectu, & maculoſum terga draconem
Quem tunc in lucem rector produxit Olympi.

Ad eundem quoq; modum Vergilius ſerpentes deſcribit, terribiles, & qui haud iniuria hominibus horrorẽ afferre debent.

Verg. li. 2 Æneid.

Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta
(Horreſco referens) immenſis orbibus angues
Incumbunt pelago, pariterq; ad littora tendunt.

Et ſtatim.

Ardenteisq; oculos ſuffecti ſanguine & igni
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

[Super pectus tuum gradieris.] Putat Ioſephus huius ſerpentis ſtatũ in ipſa mundi creatione aliter fuiſſe atq; nunc eſt, tum enim vocalem fuiſſe, & pedibus iter ingredientem, ad hæc innoxium; ſed ob peccati perſuaſionem omnia in contrarium ceſsiſſe. ἀφείλετο δὴ καὶ τὸ ὄφιν τὸ φωνᾶν, ὀργισθεὶς ἐπὶ κακοηθείᾳ τῇ τοῦ ἀδάμου, καὶ τοῦ ἐντίθησιν ὑπὸ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ τὸ πολέμιον ἀποδείξας αὐτοῖς, καὶ ὑποτιθέμενον κατὰ τὸ κεφαλῆς φέρειν τὰς πληγὰς, ὡς ἐν ἐκείνῃ τότε κακὸν τὸ τοῦ ἀνθρώπου κειμένης, καὶ τελευτὴ δάκνης τοῖς ἀμωμουμένοις ἐσομένης. τοσοῦτον τε αὐτὸ ἀποστήσας, σύρεσθαι κατὰ τὴν γῆς εἰλιττόμενον ἐποί-

Ioſephus li. 1. αρχαι.

ησε. Id eſt. Deus iratus in ſerpentem ob malitiam in hominem commiſſam, vocẽ ei abſtulit, venenum quoq; ei ſub linguã indidit & hominibus hoſtem effecit, ſed et in capite plagas ferre cõſtituit, in quo homini interitum machinatus eſt, quo etiam facilem interitum perpeti poſſet. Quinetiam pedum officium abſtulit, & repere ſuper terram fecit. Hæc Ioſephus. An ſerpentes ab initio creationis virulenti fuerint, & an poſtea, præuaricatione facta, virus additum ſit; incertum poteſt eſſe. Vergilius cum Ioſepho ferre conſentit, nempe ſub aureo Saturni ſeculo, quæ eſt vita paradiſiaca, ſerpentes innoxios fuiſſe ſcribit; ſed ſub Ioue, virus additum.

Verg. li. 1 Georg.

Ille malum virus ſerpentibus addidit atris

Æquè dubium de ſerpentum pedibus eſſe poteſt, & an erecta ſurſum ſtatura ingredi ſoliti erant, ſed poſtea ob peccati noxam in ventrem curuati ſint, certè Lucanus inter Libyca monſtra Phaream cauda ingredi ſcribit.

Lucanus lib. 9. phar.

Et contentus iter cauda ſulcare Phareas.

Sunt qui hæc verba, Super pectus tuum gradieris, tropicè intelligant, vt ſit diabolum ipſum, totis viribus, & omni conatu, ad præſtigias mentem intendere, & Græci παντὶ σθένει dicunt, id eſt, toto pectore, pro ſummo conatu, & Cicero inquit, De hortis toto pectore cogitemus, id eſt, omni animi cogitatione. [Et terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.] Plinius auctor eſt, fœniculum ſerpentibus eſſe gratiſsimum, eiuſq; guſtatu ſenectam exuendo, oculorũq; aciem ſucco eius reficiendo. Vnde intellectum eſt, hominum quoque caliginem præcipuè eo leuari. In terræ cauernis habitare certũ eſt ſerpentes, eundemq; terræ colorem habere qua occultantur. Refert idẽ Plinius, terram non amplius recipere ſerpentem, homine percuſſo. Interpretatur Auguſtinus ergo hæc verba figuratè, vt terræ nomine vniuerſum humanum genus ſignificetur, quod iuſto Dei iudicio, tum Adam, in diaboli poteſtatem datum eſt. Audiſti, inquit, cibũ draconis, non vis vt det te Deus manducandum draconi, noli eſſe cibus draconis, id eſt, noli relinquere verbũ Dei. Vbi enim dictum eſt draconi, terram

Cicero.

Plin. li. 21

Plin. lib. 8. & 2.

Auguſt. in pſal. 103.

manducabis, ibi iam dictum est & prauaricatori: Terra es & in terram ibis. Cibus serpētis esse non vis, noli esse terra. Quomodo, inquis, terra non ero? Si terrena non sapias. Audi Apostolū vt non sis terra. Nam corpus quod geris terra est, sed tu noli esse terra. Quid est hoc? Si consurrexistis, inquit, cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite non quæ super terram. ☐Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius. Ipsa conteret caput tuū, & tu insidiaberis calcaneo eius.☐ Pro, ipsa, in Hebreo legitur הוא ipse in masculino, & refertur ad זֶרַע quod æq; masculinum est in Hebræo. Est ergo sensus. Ipsum semen conteret caput tuum. Septuaginta legunt αὐτὸς, ipse, & refertur ad זֶרַע quod masculinum est, & non ad αὐτόμα, quod neutrum est. Sed quod nos legimus, ipsa conteret caput tuum, eundē sensum facit. Nam quod dicitur, ipsa conteret, non tam ipsam Euæ personam, quàm Euæ posteritatem respicit, cum id dicatur factura ipsa, quod in semine suo factura erat. Potest etiam hæc causa esse quod legimus, ipsa conteret, vt significaretur, cum ex Eua non fœminæ solùm, sed mares essent propagandi: quod de semine dicebatur ad fœmineum solum semen re ferendum. Chrysostomus allegoricè interpretatur, mulierem & semen eius, ad ecclesiam & filios eius: serpentem & semen eius ad hæreticos & eorū assectas. Sunt enim serpentes varijs tincti coloribus & per corpus picti; sic etiam hæretici sibi non constant, aliud verbis prædicant, aliud in corde occultatum gestant. Nosti enim, ait Hieronymus, quid intrinsecus discipulos tuos doceas; aliud ore commemorans, & aliud celans conscientia; nobisq; alienis & indoctis loqueris per parabolas: tuis autem mysteria confiteris. Arriani, inquit idē, multo tempore propter scandalum nominis homousion se damnare simulabant, venenaq; erroris circumlinebāt melle verborum. Sed tādem coluber se tortuosus aperuit, & noxium caput, quod spiris totius corporis tegebatur, spiritali mucrone confossum est. Igitur mulier hæc & semen eius, ecclesia cum orthodoxis, cum serpente & semine eius, cum hæreticis bellum gerit assiduum, & vt Græci aiunt ἀσυνδρόμου, id est, irreconciliabile. Hoc Hieronymus contra Ruffinum fatetur, perpetuas se inimicitias cum hæreticis habere. In vno tibi consentire non potero, vt parcam hæræticis, vt me catholicum non probem. Si ista est causa discordiæ, mori possum, tacere nō possum. ☐Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.☐ Septuaginta paulo aliter legunt, αὐτὸς συντηρήσει κεφαλὴν, καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν. Id est. Ipse tuum obseruabit caput; & tu eius obseruabis calcaneum. In serpente hoc haud dubio diabolus significatur, est verò serpens siue draco vocatus ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι, quod est videre, siue obseruare, clarissimam enim dicuntur habere oculorum aciem, qua ex causa incubantes eos thesauris custodiæ causa finxerunt antiqui, vnde & Græci dicunt ὄφεως ὄμμα, id est, Serpentis oculus. Vnde & Flaccus in malè oculatum dicit.

Chrysosto. Omil. 45. in Matth.

Hierony. cōt. Pelag.

Hiero. cōt. Ioan. Hier.

Hierony. cont. Ruff.

Quur in amicorum vicijs tam cernis acutum
Quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius.

Horatius in Ser.

Sic ergo serpens diabolus oculatus obseruat calcaneum nostrum. Calcaneum interpretatur Augustinus lapsum hominis in peccatum, quo nihil gratius optatiusq; diabolo contingere potest. Diabolus, inquit Augustinus, calcaneum tuum obseruat, quando laberis vt deijciat te. Sed scriptura inquit: ☐Ipsa obseruabit tuum caput.☐ Græci, Latiniq; scriptores vsurpant caput, pro exordio, quo statuto cætera deinde expeditius faciliusq; succedere soleant; contra verò sublato, reliqua subuertentur. Plato λαφάλαιον δὲ τὴν παιδείας λέγομεν τὴν ὀρθὴν τροφήν. Id est. Caput eruditionis censemus rectam educationem. Et Terentius. Te esse huic rei caput. Ad hunc intellectum hic etiam caput intelligi potest. vt serpētis caput sit, ipsa prima peccati suggestio. Vnde Augustinus hunc locū sic interpretatur. Dictū est Ecclesiæ: O Ecclesia caput serpentis obserua. Quid est caput serpentis? Prima peccati suggestio & initiū malæ suggestionis. Quando incipit serpens mala suggerere, tunc repelle antequam surgat delectatio, & sequa-

August. in psalm 84.

Plato lib. 6. νομ.

Terentius in Ad.

August. in psal. 103. & 48.

sequatur consensio. Admonet ergo scriptura, minore negotio tolli malum statim initio, cum adhuc recens est, q̄ cum iam pleno gradu grassans, vires acquisierit. Idem etiam nos admonent tā Græci quàm Latini scriptores, vt malorum ceu serpentis caput calcemus & obseruemus. Hinc à Suida prouerbij loco refertur hic versus.

Suidas.

ἀρχὴν ἰᾶσθαι πολὺ λῴων ἢ τελευτάν.

Id est.

Multo quàm finem, medicari initia præstat.

In eandem sententiam Theognis.

Theognis.

ζητῶμεν δ' ἕλκει φάρμακα φυομένῳ.

Id est.

Pharmaca nascenti sunt adhibenda malo.

Ouidius quoq; in eandem sententiam.

Ouidius de rem. Amo.

Opprime dum noua sunt subiti mala semina morbi
Et tuus incipiens ire resistat equus.

Et Persius.

Persius.

Helleborum frustra cum iam cutis ægra tumebit
Poscentes videas, venienti occurrite morbo.

☐Mulieri quoque dixit. Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos.☐ Sunt ærumnæ, auctore Festo, labores onerosi, & qui afflictionis plurimum habent. Et in hac parte, vt Plautus inquit, lege dura viuūt mulieres multoq; magis miseræ q̄ viri. Solum autem animal menstruale mulier est, vt Plinius scribit, quorum profluuio nihil facilè reperitur magis monstrificū. Hanc earum infœlicitatem intellexit illa apud Euripidem ijs verbis.

Festus.

Plautus.

Plin. lib. 7.

Euripi. in Medea.

πάντων δ' ὅσ' ἔσ' ἔμψυχα, καὶ γνώμην ἔχει
γυναῖκες ἐσμὲν ἀθλιώτατον φυτόν.

Id est.

Omnium autem quæ sunt animata, & mentem habent,
Mulieres sumus miserrima planta.

☐Et conceptus tuos.☐ Vocat hic scriptura, cōceptus, tēpus illud, quod mulieres agunt à conceptione fœtus, vsq; ad partum, quod varijs languoribus plenum esse solet. Vocant Latini hos, fastidia. Et Vergilius inquit.

Verg. in Buc.

Matri longa decem tulerant fastidia menses.

Et Hieronymus ad virginem quandam, quæ matris contubernium vitabat, scribit. Illa lauit pannorum sordes, & immundo sæpe fœdata est stercore. Illa te diu portauit in vtero, diu aluit, assedit ægrotanti, & pro te sua fastidia sustinuit, tuaquoque passa est. Idem Hieronymus de Christo talia scribit. Nouem mensibus in vtero vt nascatur expectat, fastidia sustinet. Vocant Græci hunc morbum prægnantium mulierum λίθησιν, vbi canum more, aut nihil omnino, aut malos appetunt cibos, id quod contingere solet secundo aut tertio à conceptu mense, quod organum appetentis sit læsum, id est, os ventriculi: infanti nō suppetente vi ad alimenti consumptionem. Hæc igitur sunt conceptuum illa fastidia, quæ Deus in pœnam muliebri irrogauit generi. Sed neque hac animaduersione contenta diuina seuerita s, plus sæuit. ☐In dolore paries filios.☐ Atrox & plerūq; letalis est parturientium mulierum dolor, quiq; etiam sacræ scripturæ auctoritate, pro quauis afflictione & quidem graui, in prouerbij locum abijt, & Dauid canit רַעֲדָה אֲחָזָתָם שָׁם חִיל כַּיּוֹלֵדָה Id est. Tremor apprehendit eos, ibi dolor sicut parturientis. Aristoteles auctor est, mulieres, præter cætera animalia, partus doloribus affligi, τοῖς μὲν ἄμ ἄλλοις ζώοις ἐκ ἐπίπονοι γίνονται οἱ τόκοι, ἀλλὰ μετριωτέρως ἐπίσταται δὲ ἐνοχλούμενα ὑπὸ τῆς ὠδῖνος, τοῖς δὲ γυναιξὶ συμβαίνουσιν οἱ τόκοι ἐπιφορώτεροι, καὶ μάλιστα ταῖς εὐφυέσταις, καὶ ὅσαι μὴ εὐπλευροι, μὴ δὲ δύνανται τὸ πνεῦμα κατέχειν. διυστοκοῦσι δὲ μᾶλλον καὶ ἐὰν μεταξὺ ἀποπνεύσωσιν ἀποβιαζόμεναι τῷ πνεύματι. Id est. Cēteris animalibus partus nō labriosi euenint, minus enim cum parturiunt, infestari videntur. At mulieribus dolores vehementissimi incidunt, & præcipuè stabilibus, & sellularijs, & quibus non bona latera sunt, neq; facultas retinēdi spiritus suppetit. Difficilius etiā ædunt, si interea dum per vim retinent, coactæ eruperint respirationē. Hactenus Aristoteles. Celebratur quoque à Græcis scriptoribus Euripidis dictum de mulierum partione, ὡς τρὶς ἂν θέλοι, παρ' ἀσπίδας ἅπαξ τεκεῖν. Id est. Quod ter mallet in bello sub clypeo stare, quàm semel parere. Nota est apud Comicum poētam vox illa parturientium mulierum. Miseram me, differor doloribus. Iuno Lucina, fer opem, serua me obsecro. Inter hos tamen cruciatus, & partus dolores, mirum est fœminam vllam veteres iterare voluptates posse, nisi fortasse

Idem ad Eustoch.

In psal. 48.

Aristi. li. 7. de animal.

Lucanus in Gall.

Terent. in Adelph.

Iuue. Satyra, 6. tasse verum sit quod Satyricus poëta inquit.

hæc tamen ipsa
Vir nollet fieri, nam quantula nostra voluptas?

[Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui] Quum humana natura in duo genera scindatur, in virum & mulierem, longè potior vir putandus est esse quàm mulier, quod & Plato ijs verbis indicat. Plato in Timæo. Λιπλῆς δ' ὄσης ἡ ἀνθρωπίνης φύσεως ἀρρενέστερον εἶη γένος τοιοῦτον, ὃ καὶ ἔπειτα κεκλήσοιτο ἀνήρ. Id est. Cum humana natura duplex sit, certè melior est hoc genus, quod postea appellatum est Vir. Hippocrates scribit mulierem esse vt arborem, quæ folijs & frondibus plus nimio luxuriat, & quæ falce subinde purganda est, sic mulier quoq; varijs affectionibus obnoxia est, quæ viri prudentia moderandæ Hippocra. sunt. Hippocratis verba hæc sunt, ἀλλὰ ὅμως χρήζει γυνὴ σωφρονίζοντος, ἔχει γὰρ φύσει τὸ ἀκόλαστον ἐν ἑαυτῇ, ὅπερ ἐμὴ καθ' ἡμέρην ἐπικόπτοιτο ὡς τὰ δένδρεα, καθυλομανεῖ. .i. Opus habet mulier aliquo à quo ad modestiam erudiatur. Habet enim naturaliter intemperantiã quandam in se, quæ nisi quotidie recidatur, luxuriabit, quẽadmodum arbores folijs. Refertur etiã Socrates. apud Græcos tale Socratis dictum. τὰς μὲν ἄνδρας τοῖς πόλεως νόμοις δεῖ πείθεσθαι, τὰς δὲ γυναῖκας τοῖς τῶν ξυνοικούντων ἀνδρῶν ἤθεσιν. Id est. Viros quidem oportet obtemperare legibus ciuitatis, mulieres verò moribus virorum quibuscum habitant. Philemonos etiam tale de bona & morigera muliere legitur.

ἀγαθῆς γυναικὸς δεῖν ὦ νικοστράτη
μὴ κρείττον εἶν τἀνδρὸς ἀλλ' ὑπήκοον
γυνὴ δὲ νικῶσ' ἄνδρα κακὸν δεῖ μέγα. Philemon.

Id est.

Bonæ mulieris est ô Nicostrate
Non superiorem esse viro, sed subditam
Mulier verò vincens virum, magnum est malum.

[Adæ verò dixit. Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo.] Verum est adagium illud, quod à Græcis fertur γυναικῶν ὄλεθροι. Id est. Mulierũ exitia. Mulieres eẽ omnium ferè calamitatũ autores fuisse viris dicũt. Testis Pandora Hesiodia. Testis bellũ Troianum. Testis Hercules à Deianira extinctus. Testis Danaidum fabula. Testis Eua, prorsus infamis apud omnes Christianos. Quanquam hæc magis conueniebat stultitiæ virorum ascribere, qui tantum indulgeant mulierculis, vt velut amantes amore, in quoduis malum sequãtur, cum par fuerit, vt illis moderantibus, mulier natura stultior simul et imbecillior, minus desideret. Creuerunt olim mulierum opera sæuissimæ hæreses, Arrianorum, Donatistarum. Sunt & hodie Germaniæ γυναικοκρατούμενοι principes complures, qui ab vxorum imperijs ne transuersum quidem vnguẽ discedere audent. [In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ.] Hactenus finem habent aurea illa paradisi tempora, & quæ ab ethnicis, non satis rectè intellecta, Saturnia appellata sunt. Iã nunc infœliciora & peiora longeq; à prioribus distantia instant, quibus afflictus hic mortalium status, qui modò est, auspicatus est. Originem habent hæc à peccato, & præuaricatione in Deum commissa, ob quam ærumnis & varijs afflictionibus præsens hæc vita cõflictatur, & atteritur; deniq; etiam morti obnoxia facta est. Terræ cultura, quẽadmodum omnium laborum longè honestissima videtur, ita etiam vt laboriosissima à Deo homini imperata est, quod etiam Vergilius sic exprimit.

pater ipse colendi Vergil. 1. Georg.
Haud facilem esse viam voluit primusq; per artem
Movit agros, curis acuens mortalia corda
Nec torpere graui passus sua regna veterno.

Atqui neque tellus ipsa, inter graues & assiduos labores, crebro aratro proscissa, & subacta, respondere auaris agricolarum votis solet; sed tanq; pœnas ab hominibus reposcat, & inobedientiam eius vindicet, in varias herbas, & easdem sæpe noxias luxuriare solet; quod & Deus hic homini comminatur, & Vergilius ijs versibus testatur. Verg. eodẽ loco 51.

Mox & frumentis labor additus, vt mala culmos
Esset rubigo, segnisq; horreret in aruis
Carduus, intereunt segetes, subit aspera sylua
Lappæq; tribuliq;, interq; nitentia culta
Infœlix lolium, & steriles dominantur auenæ.

Hæc verba Dei: Spinas & tribulos germinabit tibi, veteres Theologi ad allegoriam referunt, vt sint spinæ & tribuli, vicia, auaritia, libido, quæ etsi in speciem blandiantur, multos tamen curarum & solicitudinum morsus hominis pectori afferre solent. Ambrosius attollens quadragesimale ieiunium, quod verno tempore celebrant Christiani, quo omnia sunt in partu atque in flores erumpunt. Tunc contra naturæ speciem spina profert rosam, calamus fragrat lilium, suauitatem arida virgulta depromunt. Igitur & nos, ait, hoc eodem ieiuniorum tempore producamus de spinis nostris rosas, hoc est, de peccatis iustitiã, de seueritate misericordiam, de auaritia largitatem. Istæ enim spinæ sunt corporis nostri, quæ præfocant animam, de quibus ait scriptura: Spinas & tribulos tibi germinabit terra. Germinant enim mihi terra mea spinas, si me corporalis libidinis titillatione compungit. Germinat mihi tribulos, cum me diuitiarum secularium cupiditate duscrutiat. Spina enim Christiano auaritiæ suæ radix est. Spina viro bono honoris ambitio est. Videntur enim specie apud suos grata esse, sed lædunt. Subscribit Ambrosio Augustinus, q in honorũ cupiditate, in libidinum luxuria, in auaritiæ ardore, in amoribus turpibus spinas & tribulos inesse scribit. Viderunt hæc oia ethnici quoq; cordati, quantũ malorũ agmen & quãtos spinarũ aculeos, ineptus amor secum trahat. Et Plautus inquit: Amor melle & felle fœcundissimus est, gestu dat dulce, amarum vsque ad satietatem aggerit. Proinde Flaccus prudenter has spinas fugiendas monet.

Ambro. Sermõ. 36

August. in psalm. 102

Plautus.

Horat. in Epist. *Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.*

Quid honorum potestatisq; ambitio, an occultum esse poterit quantas animi molestias ac tribulos humanæ menti immittere soleat? Agamemnon non in omnibus admodum cordatus princeps, tamen has spinas in honoribus & vidit & sensit.

Eurip. in Iphigenia. καὶ τὸ φιλότιμον
γλυκὺ μὲν, λυπεῖ δὲ προσισάμενον.

Id est.

Etenim votis dulce quidem ipsum
Est honos, ast vbi contigit idem
Tum discruciat.

Satyricus quoq; poëta idem non verbis solũ probat, sed etiã tristibus exemplis clarissimè ob oculos ponit. Iuue. Satyra 10.

Quosdam præcipitat subiecta potentia magnæ
Inuidiæ? mergit longa, atq; insignis honorum
Pagina.

An non auaritia & pecuniarum studium multos pessundedit, & vltimis immersit malis? & Zenophon inq̃t: πολλοὶ δὲ τῶν πολύευκτον χρυσὸν κτησάμενοι, διὰ τοῦτον ἀπώλοντο. Id est. Fuerunt multi qui vbi aurum quod à multis expeditur, acquisissent, etiam propter hoc perirent. Indicat idem hoc etiam Satyricus vbi ait. Zeno. lib. α. πολιτ.

Sed plures nimia congesta pecunia cura Iuuen. Satyra 10.
Strangulat, & cuncta exuperans patrimonia census.

[In sudore vultus tui vesceris pane tuo.] Sudor Hebraice vocatur זיעה Græce ἱδρώς. De sudore Aristoteles scribit, ὁ δὲ ἱδρὼς καὶ τὸ κακῶς προσῳκοδομημένον δεῖν ἐν τῇ σάρκι, ὁ ἐκκρίνει διὰ θερμότητα. Id est. Sudor est res vicioſe adiuncta corpori, quæ per calorem excerni debeat. Quærit idem cur de tot membris humani corporis facies potissimum sudet, ἢ ὅτι ἐνιδρωτὰ μὲν ὅσα ὑφυγρὰ καὶ ἄρματα, ἡ δὲ κεφαλὴ τοιαύτη, ὑγρότητα γὰρ ἐν αὐτῇ ἔχει πολύσιτον. δηλοῦσι δὲ αἱ φλέβες τέμνουσαι ἐντεῦθεν, καὶ οἱ κατάρροι ἐξ αὐτῆς. καὶ ὁ ἐγκέφαλος ὑγρός, καὶ οἱ πόροι πολλοί, σημεῖον δὲ αἱ τρίχες ὅτι πολλοί οἱ πόροι εἰσὶ πεφαίνοντες ἔξω. ἔπειτ' ἐκ τῶν κάτω ὁ ἱδρώς, ἀλλὰ ἐκ τῆς κεφαλῆς γίνεται, διὸ ἱδρῶσι καὶ πρῶτον καὶ μάλιστα τὸ μέτωπον, ὑπόκειται γὰρ πρῶτον τὸ ὑγρόν, κάτω ῥεῖ, ἀλλ' ὀκνεῖ. An quod expeditius illa sudare possunt, quæ humida, laxaq; sunt. Caput autem tale est, continet enim suam plurimam humiditatem, quod vtiq; venarum ratione patescit, quæ hinc pertendunt. Distillationes quoque ex capite oriuntur, & cerebrum humidum est, & foramina multa in capite habentur, quæ tam multa esse, ac foras vsq; pertendere, capillorum indicio constat. Igitur sudor nõ à partibus imis, sed de capite oritur. Vnde etiam fit, vt primum, & maximè fronte sudemus; primo eẽ frons subdita est humiditati. Humidum enim ipsum deorsum Aristot. in problema. Idem Sect. 2. prob.

 fluit,

fluit, non sursum. Hæc Aristoteles. Persæ plurimi faciebant sudorem, idq; in fallor, ob sanitatem tuendam. Cyrus Persarum rex semper famulicium suum laboribus exercebat ad sudorem vsque, neque ad prandium vel cœnam accedere cuiq; fas erat, nisi prius sudasset,

Zeno. lib. B. ποιεῖ. ἐπεμέλε τὸ δὲ καὶ τοῖς ἐλεύθερον. ὅπως μὴ ποτε αὐτίσλεωτοι γενόμενοι ὦσι τὸ ἄριστον καὶ τὸ δεῖπνον εἰσίοιεν· ἢ γὰρ ὦν θέραν αὐτοῖς ἐξάγων, ἱδρῶτα αὐτοῖς παρέχων, ἢ παιδείας τοιαύτας ἐξευρίσκων αἷ ἱδρῶτα ἐμελλον παρασκήσειν, ἢ ἃ πράξας εἴτι ἀτόμενον τυχοι, ἅτινος ἐξηγεῖτο πρᾶξεως, ὡς μὴ ἐπαίοιεν ἀνιδρῶτι. Id est. Curabat Cyrus etiam hoc vt ne sui vnquam absque sudore vel ad prandium vel ad cœnam irent. Aut enim ad venationem ipsos educens sudorem ipsis elicuit, aut tales exercitationes excogitabat quæ sudorẽ præberent, vel etiam si sudore ipse opus haberet, talem laborem incipiebat, ne absque sudore reuerteretur. Iunior Cyrus eundem morem habebat. Sic enim apud Lysandrum Lacedemonium

Zenophõ in œcomon. iurat, ὄμνυμι σοι τὴν μίθρην, ὅταν περ ὑγιαίνω, μὴ πώποτε δεῖπνησαι πρὶν ἱδρῶσαι, ἢ τῶν πολεμικῶν τι ἢ τῶν γεωργικῶν ἔργων μελετῶν, ἢ ἀεὶ ὧν γέτι φιλοτιμούμενος. Iuro tibi Mithram vt sic sanus sim, quod nunq; cœnauerim, nisi prius sudauerim, vel bellicum aliquod opus siue etiam rusticum studiose peregerim. Hactenus Zenophon. Sunt tamen inter homines, si Plinio credere libet, qui sudorem non emit-

Plin. lib. 7 tant. Nam concretis quosdam ossibus, ac sine medullis viuere accipimus. Signũ eorum esse nec sitim sentire, nec sudorem emittere. Latini tamen scriptores vsurpant sudare pro vehementer laborare, & sudorem pro vehementi labore & co-

Cicero. natu. Cicero. Galli multo eius sudore ac labore populi Romani imperiũ amiserunt. Sic Augustinus quoque hunc

August. in Psal. 77. scripturæ locum interpretatur, & sit sudor vultus quo comedimus panem nostrum, ardens & vehemens studiũ mentis, quod subeundum est in eruendis simul & intelligendis sacræ scripturæ mysterijs. Est enim sacra scriptura panis quidam. Nunc verò, ait, ita obtecta & clausa sunt omnia, vt etiam si ad aliquid, ipso adiuuante vnde salubriter pascamur peruenire possimus, in sudore tamen vultus nostri edamus panem: & pœnam diffinitionis antiquæ, non corporis tantum, sed & cordis labore pendamus. Hæc Augustinus. Idem ferè est quod Hesiodus ijs verbis inquit.

ἦν δ' ἀρετὴ ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν ἀθάνατοι. *Hesiod. lib. α. πονὶ ἔργ.* Id est.

Dij immortales posuerunt sudorem ante virtutem.

E Donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es & in puluerem reuerteris.] Ex hoc scripturę loco liquet terrã istam quã pedibus calcamus, matrem rite appellari. E terra enim facti sumus, & terra nos sustinet & alit. Deniq; eadem nos mortuos intra se benigne recipit. De hac matre terra Syrach intellexit quum inquit, ἀσχολία μεγάλη ἔκτισται παντὶ ἀνθρώπῳ, καὶ ζυγὸς βαρὺς ἐπὶ υἱοὺς Ἀδάμ, ἀφ' ἡμέρας ἐξόδου ἐκ γαστρὸς μητρὸς αὐτῶν, ἕως ἡμέρας ἐπιστροφῆς εἰς μητέρα πάντων. Id est. Occupatio magna creata est omni homini, & iuge graue super filios Adæ, à die exitus de ventre matris vsque in diem conuersionis in matrem omnium. *Ecclesi. 40* Plinius idem de terra prodit. Terra, inquit, hominum, vt cœlum Dei: quæ nos nascẽtes excipit, natus alit, semelq; æditos sustinet semper: nouissimè cõplexa gremio iam à reliqua natura abdicatos, tum maximè vt mater operiens. Lucanus in eandem sententiam ait. Caput omnia tellus, quę genuit. Auctor est T. Liuius, regijs iuuenibus Tarquinijs Delphis sortem datam, eum regem Romæ fore, qui princeps osculum matri ferret. Regijs iuuenibus respõsi ignaris, vnus Iunius Brutus, recte verbum intellexit, & veluti si prolapsus cecidisset, terrã osculo contigit: scilicet quod ea communis mater omnium mortaliũ esset. Ouidius quoq; de terra scribit.

Plin. lib. 2. *Lucan. li. 7. Pharsa.* *Liuius li. 1. ab vrb. con.*

Terra parens magna est. *Ouid. li. 1. met.*

Ex hoc scripturæ loco, quæ hominis corpus terram appellat, ethnici quoque intellexerunt corpus hominis terrã esse & rursum in terram abire. Et Phocylides antiquissimus scriptor inquit.

Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἐχόμεθα καὶ πάντες ἐς αὖτις λυόμενοι λύσις ἐσμὲν. *Phocylides.* Id est:

Ex terra corpus nobis est, & rursus in illam
Soluimur, & puluis sumus.

Est

Est etiam versus apud Euripidem, quẽ Cicero latinè vertit sic: Reddenda est terræ terra. Lucretius eadem ferè scribit, de corpore humano.

Cic. libr. 3. Tuscul. Lucretius.

Cedit item retro de terra quod fuit ante
In terras.

Aristotel. Fertur quoq; Aristotelis nomine hæc de homine definitio, τί γὰρ ἐστὶν ἄνθρωπος; ἀδοξάστου ἐπίδειγμα. λαμπρὸν λάφυρον, τύχης παίγνιον, μεταπτώσεως εἰκών, φθόνου καὶ συμφορᾶς πλάσιγξ. τὸ δὲ λοιπὸν φλέγμα καὶ χολή. Id est. Quid enim est homo? Infirmitatis exemplum, temporis spolium, fortunæ ludibrium, casus imago, inuidiæ & calamitatis trutina, hoc quod reliquum est, phlegma & cholera. E Et vocauit Adam nomen vxoris suæ Eua, eo quod mater esset cunctorum viuentium.] Quis inter has tot humani generis afflictiones, & mortis denũciationem, vitæ nomen inferre auderet? Iusto enim Dei iudicio humanum genus morti addictum erat, ob mulieris stultitiam & secordiam: & hanc tamen Adam, Euam, id est, vitam adhuc appellare ausus est. Sunt qui Adam iam à tanta fœlicitate deiectum, opinentur contra Deum ira efferbuisse, quod cum ille interitum & mortem homini intentaret; Adam contra, vxorem Euã, id est, vitam & viuentium matrem appellarit. Cæterum neq; illud contemnendum videtur, si putemus Adam ingenti dolore obstupefactum, vxorem suam Euam, id est, vitam appellasse per ironiam. Solet enim inter-

Plin. lib. 3. epist. dum, auctore Plinio, dolor venustos facere. Sic Adam quoq; innocentia iã spoliatus sua, & morti pulueriq; traditus, vxorem suam, harum omnium afflictionum auctorem, Euam, id est, vitam, amaro ioco appellat, cum nihil minus sit quã vita, sed potius mortis interitusq; mater. Sic Græci furias infernales appellant εὐμενίδας, id est, faciles & mites, sed à contrario, cum sint duræ & inexorabiles. E Fecit quoq; dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.] Prisci illi & vetustissimi mortales, atq; adeò ab ipsa prima origine haud longè distantes, bel-

Plato in Protagora. la longè difficillima, vt etiam Plato auctor est, cum bestijs gesserunt, atq; id non ob victum solum, quem ab illis occisis capiebant; sed etiam pellium gratia, quibus cum corpora velabant. Hunc enim in vsum bestiæ ipsę à Deo creatæ sunt, vt Cicero inquit, partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda. At priscis illis mortalibus, vt Plutarch. scri-

Cic. libr. 1. Tusc. *Plutarchus*

bit, satis erat, si non læderentur à diuersi generis animantibus, & hac modò sini cum noxijs bestijs depugnabant. At posteriores ratione deprehensa, qua feris vterentur, non solum ab illis non offenduntur, verumetiam vtilitatem capiunt, dum carnibus illarum aluntur, pilis vestiuntur, fel & lac ad morborum adhibẽt remedia; deniq; dum se pellibus armant & muniunt. Ad hunc vetustissimum morem respexit Satyricus poeta cum scri-

Iuuenalis Satyra 6.

bit.

Syluestrem montana thorum, cum sterneret vxor
Frondibus, & culmo, vicinarumq; ferarum
Pellibus.

Apparet igitur hunc vestiendi morem è ferarũ pellibus, veteres illos homines, à primis hominibus parentibus nostris per manus accepisse, cæterũ vt sunt multa è sacra scriptura desumpta & perperam intellecta, sic hunc pelliũ vestitũ fabulosa antiquitas Prometheo ascribit, nam vt scribit Plato ἀμφιεννύς αὐτὰ πυκναῖς τε θεξίαις καὶ στερεοῖς δέρμασιν, ἱκανοῖς μὲν ἀμύνειν χειμῶνα, δύνατοῖς δὲ καὶ καύματα. Id est. Vestiens quidem ipsos densis pilis & crassis pellibus, quæ quidem satis sunt ad propulsandam tempestatem, & æstum. Auctor est Strabo, apud Indos fuisse philoso-

Plato in Protagora. *Strabo lib. 15.*

phos, quibus mos erat nebridas, & ceruorum damarumqúe pelles induere. Erat hic vestitus pellium adeò familiaris ipsis Scytharum gentibus, vt etiam inde pelliti sunt appellati. Bessorum, inquit Hieronymus, feritas, & pellitorum turba populorum, stridorem suum in dulce crucis fregerunt melos. Veteres etiam Romani, qui sub Romulo viuebant, & primi auctores tam immensi imperij fuerunt, ferarum pellibus amiciebantur, vnde pellitos eos senatores Propertius ap-

Hieron. in epita. Nep. *Propertius.*

pellat.

Curia, prætexto, quæ nunc nitet alta, senatu
Pellitos habuit rustica corda patres.

Fuit ergo hic pellium vestitus adeò frugalis veteribus habitus, vt etiam pij viri haud alium ferre vellent. Ad innumera quæ Baptistæ Ioannis sanctimoniam exornant, accessit & illud quod camelorum pilis tectus fuit, &

zona cinctus pellicea. Sed & Paulus ad sanctorum gloriam refert, quod περιῆλθον ἐν μηλωταῖς ἐν αἰγείοις δέρμασιν. Id est. Circuierunt in melotis, in pellibus capri nis. Quãquam hic pellium vestitus haud aliam ob causam à pijs assumptus videtur, nisi vt mortalitatis suæ meminissent, & prothoplasti iam morti destinati, pelliceis sunt à Deo tunicis obuoluti, vt conditionis suæ recordarentur. Vt autem significaretur ipsa mortalitas eorum, inquit Augustinus, induti sunt tunicis pelliceis. De pellibus enim tunicas factas acceperunt, pelles enim detrahi non solent, nisi de animalibus mortuis. Ergo pellium nomine mortalitas illa figurata est. Cæterum, vt ad pelliceas prothoplastorũ tunicas reuertamur, solet hic queri, num de viuis animantibus detractæ sint, & circumfertur à vulgo festiuè magis quàm grauiter, Deum primum fuisse pellionem: propterea quod prothoplastos pellibus induerit, tanquam viuis animantibus detractis. Scripsit olim contra Origenem de fide resurrectionis Methodius Tyri Episcopus, vbi harum pellicearum tunicarum mentio fit, putatq; has creatas à Deo vt creaturas omnes, non ab animãtibus viuis detractas. Verba Methodij citantur ab Epiphanio. ὦ ἄπιστε, καὶ δερματίνους φύσει χιτῶνας ὧνδε ζώων, ὧνδε τέχνης, τινὸς αὐθεωπίνης καὶ πολυμόρφου ἐργασίας, ἅμα θέλων ἐποίησε τοῖς πρὶν τὴν ἀλήθειαν, ὡς ἀπαρχῆς ἅμα ἐθέλησε, καὶ οὐρανὸς καὶ τὰ πάντα γεγένηται. Id est. O infidelis, pelliceas tunicas absq; animalibus, absq; humana arte, & varia operatione, vt volebat, ipsi Adæ fecit Deus: quemadmodum in principio cœlum & omnia creata sunt. ⌊Et dixit Deus. Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est sciens bonum & malum.⌋ Hic locus satis arguit complures esse tropos & orationum schemata, quæ prophani scriptores, in suas literas, sed è sacris literis desumpta, transtulerunt. Ironia sacris literis adeò familiaris est, vt negari non possit. Quis non videat hęc Dei verba per ironiam intelligenda, & irridendo magis dicta esse quàm ridendo. Vsurpat & Christus ironiam vbi ad dormitantes apostolos inquit: Dormite iam & requiescite. Est εἰρωνία auctore Fabio quasi dissimulatio, & contrarium ei quod dicitur, intelligendum. Suntq; variæ species huius tropi. Ironia enim est, cum similes imperantibus vel permittentibus sumus, sic Dido ad Æneam inquit:

I sequere Italiam ventis — *Verg. libr. 4. Æneid.*

Rursus alibi ironia vtitur cum inquit Iuno ad Venerem

Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis — *Eodem lib.*
Tuq; puerq; tuus, magnum & memorabile nomen
Vna dolo diuum si fœmina victa duorum est

Hanc nisi grauitas pronunciationis adiuuerit, confiteri videbitur quod negare contendit. Huic simile est illud: Clamate voce maiore. Deus est enim Baal, & forsitã loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut dormit, vt excitetur. Diuina ergo hæc verba: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum, amarulentam irrisionem liquido præferunt, quæ homini & stultitiam exprobrat, & mala omnia futura ominatur. Huic irrisioni nõ absimile est illud quod Hesio. scribit de Ioue, qui infensus Prometheo ob surreptum ignem, mala omnia ei & posteritati non sine irrisione cõminatur.

τὸν δὲ χολωσάμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς
ἰαπετιονίδη πάντων πολὺ μηδέα εἰδὼς
χαίρεις πῦρ κλέψας καὶ ἐμὰς ἀπεροπαλήσας
σοὶ τ' αὐτῷ μέγα πῆμα καὶ ἀνδράσι γ' ἐσομένοισιν
τοῖς δ' ἐγὼ ἀντὶ πυρὸς δώσω κακὸν ᾧ κεν ἅπαντας
τέρπουται κατὰ θυμὸν ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες
ὡς ἔφατ' ἐκ δ' ἐγέλασσε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Id est.

Huic animo infensus, qui nubila colligit, inquit
Proles Iapeti multo technisq; dolisq;
Inter mortales vnus doctissimus omnes
Imposuisse mihi gaudes, ignemq; tulisse
Nempe ingens atroxq; malum, & tibi, postq; futuris
Quis ego pro rapto igne malum dabo, quo simul omnes
Gaudebunt, propriumq; malum fouisse libebit
Sic fatus, risitq; parens hominumq;, Deumq;.

⌊Eiecitque Adam, & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium, atq; versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ.⌋ Est supra à nobis relatum vetustissimos Græciæ poëtas, paradisum, etsi nõ suo nomine, tamen appellatione Elysiorum camporum intellexisse. Neque flammeum hunc gladium atq; versatilem qui paradiso obiectus est, ignorasse videtur, sed per vmbram quandam cognouisse, & torridam zonam appellasse. Nulli non cognitum est veteres scriptores, cœlum omne in quinq; diuisisse zonas, quarum duæ extimæ perpetuo rigent gelu, vicinę ijs mortalium incolatui ipsa temperie accommodæ sunt: Media perpetuo æstu, & flagrantissimo sole feruet. Hanc Vergil. sic describit.

Ver. libro 7. Æneid.

& si quem extenta plagarum
Quatuor in medio dirimit plaga solis iniqui.

Hæc igitur nõ exiguam orbis partem, meridiem versus occupat, & mortalibus omnibus ob solis æstum, inpermeabilis est. Et Nilus quidem è penitissima meridie ex paradiso oritur, ceu sacra tradit historia, ad cuius fontem, nulli vnquam hominum accedere datum est, propter æstum, & flagrantissimam illius orbis partem. Fuerunt quidem qui curiosius Nili ortum scrutati sunt, vt eum à fonte biberent, verum vt Luc. inquit.

Lucan. li. 10. Phar.

illos rubicunda perusti
Zona poli tenuit, Nilum videre calentem.

Constat proinde zonam illam igneam, ab romphea hac flammea fidem accepisse, & paradisum (vt Tertullianus scribit) maceria quadam igneæ illius zonæ, à notitia orbis communis segregatum. Sanctus Ambrosius interpretatur hanc romphæam flammeam ad ignem purgatorium, qui tanquam alter quidam baptismus futurus erit. Est etiam baptismum, inquit, in paradisi vestibulo, quod antea non erat, sed posteaquam peccator exclusus est, cœpit esse romphæa ignea, quam posuit Deus, quæ antea non erat, quando peccatum non erat; culpa cœpit & baptismum cœpit, quo purificentur qui in paradisum redire cupiebant, vt regressi dicerent: Transiuimus per ignem & aquam. Hic per aquam, illic per ignẽ. Per aquam, vt abluantur peccata: per ignem vt exurantur. Sed quod est grauius, si & hic ignem, & illic sustinemus. Quis est qui in hoc igni baptizat? non presbyter, non episcopus, non Ioannes qui ait: Ego vos baptizo in pœnitentia, non angelus, non archangelus, non dominationes, nõ potestates: sed ille de quo Ioãnes ait: Qui venit post me, fortior me est, cuius nõ sum dignus calciamenta portare, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Hæc & ijs similia plura Ambrosius affert, quę hic ascribere opus non est, sed locum indicasse satisfuerit. Indicant ergo clarè hæc omnia, sanctũ virum illum purgatorium ignem & credidisse, & ex diuinis literis cõfirmasse. Quæ quidem non video qua fronte pseudeuangelici illi lecturi sint, qui quasi dedita opera, & obstinata mente, veterum Theologorum scripta, publicitus conuellunt & insectantur, quo scilicet nugas suas & nuper apud se domi nata dogmata stabilĩãt. Sed desinant tandem ineruditi sycophantæ, partium suarum studio, omnia sursum ac deorsum mouere, & qui vel reclamante animo, friuolis ac planè ficulneis argumentis purgatorium ignem, non minus stultè quàm impiè extinguere moliuntur, idq; magis vulgi ob plausum, quã quod animo ita visum. Sed fortassis Ambrosius non satis ponderis apud illos inuenit. Vnus è veteribus Theologis est, cui plurimum, si dijs placet, tribuunt, Augustinus. Hic Apostolicæ præco doctrinæ, hic diuinæ gratiæ, contra liberum arbitrium, omnia refert accepta, huius scripta tanquam inuiolabilia, omnium sunt calculo comprobanda. Quod si hæc vera sunt, vt certè vera sunt, cur purgatorium ignẽ, homines impostores, tam impiè impugnant, quem ille tam clarè asserit: vt hæc illos non legisse summę sit imperitiæ, inficiari verò extremæ impietatis. Quid enim aliud putamus Augustinum voluisse, nisi purgatorium ignem astruere, vbi scribit: Verum tanta est Dei misericordia in vasa misericordiæ quæ præparauit in gloriam, vt etiam prima hominis ætas, id est, infantia, & secunda quæ pueritia nuncupatur, si sacramenta mediatoris acceperit, etiam si hanc in eis annis vitam finiat, translata scilicet à potestate tenebrarum in regnum Christi, non solum pœnis non præparetur æternis, sed ne vlla quidem post mortem purgatoria tormenta patiatur. Hæc Augustinus. Quid ad hæc dicturi essent virulentæ illæ beluæ, an purgatorium quæstus causa confictum à sacerdotibus & monachis etiam vociferabuntur, quod tam disertè ab Augustino tantopere illis prædicato scilicet, assertum vident? Quod si etiam tergiuersabuntur, accipiant aliud illius testimonium æquè clarũ atq; perspicuum. Purgatorias autem pœnas nullas futuras opinetur quis, nisi ante illud vltimũ tremen-

Ad. Heb. 11.
August. in Psal. 103.
3. Reg. 18
Hesiod. lib. a. πόδι ἐξ.
Matt. 26.
Quintil. li. 9. Orat.
Tertul. in Apolog.
Ambr. in Ps. 118.
Aug. libr. 21. de ci. dei ca. 16.
Aug. eodẽ loco.

tremendumq; iudicium. Sunt præterea & alij complures in Augustini scriptis loci, quibus purgatorius ignis esse conuincitur, neq; à condita Christi ecclesia vnquam defuit purgatorij fides, sed semper pari consensu & à Græcis Latinisq; fuit recepta, & per manus ad nos vsq; delata.

Cap. IIII. ¶ Adam verò cognouit vxorẽ suam Euam. Quæ concepit & peperit Cain, dicens. Possedi hominem per Deum. Rursumq; peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel pastor ouium, & Cain agricola. ¶ Aiunt Hebræorum Rabini suam linguam præ cæteris totius orbis linguis, peculiari quodam nomine appellari sanctam: propterea quod quæ natura ipsa pudenda sunt, ea ipsa honesta verborum periphrasi circumscribat, & efferat. Quomodo enim potuisset scriptura circumspectius & pudentius loqui: Cognouit Adam vxorem suam Euam, vt idem sit quod Latini paulò impudentius dicũt, maritali iure cum sua vxore congressus est, siue rem habuit cum illa. Vsi sunt Græci quoq; hac honesta verborum periphrasi in re Venerea nominanda, vel potius honestè dissimulanda. Lucianus quam-

Lucianus. uis Græcorum omnium lõgè mordacissimus, veneream tamen mixtionem, communionis vocabulo honestè nuncupauit. μηδὲ ὦ ζεῦ κοινωνήσης τῇ Νηρηΐδι. ἢν γὰρ αὐτὴν λυποφορήσῃ ἕκασον, τὸ τεχθὲν ἴσως ἐργάσεται σε οἷα καὶ σὺ ἔδρασας τὸν χρόνον. Id est. Nihil ô Iuppiter communicaueris Nereidi, si enim ipsa prægnans reddetur ex te, proles similia faciet tibi, qualia & tu fecisti Saturno. Et rursus ὀδ' ὦν ἐκοινώνησε πότε ἐκείνῳ θνητῇ γυναικί. Id est. Nunquam illevnquam cõmunicauit mortali mulieri. Vsurpat hic Lucianus communicare pro rem habere. Erant olim Stoici quidam, sed magis Cymicis similiores, qui suo quamque rem nomine appellare volebant, citra omnem pudorem & verecundiã, à quib. grauiter dissẽtit Cic. monetq; proinde, vt quarum partiũ corporis vsus sunt necessarij, eas neq; partes neq; earũ vsus suis nominibus appellemus, quodque facere turpe non est, modò occultè; id dicere obscœnum sit. Itaq; nec actio rerum illarum aperta, petulantia vacat; nec orationis obscœnitas. Hactenus Cicero. Hoc ergo sacra hæc scriptura reipsa ostendit, quæ Adæ cum vxore congressum sic describit וְהָאָדָם יָדַע אֶת חַוָּה אִשְׁתּוֹ Id est. Adam cognouit Euam vxorem suam. Cain & Abel primi prothoplastorum filij, atq; adeò communi peruulgatoque nascendi more in mundum hunc æditi, magnam mysteriorum rationem veteribus Theologis subministrarũt. In ijs enim duobus duo hominum genera præfigurantur; alterum mundo deditum, alterum Deo & diuinis gaudens. Duæ nanque sunt generationes, inquit Rupertus, vna Dei, altera mundi; siue duæ ciuitates, altera Dei, altera diaboli, quæ simul exortæ ab initio, procurrunt vsq; ad finem seculi; semper sibi inuicem aduersantes odio implacabili. Earum inimicitiæ primũ in duobus fratribus Abel & Cain manifestæ factæ sunt, & ita pertinaciter sibi aduersantur, vt nullus eodem tempore vtriusque amicitiam gerere possit. Quoties Apostolus dicit Corinthijs: Nolite iugum ducere cum infidelibus? Quæ autem participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Aut quę pars fideli cum infideli? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Hactenus Rupertus. Etymologiã nominis Cain sacra hæc scriptura refert. Significat enim קָנִיתִי אִישׁ אֶת יְהוָה Cain acquisitio siue possessio. Et Eua genito Cain inquit Et Septuaginta verterunt ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ θεοῦ. Id est. Acquisiui hominem per Deum. Et Iosephus subscribit κάϊν, κτῆσιν δὲ τοῦτο σημαίνει μετερμηνευόμενον τὸ ὄνομα. Id est. Cain, hoc nomen interpretatum significat Acquisitionem. Eusebius Cæsariensis putat Cain interpretari inuidiam, quod in fraternam exarserit inuidiam, quod tamen longè à vero est, si quidem inuidia Hebr. scribitur קִנְאָה à verbo קָנָא, cum acquisitio siue possessio scribatur paulò aliter קִנְיָן. Hæc vtriusq; nominis penè similitudo fecit, alterum pro altero vsurpari vt possit. Eadem variatio in nomine Abel est. Iosephus de nomine Abel sic scribit, ἄβελ σημαίνει δὲ πενθοῦντα. Id est. Significat verò hoc nomẽ Abel luctum, & Eusebius nominis rationem hanc reddit, quod interfectus Abel à fratre Cain ingentem luctum parentibus attulerit, præsagio quodam futurorum Abel vocatus sit, id est, luctus. Sed quod pace illorum dictum sit, luctus Hebr. scribitur אֵבֶל vñ אֵבֶל גָּדוֹל luctus magnus, Abel verò scribitur paulo aliter הֶבֶל, i. Habel, & significat vanitatem, sic enim prauo parẽtum suorum iudicio appellatus est, tanquam nulla in eo spes esset, sed magis in Cain, atqui solet humanum sæpè falli iudicium. De Abel hæc scribit Suidas, ἄβελ ὑὸς ἀδάμ. ὅτι παρθένος καὶ δίκαιος ὑπῆρχε. Id est. Abel filius Adæ. Hic virgo & iustus fuit. ¶ Factum est autem post multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera domino. Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, Et respexit dominus ad Abel & ad munera eius, ad Cain autem, & ad munera eius non respexit. ¶ Iosephus causam reddit cur Cain munera quæ è terræ frugibus constabant, accepta nõ sint à Deo, Abel verò approbata sint, quæ à pecoribus erant oblata, ὁ θεὸς δὲ ταύτῃ μᾶλλον ἥδετο τῇ θυσίᾳ, τοῖς αὐτομάτοις καὶ κατὰ φύσιν γεγονόσιν τιμώμενος, ἀλλὰ οὐχὶ τοῖς κατ' ἐπίνοιαν ἀνθρώπου πλεονέκτου κατὰ βίαν πεφυκόσιν. Id est. Deus multo magis gaudet hoc sacrificio, quando honoratur spontaneis & à natura ipsa ortis, quã quæ auari hominis ingenio, violentia quadam producta sunt. Non multum discrepant ab ijs quæ Suidas de sacrificio horum amborum scribit. ὁ γὰρ ἄβελ τὰ πρωτότοκα τῷ θεῷ καθιεροῦν, φιλόθεον μᾶλλον ἢ φίλαυτον ἑαυτὸν καθίστη, ὅθεν καὶ διὰ τὴν ἀγαθὴν αὐτοῦ προαίρεσιν ἀπεδέχθη. ὁ δὲ κάϊν ἀνοσιῶς ἑαυτῷ ἀπονέμων τὰ πρῶτα γενήματα, τῷ θεῷ δὲ τὰ δεύτερα, εἰκότως καὶ ἀπεβλήθη. φησὶ γὰρ. καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας τινὰς προσήνεγκε κάϊν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς, ὥστε διὰ τοῦτο κάϊν ἐλέγχεται ὅτι μὴ τὰ ἀκροθίνια γενήματα προσήνεγκε τῷ θεῷ, ἀλλὰ τὰ μεθ' ἡμέρας τινὰς καὶ δεύτερα. Id est. Abel primogenita Deo sacrificans Dei amatorem se magis ostendit se esse quàm suiipsius, vnde & propter bonam hanc voluntatem suam à Deo laudatus est. Cain verò impiè sibijpsi prima germina reseruans, Deo verò secunda offerens, meritò abiectus est. Vnde & scriptura inquit. Factum est post dies aliquos, obtulit Cain de fructibus terræ, tanquam propter hoc reprehendatur Cain, quod nõ frugum primitias obtulerit Deo, sed post aliquos dies, secundas. Hæc Suidas. Sunt hic ex Hebræis, qui vtriusque sacrificij à Deo vel reprobati vel recepti significationem fumum fuisse tradant. Cain enim sacrifi-

Idem.

Cice. libro. 1. Offic.

Rupertus libr. 12. in Ioann.

Iosephus lib. 1. αρχ.

Suidas.

Iosephus lib. 1. αρχ.

Eusebius lib. 11. Euang. pra.

Iosephus lib. 1. αρχ.

Eusebius. li. 11. eua.

cij fumus tanquam vehementiore venti flabro deorsum actus, in sublime non sustollitur; Abel verò rectà cœlum versus, tanquam Deo suscipiente, tendit. Scribit Ouidius Achillem tale sacrificium obtulisse, cuius nidor sursum ferebatur, veluti dijs approbantibus, & non auersantibus.

Pallida mactatæ placabat sanguine vaccæ
Cuius vt imposuit projecta calentibus aris
Et dijs acceptus penetrauit in æthera nidor.

Ouid. libr. 12. Meta.

Ambrosius refert hoc Abel sacrificium, quod ex primogenitis ouium fiebat, ad Christi passionem. Ex primitiuis, inquit, ouium obtulit sacrificium Abel, docens non terræ munera placitura Deo, quæ degenerauerant in peccatores, sed ea in quibus diuini gratia mysterij refulgerent. Prophetauit itaque nos per passionem domini, à culpa esse redimendos, de quo scriptum est: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Vnde & de primitiuis obtulit, vt primogenitum designaret. Hæc Ambrosius. ¶ Dixit Cain ad Habel fratrem suum. Egrediamur foras. Quũque essent in agro, consurrexit Cain aduersus Habel fratrem suum, & interfecit eum. ¶ Igitur Cain homo omnium sceleratissimus, inuidia & furijs agitatus, in fratrem Abel impias obarmat manus, eumque nihil hostile metuentem adortus, ac multis ingestis vulneribus ad terram dedit, primus in ipso mundi exordio effundendi sanguinis nefarius auctor factus, ac bellicorum furorum iam tum rudimenta infœliciter auspicatus. Atqui exagitabant impium hominem fraternus sanguis & manes, quibus veluti furiarum facibus stimulatus, vagus & incertis sedibus per vastum tum orbem ferebatur, nec sustinuit eum tellus fraternæ cædis conscia, sed à natali solo atque paternis laribus eiectus, infœlicem uitam procul à parentibus atq; in exilio egit. Atque hinc fortasse desumptum est quod Plato de homicidis scribit, quibus utile sit ut à locis ubi cædem commiserint sese subducant, ne ab interfectis exagitentur, λέγεται δὲ ὡς ὁ θανατωθεὶς αὐτὸς βιαίως οὐ ἐλευθέρῳ φρονήματι βιαίως διεμέθ' τὸ τῷ δρᾶσαν ἐνεοβυνῆς ὄν. καὶ φόβῳ καὶ δεδιμαστὸς ἅμα οἰκεῖ βιαίου πάθει αὐτὸς πεπλη γωμένος.

Ambros. de sacramẽto dominicæ incarn.

Plato libr. θ. νομων.

φωμένου, ὁρῶν τὴν ἐν ἑαυτῷ φονέα καὶ τοῖς ἔθνεσι τοῖς ἐπὶ ἑαυτὸν σωτηρίας ἀναστρεφόμενον διεμάνει καὶ παραπόμενος αὐτὸς παράπει κατὰ διώκειν τὸν σάν τὸν δρασαντα, μνήμην ξύμμαχον ἔχων αὐτὸν τε καὶ τὰς πράξεις αὐτοῦ. διὸ δὴ χρεὼν ἐστιν ἀρᾶν ὑπὸν ξελθεῖν τῷ παθόντι τὸν δρασαντα τὰς ὤρας πάσας τοῦ γένους καὶ ἐρημῶσαι πάντας τοὺς οἰκείους τόπους ξυμπάσης τῆς πατρίδος. Id est. Dicitur quod violēter interfectus in libera audacia viuat, & recens interfectus in percussorem suum grassetur, & cum ipse metu & pauore, propter violentam calamitatem impletus sit, etiam percussorem suum in consuetis suis locis agentem pauore implet, & territus ipse percussorem suum etiam terret quanta potest vi, cum eum in memoria habeat cum suis facinoribus. Propterea necessarium est vt interfector subducat se interfecto per omnia totius anni tempora, & totius patriæ consueta loca vitet. Hæc Plato. Hos igitur fratris sui Abel manes Cain sibi infestos sensit, & proinde solū patriū vertere coactus erat, & hoc est quod ait: ❧Ero vagus & profugus in terra.❧ Sunt è veteribus Theologis, qui hanc iniustam Abel cædam, ad Christi mortem omnium innocentissimam referunt, & oīa quæ hæc sacra prodit historia Christi seruatoris representasse supplicīū. Itaq; occidit Abel minor natu à fratre maiore. Occiditur Christus caput populi minoris natu, à populo Iudæorum maiore natu. Ille in campo, iste in caluariæ loco. Inter Iudæos qui Christum occiderunt, & Cain qui fratrem occidit, magna quædam affinitas est, sed & Iudas proditor huius affinitatis expers nō est. Huc respiciunt verba illa quæ Christus Iudæis loquitur: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio Epiphanius hęcvera intelligit de Cain & Iuda cæterisq; Iudæis. Porrò quod Cain diabolum vocat, hoc ex natura sua non est, sed potius ex imitatione, quemadmodum Christus Iudam etiam diabolum appellauit: Nonne duodecim ego vos elegi, & vnus ex vobis diabolus est. Quemadmodum igitur Cain fratri suo mentiens & veluti ob fraternam charitatē decipiens & in agrum educans, occidit: sic Iudas cum Iudæis Christum mitibus verbis aggressi sunt. Hinc illa Iudæ verba: Aue rabbi, & continuo eum osculatus est, & in mortem cōtinuo tradidit. Ad eundem modum interpretantur & signum quod Deus Cain addidit, ne in vltionem fraternę cędis ab aliquo occideretur. Augustinus interpr. hoc signum quod hodie in perfidis Iudæis est Christi domini sanguine respersis, ad omnia veteris legis cæremonialia, & circuncisionis signum. Putat Augustinus hoc multum mirabile esse, quod cū cæteræ totius orbis gentes Romanorum armis victæ, Romanorum quemadmodum imperium, ita etiam sacra susceperunt, sola Iudaica gens in veteri suo perstitit instituto: nec de pristinis suis cæremonijs quicquam immutauit, neque circuncisionis insigne abiecit. Hanc Iudæorum in patrijs legibus tutandis pertinaciam, miratur & laudibus celebrat Iosephus vernaculus Iudæorū scriptor. Laudat igitur hic Iudæorum constantiam, supra Lacedæmonios & Athenienses, qui vel ab hostibus vel à tyrannis superati et in seruitutem redacti, continuò etiam patrias leges abiecerunt, at Iudæi longè aliter egerūt. Nam in Babylonica captiuitate, & modo sub longa & diuturna hac seruitute, patrias leges quoad fieri potest, & veneranť & mordicus tenēt. Cæterū nō est φnostrates Iudęi magnā sibi laudem hinc vendicent, quādo quidem post Christum occisum tanquā verum Abel, circuncisio & legalia omnia nihil aliud sunt nisi signum aliquod ipsis tanquam Cain additum, quo noscantur & minimè interficiantur; sed potius in ludibrium & pœnam seruentur, & tributa pendant. Auctor est Suetonius, Cæsarem Domicianum in omnes homines auaritiam suam exercuisse Præter cęteros verò Iudaicus fiscus acerbissimè actus est: ad quem deferebantur, qui velut professi, Iudaicam intra vrbem viuerent vitam, vel dissimulata origine imposita genti tributa non pependissent. Interfuisse me adolescentulum memini, cum à procuratore frequentissimoq; consilio inspiceretur nonagenarius senex, an circunsectus esset Hæc Suetonius. Fuit ergo Iudæis tū circuncisio quasi signum aliquod, quo agniti, tributa grauiora quàm alię gentes, Romano Cæsari penderent. ❧ Egressus Cain à facie Domini habitauit profugus in terra ad orientalē plagam eden.❧ Quod nos legimus, profugus in terra, in Hebræo legitur נוד בארץ id est, in terra Nod. Vox Hebraica נוד Nod, significat mobilis, tremens. Fuit enim Cain hac plaga diuinitus affectus, vt tremore concuteretur & stabilis non esset, & sicut brachia & omnia membra mouerat in fratre occidendo, sic rursus eadem quieta & stabilia non essent, sed semper trementia, quo scilicet semper fraternæ cædis admoneretur. Sic ergo locus ille quē Cain sibi ad habitandum optauit, à deformi illo tremore suo נוד appellatus est, vt sit quod Cain egressus sit à facie Domini, et habitauerit in terra Nod. Sic etiam Septuaginta verterūt ἐξῆλθε ὁ Καΐν ἀπὸ προσώπου τοῦ θεοῦ, καὶ ᾤκησεν ἐν γῇ Ναΐδ. Id est. Egressus verò Cain à facie Domini, habitauit in terra Nod. Nec tamen mirari quis debet, si Cain fratricida, furiosum illum corporis gestum, quo fratrem impiè occidit, perpetuo membrorum omnium tremore ac motu testetur; cum idem pemodum Lucanus scribat de ciuili bello Pompeiano, in quo frater contra fratrem pugnauit, & arma tulit. Victis siquidem Pompei partibus, Iulij Cæsaris milites, luctuosa parta victoria, victorum manibus agitari cœperunt, & parum rationis compote motu, ipsoq; gestu suo, quasi prelia quædam figurabant, vt Cain aliquem in illis agnosceres fratricidam.

August. in Ps. 77.

Ioseph. contra Appio.

Epiphanius lib. 1. cont. hæres.

Sueton. in Domitiano.

Luc. lib. 7. pharsa.

Quos agitat vesana quies, somniq; furentes,
Thessalicam miseri versant in pectore pugnam:
Inuigilat cunctis sæuum scelus, armaq; tota
Mente agitant, capuloq; manus absente mouentur.

❧ Cognouit autem Cain vxorem suam, quæ concepit & peperit Enoch, & ædificauit ciuitatem, & vocauit nomen eius ex nomine filij sui Enoch.❧ Ciuitas Hebraice vocatur עיר Græce πόλις. Auctor est Aristoteles, primo omnium fuisse priuatas domos, deinde ex ijs pagos, vltimo ciuitates ex pagis consistere. ἐπειδὴ πᾶσαν πόλιν ὁρῶμεν κοινωνίαν τινὰ οὖσαν. Id est. Quoniam omnem ciuitatem videmus communionem quandam esse. Apud ethnicos scriptores dubitatum est, quis primùm ciuitatem condiderit, & quæ prima vrbs totius orbis fuerit. Plinius putat Cecropē Atticū hominē, ciuitatem primam extruisse, quam à se vocauit Cecropiā; quæ postea dicta est ἀκρόπολις, id est, arx apud Athenienses. Sunt qui Phoroneum Argos prius cōdidisse dicunt. Porrò Ægyptij omnium hominum vanissimi ob antiquitatis stultam persuasionem, putant Diospolim, id est, Thebas, tempore oēs antecedere. Atqui, vt sacra hæc scriptura testatur, Enosia hæc, à Cain condita, omnium haud dubio est antiquissima. Putat Plato primos homines vrbes ædificasse ob ferarum sæuitiam, quo ab illis tutiores essent, κατὰ τὰς ἀνθρώποι ὤκουν ἀπορίαν, πόλεις δὲ οὐκ ἦσαν, ἀπώλλυντο γὰρ ὑπὸ τῶν θηρίων, διὰ τὸ παντάχῃ αὐτῶν ἀδυνατωτέρους εἶναι. καὶ ἡ δημιουργικὴ τέχνη αὐτοῖς τροφῆς μὲν ἱκανὴ βοηθὸς ἦν πρὸς δὲ τὸν θηρίων πόλεμον ἐνδεὴς πολιτικὴν γὰρ τεχνὴν ὄπω εἶχον, ἧς μέρος πολεμική. ἐζήτουν δὲ ἀθροίζεσθαι καὶ σώζεσθαι, κτίζοντες πόλεις. Id est. Ab initio habitabant homines sparsim, ciuitates verò non erant, interibant à feris, propterea quod vbiuis infirmiores erant, Verum ars opificia illis satis adiutorij præbebat ad cibum consequendum, verum in bello contra feras erat debilis; propterea quod ciuilem artem nondum haberent, cuius pars est bellica ars. Igitur vt in vnum congregarentur & saluarentur vrbes exstruebant. Hactenus Plato. Refert Homerus mœnibus Thebas cinxisse Amphionem & Zethum λ. ὀδυσ. fratres, vt se suosq; à vicinorum iniurijs protegerent.

Aristot. li. 1. politic.

Plin. lib. 7.

Homer. li.

ὅι πρῶτοι Θήβης ἕδος ἔκτισαν ἑπτάπυλοιο
πύργωσαν τ' ἔπειτα μιν ἀπύργωτον γ' ἐδύναντο
ναίειν εὐρύχορον Θήβην κρατερώ περ ἐόντε.

Credibile ergo est vrbium exstruendarum causam hanc quoq; fuisse, vt receptacula quædam & propugnacula essent, quibus se inferiores aduersus potentiorum latrocinia, & rapinas tutarētur. Sed omnium maximè hæc vrbium causa est, vt homines vnà vitam agere possent, & alter alterius opem implorare, communia pericula omnibus impendentia, communi etiam ac sociali labore propulsare. Est enim homo, vt Aristoteles scribit, πολιτικὸν ζῶον, πάσης μᾶλλον καὶ πάντων ἀγελαῖον ζῶον μᾶλλον. Id est. Politicon animal est homo, ac multo magis q̄ apis aut aliud quoduis gregale animal. Et addit Aristoteles, ἐκ τούτων δὴ φανερὸν ὅτι

Aristot. lib. polit.

ἔστι τῇ φύσει ἡ πόλις ὄν, καὶ ὅτι ἄνθρωπος φύσει πολιτικὸν ζῶον, καὶ ὁ ἄπολις διὰ φύσιν, καὶ ὁ διὰ τύχην, ἤτοι φαῦλος ὄν, ἢ κρείττων ἢ ἄνθρωπος. Id est. Ex ijs igitur manifestum est, quoniam natura ipsa ciuitas est, & quoniam natura ipsa homo animal est ciuile, & vagus ab ipsa natura, & non propter fortunam, vilis quidam est, vel melior quàm homo. Hinc illud conuitium apud Homerum à Nestore in hominem vagum & sine laribus prolatum.

Homerus ilias. 1. ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος ἀνέστιος.

Verùm hæc ciuitas Cain magis erat ob rapinas agendas, & prædas abigendas condita, & latronum magis erat receptaculum, quàm hominum bonorum conuentus. Hieronymus per hanc ciuitatem, quam condidit Cain, hunc mundum intelligit, quem accusator fratrum suorum diabolus & fratricida Cain periturus, extruxit vitijs, sceleribus condidit, iniquitate compleuit: quæ spiritualiter appellatur Sodoma & Ægyptus. Hæc Hieronymus. Cain cædem atque exilium hactenus scriptura tradidit, eadem successorum atque nepotum non solum nomina prodit, verum mores atque studia refert. Igitur ex Cain fratricida impia proles nascitur. Lamech nõ contentus homicidio, libidinem etiam posteris auxisse refertur; & quemadmodum duorum hominum homicida fuit; ita etiam duarum vxorum maritus. Virum & adolescentem eum occidisse sua ipsius verba declarant; quæ tanquam gloriabundus in vxorum suarum sinum effudit: ⊏Occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum.⊐ Hic tamen Lamech cum omnino pessimus nõ esset, scelus suum & agnouit & reprehendit, ⊏Septuplum, *ait*, vltio dabitur de Cain, de Lamech verò septuagies septies.⊐ Nimirũ deplorans longè grauius se puniendum, quod scelus, quo Cain maledictum à Deo nouerat, ipse, tali pœna ab homicidio nõ deterritus, cõmisit. Suidas putat hunc Lamech occidisse duos fratres sanctí viri Enoch, q̃ fuit filius Seth. Exarserant enim impio odio Cain posteri, contra Seth filios, eosq̃ tanquam benedictos à Domino funditus delere studebant. Male conueniebat inter Cainos & Sethanos. Est enim diuinus cultus peccatoribus abominatio. Neque Lamech homicidio satis habebat, nisi etiam libidini fræna laxaret, primus duarum simul vxorum maritus, secus quàm ab initio à Deo erat institutum, qui singulis viris singulas etiam vxores nubere instituit. Hic à Deo ipso profectus mos, adeò in naturæ legem abijt, vt etiã gentes aliquot honestæ, vnam duntaxat ducerent vxorem; & quemadmodum in coniugio vnus esset maritus, ita etiam vna illi esset vxor. Hesiodus in domo vnam vxorem esse comprobat.

Hieron. ad Marcellã.

Suidas in λάμεχ.

οἶκον μὲν πρώτιστα γυναῖκά τε βοῦν τ' ἄροτῆρα. *Hesiodus.*

Id est.

Domus imprimis mulier & bos arator.

Videntur Græci in hoc instituto multos perseuerasse annos, donec Athenienses veterem hunc morem labefactarent. Euripides poëta duas simul vxores habuit, cum id decreto ab Atheniensibus factò ius esset. Sed harum matrimonij poëtam pertædebat. Hinc eius in omnes mulieres odium. Nam quod mulieres omnes maiorem in modum exosus fuerit, testes sũt Tragœdiæ eius, quę conuitiorum & amarulentiarum in muliebre genus scatent. Romana illa grauitas contenta fuit vnica vxore, testis est lepidum illud cõmentum Papyrij prætextati, à quo cum mater vehementius rogitaret, quid in senatu actum esset, per iocum respondit, agitatum in senatu, vtrum videretur vtilius, exq̃ republica esse, vnus ne vt duas vxores haberet, an vt vna apud duos nupta esset. Quid tum à mulieribus statuendum foret, si penes ipsas decernendi ius fuisset; obscurum non est. Pudicitiæ lauden olim Germani amplissimam retulerunt, nec Græcis nec Romanis in hac laudis parte vnquam cesserunt, nedum Barbaris; inter quos tum Germani, si dijs placet, numerabantur. Nam vt Tacitus auctor est, seuera apud eos matrimonia. Nec vllã morum partem magis laudauerís. nam propè soli barbarorum singulis vxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptijs ambiũtur. Sed erant tum Germanorum mores tales, nec expedit vt horum nostrorum tempo-

A. Gell. li. 15. noct.

A. Gell. li. 1. noct.

Cornelius Tacitus de mor. Ger.

temporum matrimonia ad vetusta illa exigas, cum iam nihil apud Germanos in hac morum parte corruptius sit, & tã antiquum & vetus nihil est apud illos q̃ alienum concutere lectum, atque sacri genium contemnere fulcri. ⊏Genuit itaq; Lamech ex altera sua vxore Ada filium Iabel, qui fuit pater habitantium in tentorijs, atque pastorum.⊐ Pro pastorum, in Hebræo legitur מקנה Vocantur hoc nomine bona omnia acquisita; scilicet immobilia, mobilia, & se mouentia, vt sunt pecora & pecudes. Septuaginta legunt κτηνοτρόφων, id est, pecuaria facientium, vt sit, Iabel hunc primum instituisse villaticam pastionem, & boum ouiumq̃ greges habuisse, & pastoralem vitam ab eo trahere originem. Fuerunt olim rudi adhuc seculo, ipsa pecora solæ hominum diuitiæ, & vt quisque maximè abundabat pecoribus, ita etiam pecuniosissimum putabant; & pecunia ipsa à pecore appellata est. Hec villatica pastio mirè à Græcis Latinisq̃ laudata est. Zenophon de hac hæc scribit, καὶ γὰρ ἡ τροβατικὴ τέχνη, σωπᾶται τῇ γεωργίᾳ, ὥστε ἔχειν καὶ θεοῖς ὀρθῶς θύοντας καὶ αὐτὸς χρῆσθαι. Certè pascendarum ouium ars agriculturæ vicina est, vt habeant hoẽs quibus in deorũ sacrificijs grati sint, & quibus ipsi vti possint. Columella de hac pecuaria arte ad eundem ferè modum scribit. Quippe villaticæ pastiones, sicut pecuariæ, non minimam colono stipem conferunt, cũ & auium stercore macerrimis vineis, & omni surculo atque aruo medeantur, & eiusdem familiarem focum mensamq̃, pretiosis dapibus opulentent. Et Plinius scribit, quod in Iuniorum familia Bubulcum nominauerunt, qui bubus optimè vtebatur. Tacitus auctor est, quod terra Germania pecorum fœcunda sit, sed plerunque improcera, nec armentis quidem suus honos, aut gloria frontis, numero gaudent, eæq̃ solæ & gratissimæ opes sunt. Mulctatio quoque, vt Plinius scribit, non nisi ouium boumq̃ impendio dicebatur. Sacra scriptura ordine nobis refert sanctissimi viri Iob opes, sed hæ constabant non auro, non argento, nec positis in fœnore nũmis, sed ouium, boum, camelorumq̃ gregibus. Appetitus vir pientissimus bello, Sabæi & Chaldæi impetũ in pecora fecerunt, eaq̃ non sine pastorum cæde, abegerunt. Achilles apud Homerum, simultatem & dissidia cum rege Agamemnone exercens, nullis verbis vel muneribus adduci potuit, vt contra Troianos bellum gereret, quod nulla iniuria ab illis esset affectus. Sed quæ tam atrox iniuria esse posset, quæ Achillem contra Troianos excitaret, nimirũ vt ipse inquit.

Plin. li. 18

Zeno. œcõ.

Columel. li. 9. Agric.

Plin. li. 18

Cor. Tacit. de moríb. Ger.

Pli. li. 18.

Iob. cap. 1.

ὁ γὰρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, ὅστε μὲν ἵππους *Homer. li. α. iliad.*
οὐδ' ἔπωσ' ὑμὲ φίλην ἐριβώλακι βωτιανείρῃ
λαῷ πόν ἐδηλήσαντο.

Id est.

Nunquam etenim vel equos mihi subduxere boues
Nec Phthies vnquam segetumq̃ virũmq̃ feracis
Sunt populati agros.

Abierunt hæc Achillis verba in prouerbij locum, vt quum se quis minimè lesum ab aliquo, nec insigni iniuria affectum significet, dicat: Nunq̃ meos boues abegit, nec equos. Ex antiqui seculi ritu dictum est, quo cum vita mortalium adhuc esset pastoralis, pecora, tanquam summæ diuitiæ, bellorum causa erãt. Sed Iabel hic pater etiam fuit habitantiũ in tentorijs. Vt humana vita paulatim ex ferino ritu in cultiorem vsum profecit. Ante domorum vsum homines sub dío agebãt, & specus, vt Plinius auctor est, erant pro domibus. Satyricus poëta Saturnia tempora laudãs, putat tum pudicitiam in terris moratam.

Plin. lib. 7.

cum frigida paruas *Iuuenalis Satyra 6*
Præberent spelunca domos.

Armentariorum atq̃ pastorum vita tentorijs indiget. Strabo scribit multos Scytharum populos appellari σκηνίτας, quod in tabernaculis habitent, & pecora pascant. Iustinus quoque refert quod Scythis nulla domus, nec tectum, aut sedes sit; armenta & pecora semper pascẽtibus, & per incultas solitudines errare solitis. Vxores liberosq̃ secum in plaustris vehunt, quibus corijs imbriũ hyemisq̃ causa tectis, pro domibus vtuntur. Apparet ergo hunc Iabel tentoria excogitasse, quo commodius & facilius pastores in agro pecoris causa, excubarent.

Stra. li. 11. Geog.

Iustinus li. 11. hist.

¶ Habuit hic Iabel fratrem cui nomen Tubal. Ipse fuit pater canentium in cithara & organo. ¶ Iosephus inquit: ἰοβάλ ⊖ μουσικὴν ἤσκησε καὶ ψαλτήριον καὶ λυράν ἐπενόησε. Id est. Iubal musicam exercuit, & psalterium & citharam inuenit. Musa dicitur à verbo μάομαι τὸ ζητῶ, inquiro, indago, sollicitè inuestigio & expeto, quod in literarum studio fieri necessum est. Hinc etiã factum est, vt prisci illi, musicæ appellatione humanitatem literarum appellarent, in qua ingenuos homines docebãt otium conterere, animumq; recreare.

Arist. li. 8 pol. Hoc indicat Aristoteles ijs verbis, δι ὅ δὴ καὶ ἐξ ἀρχῆς ἔταξαν γὰρ παιδείας, οὐχὶ τὸ τῆς φύσεως ζητεῖν (ὅπερ πολλάκις εἴρηται) μὴ μόνον ἀσχολεῖν ὀρθῶς ἀλλὰ καὶ σχολάζειν δυνάσθαι καλῶς. Id est. Veteres inter disciplinas musicam collocauerunt, ex eo quod natura quærit (vt sæpe dictum est) non solum in negotio recte, verum etiam in otio laudabiliter posse versari. Sic Plato quoq; musicam vsurpat pro literarum studio,

Pla. lib. 2. πολ. ἴθι οὖν ὥσπερ γὰρ μύθῳ μυθολογοῦντες τε καὶ σχολὴν ἄγοντες, λόγῳ παιδεύωμεν τοὺς ἄνδρας. ἀλλὰ χρή. τίς οὖν ἡ παιδεία; ἢ χαλεπὸν εὑρεῖν βελτίω τῆς ὑπὸ τοῦ πολλοῦ χρόνου εὑρημένης, ὅτι δὲ τὸ μὲν τῶν σώμασιν, γυμναστική; ἡ δ' τῶν ψυχῇ, μουσική. Id est. Age ergo cum iam inter nos sermocinamur, & ocium agimus, sermonibus etiã homines instituamus. Et quidẽ æquum est. Quæ igitur institutio est? An non difficile erit inuenire meliorem quàm illa est quæ inuenta est ante multa tempora? Est verò quæ corpora meliora reddit, gymnastica; quæ verò animam, musica. Hæc Plato. Vsurpat Plinius verbum musinari pro in literarum studio versari.

Pli. in prol. nat. histor. Diem, inquit, vobis impendimus, cum somno valetudinem computamus: vel hoc solo præmio contenti, quod dum ista (vt ait M. Varro) musinamur, pluribus horis viuimus. Hinc etiam factum est, vt hominem insigniter doctũ μουσικώτατον appellarent: contrà, indoctos ἀμούσους: quasi à literis alienos. Et Athenæus ἀμουσολογίας appellat ineruditas parumq; tempestiuas fabulas. Denique Græcorum prouerbium est, indoctos à Musis atq; à Gratijs abesse. At recentiores ad numerorum modulationem hoc vocabulum transtulerunt, quia musica velut ludus animi à curis vexati est requies: ex quo factum est, vt μουσικὴ οὐ μόνον τῶν παιδείαν, ἀλλὰ καὶ τῶν παιδιᾶν. Id est. Musica non solum institutionem literarum, sed etiã ludum significet. Disputat Aristoteles plurimũ num Musica hæc voluptuosa, ad mores se extẽdat, & ad animũ formandũ; & putat musicã ad animũ immutandũ plurimũ valere. Est cognatio quædam nobis, ait, cũ harmonijs & rhytmis, διὸ πολλοὶ φασὶ τῶν σοφῶν, οἱ μὲν ἁρμονίαν εἶναι τῶν ψυχῶν, οἱ δ' ἔχειν ἁρμονίαν. Id est. Propterea multi sapientum dixere, alij quidem animum esse harmoniam. Est enim harmoniarum distincta natura, ita vt qui audiũt aliter disponantur, nec eodem modo se habeant, ad vnamquamque ipsarum: sed ad quasdam flebiliter & contractè magis, puta ad eam quæ appellatur Lydia mixta, ad quasdam verò mollius secundum mentem, ceu ad illas quæ sunt remissæ. Ad aliam verò mediocriter & compositè plurimum, vt videtur Dorica facere sola omnium harmoniarum. Phrygia verò distrahit ac rapit animum, & quasi extra se ponit. Plato plurimum tribuit citharæ cantui, cuius concetu ad modestiam componi adolescentium animos putat, δι λιθαρισὰ σωφροσύνης ἐπιμελῆνται, καὶ ὥσπως ἂν οἱ νέοι μηδὲν κακοργῶσι. πῶς δὲ τούτοις ἐπιδοῦ λιθαρίζειν μάθωσιν, ἄλλων οὗ ποιητῶν ἀγαθῶν ποιήματα διδάσκουσι μελοποιῶν, εἰς τὰ λιθαρίσματα ἐντείνοντες, καὶ τοῖς ῥυθμοῖς τε καὶ τοῖς ἁρμονίαις ἀναγκάζουσιν οἰκεῖοῦ τοῖς ψυχαῖς τῶν παίδων, ἵνα ἡμερώτεροι τε ὦσι καὶ εὐρυθμότεροι καὶ εὐαρμοστότεροι γιγνόμενοι χρήσιμοι ὦσιν εἰς τὸ λέγειν τε καὶ πράττειν. πᾶς γὰρ ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου εὐρυθμίας τε καὶ εὐαρμοστίας δεῖται. .i. Citharedi modestiam curabunt, vt iuuenes nihil mali agant. Ad hæc vbi cithara canere didicerint, tum aliorum bonorum poëtarum opera & melodias discant, & in cithara cantum intendant, & consonantiam & harmonias cogant familiares esse puerorum animis, vt mites sint & apti compositiq;, possint vtiles ad legendum atque agendum esse. Hæc Plato. Ethnici scriptores contra sacrę scripturæ veritatem, alios authores musices tradunt. Plinius scribit musicam inuentam

Arist. li. 8 polit.

Plato in protagora.

Plin. li. 7.

tam ab Amphione Thebano simul & citharam. Terpander septem chordas addidit, octauam Simonides, nonam Timotheus. Porrò hac ioculari musica veteres in varijs rebus vsi sunt. In sacris cithara vtebantur, sed quæ fila haberet, non chordas, vel neruos, vt inquit Homeri Scholiastes.

Hom. scho. ἰλιαδ. σ. οἱ πρῶτοι τοῖς θεοῖς μετὰ ᾠδῆς ὑποκιθαρίζοντες, οὐκ ἐξ ἐντέρων κατεσκευάζον τὰς λυράς, οὐχ ὅσιον, οὐδὲ θέμις ἀρεσθὲν εἶν ὑπολαμβάνοντες, ἀλλὰ τὸ ἐκ νεύρων πεποιηκότες, ἀλλὰ ἐκ λίνου πεποιημένου. Id est Primi homines diis cum cantu citharizabant, sed has citharas instruxerunt non ex intestinis, ppterea quod hoc neq; sanctũ, neq; dijs placitum existimarent, vt quid è neruis fieret; sed quod è filo fieret. Huc respicit quod Dauid canit זַמְּרוּ לֵאלֹהֵינוּ זַמְּרוּ id est. Psallite Deo nostro in cithara. Erat quoq; hęc musica in delicijs apud magnates & ociosos, qui mensæ & conuiuijs citharam & cantores adhibebant, nec conuiuium aliquod suis omnibus partibus constabat, nisi mensæ omnia hæc præsto fuissent. Vlysses ait optimam degendi rationem esse, quando lętis omnibus, conuiuæ audiunt citharedum, sedentes per ordinem.

Homerus ἰλιαδ. ι. ἐγὼ γοῦν φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα δαιτυμόνας δ' ἀνὰ δώματ' ἀκούοντας ἀοιδῆς ἥμενοι ἐξείης.

Rursus alibi in conuiuio procorum Phemium inducit, qui citharedus optimus & à seipso doctus, conuiuas musica exhilarabat, & in hũc vsum citharã à dijs comparatam ait.

Homerus ὀδυσ. ρ. ἣν ἄρα δαιτὶ θεοὶ ποίησαν ἐποίχεσθαι.

De alcinoi populo & phæacibus Homerus scribit citharæ cantu & choris, balneisq; oblectare se solitos.

Homerus ὀδυσ. θ. αἰεὶ δ' ἡμῖν δαὶς τε φίλη λύρη τε χοροί τε εἵματά τ' ἐξήμοιβά λουτρά τε θερμὰ καὶ εὐνή.

Id est.

Nos verò semper capiunt, citharæq; choriq;.
Et variæ vestes, & balneæ calda, thoriq;.

Postea Græci vsi sunt musica in varijs rebus. Auctor est Theucídides Lacedęmonios summos bellatores, non cornuum, tubarumue signis, sed tibiarum modulis in prælijs vsos.

Theuci. li. 4. histor. καὶ μετὰ τοῦτα ἡ ξυνοδὸς ἦν. ἀργεῖοι μὲν, καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐν τόνῳ. καὶ ὁρμῇ χωροῦντες. λακεδαιμόνιοι δὲ βραδέως, καὶ πολὺ αὐλοῖς, πολλῶν ὁμοῦ ἐγκαθεστώτων, οὐ τοῦ ἀδέος χάριν, ἀλλ' ἵνα ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες προσέλθοιεν, καὶ μὴ διαπταθεῖν αὐτοῖς, ἡ τάξις, ὃ πράττει ἐν τοιούτῳ μεγάλα στρατόπεδα ἐν ταῖς προσόδοις. Id est. Post hæc congressus factus est. Argiui quidem socijq;, acriter ac cum impetu adorientes, Lacedęmonij cõtrà sub tibiarum præcentione pleno agmine maturantes, non adeò diuinę rei gratia, verùm vt æquabili numerosoq; sensim ingressu conuenientes, pugnam capesserent, nec suos ordines distrahi sinerent, quod semper amplissimas copias agere, vbi congrediendum est, decet. Hæc ille. Cretenses quoq; prelia ingredi solitos, memoriæ datum est, præcinente, ac præmoderante cithara, gressus. Apparet tamen Musicam hanc apud Græcos in pretio fuisse, & summã eruditionem sitam censebant in neruorum vocumq; cantibus. Epaminundas Thebanus vir magnanimus & fortis & Lacedæmoniorũ victor, laudatur quod fidibus optimè cecinerit. Themistocles aliquot annis ante, quum in epulis recusaret lyram habitus est indoctior. Mirũ est quod de Socrate legitur, quem fecũt iam senem operam fidibus dedisse. Et quoq; in Originibus, solitos esse in epulis canere conuiuas ad tibicinem de clarorum virorum virtutibus. Sic Achillem legimus, iã Agamemnoni infensum, in castris suis sedisse, & clarorum virorum facta cithara cecinisse.

A. Gell. li. 1. no. att.

Cic. li. 1. Tusc.

Homerus ἰλιαδ. ι. τὸν δ' εὗρον φρένα τερπόμενον φόρμιγγι λιγείῃ καλῇ, δαιδαλέῃ, ἐπὶ δ' ἀργύρεον ζυγὸν ἦεν ἑλοῦσα τῇ ὅ γε θυμὸν ἔτερπεν, ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν.

πρὸς τὸν δὲ ἐναντίον ἦεν ἀκούων.

Id est.

Illum pulsantem citharam inuenire sonoram,
Quæ formosa fuit multum fabricata per aurum,
Quam tulit ex spolijs capta Eetionis ac vrbe,
Hac animum oblectans heroum facta canebat
Fortia, Patroclus tacitè è regione sedebat.

Musica quoq; putata est animum subleuare & curas molestiasq; eius discutere, corporis etiam dolores, vel in totum tollere, vel certè nõnihil minuere. Hinc flaccus canit.

Adstrepitum citharæ cessatum ducere curam. Horat. in epist.

A.Gell.li. 4.noct.att. **Creditum etiam** hoc à plerisq; est, & memoriæ mandatum, Ischiadici cũ maximè doleant, tum si modulis lenibus tibicen incinat, minui dolores. Cæterum totam iocularem hanc Musicam, quæ cithara cantuq; fit, Aristoteles philosophico & graui iudicio penitus inspiciẽs, minimè liberalem putat, nec honesto viro dignam; quum huic satis sit, si animi leuationem quærat, alijs musica vtentibus frui, non ipse exercere, cum ipsos qui hanc exercent appellemus βαναύσους, Arist.li.8 Polit. id est, viles opifices, & opus illud non viri neque sobrij sit, sed iocantis. Rationabiliter igitur hoc se habet, quod antiqui de tibijs fabulantur. Aiunt enim Mineruam repertricem, tibias abiecisse ob deformitatem oris. Atqui non malè habet si dicamus hoc deam fecisse oris deformitate infensam, sed tamen multo magis ob id, quia nihil confert tibiarum vsus ad intelligentiam & mentem, cum scientia & ars Mineruæ sit attributa. Idẽ A.Gell.li. 15.noct. att. quoque legimus de Alcibiade Athenienſi. Hic quum apud auunculum Periclen puer artibus ac disciplinis liberalibus erudiretur, & arcessi Pericles Antigenidam tibicinem iussisset, vt eum canere tibijs (quod honestissimum tum videbatur) doceret: traditas sibi tibias, cum ad os adhibuisset, inflassetq;, pudefactus oris deformitate, abiecit infregitq;. Ea res cum percrebuisset, omniũ tum Athenienſium consensu, disciplina tibijs canendi desita est, Neq; principem virũ hæc iocularis Musica decet vt ipse citharædus fieri velit, ac cithara fidibusq; canere, quod longè ab illorũ persona ac sublimitate discrepat & alienum est, sed satis illis esse debet, si alijs ijs vtẽtibus, oblectentur. Hinc prouerbium illud apud Græcos celebratur. ὁ γὰρ Ζεὺς αὐτὸς ἀείδει καὶ λυθαρίζει. Id est. Non enim Iuppiter cantat, aut citharã pulsat. Vnde haud immerito Philippus Macedonum Rex, Alexandrum filium iusta castigatione incessuit, quum accepisset illum quodam in loco suauiter cecinisse: Nonne te pudet, inquiens, quod tam pulchrè canere scias. Quod tamen minimè à Nerone Imperatore obseruatum est, qui teste Suetonio, musica à teneris annis imbutus in scenam prodire non erubuit, & citharædicã optimè callens, cœlestem etiam vocem suam (ita enim appellabat) Romano populo audiendã pollicebatur. Hanc illius deformitatem taxat Satyricus poëta.

Hæc opera, atq; hæc sunt generosi principis artes Iuuenalis
Gaudentis fœdo peregrina ad pulpita saltu Satyra 8.
Prostitui, Graiæq; apium meruisse coronæ
Maiorum effigies habeat insignia vocis
Ante pedes Domiti, longum tu pone Thyestæ
Syrma, vel Antigones, seu personam Menalippes
Et de marmoreo citharam suspende colosso.

Declarant stultum Neronis animum, cum alia complura, tum illud, quod cum à Iulio vindice Galliarum proprætore, & qui tum ab eo defecerat, contumeliosissimis literis ad senatum missis, prosciſſus esset, nihil æquè doluit, quàm vt citharædũ malum se increpitum; tanq; longè contumeliosius esset malum esse citharædum q̃ incendiarium & matris parricidam. Cæterum mediocriter iocularí hac musica oblectari, & per transennam, vt aiunt, aspicere, reprehensione fortasse carebit, at in eam totis incumbere neruis, & summa vitæ oblectamẽta musicam putare, hominis est cum ex cordis, tum etiam salutis suæ securi. Neque enim citharæ lyræq; cantus æqualiter omnes mouent, neq; citharædi semper simpliciter, & absq; fraude canere solent, & ad vicia, amorem, mentisq; solutionem, denique ad stupra sollicitare amant. Canit hoc Ouidius.

Eneruant animos citharæ cantusq; lyræq; Ouid. de remed. Amo.
Et vox, & numeris brachia mota suis.

Stomachatur acrioribus verbis Hector in fratrem suum Paridem, quod pigrè bellum contra Menelaum, cuius cõiugem rapuerat, capesseret; obiter indicans illum citharæ cantu Helenæ placuisse, & ad adulterium pellexisse.

ὁ ἄρ σὺ μένεας ἀρηΐφιλον μενέλαον Hom. lib. γ. ἰλιαδ.
γνοίης χ' ὅτι φωτὸς ἔχεις θαλερῷ παρακοίτῃ
ὁ ἄρ' τοι χραίσμῃ λύθαρις τότε δῶρ' ἀφροδίτης
ἥτε λόμη τότε εἶδος, ὅτ' ἐν κονίῃσι μιγείης

Id est.

Num regem ignoras cuius consorte potiris?
Haud citharæ pulsus, Veneris ac dona iuuabunt
Insignésue comæ, bello congressus ab hoste
Pulueribus quando mediis misceberis artis.

Horatius idem significat de Paride, & tanq; Homerum interpretans inquit. Horat. lib. 1. Od.

Ne quicquam Veneris præsidio ferox
Pectes Cæsariem, grataq; fœminis
Imbelli cithara carmina diuides.

Hierony. ad Lætam. Prudenter ergo hæc vidit Hieronymus, quantam animi pestem & morum corruptelam iocularis hæc musica inferre soleat; ad Lætam de institutione filiæ hæc scribit. Surda sit ad organa. Tibia, lyra, cythara, cur facta sint, nesciat. Hęc Hieronymus. Mirum videri posset inter ipsa mundi primordia, instrumenta hæc musica commenta, nisi à Cain parricidæ posteris essent excogitata, ad vanitatem magis quàm ad pietatem appositis. ⌈ Sed Lamech ex altera sua vxore Sella genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber in cũcta opera æris Ioseph. lib. α. αρχ. α. & ferri. ⌉ Iosephus, vocant hunc Thobelũ, Θόβελος δὲ ἐκ τῆς ἑτέρας γεγονὼς ἰσχύι πολλὰς ὑπερβάλλων τὰ πολεμικὰ διαπρεπῶς μετῆλθεν, ἐκ τούτων καὶ τὰς πρὸς ἡδονὴν τοῦ σώματος ἐκπονεῖν, χαλκείαν τε πρῶτος ἐπενόησε. Id est. Thobelus verò fortitudine superans omnes filios qui ex altera vxore nati erant, bellica instrumenta scitè exercuit, ex ijs etiam quæ ad corporis voluptates pertinent sibi suppeditauit, & primus ærariam excogitauit. Hanc Iosephi interpretationem adiuuant sacræ scripturæ verba, quæ refert hunc Tubalcain fuisse malleatorem & fabrum, in cuncta opera æris & ferri, vt nobis ad cogitandum relinquat, eum virum fuisse bellatorem, & bellicum apparatum, armaq; primum inuenisse. Sunt enim, vt Plato scribit, σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς, πολέμων ὄργανα. Id est. Ferrum & æs sunt bellorum instrumenta. Nec vana est Hebræorum opinio, qui hunc Tubalcain gladium primum excogitasse ferunt, quo gentes omnes bella gerunt, & in mutuam ruunt cędem. Scribunt ethnici sub aureo Saturni seculo gladios nondum fuisse, sed postea sub ferreo; quod nobis satis esse debet, in paradisiaca vita summam pacem semper fore, cæterum commisso in Deum scelere contraria omnia exorta. Hinc illud apud poëtas. Plato vo- μων 1.β. Cic. lib. 2. de nat. deo.

Ferrea tum verò proles exorta repentè est
Ausaq; funestum prima est fabricarier ensem.

Execrantur proinde poëtæ tam sæuum & sanguinarium inuẽtum, quod in extium humani generis à sanguinarijs hominibus excogitatum est, quibus bella & cædes magis cordi sunt, quàm pax & alma rerum tranquillitas.

Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses? Tibul. ele. 10.
Quàm ferus, & verè ferreus ille fuit.
Tunc cædes hominum, generi tunc prælia nata,
Tunc breuior diræ mortis aperta via est.

Scribunt poëtæ ferri inuẽtionem pertinere ad bonorum morum degenerationem, & ad mũdi in peiora studia lapsum. Hinc Vergilius inter multa quæ aurea Verg. libr. 1. Georg. secula decolorant, etiam hoc est quod inuentus est.

Tum ferri rigor, atq; arguta lamina ferræ.

Ouidius etiam multa enumerans quæ Ouid. li. 1. metam. ænea ætate prodierunt in mundum, & quibus afflictus est mundus, refert etiam ferrum.

Iamq; nocens ferrum, ferroq; nocentius aurum
Prodierat.

Non est ergo quod quis putet Moysen scriptis suis Cain posteros laudare, tanquam multarum artium repertores, sed potius traducere, vt vanitatum & voluptatum, dissidiorumq; auctores. Ethnici scriptores à veritatis cognitione longè semoti, alios nobis ferri ærisq; auctores prodiderunt. Æs conflare & temperare, Plin. li. 7. Aristoteles Lydum Scythen monstrasse, Theophrastus Delam Phrygem putat. Ærariam fabricam alij Chalybas, alij Cyclopas. Ferrum Hesiodus in Creta eos qui vocati sunt Dactyli Idæi. Strabo scri- Strabo lib. 14. bit Telechines ex Creta in Cyprum venisse, postea in Rhodum, & primos ferrum & æs operatos. Nam & harpen Saturno fecerunt. ⌈ Cognouit quoque adhuc Adam vxorem suam, & peperit filium, vocauitq; nomen eius Seth. ⌉ Post crudelissimam Abel cædem, & fratricidæ Cain meritissimum exilium, Adam orbum, diu ab vxoris congressu abstinuisse Hebræi credũt, vt qui putaret satius esse liberis carere, quàm calamitosum esse patrem. Perseuerasset certè diutius in sua pertinacia, nisi diuinitus admonitus, vt vxoris consuetudine vteretur; fore enim vt in filiorum prouentu fortunatior deinceps esset. Nascitur igitur Seth pientissimus Adæ filius, pietate in Deum nulli secundus. Huius laudes Iosephus sic describit, γραφεὶς γὰρ οὗτος, καὶ παρελθὼν εἰς ἡλικίαν ἥλικα ἀγαθὰ ἀρετῇ ἐπιτήδευσε, καὶ γνωμῇ αὐτὸς ἀρίστος μιμητὰς Ioseph. lib. α. αρχ. α.

αὐτὸν αὖ ἀπογόνους κατέλιπον. Id est. Educatus hic Seth, & perueniens in eam ætatem vbi iam bona discernere poterat, virtuti operam dabat: & cum ipse esset optimus, posteros quoque suos, imitatores suijpsius reliquit. Suid. scribit hunc Seth in magna æstimatione fuisse, ὅθεν τὸν ὀβδόμον πεύαι τάττε ἑβραϊκὰ γράμματα, τὰς τὰ ἀστέρων ὀνομασίας, καὶ πᾶς τοῖς πολλὰ δυσέβειαν αὐτὸν θαυμάσαντες, Id est, Eo quod inuenisset literas Hebraicas, & stellarum appellationes, ad hæc etiam admirabantur homines pietatem eius. ¶ Sed & Seth natus est filius, quem vocauit Enos. Hic cœpit inuocare nomen domini. ¶ Iudicabant aliqui partem orationis, hic, pronomẽ esse cum sit aduerbium temporis, accẽtu circumflexo pronunciãdum; idemq; designat quod tunc, ceu apud Maronem.

Suidas.

Hic.

Vergilius.

Hîc pater omnipotens ter cœlo clarus ab alto
Intonuit.

Id est, tunc intonuit de cœlo pater omnipotens. Igitur simulatq; nascebatur ipsi Seth filius, hic cœptum est inuocari, id est, tunc inclamabatur nomen domini. Iam verò in hanc abusionem ventum est, vt vulgo pro hîc aduerbio, pronomẽ iste legatur, quasi Enos iste primum incœperit inuocare nomẽ domini. Sed Hebraica veritas hũc intellectum excludit, quæ sic legit אָז הוּחַל לִקְרֹא בְּשֵׁם יְהוָה Id est. Tunc cœptum est vt inuocarent in nomine domini. ¶ Hic est liber generationũ Adam, in die quo creauit Deus hominem, in similitudine Dei fecit eum, masculum & fœminam creauit eos, & benedixit illis, vocauitque nomen illorum Adam, in die quo sunt creati. ¶ Homo Hebraice vocatur אָדָם. Sed אָדָם id est, Adam & proprium est nomen prothoplasti hominis, & appellatiuum omnium hominum. Aiunt Hebræi אָדָם esse propriũ nomẽ prothoplasti hominis, quotiesabsque articulo ה scribitur. Hinc in Psalmo octauo, vbi nos legimus. Aut filius hominis quoniam visitas eum, legendum esset, aut filius Adam, quoniam אָדָם sine articulo ה scribitur. Sed quum scribitur cum articulo ה, הָאָדָם tũc pro quouis homine intelligitur. Cum hoc articulo scriptum legitur in libro Iosue. Nomen Hebron ante vocabatur cariatharbe, Adam maximus, ibi inter enachin situs est. Adam legitur ibi cum articulo ה & legendum esset, homo maximus ibi inter enachin situs est, quod nostri intelligunt de Adã prothoplasto ibidem humato. Appellatur homo Hebraice אָדָם à verbo אָדַם rubuit, rutilauit, hinc אֲדָמָה vocatur terra subrussa, ex qua cum plasmatus est Adam, appellatus est אָדָם ob ruborem talem. Hanc etymologiam Iosephus ijs verbis declarat, ἔπλασεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ πνεῦμα ἐνῆκεν αὐτῷ· καὶ ψυχὴν. ὁ δ' ἄνθρωπος οὕτως ἔπλασθεν ἐκλήθη, σημαίνει δὲ τοῦτο κατὰ γλῶτταν τῆς ἑβραίων πυῤῥόν, ἐπεὶ δὴ καὶ τὴν πυῤῥᾶς γῆς φυραθείσης ἐγένετο· τοιαύτη γὰρ. δὴ καὶ παρθένος γῆ ἐκλήθη. Id est. Formauit Deus hominẽ, puluerem accipiens à terra, & spiritum immisit ipsi & animam. Hic homo Adam appellatus est. Significat verò hoc secundum linguam Hebræorum, ruffum, quoniam à ruffa terra subacta factus est. Talis est enim virgo terra & vera. Hęc Iosephus. Hebræorum etymologiam sequutus est Latinorum consensus, qui hominem ab humo vocant, vt Varroni placet. Sugillat hanc etymologiam. Quintilianus, tanquam ineptam, hominem dici, quia sit humo natus, quasi verò non omnibus animalibus eadem origo. Sed quid dicis Quintiliane? Nonne omnia animalia moriuntur? cur ergo se solos homines mortales appellauere? Vergilius Varronis etymologiam approbare videtur, quum de hominis corpore scribat: quod mentem

Caput V.

Iosue c. 14.

Iosephus lib. 1. de ant. c. 2.

Varro.

Quint. lib. 1. instit.

Verg. libr. 6. Æneid.

Terrenique hebetant artus, moribundaq; membra.

Non tamen negauerim, hominem, à consortio atque concordia vitæ appellatum. Græce enim ὁμόνους concors ὁμόνοια concordia & consensus appellatur, & ὁμοῦ νῶ concordo, consentio. Est enim homo omnium animalium maximè sociabilis. Sed an vetustissimi Latini in Græciã miserint, vt nomen sibi Græcum imponerent, & non potius patrium, aliorum esto iudicium. Homo non semper de viro vsurpant latini, sed etiam de muliere. Extat epistola Seruij Sulpitij ad Ciceronem scripta de morte filiæ Tulliæ consolatoria, in qua hæc scribit. In vnius mulierculæ animula si iactura facta est, tantopere cõmoueris? quæ si nõ hoc tẽpore diem suum obisset, paucis post annis tamen

Lib. 4. epist. famil.

men ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat. Græcis homo appellatur ἄνθρωπος, à verbo ἀνθρέω, respicio, considero. Et Plato huius etymologiam nomínis & rationem hanc reddit, ὥσθ' σημαίνει τοῦτο τὸ ὄνομα ὁ ἄνθρωπος, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα θηρία, ὧν ὁρᾷ, οὐδὲν ἐπισκοπεῖ, οὐδὲ ἀναλογίζεται, οὐδὲ ἀνθρεῖ. ὁ δὲ ἄνθρωπος ἅμα ἑώρακε, τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ὀπωπε καὶ ἀνθρεῖ καὶ ἀναλογίζεται τοῦτο τὸ ὃ ὤπωπεν. φυτοῦθεν δὴ μόνον τῶν θηρίων ὀρθῶς ὁ ἀνθρώπος, ἄνθρωπος ὠνομάσθη, ἀνθρῶν ἃ ὄπωπε. Id est. Significat hocnomen ἄνθρωπος, quoniam omnia alia animalia ea quæ vident, non considerant, neq; ratiocinantur, neq; attendunt, homo verò simulatq; vidit, hoc etiam attendit, & contemplatur, & ratiocinatur de hoc quod vidit. Hinc ex omnibus animantibus homo rectè appellatus est, ἄνθρωπος, eo quòd ἀνθρεῖ ὃ ὄπωπε, id est, attendit quæ vidit. Hæc Plato. Sunt qui τὸν ἀνθρώπον aliter interpretentur, vt sit ἄνθρωπος quasi ἄνω ῥέπων, id est, sursum vergẽs. Parens enim noster ille vnus, & solus, cum fingeret hominem, id est, animal intelligens, & rationis capax, eum verò ex humo subleuauit, & ad contemplationem sui artificis erexit, cum cæteri animantes pronis corporibus in humum spectent, quia rationem ac sapientiam non acceperũt, quod optimè ingeniosus poëta signauit.

Plato in Cratylo.

Ouid. li. 1. Metamor.

Pronaq; cum spectent animalia cætera terram
Os homini sublime dedit, cœlumq; videre
Iussit, & cæteros ad sydera tollere vultus.

Idem etiã Cicero testatur, qui de prouidentia loquens, ait homines humo excitatos celsos, & erectos constitutos, vt deorum cognitionem, cœlum intuentes, capere possent. Sunt enim è terra homines, non vt incolæ, sed spectatores supernarum rerum, atque cœlestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Hæc Cicero. Contrà Persius insectatur horum hominum brutalem mentem, qui externæ istius beatitudinis opinione imbuti, atque etiam immersi, quæ prorsus terrena est, deorsum tota vita sua sidunt.

Cic. libr. 2. de nat. deo.

Persius.

O curuæ in terras animæ, & cœlestium inanes.

Est etiam videre apud Græcos scriptores mulieres appellari nomine ἀνθρώπου, hominis, contra Platonis, vt opinor, opinionem; qui dubitare videtur, vtro in genere ponat mulierem, rationalium animantium, an brutorum, nimirum ob insignem eius sexus stultitiã. At sacra scriptura, mulierem etiam vocat Adam, id est, hominem, & Plutarchus idem facit. καὶ πολὺν χρόνον ἐλανθάνε διεφθαρκὼς αὐτὸν τὴν γυναῖκα καὶ διεφθαρμένος ὑπ' ἐκείνης, ὅλη δὲ πάρρω τοῦ πάθους ἀμφοτέρων γιγνόντων, καὶ μήτ' ἀφεῖναι τὴν ἐπιθυμίαν, μήτε κρύπτειν ἔτι δυναμένων ὁ μὲν νεανίσκος ἐπεχείρει φανερῶς ἀποσπάσας ἔχειν τὴν ἄνθρωπον. Id est. Et quidem multo tempore latebat, cum vxorem eius viciaret, & ipse vicissim ab illa corrumperetur. Cum iam ambo vsque adeo insano amori indulgerẽt, vt neq; remittere concupiscentiam, neque abscondere possent, adolescens palam adortus est auellere, & sibi vendicare hominem. Hominem vocat mulierem. Rursus loquens de vxoribus & filiabus Icetis tyranni, quas Syracusani captas, Timoleone dissimulante, occiderũt, eas homines appellat. καὶ δοκεῖ τοῦτο τὴ τιμολέοντος ἔργον ἀχαριεστάτου γενέσθαι, μὴ γὰρ αὐ ἐκείνου κωλύοντος, οὔτω τὰς ἀνθρώπους ἀποθανεῖν. Id est. Et videtur hoc Timoleonis opus longè ingratissimum fuisse, neque enim illo vetante, homines has occidissent. Hæc ille. Sequitur iam Adę generationum series, & nepotum eius cathalogus, in quibus recensendis hoc inprimis mirantur homines prodigiosam eorum viuacitatem, & tot annorum secula. Quod quidem quo vehementius mirantur facit hoc nostrum viuere tam breue, & paruis circũscriptum terminis, vt iam prodigij instar sit nonagesimum vel centesimum attigisse annum; at illi nongentos computabãt annos, & millesimũ etiã affectabãt. Hæc cum reputarẽt nonnulli parum in sacris scripturis exercitati, & eius auctoritatem conuellere non auderent, annos illos nõ solares esse dixerunt, sed lunares, & qui lunæ senio conficiuntur. Sunt in hac opinione quidam Christianorum simplicio res, fuit etiam olim Varro ille Romanorum omnium lõgè doctissimus. Hic cum non ignoraret vetustissimos illos mortales ad millesimum ferè annum vixisse, causam huius diuturnæ vitæ non aliam reddere conatus est, nisi quod apud Ægyptios pro annis menses haberẽtur, vt nõ solis per duodecim signa circuitus annũ faceret, sed luna, quæ orbẽ illũ signiferũ 30. dierum spatio illustrat. Sed hęc ratio

Plutarc. in Camillo.

Idẽ in Timoleone.

longè

longè à vero discrepat. Quale verò esset quod primigeniorum hominum vitam tantopere miremur, cũ nostra longè diuturnior sit, si lunares illorum anni essent, & non solares, quãdoquidem si quis nostrum ad centesimum peruenit annum, quod nõ raro vsuuenire solet, tum illum mille & ducentos lunares annos viuere certum est; quod certè nulli veterum datum fuit. Ex ijs igitur liquere potest, annos illos, quos primigenios vixisse miramur, solis periodo mensos fuisse; & non lunæ senio computatos. Et hoc est quod Iosephus nos monet, ne quis nostrũ breuissimam hãc nostram vitam ad illorum longissimam æstimare velit, & vel falsa vel impossibile putare, quæ de illorum prodigiosa viuacitate in sacris literis sunt prodita. Reddit etiam rationem, cur illi in tot secula, vitæ suæ tempora propagare potuerunt. οἱ μὲν γὰρ θεοφιλεῖς ὄντες καὶ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ γεγόμενοι, καὶ διὰ τὸ τὰς τροφὰς ἐπιτηδειοτέρας πρὸς πλείονα χρόνον εἶν εἰκότως ἔχειν πλῆθος τοσούτων ἐτῶν, ἐπειτα καὶ διὰ ἀρετὴν καὶ τὴν δυχερείαν ὧν ἐπενόουν ἀστρονομίας καὶ γεωμετρίας πλέον ἔλυον τοῦ θεοῦ αὐτοῖς παραχωρήσαντος, ἅπερ οὐκ ἂν ἀσφαλῶς αὐτοῖς προειπεῖν μὴ ζήσασιν ἐξακοσίους ἐνιαυτούς. οὐδὲ τοσούτων γὰρ ὁ μέγας φίλων πληροῦται. i. Illi cũ Deo amici, & ab ipso immediatius producti, & integriore vtentes alimento, quod lõgiore tempore poterat permanere, non iniuria longioribus temporum spacijs viuebant. Præterea etiam virtutis gratia, & vt res posteris perutiles, Astrologiam Geometriamq; inuenirent; longa eis diuinitus vita largita fuit, quæ inuenire non potuissent, nisi saltem sexcentis solaribus annis, quibus magnus annus reuoluitur, vixissent. Hæc Iosephus. Nõ alienum fortasse videbitur, si hic in medium afferamus, quantum veterum scriptorum scripta suppeditant, de longissima; vel hominum vel animalium vita, quãdoquidem, vt Plinius scribit, vni homini immensa viuendi cupido. Hæc adeò omnibus mortalibus insita & infixa est, vt etiam clari olim philosophi fuerint, qui cum natura ipsa seuerè expostulauerint, quod cornicibus & ceruis longissimam vitam dedisset, homini verò, cuius maximè interesset, longam viuere vitam, breuissimam dedisset. Fuerunt quoque inter Christianos viri eximiè periti, qui hac expostulatione nihil putarent iustius, cum homini literarum studioso, disciplinarum omnium cyclopedia & orbis, per multa seculorum curricula contingere posset, quod in hac breui & fugaci vita vix vlli datum sit. Porrò quousque hominis vita, & per quot annos ad summam viuendi metam pertendi possit, parum inter auctores constare video, & non locorum modò situs, verũ etiam exempla, ac sua cuique sors nascendi incertũ fecere. Extat Luciani libellus, cui titulus est πὸδὶ μακρόβιων, id est, de longeuis, vbi scribit quosdam putare plurimum referre ad longam vitam viuendã, certa quadam in terra, vel aëre viuere, quosdam verò, optimam uelere diætam. Sunt verò qui utrunque necessarium putent. At Lucianus omnem locum & aërem accommodum ad longam uitam uiuendam, putat, ἐγὼ δ' οὐ οἶδ' ὁπαίως τῶν ἐλπίδα ἀφαιλίως πρᾶξομι, ἰσορικῶς ὅτι καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ κατὰ πάντα ἀέρα, μακρόβιοι γεγόνασι ἄνθρωποι, οἱ γυμνασίοις τοῖς κατθήκουσι καὶ διαίτῃ τῇ ἐπιδηδειοτάτῃ πρὸς ὑγίειαν χρώμενοι. Id est. At ego meritò tibi spẽ facile præbebo, cum sciam per omnem terram, & per omnem aërem homines fuisse longæuos, qui usi sint exercitijs conuenientibus, ad sanitatem conseruandam, & etiam diæta aptissima. Igitur sunt qui hominis longissimam uitam ad centum & uiginti annos peruenire posse existimant, neque longius progredi. Sunt qui centum annos iustum uiuendi modum putarunt, & hinc seculum uocart. Est autem seculum, auctore Varrone, spatium annorum centum, dictum à sene, quod longissimum spatium senescẽdorum hominum id putarunt. Et hoc est quod legimus in carmine de ætatibus, quod sub Vergilij nomine fertur.

Ter binos, deciesq; nouem superuixit in annos
Iusta senescentum quos implet vita virorum.

Habent igitur Græci suos longæuos, & qui (si illis credere lubet) cum Mathusale annis certare possent. Nestoris anni in prouerbiũ abierunt, cui tres ætates attribuit Homerus.

τοῦ δ' ἤδη δύω μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
ἐφθίαθ' οἳ οἱ πρόσθεν ἅμα βάφρον ἠδ' ἐγένοντο
τῷ τρίτῳ ἠγάθεῳ μετ' ἔη πρεπάτοισιν ἄνασσεν.

Id est.

Cui consumpta duo mortalis secula vitæ

Et fuerant, seri conspecti sæpe nepotes
Tertia tum pylios regnantem viderat ætas.

Rursus in Odyssea.

τρὶς γὰρ δὴ μὶν φασὶν ἀνὰ ξεσδῆ γλυκὺ ἀνθρώπων.

Id est.

Illum iam exegisse hominum tria secula fama est.

Quomodo verò intelligenda sint hæc tria Nestoris secula, declarat Homeri Scholiastes, ἰσέον ὅτι οἱ παλαιοὶ τὰς γενεὰς ὑπολαμβάνουν ἕως ἐτῶν πρὶακοντα. Id est. Sciendũ est, quoniam veteres secula computabãt vsque ad triginta annos. Quod si hoc verum est, certè non est quod Nestoris tantopere viuacitatem miremur, vel etiam in prouerbium vertamus, quandoquidem multi Nestores sunt, qui octoginta annos nati ad nonagesimum tendunt. Sed numerosæ viuacitatis haud paruum exemplũ est Arganthonius Tartesiorum rex, Græcis & Latinis celebratus; sed inter scriptores non satis constat de annis. Cicero scribit eum octoginta regnasse annos, centum & viginti vixisse. Valerius Maximus scribit illum octoginta annis patriam regnasse, cum ad imperium quadraginta natus annos accessisset. Lucianus de annis aliter scribit, ἀργανθώνιος τὰρ τεσσαρὶ βασιλεὺς πρὶακοντα καὶ ἑκατὸν ἔτι βιῶναι λέγεται. Id est: Arganthonius Tartesiorum rex quinquaginta & centum annos vixisse dicitur. Poëta Anacreon idem scribit:

ὅτε τὰ πρὶακοντα τε καὶ ἑκατὸν τὰρτεσσοῦ βασιλεύσαι.

Id est.

Neq; annorum centum & quinquaginta imperium tenuisse Tartessi.

Plinius consentit in hunc annorum numerum cum Græcis. Referuntur hic à Plinio & Valerio Maximo Illyrici quidam, quorum Dandones quingentos vixisset annos. Rursus maritimorum regem sexcentos annos vixisse, & filium eius octingentos, quæ quidem omnia vix fidem apud hos auctores inueniunt, & annos hos non solares fuisse decernunt, sed vel lunæ senio computandos, vel quadripartitis solaris anni temporibus, sicut Arcades, quorum anni trimestres fuerunt. Sed quid prohibet hos macrobios, quos ethnici scriptores sexcentos & octingentos annos vixisse scribunt, solares annos vixisse, quod arcano Dei iudicio factum fuisse non alienum fuerit credere, vt ethnicis os obstruatur, qui parum fidei sacris literis habent, de nostris ijs primigenijs, quos è sacra scriptura nongentos annos vixisse asseueramus. Quod quidem quo facilius creditu ethnicis fuerit, faciunt etiam exempla immensæ viuacitatis, quæ apud suos auctores legunt. Igitur Hellanicus scribit, quosdam in Ætolia Epiorum gentis ducentos annos explere, cui astipulatur Damastes, memorans Pictorium ex ijs præcipuum corpore viribusque, etiã trecẽtos vixisse. Ephorus Arcadum reges trecentis annis. Sunt & gentes aliquot, quę longissimam vitam viuere existimãtur. Cyrnos Indorum genus tradunt centenis quadragenis viuere annis. Item Æthiopas macrobios & Seras existimant, & qui Athon montem incolant: hos quidem, quia viperinis carnibus alantur: itaque nec capiti nec vestibus eorum noxia corpori inesse animalia. Onesicritus, quibus in locis Indiæ vmbræ non sint, corpora hominum cubitorum quinũm & binorum palmorum existere, & viuere annos centum & triginta, nec senescere, sed vt medio æuo mori. Lucianus Seras Indiæ scribit esse μακροβίωτατην. Hos ἰσοροῦσι μεχρὶ πρὶακοσίων ἔλιω ἐτῶν, οἱ μὲν ὑφ' ἀέρι οἱ δὲ τῇ γῇ αὐτίαν τοῦ μακροῦ γήρως προσιθῶντες. Id est, scribunt vsque trecentos viuere annos, alij quidem aëri, alij verò terræ causam tam longę senectutis ascribunt. Cęterum infinitum esset longæuos omnes simul & nomina eorum huc afferre. Si cui libitum fuerit plura huius generis scire, Plinium & Lucianum adeat, qui hoc argumẽtum ex professo tractarunt. Sed quid refert diutius in hac re versari, & vitam hominum vel longissimam, longam appellare? An non macrobij illi primigenij, quorum longissimam uitam nobis sacra scriptura tradit, fato omnes functi sunt? Abierunt in communem hinc locum macrobij omnes, quos ethnicorum scriptores tanquam naturæ prodigia, posteritati prodiderunt. Quid ergo longissima illa uita illis contulisse visa est, quæ à morte tandem superata est? Quæ verò ætas longa est? inquit Cicero. Aut quid omnino homini longũ? nõne modò puer os, modò adolesce. in cursu à tergo insequẽs, nec opinãtes assequuta est senectus? Sed

Iosepb. lib. 2. ἀρχαι.
Lucianus πὸδὶ μακ.
Plin. lib. 7.
Cic. in Tu. quæst.
Varro lib. 5. de lat. li.
Vergilius.
Hom. libr. 2. iliad.
Homerus ὀδυσσ. γ.
Cic. de Se. Val. Max. lib. 8.
Lucianus πὸδὶ μακ.
Anacreõ.
Pli. li. 7.
Val. Max. libro 8.
Lucianus πὸδὶ μακ.
Plin. lib. 7.
Cic. libr. 1. Tusc. quæ.

Sed quia vltra nihil habemus hoc longum dicimus. Omnia ista perinde vt cuique data sunt, pro rata parte à vita longa aut breuia dicũtur. Apud Hypanim fluuium (qui ab Europæ parte in pontum influit) Aristoteles ait bestiolas quasdã nasci, quæ vnum diem viuant, ex ijs igitur hora octaua quæ mortua est, prouecta ætate mortua est, quę verò occidente Sole, decrepita, eo magis si etiam solstitiali die. Confer nostram longissimam ætatem cum æternitate, in eadem propemodum breuitate, qua illæ bestiolæ, reperiemur. Hæc Cicero sapienter omnia & verè. Libet hic adijcere coronidis vice animalium ætatem, & quot annos vel secula hæc viuant. Aristoteles putat homine nullum animal esse viuacius, excepto vno elephanto. Consentiunt tamen Græci Latiniq́ue cornicem prodigiosæ esse viuacitatis, & nouem secula viuere posse, quod Hesiodus hoc versu testatur

Arist. li. 4 de gen. ani.

Hesiodus.

ἐννέα τοι ζώει γηγενὲς λακέρυζα κορώνη.

Id est.

Ter tria secla hominis transmittit garrula cornix

Vergilius cum homini vix centum annos dedisset, at cornici triplicatos hos annos dedit, cum inquit:

Vergilius.

Hos nouies superat viuendo garrula cornix.

Et Ouidius

Ouidius.

Viuit & armiferæ cornix inuisa Mineruæ
Illa quidem seclis vix moritura nouem.

Et Martialis de anu nimium viuace.

Martialis.

Et cornicibus omnibus superstes.

De ceruorum viuacitate & longissima ætate apud Plinium legimus. Vita ceruis in confesso longa, post centum annos aliquibus captis cum torquibus aureis, quos Alexander Magnus addiderat, adopertis iam cute in magna obesitate, nec dum senij indicium præferebant. Hactenus Plinij verba. Hesiodus de ceruí ætate ait:

Plin. lib. 8.

Hesiodus.

ἔλαφος δὲ τε τετρακώρων. Et Vergilius Hesiodum interpretans.

Vergilius.

Et quater egreditur cornicis secula cernus.

Satyricus poëta appellat ceruinam senectutem, viuidam & vegetam, quæ filijs profusis & luxuriosis displicere solet, vt qui ad hæreditatem & viuendi libertatem aspirant:

Iuuenalis.

Iam iuuenem torquet longa & ceruina senectus.

Sunt qui hanc animalium viuacitatẽ fabulosam esse putent, sed fides penes auctores sit, Nos occasionem, ex ijs macrobijs in scriptura memoratis accipientes, in hoc diuerticulum venimus, non ingratum lectoribus futurum. Porrò inter hos nostros macrobios lõgè omnium clarissimus Enoch haud dubio cẽsetur. Quod si vitæ illius annos spectes omnium minimus inuenitur, sin verò pietatem, longè omnes superat; idque eo clarius esse putandum est, quod increscente iam hominum multitudine atq́ ad impios mores degenerante, vel solus inculpatam vitã, & castos mores præstitisse videtur. Laudes igitur huius Enoch scriptura sic eloquitur וַיִּתְהַלֵּךְ חֲנוֹךְ אֶת הָאֱלֹהִים Id est.

[Et ambulauit Hænoch cum Deo.] Philosophicum animum pientissimi viri huius nobis scriptura ostendit, qui à perituris & mortalibus rebus animum seuocans, cœlestibus, & nunquam intermorituris inhiabat; corpore hærens in terris, mente, diuina contemplatur, & hęc est, vt Plato inquit:

Plato in Phædro.

ἥτε τοῦ πτεροῦ φύσις ᾧ ψυχὴ λουφίζεται.

Id est.

Alæ huius natura qua anima sursum petit.

Quale verò hoc sit subinfert Plato, τοῦτο δὲ ἔστιν ἀνάμνησις ἐκείνων ἃ ποτ' εἶδεν ἡμῶν ἡ ψυχὴ συμπορευθεῖσα θεῷ καὶ ὑπεροψοῦσα ἃ νῦν εἶναφαμεν καταπτᾶσα εἰς τὸ ὄντως ὄν. διὸ δὴ δικαίως μόνη πτεροῦται ἡ τοῦ φιλοσόφου διανοία. πῶς γὰρ ἐκείνοις ἀεὶ ἔστιν μνήμῃ κατὰ δύναμιν πρὸς οἷς τέρ ὁ θεὸς ὤν, θεὸς ὄν. i. Hoc verò est recordatio illorum quæ vidit aliquando anima nostra cum Deo ambulans, & contemnens ea quæ nunc esse dicimus: sursum respicit in illud quod verè existit. Propterea sanè iustè sola sapiẽtis mẽs sublimis est. Cum enim semper memoria, quantum fieri potest, apud ea versetur in quibus est Deus, tum etiam ipse diuinus fit. Hæc Plato. Sunt ex Hebræis qui opinentur hunc Hænoch præmatura morte à Deo sublatum, idq́ scripturã ostendere quæ de eo sic scribit בִּי לָקַח אֹתוֹ אֱלֹהִים Id est. Quoniam tulit eum Deus. Vt clarum sit Deum illi mortem muneris loco dedisse. Idem etiam Menander poëta scribit, Deos nonnũquam ijs quos diligunt mortem præmaturam ceu beneficium aliquod dare, vt vitam eripuisse putandi non sint, sed magis mortem dedisse, ὃν οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ἀποθνήσκει νέος. Id est, Quem dij amant moritur iuuenis.

Menand.

[Cumq́ cœpissent homines multiplicari super

Cap. VI.

per terram, & filias procreassent, videtẽtes filij Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Et paulò post. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Postq́ enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominũ, illæq́ genuerunt: isti sunt potentes à seculo, viri famosi.] Vix est alius locus in tota hac Genesi, qui magis paradoxè intellectus est atque hic. Sunt qui filios Dei angelorum populum intelligant, qui tanquam amasij & salaces bellarum puellarum & virginum amplexibus inhiantes, & cum illis tanquam maritali iure congredientes filios etiam sustulerunt, qui deinde supra humanæ naturæ captum, viribus & corporis robore freti, tyrannidem inter mortales alios exercuerint. Mirũ est vnde hic intellectus illis natus sit, & quid in mentem venerit, vt de angelis Dei tam fœdam suspicionem habuerint: cum Christus castitatis insigne angelis vendicet, vt quorũ vita pijs omnibus promissa sit, In resurrectione, inquit Christus, neq́ nubent, neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cœlo. Credibile est igitur huius opinionis auctores, in hanc deductos sentẽtiam à poëtarum fabulis. Longum esset è poëtis, Iouis ac cæterorum deorũ stupra atque adulteria recensere; qui etsi in cœlo, vt pagani putabant, æuum agerent, tamen cum terrenis mulieribus libidinis commercium habebant; & filios sustulerunt, qui deinde heroes appellati sunt. Salacissimus ille deorum Iuppiter complures Græciæ, & quidem illustres fœminas libidinosè adamauit, & deorum numerum mirificè auxit. Incertum igitur esse poterit, an hæ à poëtis decantatæ fabulæ veterum nonnullos induxerint, vt filios Dei angelos Dei esse putarent, qui cum filiabus hominum, libidine ardentes, rem habuerunt, certè habuit hæc opinio auctores haudquaq́ pœnitendos. Iosephus causas reddens cur cataclysmus terræ à Deo inductus sit, hanc etiã putat esse, quoniam πολλοὶ γὰρ ἄγγελοι θεοῦ γυναιξὶ συμμίγεντες, ὑβρισὰς ἐγέννησαν παῖδας καὶ πάντας ὑπερόπτας καλοῦ διὰ τὴν αὐτῆς δυνάμει πεποιθήσιν. Id est: Multi enim angeli Dei, mulieribus mixti, filios genuerunt contumeliosos, contemptoresq́ omnis honesti, propterea quod potentia freti essent. Tertullianus quoq́ in eadem fuit opinione, filios Dei angelos fuisse. Hinc eius opuscula de Velandis virginibus, de Habitu mulierum: vt scilicet virgines & mulieres cum in publicum prodeunt, vt ne nudis capitibus in ecclesia stent, ne rursus angelorum oculos ad libidinem solicitent, sed velatæ omnes, mali occasionem tollant. Debet ergo, inquit, adumbrari facies tam periculosa, quæ vsq́ ad cœlum scandala iaculata est. Ab ijs angelis postea repertam esse scribit ornatus suppellectilem & mundum muliebrem, tanquã libidinis mercedem mulieribus dedissent, vt esset quibus virorum oculos mentesq́ sollicitare possent. Idem quoq́ sensit Lactantius, Tertulliani studiosus, angelos quidẽ ad tutelam cultumq́ generis humani à Deo in terras missos, sed illos cum hominibus commorantes, dominator ille terræ fallacissimus, cõsuetudine ipsa paulatim ad vitia pellexit, & mulierum congressibus inquinauit. Hactenus illorum sententiam adduxisse satis sit. Cæterum Hebræorum opinio haudquaquam reijcienda est, vt quæ à verò sacræ linguæ intellectu sumpta sit. Est Hebrææ linguæ mos, vt si quid eximie & præ ceteris laudare velit, ei apponat nomẽ אֱלֹהִים .i. Dei. Sic Dauid laudaturus Hierusalem, quod clarissima omnium vrbium Israëliticarũ esset, appellat eã עִיר הָאֱלֹהִים id est, ciuitatem Dei. Ad eundem modum fluuium magnum et larga a quarum vena manantem vocat פֶּלֶג אֱלֹהִים id est, riuum Dei. Sinai excelsissimus Arabiæ mons vocatur הַר הָאֱלֹהִים id est, mõs Dei. Sic etiã in præsenti loco filios Dei vocat magnates & potentia vltra cæteros homines fretos, qui tum vagam & effrenatã libidinem sectabantur, quod in principibus rarum non est. Hunc loquendi morẽ Græci quoq́ imitati sunt, qui rem insignem & alijs præstantem additione Dei significare solent. Vir fortis & viribus cęteros præcellens ab Homero vocatur ἰσόθεος φώς, id est, æqualis Deo vir.

Ioseph. lib. 1. ἀρχαι.

Tertul. de velã. vir.

De habitu mul.

Lact. li. 2. cõt. gent.

Psalm 87.

Psalm 65.

3. Reg. 19

τοῖσι δ' ἐμ' Εὐρύαλος τρίατος λίεν ἰσόθεος φώς.

Homer. li. β. ἰλιαδ.

Rursus Helenæ pulchritudinem laudaturus, eius faciem deabus similẽ esse

L prædicat,

prædicat, vt in ea sit deæ pulchritudo, quasi eximia & singularis, & supra mortalem omnem.

Homerus Iliad. γ. αἰνῶς ἀθανάτῃσιν θεὸς εἰς ὦπα ἔοικεν.

Id est.

Tantus in ore decor cui non mortalis in artus
Est honor, & vultu diuina efflagrat imago.

Neq; Latini scriptores ignorant hunc loquendi morem. Vergilius, Cornelium Gallum vocat diuinum poëtam.

Verg. in Buc. *Nec te pœniteat pecoris diuine poëta*

Id est, excellens & singularis, quod Hebræi dicerent פעל האלהים id est, poëta Dei. Sic ergo filij Dei intelligendi sunt iuxta Hebraici sermonis vsum, præualidi, regnum & tyrannidem occupantes, & libidine in quaslibet fœminas furentes. Sunt ex Græcis scriptoribus qui filios Dei, posteros Seth interpretantur, qui Deus virtutis ergo vocatus est. Filias verò hominum Cain neptes. Ex ijs duobus tanquam Patriarchis, nobiles exortos volunt & plebeios. Cain fratris sui sanguine respersus, primus inter homines nobilitatis titulo insignis fuit, & vrbe, quam condidit, arcis vice ad inuadendum alios vsus est. E Seth plebei generati sunt. Male ergo in vtriusq; posteros conuenit, dum Cain seruitutis iugum Sethinis minitarentur; & illi seruire nollent. Tandem in vtrosque pax firmata est, & connubio stabilita, filij quoque eorum tanquam hybridæ gigantes appellati sunt. Scribit hæc Suidas.

Suidas. σήθ υἱος ἀδάμ. περὶ τούτου εἴρηται καὶ εἰσῆλθον οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ἤτοι τὰς ἀπὸ τοῦ Καΐν. θεοῦ γὰρ τὸν σὴθ οἱ τότε ἀνθρωποι προσηγόρευον, διὰ τὸ ἐξευρηκέναι τότε εβραϊκὰ γράμματα, τὰς τε τῶν ἀστέρων ὀνομασίας καὶ πρὸς τούτοις πολλὴν εὐσέβειαν αὐτοῦ θαυμάσαντες, ὃς γε καὶ πρῶτος ἐπικαλεῖται θεὸς καὶ ὀνομάζεται, καθὰ καὶ ὁ μωυσῆς λέγει, θεὸν δέδωκά σε τῷ φαραὼ καὶ πρὸς τῶν ἐναρέτων καὶ τῶν ἱερέων ἔφη, θεὸς ἐν ἀλόγησεις καὶ ἀρχοντα τοῦ λαοῦ σου ἐν ἐρῇς κακῶς. ἐκόντως δὴ οἱ τοῦ σὴθ καὶ ἐνὼς καὶ ἐνὼχ παῖδες υἱοὶ θεοῦ καὶ υἱοὶ θεῶν κατὰ σύμμαχον νοεῖσθαι, οἵτινες ἁλόντες ἀπολασίᾳ πρὸς τὰς θυγατέρας καΐν εἰσῆλθον, ἐξ ὧν εἰ γίνοντο γίγαντες, διὰ μὲν τὴν δίκαιον ἰσχυροὶ καὶ μεγιστοι, διὰ δὲ τὸ ἄδικον καὶ βιβηλον, πονηροὶ καὶ λάκισοι. Id est. Seth filius Adam. De hoc dictum est, Et ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, videlicet ad filias Cain. Deum enim ipsum Seth, qui tum erant homines vocabant, eò quod inuenisset literas hebraicas, & stellarum appellationes, insuper admirantes multam ipsius pietatem. Hic etiam primus appellatus est Deus, eo modo quo Deus dicit Moysi: Dedi te Deum Pharaoni. Et de præstantibus & iudicibus ait: Deos nõ cõtemnes, & principi populi tui ne maledices. Merito igitur filij Seth, Enos & Enoch filij Dei & filij deorũ iuxta Symmachõ intelliguntur. Hi igitur lasciuia victi cũ filiabus Cain congressi gigantes genuerunt, qui propter iustum fortes & maximi fuerunt, propter iniustitiam & impuritatem maligni & pessimi. Hactenus Suida. Hæc Suidæ interpretatio ex Hebraico fonte sumpta videtur. Nam vox אֱלֹהִים id est, Deus vel Dij, non solum de vero Deo legitur, sed etiam de creaturis. Hinc in psalmo legimus הודו לאלהי האלהים id est. Cõfitemini Deo Deorum. Monet Rabi Moyses Ægyptius intelligendum hoc de angelis, vt sit, Confitemini Deo angelorum. Rursus in alio Psalmo iuxta Hebraicam veritatem legimus והתחסרהו מעט מאלהים id est. Minuisti eum paululum à dijs. Septuaginta tamen verterunt ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους. Id est. Minuisti eũ paulominus ab angelis. Et pro iudicibus & prudentibus viris in Exodo accipitur דוגרשו אל מאלהים Id est. Adducet eum Dominus suus ad Deos. Hebræi exponunt, ad iudices. Sic etiam Chaldaica translatio habet: Adducat eum magister suus ad iudicem. Cicero quoq; vsurpat vocabulum Deus pro singulari & summo, & principe in aliqua re: in qua tu mihi semper Deus videri soles, id est, princeps. Quo minus mirandum est, si Seth pientissimus vir, & diuini cultus princeps, Deus vocatus sit. [Gigantes autem erant super terram in diebus illis.] Traditurus nobis Moyses totius humani generis excidium, quod aquarum diluuio consummatum est, ne causam tantæ cladis ignoremus, satis nobis aperit, quorum sceleribus irritatus Deus, vltimum hoc excidium mortalibus induxit. Neque enim putandum est leue vel vulgare hoc peccatum fuisse, quod diuinam benigni-

Psal. 136. *Moyses Ægypt. li. 2. Duũ.* *Psalm. 8.* *Exodi 11.* *Cicero.*

benignitatem ad tantam efferauit immanitatem. Satis constat gigantum impietatem huius mali auctores fuisse. Est Gigantum nomen celebre ne dum in diuinis literis, sed etiam apud prophanos scriptores, vt qui humani sanguinis, & vltimi humani generis excidij auctores fuerunt. Hesiodus scribit, gigantes è terra Vrani sangine respersa natos; cum ei Saturnus filius verenda abscidisset. Hos scribit fulgentibus armis armatos, & telis instructos, tanquam paratos humanum sanguinem effundere.

Hesiodus in Theog. γένατ' ἐρινύς τε κρατερὰς μεγάλους τε γιγαντας
τεύχεσι λαμπομένους δολιχ' ἔγχεα χερσὶν ἔχοντας.

Mac. li. 1. Saturnal. Gigantum fabulas Macrobius allegoricè interpretatur. Gigantes autem quid aliud fuisse credendum est, q̃ hominum quandam impiam gentem, deos negantem, & ideo existimatã deos pellere de cœlesti sede voluisse? Horum pedes in draconum volumnia desinebant, quod significat, nihil eorũ rectum, nihil superum cogitasse, totius vitæ eorum gressu atque progressu in inferna mergente. Hæc Macrobius. Frequens in sacra scriptura est nomen gigantum. sed semper legitur גבורים vel עצומים vel רפאים Sed in presenti loco vocatur נפלים à verbo נפל cecidit, vnde vocãtur נפילים id est cadentes. Hæc vox eorum impietatem varie arguit. Appellati enim sunt cadentes quasi ἐπιπίπτοντες, id est, irruentes, inuadentes, ac negotium omnibus facessentes, & posteros Seth & Cain eo audaciæ iam prouectos, vt cæteris etiam imperare vellent. Igitur omnium libertati insidiari, bella inferre, sursum ac deorsum omnia miscere, mare cœlo confundere, neque diuina neque humana pensi habere, modò in reliquos mortales imperium sibi pararent. Quod quidem non alia via aggrediendum fuit, nisi summa vitiorum ac scelerum impunitate, ac ruptis omnibus iustitiæ æquitatisq; legibus. Et hactenus quidem eorum scelerata audacia contenta non fuit, nisi etiam in ipsam naturam impij, nefariæ veneris diuerticula inuenissent, & mulierum consuetudinem pertesi, in suũ sexum, proh nefas, iniurij fuissent. Et Berosus Chaldæus auctor est, cadentes hos, principes nefarij huius concubitus fuisse; & diluuium ob execrabilem hanc libidinem generi humano illatum, quo facilius ex hominum memoria in perpetuum aboleretur. Ob hanc ergo tam obscœnam inuicem morigerandi seruitutem apparet dictos esse נפילים cadentes, quod Aristophanes sic describit, λάκοπτεν' ἐγκεκυφώς. His igitur tam execrandis vicijs, cum Deus terrarum orbem oppletum videret, statuit humanũ genus aquarum diluuio perdere, paucissimis quidem innoxijs & horum scelerum expertibus, ad reparationem humani generis, in arca à Noe fabricanda, seruatis. Putat Augustinus huius communis cataclysmi nullam apud vllum scriptorem siue Græcum siue Latinum fieri mentionem, sed tantũ in Hebraicis literis. At Iosephus contrarium sentit, qui Berosum Chaldæum, & Hieronymum Ægyptium, Nicolaum Damascenũ, & complures alios testes adducit communis huius diluuij, quod Noe memoria orbi infusum est. Apud Platonem sacerdos quidam Ægyptius incessit Solonem Athenienſem cæterosq; Græcos tanquam historiarum ignaros, vt qui vnum diluuium fuisse putarent, nempe Deucalionis, cum plura fuissent,

Berosus. *Aristophã. Ran.* *Aug. lib. 18. de. cit. Dei.* *Ioseph. li. 1 An.* *Plato in Timæo.*

οὐ πρῶτον μὲν ἕνα γῆς κατακλυσμὸν μεμνῆσθε πολλῶν ἐμπροσθεν γεγονότων ἔτι δὲ καὶ κάλλιστον καὶ ἄριστον γένος ὢν ἀνθρώπους ἐν τῇ χώρᾳ τῇ παρ' ὑμῖν ἐκ ἴσε γεγονὸς ἐξ ὧν σύ τε καὶ πᾶσα ἡ πόλις ἐξ ἀνύου ὑμῶν, περιλειφθεντος πότε σπέρματος βραχέος, ἀλλὰ ὑμᾶς λέληθε δι' τὸ τῶν περιγενομένων ἐπὶ πολλὰς γενεὰς γράμμασιν τελευτᾶν ἀφώνους. ἦν γὰρ ὁ πότε ὦ Σόλων ὑπὲρ τῶν μεγίστων φθορᾶν ὕδασιν, ἡ νῦν Ἀθηναίων οὖσα πόλις ἀρίστη, πόλεμόν τε καὶ κατὰ πάντα εὐνομωτάτη διαφερόντως. Id est. Primum quidem vnum diluuium memoria tenetis, cum plura antea fuerint. Ad hæc pulcherrimum & optimum hominum genus quod in vestra regione est, non scitis vnde sit, ex quibus tu & ciuitas nunc vestra est, relicto aliquando paruo semine. Verum hæc vos latent, propterea quod qui superstites fuerunt per multa secula sine literis tanquam muti mortui sint. Superstes verò fuit ô Solon maximæ aquarum vastationi vrbs vestra Athenæ, & bello insignis, & modis

omnibus optimè. Hæc Plato. Quæ fuerit hæc maxima aquarum inundatio, Proclus significat, μεγίστην μὲν φθορὰν, ὁ τῶν ὕδατῶν δ᾽ ἐυκάλιωνος φησὶν, ἀλλὰ ἴσως τινὰ τῶν προτέρων γεγονότων κατακλυσμῶν. Id est. Maximam aquarum vastationem dicit, non quæ sub Deucalione facta est, sed fortè ex diluuijs quæ antè fuerunt. Hæc Proclus. Cõstat ergò maximam illam aquarum vastationem, neq; Ogygis diluuiũ fuisse, sed omnium primum, nempe Noe. Scribũt, Plinius, Solinus, Mela, Ioppen ludææ oppidum omniũ esse antiquissimum, vt cuius vetustatem hoc inprimis arguit, quod ante diluuium cõditum sit. Certum est illos de Noe diluuio loqui, quod omnem terram inundauit, quum Græciæ diluuia Syriam & Ægyptum vsque pertingere non potuerint. Horribile illud diluuium quod apud Ouidium Iuppiter iratus vniuerso terrarum orbi immissurum se minatur, non aliud q̃ hoc Noe intelligi potest, cum omnia quæ poëta scribit, diuinæ scripturæ admodum consona sint, vt clarum sit illum è barbarorum scriptis Noe diluuiũ haussisse, sed ad Deucalionis omnia referre parum consultè voluisse. Sed iam diuina verba videamus, quibus excidium & interitum mortalibus omnibus minatur. Cæterum diuina hæc seueritas, magnam tamen clementiam præfert; & iustum homini pœnitentiæ tempus Deus impartire dignũ putauit. E Dixitq; Deus: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Eruntq; dies eius centum viginti anni.] Sunt ij tot anni ad pœnitentiam homini dati, vt vitam in melius institueret, & per admissorum pœnitudinem rursus in gratiam cum Deo rediret, quod optimè fit, si malè actæ vitæ quis nuntium remiserit. Idẽ etiam optimè & verissimè Ouidius intellexit, qui de dijs suis hæc scribit.

Proc. in Timæũ. Plat.

Plin. lib. 5. Solinus. Pomp. Mel.

Ouid. lib. 1 metam.

Sæpe leuant pœnas, ereptaq; lumina vident
Cum bene peccati pœnituisse vident.

Neq; enim æquum est diuinam benignitatem simul atque homo peccauit, indignationis suæ fulmine ad inferos adigere, sed nihil non agere, quo ad meliorem frugi, quoq; modo reuocetur, quod hic Deum fecisse perspicuè intelligitur. Idem etiam egit Ouidianus Iuppiter, qui terrarũ orbi diluuium immissurus, prius tamen in frequenti deorum consilio hæc præfatur.

Cuncta prius tentanda, sed immedicabile vulnus
Ense recidendum, ne pars sincera trahatur. *Ouid. lib. 1 metam.*

Cæterum diuina hæc clementia adeò non absterruit impiam cadentium temeritatem, vt etiam eos ad longe maiora facinora indies aleret, & diuinam patientiam scelerum suorum licentiam putarent. Et hoc est quod scriptura refert. E Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore: pœnituit eum quod hominem fecisse in terra. Et paulò post. Dixit Dominus ad Noe: Finis vniuersæ carnis venit coram me, repleta est terra iniquitate à facie eorum, & ego disperdã eos cum terra.] Eadem querela apud Ouidium Iouis est, iamiam orbem diluuio mersurus.

quà terra patet, fera regnat Erinnys
In facinus iurasse putes. dent ocyus omnes
Quas meruere pati (sic stat sententia) pœnas. *Ouid. lib. 1 metam.*

Rursus scriptura ait: E Quũque vidisset Deus terram esse corruptam (omnis quippe caro corruperat viam suam super terram)] Significat scriptura omnes homines, à suo quemque instituto in deterius prolapsum, neque fere aliquem esse qui ritè & inculpatè vitæ suæ ratione fungeretur. Idem quoque Ouidius fatetur mores mortalium ante diluuium fuisse corruptissimos, & quemq; viam suam corrupisse.

Viuitur ex rapto: non hospes ab hospite tutus,
Nec socer à genero; fratrum quoq; gratia rara est.
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti,
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ,
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas, & virgo cæde madentes
Vltima cœlestum terras Astræa reliquit *Ouid. lib. 1 metam.*

Igitur sacra scriptura horribilem illam vndarum inundationem & rerum omniũ vastationem ijs verbis describit.

E Anno sexentesimo vitæ Noe, mense secũdo, decimoseptimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & catarectæ cœli apertæ sunt, & facta est pluuia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Et paulò post. Vehementer aquæ inũdauerunt, & omnia repleuerunt in superficie terræ, & præualuerunt nimis super terram: opertiq; sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cœlo. Quindecim cubitis altior fuit aqua sup mõtes quos operuerat. Cõsumptaq; est omnis caro quæ mouebatur super terram; volucrum, animantium, bestiarum, omniumq; reptilium, quæ reptant super terram.] Ouidius diuino

Genesis cap. VII.

uino ingenio vates, sub nomine diluuij Deucalionis, graphicè & verè hunc Noe catachlysmum describit, quum de Ioue inquit.

Ouid. lib. 1 metam.

Protinus Æolijs Aquilonem claudit in antris,
Et quæcunq; fugant inductas flamina nubes,
Emittitq; Notum, madidis Notus euolat alis,
Fit fragor, & densi funduntur ab æthere nimbi.
Conuocat hic amnes, ac fontibus ora relaxat,
Et defrenato voluuntur in æquora cursu.
Expatiata ruunt per apertos flumina campos,
Cumq; satis arbusta simul: pecudesq; virosq;
Tectaq; cum suis rapiunt penetralia sacris.
Si qua domus mansit, potuitq; resistere tanto
Indeiecta malo, culmen tamen altior huius
Vnda tegit, pressæq; latent sub gurgite turres.
Iamq; mare & tellus nullum discrimen habebant:
Omnia pontus erat, deerant quoq; littora ponto,
Et modo qua graciles gramen carpsere capellæ,
Nunc ibi deformes ponunt sua corpora phocæ.
Nat lupus inter oues, fluuios vehit vnda leones:
Vnda vehit tigres, nec vires fulminis apro
Crura nec ablato prosunt velocia ceruo,
Quæsitisq; diu terris, vbi sistere possit
In mare lassatis volucris vaga decidit alis,
Obruerat tumulos immensa licentia Ponti,
Pulsabantq; noui montana cacumina fluctus.
Maxima pars vnda rapitur, quibus vnda pepercit,
Illos longa domant inopi ieiunia victu.

Nihil magis consentaneum sacris literis scribi potuit, & quod exactius generalem totius orbis cataclysmum ob oculos poneret, & depingeret. Cæterum absũptis cataclysmo mortalibus omnibus, de tot hominum milibus vna duntaxat superfuit domus, nempe Noe, qui iustitiæ suæ meritò dignus à Deo habitus est, vt & communi omnium cladi subtraheretur, & futuri deinceps mundi pater censeretur. Magna gloria Noe, vt ait Nazanzenus. τὸ δὲ καλὸν ἡ ἐναρέσκεια, τὸ καὶ κόσμον ὅλον ἐξ ὑδάτων διασώζειν πιστεύεντος, ἢ κόσμου πέρασται, ξύλῳ μικρῷ φεύγοντι τὴν ἐπίκλυσιν. Id est. Noe apud Deum tam erat gratiosus, vt ei si non mundus totus, certè mundi seminarium ab aquis conseruandum à Deo crederetur, vt qui exigui ligni beneficio inundationem effugeret. Ait ergo scriptura. E Noe verò inuenit gratiam coram Deo. Et paulò post. Dixit Deus ad Noe: Fac tibi arcã de lignis leuigatis. Mãsiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinsecus & extrinsecus. Et sic facies eã. Trecentorũ cubitorũ erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorũ latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. Fenestrum in ea facies, & in cubito consummabis summitatem eius. Ostium autem arcæ pones ex latere deorsum. Cænacula & tristega facies in ea.] Hæc sacræ scripturæ dilucida veritas, & nulli pio non facilis creditu, mirum est quot olim fuerit calumnijs impetita, partim ab hæreticis, partim ab ethnicis. Apelles Marcionis affectator, arcæ huius fabricam vt falsam arguere conatus est, dũ cubiti quibus arca patuisse traditur, vix satis fuerint elephantis capiundis. quibus ob corporis vastitatem maior laxitas fuerit necessaria. Secundus Manicheus Augustinum deridet, quod pancarpiam in arca Noe crederet. Celsus ille Christianæ pietatis insectator, calumniatur omnia hæc quæ de diluuio in Hebraicis literis prodita sunt, à græcis & à Deucalionis fabula originem habere. Cæterum Origenes asserit arcam illam Noe nihil absurdum habere vt quæ per annos centum traditur fuisse constructa, & mirandam esse tantæ molis structuram, & amplissimæ ciuitati simillimam. Nec cubiti illi arcæ communi sunt vsu metiendi, sed potius geometrica ratione: sic enim vnus in sex cubitos excrescet, vt iam tot animalium abundè capax esse possit. Hanc verissimam historiam cataclysmi sub Noe, adeò Hebraici scriptores à Deucalionis diluuio mutati nõ sunt, quod tamen Celsus credere volebat, vt contra Deucalionis diluuium, à Noe diluuio fidem accipere possit, cum Deucalion quoq; arca vsus fuisse à Græcis scriptoribus referatur, quò incolumis è diluuio euaderet. Lucianus de Deucalionis diluuio hæc scribit. ὥστε τὴν λεκάνην οὐ ἀκαρεῖ χρόνῳ ναυαγίας ὑπὸ τοῦ δευκαλίονος ἐγένετο ὡς τοῦ βραχίονος ἀπάντων κατα δεδυκότων μόγις οὖ τι λιβώτιον περισωθῆναι προσοκείλαι τῷ λυκορεῖ. Id est. Quò circa tantum in momento temporis sub Deucalione naufragium contigit, vt demersis in profundo cunctis, vix vnica superstes arcula fuerit ad Lycoream appulsa. Homeri Scholiastes de Deucalione eiusque diluuio hæc scribit. ζεὺς ὑπὸ πολύνεφος ἀπ᾽ ὀρανοῦ χέας τὰ πλεῖστα μερὴ τῆς ἑλλάδος κατέκλυσεν ὥστε διαφθαρῆναι πάντας αὐθρώπους ὀλίγων χωρὶς ὅ τινες σωφυγον εἰς τὰ πλησίον ὑψηλὰ ὄρη. δευκαλίων γὰρ τὴν λάρναν εἰς θαλάσσης φερόμενος ἐφ᾽ ἡμέρας ἐννέα καὶ νύκτας ἴσας τῷ παρνασσῷ περιέχει, κατὰ τὴν ὁμβρῳ πολλὴν

Greg. Nazianz. lib. 2 Theol.

Lucian. in Misanth.

Homeri Schol. in ἀπ᾽ ὀρανοῦ χέας τὰ πλεῖστα μερὴ τῆς ἑλλάδος κατέκλυσεν ὥστε διαφθαρῆναι πάντας αὐθρώπους ὀλίγων χωρὶς ὅ τινες σωφυγον εἰς τὰ πλησίον ὑψηλὰ ὄρη. δευκαλίων γὰρ τὴν λάρναν εἰς θαλάσσης φερόμενος ἐφ᾽ ἡμέρας ἐννέα καὶ νύκτας ἴσας τῷ παρνασσῷ περιέχει, κατὰ τὴν ὁμβρῳ πολλὴν

Orig. lib. 4 cõt. Celsũ.

πολλὴν λαβόντων ἐκβάς, ἔθυσε Διὶ φυξίῳ. Id est. Iuppiter multã pluuiam è cœlo fundens, multas partes Græciæ adeò inundauit vt multi homines perirent, paucis exceptis: qui in proximos montes confugerũt. Deucalion verò in arca per mare nauigãs in nouem dies & totidem noctes Parnasso appulit, ibiq; pluuijs cessantibus, egressus loui Phyxio sacrificauit. Hactenus ille. Hinc etiam factum est, vt Stephanus scribit, quod παρνασσὸς πρότερον λαρνασσὸς ἐκαλεῖτο. ὅθεν καὶ τοὺς Δευκαλίωνος λάρνακα αὐτοῦ προσευχθῆναι. Id est. Parnassus prius Larnassus vocaretur eò quod Deucalionis λάρναξ, id est, arca ibi appulsa sit. Mirandum etiam inprimis in arca Noe, hoc est, quod tot animalia & fera & placida, in illam diuino sunt imperio introducta, & varijs à se inuicem habitaculis arcæ fabricator dispescuit, vt ne fera in placida grassarentur. Liquet ergo quod arca illa non tam humano ingenio q̃ diuino exędificata fuerit, in qua hominum animaliumq; reliquiæ, tanq; futuri seculi seminarium, asseruarentur. Porrò animalia pauciora ex immundis delecta sunt, vtpote bina: plura ex mundis, nempe septena. Immunda & munda animalia hic appellari putanda sunt, fera & placida. Fera animalia vt homini infesta sunt, ita eorũ frequentiam Deus esse nolebat, placida verò cum homini multis in rebus necessaria sint, atq; etiam inseruiãt, eorum plura Deus ad propagationem asseruari iussit. Tenebant iam omnia aquæ & vniuersus orbis fretum erat verius q̃ terra, tum Noe vt orbis faciem cognosceret alitum indicio experiri statuit, quæ semel atq; iterum emissæ dum arcam repeterẽt, satis indicarunt oĩa aquis oppleri. Columba tandem emissa & non reuersa, clarè indicabat terram iam satis ab aquis repurgatam. Hæc ne cui ridicula videri possint, & sacræ scripturæ calumniam struat, memimerunt huius rei tum Barbari Græciq; scriptores. Eusebius allegat Abidenum scriptorem quendam, qui scribit Sisisthrum à Saturno admonitum, magnam aquarum vim instare. Quare saluare se cupiens ad Armeniam nauigio confugiebat, sed aquę ipsum in via oppresserunt. Tertio autem die postq; aquæ cessarunt aues emisit, vt per eas sciret sicubi terra extaret, quæ cum omnia pelagi facie tegerentur ad Sisisthrum, nullibi enim consistere poterant, reuersæ sunt. Post aliquot dies similiter factum est. Tertio emissæ, reuersæ ad eum fuerunt limo pedes refertæ. Hactenus ibi. Plutarchus scribit, Deucalionem quoq; in suo diluuio columba vsum, vt sciret si aquæ imminutæ essent. οἱ μὲν οὖν μυθολογοῦσι τῷ Δευκαλίωνι φασὶ περιστερᾶν ἐκ τῆς λάρνακος ἀφιεμένην, ἀπήλωμα γενέσθαι; χειμῶνος μὲν εἴσω πάλιν ἐνδυομένην, εὐδίας δ' ἀποσταλεῖσαν. Id est. Poëtæ igitur columbam Deucalioni scribunt arca emissam quantisper remearet, & eodem continuo se reciperet, tempestatis; postquam auolasset, serenitatis argumentum dedisse. Addam hic miram auiũ solertiã, quò facilius fidem accipiãt quæ in arca Noe ab auibus facta referuntur. Taprobane clarissima insula Indiæ meridionalis est. Huius incolæ nulla sydera observatione in nauigando vtuntur, sed volucres secum vehunt, emittentes sæpius, meatumq; earũ terras petentium comitantur. Hæc in eam sententiã adduximus, quo Celsi impium os obstruatur, qui hæc quæ sacra scriptura de alitibus à Noe emissis, scribit, ad terræ faciem explorandam, fabulosa putat; & coruum ridendi causa cornicem appellat. Et hactenus quidem quæ ad arcæ literalem intelectum pertinent, dicta sint. Cęterum immensum hic allegoriarũ mare aperitur de hac Noe arca disserendi, nec temerè vlla diuinæ scripturæ historia est, in qua æquè à veteribus Theologis sudatum est, atque in diluuio & arca hac allegoricè interpretanda. Dies me deficiet, ait Hieronymus, si omnia arcæ sacramenta, cũ ecclesia cõponens, edisseram. Augustinus eadẽ ferè scribit. Non tamen, ingt, quisq; putare debet, aut frustra hæc esse conscripta, aut tantũmodo rerũ gestarum veritatem, sine vllis allegoricis significationibus hic esse quærẽdam; aut econtrario hæc omnino gesta nõ esse, sed solas verborũ figuras esse, aut quicquid est illud nequaq; ad prophetiã ecclesiæ pertinere. Quis enim tam mente peruersus, inaniter scriptos esse contendat libros per annorum milia, tanta religione, & tam ordinatæ successionis obseruantia custoditos: aut solas res gestas illic intuendas, vbi certè, vt alia omittam, si numerositas animalium cogebat

Stephanus.

Euseb. Cæ. li. 9 Euã. p.

Plut. de industria animal.

Plin. lib. 6.

Solinus.

Orig. li. 4. cõt. Cels.

Hiero. cõt. Lucifer.

Aug. li. 15 de ciu. dei.

bat arcæ tãtam fieri magnitudinẽ, immũda bina, & munda septena intromitti animalia quid cogebat, cum æquali numero possent vtraque seruari. Hæc Augustinus, omnia in arca plena mysteriorum esse planè contestans. Equidem destinaueram omnes ferè allegorias veterum Theologorũ mysticę huius arcæ huc ascíscere, cæterum cum iam opellam instituissem hanc, auditu accepi nõnullos ex recentioribus in Genesim prolixa ædidisse volumina, quos quidem arcæ huius allegorias præsumpsisse quoq; haud dubium esse potest. Ne igitur vel aliorum scripta compilasse videar, vel etiam pertritam alijs viam ingressus, cogor hic bonam conceptarum allegoriarum partem omittere & eas duntaxat afferre, quæ ab illis sunt vel parum animaduersa, vel si quas attigero quæ ab illis sunt prius tractata, profiteor me nullis illorum scriptis adiutum, vt qui opera ipsorum adeò non legerim, vt ne viderim quidem; sed proprio marte, quicquid hoc est operis, & ex mea officina ędidisse, Ait ergo scriptura. EDixit dominus ad Noe. Fac tibi arcam de lignis leuigatis. ב Pro lignis leuigatis in Hebręo legitur עֲצֵי גֹפֶר Est autem גֹפֶר species abietis. Iudæi cedrum putant esse. Est igitur sensus scripturę, fac tibi arcam lignorum cedri. Idem sentit Onkelus Chaldęus cum גֹפֶר expositit עֲרָרִישׁ Hinc quidam parum attenti legũt. Fac tibi arcam de lignis quadris, quod septuaginta quoque ita legunt ποίησον σεαυτῷ λιθῶνον ἐκ ξύλων τετραγώνων. Id est. Fac tibi ipsi arcam ex lignis quadratis. At Iudęorũ lectio, quæ ex lignis cedrinis fabricatã arcam interpretatur, multo est melior. Siquidẽ cedrus arbor est altissima, & ad classes ędificandas aptissima censetur, quæq; etiã nunquam carie putredineq; viciatur. Plinius auctor est in Ægypto & Syria reges inopia abietis cedro ad classes exstruendas vti. Maxima ea in Cypro traditur ad vndeciremem Demetrij succisa centum triginta pedum, crassitudinis verò ad trium hominum complexum. Sed non reijciẽdà est Septuaginta lectio, quæ è lignis quadratis arcam constare dicit, vt quam Græci Latiniq; Theologi sequãtur. Ambrosius interpr. arcam hanc ex quadratis lignis constructã, ad corpus hominis ex varijs mẽbris constans, idq; adeò cõcinnè & aptè, vt nihil excogitari possit aptius. Hanc totius humani corporis figurã congruam sanè & pulchrã appellat quadratam, quasi conuenientẽ, & consentiẽtẽ, & Cice. quadrare sic vsurpat: Visum est hoc mihi ad multa q̃drare. Hęc Amb. assimilatio arcæ Noe ad hominis figurã Lact. placuit, qui hominis corpus carinæ nauis simile facit. Deus ẽm corporis crassitudinẽ sic instituit, vt maioribus & breuibus ossib. inuicẽ colligaret, quasi carinã cõpingeret, quã nos dicimus spinã. Ex eius parte media, quasi costas, id transuersa & plana ossa porrexit in diuersum: quibus clementer curuatis, & in se, velut in circulũ penè cõductis, interna viscera cõtegantur: vt ea quæ mollia, & minus valida fieri c ꝯus erat, illius solidæ cratis amplexu possent esse munita. Porrò arca in summo cubito cõsummata, caput est hominis, vt Ambros. vult. Est enim caput tanquã arx quędam corporis. Sensus aũt interpretes ac nuncij rerũ, vt Cice. ait, in capite tanquam in arce mirifice ad vsus necessarios, & facti & collocati sunt. Et Lactant. hominis formationẽ continuãs mox. In summa cõstructionis corporis, quã similẽ nauis carinæ diximus, caput collocauit, in quo esset regimẽ animãtis. Datumq; illi hoc nomẽ est, vt Varro scribit, ꝓ hinc capiant initiũ sensus ac nerui. Pergit Amb. & corpus hoĩs tanq; arcã bitumine oblitũ scribit: nimirũ neruos intelligit, à quibus, vt Cic. ait, artus cõtinẽtur, eorũq; implicationẽ toto corpore pertinentẽ: qui, sicut venæ, & arteriæ à corde tractę, & ꝓfectę, in corpus omne ducunt. Ambr. arcæ nidos siue mansiunculas interp. oĩa corporis humani caua, perquę sensa hõi afferunt, vt sunt oculorũ sinus, oris hiat⁹, nariũq; foramina. Inferiora arcę bicamerata & tricamerata, ciborũ sunt receptacula, & intestinorũ multiplices spiræ, ac lõgitudo in se cõuoluta ac sinuatiões, in quib. bipartito & tripartito heret cib. quo vitæ nostrę vsus propagat. Nihil iã restat nisi vt quẽadmodũ ostiũ in arca in latere deorsum scimus, sic etiã in hominis corpore ostiũ inueniamus. Interpret. Ambr. ostium in arca hominis locũ illũ, qui vt semper inquinatur, ita etiã omnẽ lotionẽ vincit, quẽ ab aspectu nostro verecundię ergo auertit hominis conditor Deus, atq; vt Cicero inquit, vt in ædificijs architecti auertunt ab oculis, naribusq; dominorũ ea, quæ ꝓfluẽtia necessario

Cicero.

Lact. de opific. ho.

Cice. lib. de nat. deo.

Lact. de opific. ho.

Cic. li. 2. de nat. deor.

Cic. li. 2. de nat. deor.

Pli. li. 16.

sariò tetri essent aliquid habitura: sic natura res similes procul amandauit à sensibus. Putarem Ambrosium non suo iudicio hæc scripsisse, sed Philonis Iudæi (nã in hac allegoria tractanda Philonem imitatus est) si semel hæc scripsisse cõtentus fuisset, sed cum semel atq; iterum inculcat & repetit, apparet eum suo quoq; iudicio loquutũ. Improbat hanc vt pudendã allegoriam Augustinus, asserens mirum nõ esse ab ostio hoc ita aberrasse Philon. Iudæum, qui ab ostio qui Christus est, alienus fuerit. Cęterum ipse non paulo amœniorem allegoriam nobis prodit, arcã ad Christum referendo, & ostiũ huius arcæ vulnus intelligendo quod Christus in cruce accepit, quando vnus militum lancea latus eius aperuit. Sic enim interpr. illud Ioãnis: Vnus militum lancea latus eius aperuit, & cõtinuò exiuit sanguis & aqua. Vigilanter intuendum est, inquit, Euangelistam dixisse, aperuit, non percussit, vt illic quodammodo vitæ ostium panderetur, vnde sacramẽta ecclesię manauerunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est, nõ intratur. Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum, aqua illa salutare temperat poculum, hæc & lauacrum præstat & potum. Hoc prænunciabat quod Noe in latere arcæ ostiũ facere iussus est, qua intrarẽt animalia, quę non erant diluuio peritura, quibus præfigurabatur eccles. Propter hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis, & appellata est vita materq; viuorũ. Hactenus Augustinus ostium arcæ cordatè & Theologicè explicãs. Sed vt ad arcę quadraturam veniamus. Quadratum appellant latini scriptores eleganter & doctè, quod neq; nimis longũ sit, neq; nimis breue: sed inter vtrunq; temperatũ. Sic Suetonius de Vespasiano eiusq; statura scribit: Statura fuit quadrata, compactis furmisq; membris. Et Columella de canib. scribit. Probatur quadratus potius quã longus aut breuis. Et Cornelius Celsus. Corpus habilissimum esse quadratum, neq; gracile neq; obesum. Nam longa statura, vt in iuuenta decora est, sic matura senectute conficitur. Sic ergo humanum corpus, sicut arca Noe, quadratum est: vt neq; vastũ sit & enorme instar maximarũ beluarũ, neq; breue, vt multa aãlia, sed intermedia statura, quæ quadrata latinis scriptoribus appellatur. Ecclesiastici scriptores quadratum interpretantur cordatum, iustũ, & tenacem propositi virum, quem, vt Flaccus eleganter canit,

Ambr. de arca Noe. & libr. 6. Hexam.

Aug. l. 12. cont. Faust.

Augustin. in Ioan.

Sueton. in Vespas.

Columella.

Corn. Cels.

Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida.

Horat. lib. 3. Od.

Est igitur huius viri mens tanq; quadrata. Quocũq; enim verteris quadratũ, stabit, inquit Beda. Et electorũ mẽs dum inter vniuersa mũdi, siue aduersa, seu prospera permanserit immota, quasi quadratã sibi inesse figurã virtutis inuictę demõstrat. In qua significatione etiã arca Noe de lignis quadratis facta esse describitur. In hac significatione quoq; à Græcis scriptoribus τετράγωνος, id est, quadratus, accipitur, vt sit εὐσταθὴς, ἑδραῖος, id est, stabilis, firmus. Suidas è Damascio quodã allegat hæc verba de cordato quopiã viro, σεμνὸς ἦν καὶ εὐσχήμων τὰ πάντα, καὶ τετράγωνος, καὶ ὅλος λόγῳ τεταγμένος. Id est. In omnib. verò erat seuerus & honestus & quadratus, frugi, & sine reprehẽsione. Quadratus pro constãti accipitur. August. scribit Arcã Noe significare vniuersalẽ eccles. toto orbe diffusam, in qua erãt oĩa animalia, quę significabãt oẽs gentes. Hoc Abrahã apertius dictũ est: In semine tuo benedicentur oẽs gẽtes. Hoc & per Dauid dictũ est: Surge Deus iudica terrã, quoniã tu hereditabis in omnib. gẽtibus. Quod arca hæc in inferiorib. latior erat, vbi animalia stabulabãtur, Origenes hoc refert ad multitudinẽ dãnandorũ, qui per latã viã & spatiosam, quę ducit ad perditionem iter habẽt, qui multi dicunt. Porrò vbi textus arcę ad altiora cõsurgit, in angustũ cogitur, & paucorũ cubitorũ conclusione colligitur, ita vt summitas eius in vnius cubitu spatiũ cõsũmetur, vbi hõ rõalis collocat; hoc significat illos q̃ per actã & angustã viã pergunt, quæ ducit ad vitã, ij paucí appellãtur. Hactenus Origenes. Bernhardus arcam hanc Noe ad beatam virginem Mariam interpretatur. Sicut enim per illam (arcã scilicet Noe) omnes euaserunt diluuium: sic per istã peccati naufragiũ. Illam Noe, vt diluuiũ euaderet, fabricauit: istã Christ⁹ (qui est pax nostra & requies) vt humanũ genus redimeret sibi præparauit. Per illam octo animæ tantũ saluãtur: per istam omnes ad æternam vitam (quę per octonarium numerũ significata est) vocan-

Beda li. 1. in Ezram.

Suidas.

Aug. tra. in Ioann.

Orig. omil. 21. super Num.

Bernhard.

vocantur. Per illam paucorum facta est liberatio: per istam humani generis saluatio. Illa centum annorũ fabricata est spatio: in ista omnium virtutum fuit perfectio. Illa facta est de lignis leuigatis: ista de virtutibus ędificata est consummatis. Illa superferebatur aquis diluuij: ista nõ sensit naufragia vllius vicij. Hactenus Bernhardus pulchram arcæ ac virginis comparationem scribens. Extat oratio apud Nazanzenum de reconciliatione Monachorum inscripta, quibus vir eloquentissimus, pacem ex tanto nuper dissidio, firmatam, impense gratulatur; obiter dolens inter illos dissidiorum causas natas, qui inter tot hæreticorum & persequutionum procellas, incõcussam semper seruauerint fidem, vt non immeritò cœnobiorum collegia ferè arcæ Noe similia fuerint, in quibus pietatis & orthodoxæ semper fidei semina delituissent, cum reliquum vulgus & principum vecordiam, errorum & hæreseõn inundationes submerserint. Extant huius constantię & animi roboris complura exempla, inprimis inter Ægypti Monachos, qui Arriana impietate longè latęq; sæuiente, nulla vnquam insectatione à vera Christianaque fide depelli potuerunt, cum Lucius ille Alexandrinus latro, armatis ferro copijs Arrianam rem propagare conaretur. Neque desunt hoc nostro infœlici æuo exempla, quæ cœnobitarum constantiam arguant; & factionum sectarumque proceres, nihil actum existimant, si indoctum vulgus & imperitorum hominum cateruas in suæ hæreseos consortium pellexerint, nisi etiam cœnobia, tanquam Marpesias cautes, suæ factioni aduersa vi adigant, & si constantius restiterint, funditus subuertãt, id verò palmariũ putant, & egregiã laudẽ. Sed iam Theologi verba audiamus, καὶ γὰρ ἕτερος ἐχρῆν ἄλλον μὲν ἀπλότητι λαμπρότατον μικρόν τι μεῖζον, ἡ δὲ ἡμετέρας τοίμνης ἰδιώτατον λῶ, τὸ ἄῤῥηκτον τε καὶ ἀσασιασὸν, ὡς δὲ καὶ τὴν νῶε λιθωτὸν, πολλάκις ἡμᾶς ὀνομαδιῶαι, μόνην δι' ἀφυγοῦσαν τὴν τοῦ κόσμου ταύτου ἐπίκλυσιν, καὶ τὸ σπέρματα ἡ εὐσεβείας ἐν αὐτῇ διασώζεσαν. Id est. Et sic se res habebat: eratque decor aliorum alius siue paruus, siue magnus: verum nostro gregi peculiare erat, vt esset infractus, & ab omni seditione alienus, ita vt sæpius Noe arca vocaremur, quæ sola totius mundi diluuium effugere potuit ac in se pietatis semina conseruare. Hactenus Nazanzenus. Refert sacra scriptura arcæ huius ligna, quo firmius cohærescerent, intus foriscq; bitumine fuisse oblita. Vigilauit hic hæreticorum somnolẽtia, qui quod de arca Noe legimus intus foriscq; glutinata, ad suum schisma tuendum torquebant. Fuit apud Hipponem, vt testatur Augustin. Donatistarũ quidã Episcopus, qui diceret ideo arcam bituminatam intrinsecus, ne aquam emittat suam: ideò autem extrinsecus, ne admitteret alienam. Ad hoc vtiq; valere volebat hanc suam interpretationem, ne baptismus, vel extra ecclesiam posse exire credatur, vel qui extra datus fuisset, reciperetur. Acclamatum est huic personato episcopo, vel potius histrioni à suis sodalibus, qui interpretationem hanc stultè admirari malebãt quàm prudẽter dispicere. Abhorruit ab hac factione Augustinus, vt qua cum sibi perpetuum fuerit bellum. Igitur reijcit hanc interpretationem, ac multo probabilius per bitumen, quia violentum gluten, & res feruentissima est, significatam esse charitatem dicit. Vnde enim dicitur in Psal. Agglutinata est anima mea post te, nisi flagrantissima charitate? Quæ quoniam pręceptũ est, vt sit nobis inuicẽ, & in omnes: ideò intus & foris arca bituminata. Aut certè quia scriptũ est: Charitas oĩa tolerat, vis ipsa tolerantiæ tenax vnitatis, per bitumẽ significata est, quo ideò intus & foris arca illita est, quia intus & foris, mali tolerãdi sunt, ne pacis cõpago soluatur. Hæc August. telũ in catholicã eccl. ab hæreticis tortũ, in ipsos vicissim retorquẽs. Diosc. scribit bitumẽ Iudaicũ optimũ esse, & reliquo præstare. ὅτι ἡ λαλὴ ἡ πορφυροειδὴς σιλβοῦσα, ὄζοντος τῇ ὀσμῇ καὶ βαρεῖα, i. Est em̃ bonũ & purpuræ in morẽ splẽdẽs, odore vehemens & grauis. Hæc Diosc. Epip. in opere illo suo insigni contra hereses, scribit bituminis odorẽ serpẽtes fugare, & hũc ferre non posse, & pari modo ecclesiã, cuius typus arca est. oĩum hæreseõn virus à se propulsare. ὥν ἡ ῥέπτη γὰρ ὁ ἅγιος νῶε κατὰ τὸ ῥῆμα κυεὶς ἐπισφαλίζα οὐ τὴν λίθωτ), ὡς φησὶ πρὸς αὐτὸν ἀσφαλτώσεις αὐτὴν ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν· ἵνα μὴ ἐξῇ τὸ εἶδος τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας, ἔχουσης τὴν ἀσφάλτου δύναμιν, τὴν ἀποδιώκουσαν τὰ δεινὰ καὶ ὀλετήρια

Libro 11. Eccl. histo.

Grego. Nazanzenus.

Augu. de vnitate ec.

Dios. li. 1.

Epiph. libr. 2. con. hær.

βλετήρια ἐρπετῶν διδάγματα. ὅπου γὰρ θυμιᾶται ὁ ἀσφαλτος οὐκ ἰσχύει λοιμὸς ὄφις. Id est. Iubetur sanctus Noe iuxta verbum domini arcam munire, quemadmodum ait ad ipsum. Bituminabis eam intus & extra, vt significaret figuram sanctę ecclesiæ Dei, quæ bituminis vim habet, potest enim à se repellere mortifera & venenata serpentina q̃ dogmata. Vbi enim bitumen incensum fuerit, ibi non potest consistere serpẽs. Hactenus Epiphanius. Mirari hic non iniuria quis posset, cur Noe in tanta auium copia, quas secum in arca vehebat, coruum & columbam potissimum delegerit, quibus diluuij hyemem scire volebat, vel in totum cessasse, vel certè nõnihil imminutam: nisi, vt par est credere, quemadmodum omne tum in mysterio agebantur, sic etiam ij alites delecti sunt, qui plurimum archanæ significationis in se complecterentur. Nam vt diuinas literas omittam, ethnici ipsi duos hosce alites coruum & columbam ad mores hominum diuersissimos referunt: vt coruus sit homo præpotens, scelestus, & in omne ruens nefas, nulla habita morum sanctitate, & qui nefanda quoque libidine polluitur. Hinc adagium natum est: Hic coruus est, in impudicos atq; vicios os: quoniam corui ore coire dicũtur, teste Plinio, qui ita scribit: Corui pariũt quàm plurimum quinos, ore eos parere aut coire vulgus arbitratur. Porrò columba vocatur homo inculpatus, & qui diuini timoris plenus, omnia ex diuinæ legis præscripto agere studet. Cæterum vsuuenire solet, vt potentes sceleris alicuius conuicti pœnas effugere soleant, potentia sua freti, quod in principibus videmus, quos quamuis sicarios & incendiarios, pœnas tamẽ dare non videmus: contrà plebei, ob leuem vel certè nullam noxam, statim ad supplicium rapiuntur. Queritur hoc Lauronia apd Satyricum poëtam virorum tanquam coruorum scelera impunita esse, sed in mulierũ vt columbarum, anxiè inquiri.

Plin. li. 10.

Iuu. Sa. 2.

Dat veniam coruis, vexat censura columbas.

Adeò funestus & infaustus visus est coruus Græcis fuisse, vt etiam locus supplicij in Thessalia λόραξ, id est, coruus appellatus sit, & diri supplicij imprecatio fuit, quoties quis audiret ab irato ἐς λόρακας, id est, in coruos, id est, abi in malam rem atq; pestem. Aristophanes sepiculè inquit:

Aristoph. in Plato.

βαλ' ἐς κόρακας τὸν ἐνθ' ὁ κόψας τὴν θύραν.

Id est.

Abeat in coruos, quis est qui hanc ianuam pulsauit.

Hieronymus de columba & coruo hęc scribit. Emittitur itaque de arca coruus, & non redijt: & postea pacem terræ columba nuntiat: ita & in baptismate ecclesiæ teterrimo alite expulso, id est, diabolo, pacem terræ nostrę columba Spiritus sanctus nuntiat. Hęc Hieronymus. Non in votis est arcæ diluuij q̃ allegorias altius persequi, cum id fortasse ab alijs abundè facitatum sit, quos in hunc geneseos librum scripsisse fama magis accepe rim, quàm ipsa re viderim, alioqui non ignarus essem, quàm accuratè & ex professo arcæ allegorias tractet Augustinus contra Faustí calumnias pium gerẽs bellum. Igitur sequentia videamus. ¶ Requiuitque arca mense septimo, vicesimo septimo die mensis super montes Armeniæ. ¶ Quod nos legimus, vicesimo septimo die mensis, in Hebræo legitur בשבעה עשר. Id est. In decima septima. Septuaginta tamen legunt, ἑβδόμῳ καὶ εἰκάδι. Id est. Septima & vicesima die. Quod nos legimus, montes Armeniæ, in Hebræo legitur הרי אררט, id est, montes Ararat. Credibile est Moysen per Ararat intellexisse Araxen fluuium illum à veteribus scriptoribus celebratum, qui magna vndarum mole à Tauro monte effusus, per Armeniæ campos in Hircanum mare effunditur. Est igitur arcam Noe desedisse in summo Tauri montis vertice, vbi Araxi fluuio affinis est. Neque solum Taurus mons Hircanum mare versus inclinat, verum etiam longè lateq́ue per Asiæ regna spatiatur, dirimit enim Armeniam minorem à Cilicia, vt credibile sit arcam quoque in illa Tauri montis parte quieuisse, qua Ciliciæ incubat. Quod quidem cur mihi verisimile fiat, facit vrbs illa Ciliciæ nobilissima Tarsus, cum inprimis clara, tum verò Paulo Apost. Tarsensi inclyta. Est hæc vrbs Tarsus olim appellata Tersus per e, auctore Steph. πρὸς τὸ τερσαθῆναι ὁ δὴ καὶ ἐξηανθῆναι. Id est, à verbo τερσαίνω q̃ significat arefieri φασὶ δὲ τὸ μετὰ τὴν κατακλυσμὸν τὸς τόπους τούτους ὑπὸ λιλικίας πρώτους καθαρανθῆναι καὶ καθ' ἑξῆς ἐξηανθῆναι. διὸ καὶ τὴν πόλιν τερσίαν ὀνομασθῆναι. Aiunt post diluuium loca hæc Ciliciæ primũ apparuisse, & ab aquis exiccata, ideoq; Tersum vrbẽ hanc vocatam, à tali exiccatione. Hæc Stephanus. Fieri ergo potuerit vt arca requieuerit in monte Tauro, qua Armeniã ab Cilicia dirimit, & in argumentum exiccatę terræ, condita postea est Tarsus quæ ab exiccatione nomen sortita est. ¶ Ædificauit autem Noe altare domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocausta domino. Odoratusq; est dominus odorẽ suauitatis, & ait ad eum. Nequaquam vltra maledicam terræ propter hominem. ¶ Apparet ritũ hunc Deo sacrificandi vetustissimum esse, & à condito orbe natum, qui quidem tantum abfuit vt Deo improbatus sit, vt etiam cordi sibi fuisse non semel significauerit. Cæterum vt nõ pauca sunt quæ ab Hebraicis scripturis ad gentes venerũt, ita hunc sacrificandi morem quoque acceperunt, sed perperam & vicioſe vt multa alia. Cum enim sacrificiorũ rationem & mysteria ignorarent, hæc ipsa tamen opere ipso Deo grata esse putabant, quod longè aliter esse nemo inficias ibit, modò sit nedum diuinarũ literarum, sed vel humanarũ paululũ peritus: & aliud esse necesse erit q̃ homini Deũ cõciliare poterit quàm nidor hic crematarũ carniũ in sublime ventorũ flatu sublatus. Igitur q̃ hic scriptura refert Deum incensarum carnium nidorem odoratum. Homerus idem ferè imitatus videtur, qui holocaustum nidorem cum fumo in sublime tendisse scribit, eoq́ue dijs gratum, declaratum.

Aug. in lib. 12. cõ. Faustum.

Homerus Iliad. α.

ὀδμὴ δ' ἀτόλλων τελήεσσας ἑκατόμβας
ταύρων ἠδ' αἰγῶν πᾶσι δίν' ἄλσι κηρυγέτοιο
ἰωὴ δ' οὐρανὸν ἶκεν ἐλισσομένη περὶ καπνῷ

Id est.

Ad ripas Phœbo Sigea per arua comato
Tauri cornigeri, tum viscera tosta caprarum
Sustulit emergens nidorem ad sydera fumus.

Sed & Plato ex Homero refert, οὐ βῶμας ἐπαυλίων ποιουμένους, ἔρδειν ἀθανάτοισι τελείσας ἑκατόμβας, τῶν δὲ ἰωὴν ἐκ πολυδίου οὐρανὸν εἴσω ἠδ' ἠέρα. Id est. Troianos cum suburbanum ædificium molirentur, dicare dijs immortalibus preciosa sacrificia boum; nidorem verò ex campo suauem ad cœlum vsque ventis extolli. Hactenus Plato. Lucianus quoque homo ἄθεος Iouem sic inducit loquentem ἐπιτελησμόνοι αὐθρόος τοσοῦτα ταύρων καὶ αἰγῶν πολύστατα καύσαντος ἡμῖν ὧν ἐν τῷ βωμῷ, ἔτι γὰρ ἐν ταῖς ῥίσι τῶν λυόσαν αὐτῶν ἔχω. Id est. Obliti sumus viri, qui tot taurorum & caprarum adipes nobis in aris posuit, vt etiam nunc eorum nidorem in naribus habeam. Sed quid ad hæc dicturi erimus? num Deum verum & vnicum carnium incensarum nidore captũ putabimus, vt hoc tanquam pabulo inescatus facilius homini propitius erit? Sed hoc à diuina maiestate longè lateq́ue abest. Nam vt inquit Tertullianus, Deus etsi ad oblationes Abel aduertit, & holocausta Noe odoratus est libenter, quæ iucundi tas siue viscerum veruecinorum, siue nidoris ardentium victimarum? Sed animus simplex, & Deum metuens, offerentium ea quæ à Deo habebant, & pabuli & suauis olentiæ gratia apud Deum deputabatur, non quæ fiebãt exigentis, sed illud propter quod fiebant, ob honorem scilicet Dei. Addit Tertullianus ijs suis verbis aptissimam similitudinem. Si clients, inquit, diuiti aut regi nihil desideranti, tamẽ aliquid vilissimi munusculi obtulerit, quantitas & qualitas muneris infuscabit diuitem & regem, an delectabit titulus officij? Hactenus Tertullianus. Nequeo hic præterire nobilissimum illud liberalis animi exemplum in Artoxerxe Persarum rege, ad quod allusisse Tertullianus videtur, sed & plurimum conducit ad huius scripturæ locum plenius intelligendum. Igitur Plutarchus de hoc rege hæc scribit, οὐδὲν γὰρ ὧν οὕτω σμικρὸν τὴν ἡδονὴν ἐδέξατο τῶν θυμῶν, ἀλλὰ καὶ δόξαν μίαν ὑπόφυξ μεγάθει τῶν σοφιστῶν κατ' ὀμίζου τινὸς αὐτῷ, νὴ τὸν μίθραν ἔπιον, οὕτος ὁ ἀνὴρ καὶ πόλιν ἂν ἐκ μικρᾶς ταχὺ ποιήσειε μεγάλην πισθυθεὶς. ἐπεὶ δὲ ἄλλων ἄλλα προσφερόντων, καθ' ὁδὸν αὐτουργὸς ἄνθρωπος οὐδὲν ὧν λαιροῦ φθάσας δῶρεῖν ὑπὸ ποταμῷ προσέφερε καὶ παῖν χεροῖν ὑπολαβὼν τὸ ὕδατος προσλύεγκεν, οὐδεὶς ὁ ἀρτοξέρξης, θαλὼ ἐπέμφν αὐτῷ χρυσῶ καὶ χιλίους δαρεικούς, Id est. Nihil tam paruum erat quod ei dabatur, quod nõ alacriter susciperet. Quum pauper quidam illi obtulisset malum punicum eximiæ magnitudinis, per Solem, inquit, si huic crederetur, cito paruam ciuitatem magnam faceret.

Hieronym. con. Lucif.

Tertull. li. 2. contra Marc.

Plutarc. in Artoxer.

Plato in Alcibiade 2.

Stephan. in vrbibus.

Luc. in Ti.

Rursus

Rursus cum iter faceret, & alij alia offerrent, homo quidam opifex & tenuis cum nihil inuenire posset quod regi offerret, subito ad flumẽ currit, & ambabus manibus hauſtam aquam regi detulit. Hic gauiſus Artoxerxes hominem aurea phiala donat & mille daricis. Hæc Plutarch. Liquet ergo Deum non ad Abel & Noe ſacrificia, & illorum nidorem tantum reſpexiſſe, ſed potius fidem & integritatem illorum inprimis comprobaſſe. Sentit idem Plato, qui de ijs ſacrificijs ſic ſcribit, *Plato πεὶ προσευχ.* ὁ γὰρ οἶμαι τοιοῦτον δὴ τὸ τῷ θεῷ, ὥσε νῦν δὴ λόγῳ παρεγεδικά, οἷον μακὸν τοιεῖν. ⁊ γὰρ ἂν ἀλεανὸν εἴη, εἰ πᾶς τὰ σώματα καὶ τὰς θυσίας ἀποβλέπουσιν ἡμῶν οἱ θεοί, ἀλλὰ μὴ πᾶς τῶν ψυχῶν, ὧν τὶς ὅσιος καὶ δίκαιος ἂν τυγχάνῃ. πολλῷ μᾶλλον οἶμαι ἢ πᾶς τὰς πολυτελεῖς τοῦτας ποιεῖν πάς τε καὶ θυσίας, ἃς οὐδὲν κωλύει, πολλὰ μὲν εἰς θεὸς, πολλὰ δ᾽ εἰς ἀνθρώπους ἡμαρτηκότας καὶ ἀδικοῦντα ⁊ πόλιν, ἐχεῖν ἂν ἕκασον ἕτος τελεῖν, οἷς ἄρτε οὐ δικαιοδόκοι ὄντες καταφρονῶσιν ἁπαν τ᾽ τούτων, ὡς φησὶν ὁ θεὸς ⁊ θεῶν προφήτης. i. Neque eiuſmodi eſt Dei natura, vt ducatur muneribus, quemadmodum improbus fœnerator. Etenim graue eſſet, ſi Deus ad donaria & ſacrificia noſtra reſpiceret potius quam ad animũ, vtrum iuſtus ſanctusque ſit. Ad quem equidem Deum arbitror multo magis attẽdere, quàm ad multi ſumptus pompas atque ſacra: quæ nihil prohibet eum, qui multa in Deum hominesque peccauerit, ſeu priuatus ſit ſiue reſpublica, ſingulis annis perficere: Deus autem vtpote à muneribus incorruptus ſpernit hæc omnia, vt ipſe eiuſque propheta prædixit. Hactenus Plato. Verum proinde eſt, quod hemiſtichium illud canit:

ξυνὴ μὲν ἡ θυμὸς ἄριστος.

Id eſt.

Sed in muneribus res præſtantiſſima mens eſt.

Significatur hoc verſu in muneribus, non eſſe ſpectandum rei miſſæ precium, ſed mittentis potius animum. Egit hoc Chriſtus in vidua illa paupercula, quæ æreos duos nummulos in gazophylacium miſerat: quos tamen Chriſtus, vero & diuino vſus iudicio, prolixis aliorum muneribus, lõgè anteponebat. Quin triſtiſsimũ hodie eſt, vt qui munus aliquod offerant, animum iubeant ſpectari, non rem. ⊂Senſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia.⊃ Quod nos legimus ab adoleſcentia, in Hebræo legitur מִנְּעוּרָיו Eſt enim נָעַר præcipitauit, excuſſit, poteſt igitur ſenſus eſſe: Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab excuſſione eius, id eſt, ex quo à viſceribus matris ſuæ excuſſus eſt. Septuaginta tamen legunt ἐκ νεότητος, id eſt, ab adoleſcentia. Senſerunt Ethnici quoq; viri huius diuinæ ſententiæ veritatem, quantopere humana natura in vicia propenſa ſit, & ſemper ea affectet, quę vel numini aduerſa ſint, vel etiam propriæ ſaluti officere ſoleant, quod Ouidius ijs verſibus queritur *Ouidius.*

Nitimur in vetitum ſemper, cupimusq; negata,
Sic interdictis imminet æger aquis.

Et Diodotus apud Teucididem hæc verba orat φεύγασι τὰ ἅπαντες καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἁμαρτάνειν. Id eſt. A natura quidem omnes habent, ſiue priuatim, ſiue publicè, peccare. Flaccus conqueritur optimos Romanorũ mores in peius degenerаſſe adeò vt vel à teneris vnguiculis vicioſi omnes eſſent, & peſsimis rebus ſtuderent. *Teucidid. libro 3.* *Horat. lib. 3. Odyſſ.*

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, & fingitur artubus
Iam nunc, & inceſtos amores
De tenero meditatur vngui.

Poſſent hæc ad literæ ſuperficiem intelligẽdam ſatis eſſe, vt ſint hominis mores ipſius vicio corrupti, & ad peſsima quæq; degeneres, cæterum obſtruſiora hinc latent myſteria, & quæ non cuiuis perſpicua ſunt. Originale peccatum maxima olim negotia exhibuit eccleſiaſticis viris. Erant Pelagiani & Celeſtini, qui pertinaciter illud inficiarẽtur, & nullis diuinæ ſcripturæ teſtimonijs confirmari poſſe aſſeuerarent. Contrà Auguſtinus omnibus vt aiunt neruis contra ſtare, ac complura teſtimonia nedum diuinarum ſcripturarum, verumetiam veterum Theologorum afferre, quæ liquido conuincant peccatum originale eſſe. Eſt autem peccatum originale, iuſtitiæ initialis ſiue originalis nobis debitæ, ac in primis parentibus amiſſæ carentia, quæ ex actuali primorum parentum culpa, ad poſteros omnes naturali propagatione deſcendentes, ipſos ad geminam mortẽ, ſpiritualem ſcilicet & corporalem, ad ceteras q̃ pœnas, quæ huiuſmodi carentiam ſequuntur, obligat. Sunt huius originalis

Auguſt. de baptiſmo parul. nalis peccati varia nomina ab Auguſtino prodita. Nonnunq; fomes peccati vocatur, quandoq; lex membrorum, lex carnis, ſiue tyrãnus qui in membris noſtris eſt. Paulus ad Romanos peccatum appellat, non quia peccatum ſit, ſi quis nõ obediat, ſed quia à peccato Adæ proficiſcitur, eo modo quo ſcriptura manum alicuius appellamus, quia manu facta ſit. Non regnet, inquit Paulus, peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius. Peccatum vocat fomitem illum, & peccati legem, cui obediendum non eſt. Sed quis putabit nullam huius fomitis mentionem in Moſaicis literis inueniri? Sunt ergo apud Hebræos qui initiale ſiue originale peccatum hic oſtendi putant. Nam quod nos legimus, Senſus enim & cogitatio humani cordis in malũ prona ſunt ab adoleſcentia, In Hebræo legitur יֵצֶר לֵב הָאָדָם רַע מִנְּעוּרָיו Id eſt. Figmentum cordis hominis malum eſt ab adoleſcentia ſua. Exponunt Hebræi יֵצֶר id eſt, figmentum, pro תַּאֲוָה id eſt, cõcupiſcentia, & peccati fomite, & יֵצֶר רַע id eſt, figmẽtum malum, Hebræi vocant peccatum originale, ſiue fomitem. ⊂Non igitur vltra percutiam omnem animam viuentem ſicut feci. Cunctis diebus terræ, ſementis & meſsis, frigus & æſtus, æſtas & hyems, nox & dies non requieſcent.⊃ Quid aptius, vel magis in rem mortalium à natura ipſa inſtituti potuit, q̃ hæc totius anni tã diuerſa viciſsitudo & mutatio, quæ & mortalibus omnibus ſalutem afferre ſolet, & benigna frugum omnium parens eſt. Quemadmodum enim animantia omnia, neque perpetuam æſtatem, vel diem ferre poſſent, ita neque hyemen vel noctem, ſed hæc inuicem ſibi ſuccedentia ſunt, & recíproca viciſsitudine grata. Igitur vt ſcribit *Varro li. 5 de lat. ling.* Varro, ab hoc tenore temporato tempus dictum eſt. Tempus eſſe dicunt interuallum mundi & motus. Id diuiſum in partes aliquot maximè ab ſolis & lunæ curſu. Sol enim, vt Cicero ait, oriens & occidens, diem, noctemq; conficit: & modò accedens, tum autem recedens, binas in ſingulis annis reuerſiones, ab extremo contrarias facit: quarum interuallo tum quaſi triſtitia quadam contrahit terram, tum viciſsim lætificat, vt cum cœlo hilarata videatur: Hæc Cicero. *Cic. lib. 2. de nat. deo.*

Cõſtant omnes mundi partes, vel oriente, cui meridies adiungitur: & occidente, cui ſeptentrio proximè accedit. Ea enim pars, quæ eſt ſolis calore flagrantior, proxima eſt, & coheret orienti. At illa quæ frigoribus, & perpetuo gelu torpet, eiuſdem eſt, cuius extremus occaſus. Nam ſicut contrariæ ſunt lumini tenebræ, ita frigus calori. Vt igitur calor lumini eſt proximus, ſic meridies orienti. Vt frigus tenebris, ita plaga eſt ſeptẽtrionali occaſui. Quibus ſingulis partibus ſuum tempus attribuitur. Ver ſcilicet orienti, æſtas meridionali plagæ, occidenti autumnus eſt: ſeptentrioni hyems. Horum temporum tam diuerſorum cauſa eſt ſigniferi obliquitas, quem ſol permeat. Hic enim quotidie alium orientis & occidentis punctum facit, & ſolem vel ſeptentrionalem polum verſus, vel auſtralem vehit, quod & Vergilius indicat quum inquit.

Obliquus qua ſe ſignorum verteret orbis. *Verg. libr. 1. Georg.*

Ouidius putat hanc temporis inęqualitatem ſub aureo Saturni æuo non fuiſſe, ſed tum perpetuo vere omnia floruiſſe, poſtea verò degenerante iam ſeculo, alternam hanc per vices ſucceſsionẽ orbi inductam, tunc enim

Iuppiter antiqui contraxit tempora veris, *Ouid. li. 1 metam.*
Perq; hyemes, æſtusq; & inæquales autumnos,
Et breue ver, ſpatijs exegit quatuor annum:
Tum primum ſiccis aër feruoribus iuſtus
Canduit, & ventis glacies aſtricta pependit.

⊂Benedixitq; Deus Noe & filijs eius, & dixit ad eos. Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ: & ſuper omnes volucres cœli cũ vniuerſis quæ mouentur ſuper terram. Omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt, & omne quod mouetur & viuit erit vobis in cibum.⊃ Re ipſa verũ eſſe videmus illud quod Prudentius Chriſtianiſsimus poëta ſcribit. *Caput IX. Geneſis.* *Prudentius cont. Sym.*

Creſcit vita hominis, & longo proficit vſu,
Sic æui mortalis habet ſe mobilis ordo,
Sic variat natura vices.

Satis conſtat primos illos mortales à condito orbe ad cataclyſmum vſq; carnium vſum ignoraſſe, ſiue illa quadrupedum fuerit, ſiue alituum, ſiue piſcium, quod Ouidius ijs verſibus canit

At vetus illa ætas non polluit ora cruore, *Oui. li. 15 metam.*
Tunc & aues tutæ mouere per aëra pennas,

Et lepus impauidus medijs errauit in aruis,
Nec sua credulitas piscem suspenderat hamo.
Cuncta sine insidijs, nullamq; timentia fraudem
Plenaq; pacis erant.

Satis enim habebant si contra ferarum sæuiciam dimicantes superiores euaderent, & ferarum cæsarum exuuias vestiũ loco haberent, quas etiam tanquam spolia quædam, vt hostibus immanissimis cæsis, circumferebãt. Porrò famem sitimq; propellebãt frugibus, pomisq;, & aquæ potu. At secunda iam hæc ætas ad esculentiores dapes, Deo concedente, transfertur; adeò vt quicquid vsquã animalium vel terra gignitur, vel in vacuo aëre fertur, vel in mari fluminibusq; agit, homini in cibum concesserit. Causam diuinæ huius largitatis hanc esse volunt, quod cataclysmi vndis, per totum terrarum orbem longè lateq; stagnantibus, fruges omnes tũ corruptæ essent, & à priorum indole plurimum degeneraſſent, eoq; etiam hominis valetudinẽ viciare possent. Quod quidem quo minus fieret tum Deus carnium esum primum homini concessit, quo hominis valetudo fidelius tueretur. Hæc siue vera causa sit, siue alia, parum refert, certè ethnicis hominibus carnium esus non vsquequaq; receptus est. Refert Hieronymus ex Græcis authoribus, qui scribunt, ætate qua Pygmaleon in Oriente regnabat, esum carnium non fuisse. Xenocrates philosophus de Triptolemi legibus apud Athenienses tria tantum præcepta in templo Eleusinæ residere scribit: honorandos parentes, venerandos Deos, carnibus non vescendum. Orpheus in carmine suo esum carnium detestatur. Pythagoras Samius esum carnium adeò non probat, vt etiam crudelitatis & horroris plenum esse fateatur. Hinc illius hæc verba sunt.

Hiero. lib. cont. Iouin.

Ouid. li. 15 metam.

Heu quantum scelus est in viscere viscera condi,
Congestoq; auidum pinguescere corpore corpus,
Alteriusq; animantem animantis viuere letho.

Manicheus ille Christiani orbis teterrima pestis, ab omnibus animantibus abstinuit, sed impio figmento delusus, & vicissim alios deludens. Cum enim duo principia statuisset inter se contraria, nimirum bonum & malum, à bono animam esse dixit, à malo corpus; Porrò animam eandem esse putabat non solum in hominibus, sed etiam vt Epiphanius scribit. γὼ πάντι ζῴῳ καὶ πετηνῷ καὶ ἑρπετῷ καὶ νηκτῷ ἄλλῳ, ὃ μόνον ἀλλὰ καὶ γὼ τοῖς φυτοῖς τὴν τ ζωῆς ἰκάδα, λίνησιν ἐν ψυχῆς φάσκων, ἣν καὶ γὼ τοῖς ἀνθρώποις ὑπάρχασαν λέγει ἄλλα δὲ ὅσα μυθοποιῶν καὶ διδασκῶν φάσκει, τὴν ἐσθίοντα σάρκας, ψυχὴν φησὶ ἐδίειν τὸν τόπον καὶ ἐν αὐτὸν ἔνοχον τὸ καὶ αὐτὸν τοιοῦτον γενέσθ. ὡς εἴφαγε χοῖρον, χοῖρον αὖθις γενέσθ, ἢ ταῦρον, ἢ ὄρνιν, ἢ π τ ἐδωδίμων κτισμάτων. Id est. In omni animali & volucri & repenti & fera, & non solum, verum etiam in plantis vitæ humorem animę motum esse dicebat, quam etiam in hominibus esse putabat. Sunt & alia quæ fabulosè docet, nimirum qui carnes comederit, animam comedat, & obnoxium esse vt etiam ipse tale quid fiat, vt si porcum comederit ipse etiam porcus fiat, si taurum, taurus; si auem, auis, & quodcunque aliud est in creaturis, quod ad esum aptum erit. Hoc Manichei delirium, non multum à Pythagorica fabula differt, quorum vtrunq;, vt procul à Christiana veritate alienum est, ita plurimũ à pietate dissidet, hoc nostro iam æuo paradoxon natum, quo hic carnium esus adeò increuit, vt iam nemo ferè sit, qui euangelicam doctrinam profiteri velit, nisi eam à carnium ingluuie auspicetur. Neque satis habent altissimi illi nepotum gurgites, die illo, quo Christi seruatoris nostri supplicũ recolimus, carnib? inhiare; nisi etiã quadragesimæ dies, tot iã seculorũ consuetudine sacrosanctos, sacrilega sua temeritate prophanauerint. Nulla hic inopia vrget, neque deest quo latrantem stomachum lenire possint, sed homines ventri atque abdomini deditos nihil inexpertum, insana vorandi libido, sinit esse. Sunt hodie Germani, præter cæteras totius Christiani orbis gentes Euangelij & sacrarũ literarum inuictissimi assertores, quod quidem nulla alia in re conspici clarius poterit, nisi à præsenti scripturæ huius loco, quem modo discutiendum suscepimus, quo diuina benignitas carnium esum indulserit, siue illa quadrupedum sit, siue volatilium, siue piscium. Est enim iam

Epiph. li. 3 cont. hæ.

iam videre in Germania, nedum apud magnates & opulentos, verum etiam apud cerdones & tenues, mensas regifico apparatu instructas, numerosos ferculorum missus, terra mariq; conquisitos, sordent inopia conuiuia, nisi probè carnibus piscibusq; instructa, adeò oẽs ferè ordines luxu certant, vt iam fidem mereãtur Vitellij Heliogabaliq; patinę, quas Germanorum ingluuies longo interuallo præcedit. Equidem vt carnis esum homini concessum libens fatear, ita pio animo ea abstinuisse religioni sẽper datum fuit. Extant innumera pientissimorum virorum exempla, quos hoc nomine præconio dignos inuenimus, in totum religiose carnibus abstinuisse. Sed neque ethnici sacri huius moris expertes fuerunt. De Ægypti sacerdotibus legimus, quod omnibus mundi negotijs curisq; postpositis semper in templo fuerint: & rerum naturas, causasq; ac rationes syderum contemplati sint, nunq; mulieribus se miscuerint, nunquam cognatos & propinquos, ne liberos quidẽ viderint: ex eo tempore quo cœpissent diuino cultui deseruire, carnibus & vino se semper abstinuerint. Suggillat veterum & quidem ethnicorum parsimonia, profundam illam & inexplebilem Christianorum voracitatem. Nouerunt veteres μονοφαγίαν, quasi diceres, ex vno cibo satietatem, quandoquidem, vt scribit Atheneus, ὁ μονοφαγεῖν δὲν γὼ χρήσει τοῖς παλαιοῖς. Id est. Ex vno cibo comedere in vsu erat veteribus. Iosephus miris laudibus extollens Esseorum instituium, parsimoniam in victu obiter ijs verbis collaudat, ὁ μὲν σιτοποιὸς, γὼ τάξει παρατίθησι ἄρτος, ὁ δὲ μάγειρος γὼ ἀγγεῖον δὲ ἑνὸς ἐδέσματος ἑκάστῳ παρατίθησι. Id est. Pistor ordine panes apponit, cocus verò vnum vas, ex vno cibo vnicuiq; apponit. Quãtopere veteres illi heroes ciborum parsimoniæ studuerint, & q̃ nõ omnia ventri donanda putarint, declarat Homerus non semel. Quum enim videret eximius poëta frugalitatem esse eximiam virtutem, et iuuenibus inprimis esse necessariam, vt à qua omnia bona proficiscantur; studuit eam ingerere, ab principio vsque ad finem, vt studium omne & ocium in honestis operibus collocarent, & vt essent inuicem benefici, frugalem omnibus parauit cibum & sibi ipsi sufficientem, nimirum vt Athenæus scribit, λογιζόμενος τὰς ἐπιθυμίας καὶ τὰς ἡδονὰς, ἰσχυροτάτας γίνεσθ πρὸ ἐδωδὴν καὶ πόσιν, τοὺς δὲ διαμεμενηκότες γὼ ἐντελείᾳ ἐντάκτους καὶ πρὸ τὸν ἄλλον βίον γίνεσθ ἐγκρατεῖς, ἀπωλλὼ σὼν ἀποδέδωκε τὴν δίαιτην πᾶσιν, καὶ τὴν αὐτὴν ὁμοίως βασιλεῦσιν, ἰδιώταις, νέοις πρεσβύταις, ὀπτὰ παρατιθεὶς πᾶσιν λεῖα, καὶ ταῦτα ὡς ἐπὶ πολὺ βόεια γὼ τε ἑορταῖς καὶ γάμοις καὶ ἄλλῃ συνόδῳ. Id est. Putabat enim cupiditates & voluptates quæ circa cibum & potum fiunt, esse vehementissimas. Porrò qui perseuerarent in simplici victu eos semper optimè constitutos esse, & in reliqua vita quoque continentes. Proinde simplicem in victu rationem omnibus dedit, & eadem pariter regibus, priuatis, iuuenibus, senibus, assas carnes omnibus apponens, & has semper bouillas, in festis, nuptijs & alijs conuentibus. Menelaus filiorum nuptias celebrans Telemacho Vlyssis filio assum bouis tergum apposuit.

Athen. li. 4. dęipn.

Athen. li. 4. dęipn.

Ioseph. li. 3 Iuda. belli.

Homerus od. vos. 8.

ὡς φάτο, καὶ σφὶν νῶτα βοὸς παρὰ πίονα δῆκεν,
ὄπτ' γὼ χέρσιν ἑλών.

Id est.

Sic ait, et pinguem bouis tergum assum in manibus habens,
Ipsis apposuit.

Rursus:

Homerus od. vos. 9.

μισυλλόντ' ἄρα τ' ἄλλα, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν,
ὤπτων δ' ἀκροπόρους ὀβελὸς γὼ χέρσιν ἔχοντες.

Id est.

Cætera frustatim conscindunt, fixaq; longis
Assarunt verubus multa cura atq; labore.

Vergilius vbiq; fœlicissimus Homericæ maiestatis imitator, assarum carniũ vsum & nouit & celebrat.

Virg. li. 8. Æneid.

Tunc lecti iuuenes certatim, aræq; sacerdos,
Viscera tosta fuerunt taurorum.

Apparet hunc assarum carnium usum non frustra ueteribus placuisse, non minus sanitatis causa, q̃ etiam frugalitatis, ut quæ & ab noxis humoribus, igne torrente purgatur, & minimè alijs pigmentis conditurisq; indiget. Nec frustra est q̃d Deus Israëlitis de agni paschalis carne edenda præcipiens (ut mysteria sileã) non aqua coctas esse iubet, sed ואל תבשלו ממנו id est, assas igni. Hic apud Latinos scri-

Exod. 12.

ptores Assa vox vocatur sola, & quæ humana duntaxat voce fit, non admixtis cytharæ lyræq; cantibus, quemadmodum assum in obsonijs sine pigmento saporis alieni est. Hæc huc adduxisse visum fuit, quo clareret vetustissimos illos μονοφαγὲς fuisse, vt qui carnibus assis tantum mensas instruxerint. Cæterum quod ad aues & pisces attinet, mirum est, quàm eorum esum vetustissimi illi, vel nō curauerint, vel prorsus ignorauerint. Homerus inducit Phæaces Corcyræ insulæ gentem in omnem luxum & crapulam propensos, sed qui pisces tamen ignorarent. Procí illi qui Penelopes nuptias ambiebant ventris animalia; piscibus vsi non sunt. Erant in insula Ithaca complures paludes, erant multæ aliæ insulæ, in quibus ingens & piscium & sylueſtrium auium multitudo, & mare Homerus subindè ἰχθυόεντα vocat, & tamen nullum scribit vel pisces vel aues attulisse. Socij Vlyssis summa adacti inopia, famis gratia hamo & retibus vsi sunt, & antequam sacros Solis boues absumerent, ibant piscatum.

Homerus ὀδυσ. μ.

ὅιδ᾽, ἕως μὲν σῖτον ἔχον καὶ οἶνον ἐρυθρὸν
τόφρα βοῶν ἀπέχοντο λιλαιόμενοι βίοτοιο
ἀλλ᾽ ὅτε δὴ νῆος ἐξεφθίτο πᾶσα τράπεζα
καὶ δὴ ἀγρῶν ἐφέπεσκον ἀλητεύοντες ἀνάγκῃ
ἰχθῦς ὀρνίθας τε φίλας ὅτι χεῖρας ἵκοιτο
γναμπτοῖς ἀγκίστροισιν ἔτειρε δὲ γαστέρα λιμός.

Terent. in And. Dauus Terētianus quo facilius Pamphilo fidem faceret nuptias non futuras, hoc argumento vsus est, quod puerum Cremetis conuenerit, qui olera & pisciculos minutos ferebat obolo in cœnam seni: adeò pisces non conueniebant nuptialibus epulis. Quanq; quid aliundè exempla petimus, cum à Christo seruatore nostro frugalitatis exemplum sumere licebit. Hic semel atq; iterum affectatores suos, diuinę potentiæ suæ miraculo pascens, non pastillis, non calidis sumenibus expleuit, sed pisciū esu. Huc etiam pertinet quod ecclesiastica ieiunia esculentiores epulas adimunt & pisculentas indulgent. Hæc eò huc adduximus, vt clarū esset piscium esum olim existimatum frugalissimum. Tandē Romana luxuria piscibus pretiū dedit, adeò vt nulla cœna parū lauta esset, nisi probè piscibus instructa, quod postea nostro hoc ęuo Germani optimi obsonatores æmulantur, ad inuidiam vsq;. Sed de hoc in superioribus à nobis dictum est. Sed iam sequentia videamus. ¶ Excepto quod carnem cum sanguine nō comedetis. Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarū bestiarū, & de manu hominis. ¶

Sanguis hebraice vocatur דָּם habetq; iuxta Hebræę linguæ consuetudinem in plurali דָּמִים Significat quoq; דָּמִים crimē capitale, & pœnam vltimi supplicij, vt in psalmo מִדָּמִים הַצִּילֵנִי Et Septuaginta verterūt, ῥῦσαί με ἐξ αἱμάτων: id est, Libera me de sanguinibus: hoc est, ab vltione sanguinis Vriæ, & aliorum quos morti destinaui. Nō negauerim præsens hoc Dei præceptum, ad literam quoq; piè posse intelligi: nimirum vt humanū genus vindictæ auidum, ad clementiam inuitaretur. Sęuos & crudeles à sāguine sanguinarios appellamus. Voluit proinde diuina hæc lex, vt à cæde & sanguine abstineretur: idq; hac lege testatum volebat, vt ne sanguine quidem animalium in cibo vesceremur. Valuit hæc lex nedum apud Iudæos, verum etiam apud veteres Christianos, qui sanguinem cibi vice sumere, nephas putabant, & piaculare. Origens explicans illud dictum à Balaam: Sanguinem vulneratorū bibet: Quomodo, inquit, iste populus tam laudabilis, tam magnificus, de quo tanta præconia sermo Dei enumerat, in hoc veniet vt sanguinem vulneratorū bibat; cum tā validis pręceptis cibus sanguinis interdicatur à Deo: vt etiam nos qui ex gentibus uocati sumus, necessariò iubeamur abstinere, sicut ijs quę idolis immolantur, ita à sanguine. Idem quoq; scribit Tertullianus. Insimulabantur olim Christiani grauissimorum scelerum ab ethnicis, neq; suspitione carebant infanticidij, & qui sanguinis gustu sceleratam inter se coniurationem inirent. Fertur proindè in ethnicos Tertullianus optimo iure, atq; à Christianis, tantam impietatis labem defendit. Erubescat, inqt, error vester Christianos, qui ne animaliū quidē sanguinē, in epulis esculentis habemus; q propterea quoq; suffocatis & morticinijs abstinemus, ne q̄ sanguine cōtaminemur, vel intra viscera sepulto. Denicq; inter tentamenta Christianorū, botulos etiā cruore distentos admouetis, certis-

Psalm. 50.

Ori. Omil. 16. in Nu.

Tertull. in Apolog.

certissimi scilicet, illicitū esse penes nos, per quod exorbitare vultis. Porrò quale est, vt quos sanguinem pecoris horrere cōspicitis, humano inhiare credatis? nisi fortè suauiorem eum experti? Hactenus Tertullianus. Eadem scribit Arnobius ille, non tā ingenio suo, quàm Lactantio discipulo clarus. Nobis, inqt, homicidiū, nec videre phas nec audire; tantumq; ab humano sanguine cauemus, vt nec edulium pecorum in cibis sanguinem nouerimus. Proditum est literis ab Romanæ historiæ scriptoribus, Catilinā cū sacrilegum strueret nefas contra Rempublicam, humano sanguine teste, fœdus cum sceleris sui conscijs percussisse. Hic enim pateris in mensa circūlatus, & gustatus: cædem omnium crudelissimam, vrbis Romæ incendium, locupletū direptionē, auspicaturus erat. Sūmum nefas hoc erat, sed amplius ꝓpter quod bibebat. Ab hoc scelere non abhorret sanguinaria Annibalis vox, qui cum fossam humano sanguine plenā vidisset, dixisse ꝓditum est: O formosum spectaculū. Ferunt Græci scriptores, hūc morem Scythas in fœdere percutiendo seruasse, vt vterq; quos inter fœdus futurū erat, pollices colligandos præberet: tunc cultro colligati vulnerabantur, & profluentem sanguinem vterq; lambebat Quo minus hoc mirum sit, facit Scytharum mos in bello seruatus, quo cæsorū sanguinē potare soliti erant. Cęterū hanc tantā immanitatē, natura ipsa parens, sanitate carere nolebat. Comitiales morbos, humano sanguine hausto, curari credidit antiquitas. Morbi comitiales, ait Plinius, sāguinem gladiatorū bibūt, vt viuentibus poculis, & ex homine ipso sorberi efficacissimū putant, calidū spirantemq; & vnà ipsam animā ex osculo vulnerū. Hactenus Plinius. Sunt ex Hæbræis, qui hūc locum scripturæ, ne carnē cum sanguine comedamus, sic intelligant, vt sit, ne mēbra viuis animalibus abscissa, manducemus. Egit hoc Heliogabalus imperator Romanus, omnium hominum spurcissimus. Hūc Lampridius scribit comedisse sæpius ad imitationē Apicij calcanea camelorū, & cristas viuis gallinaceis dēptas. ¶ Dixitq; Deus. Hoc est signum fœderis quod do inter me & vos, & ad omnem animam viuentē, quæ est vobiscum, in generationes sempiternas. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis, inter me & in terram. Quumq; obduxero nubibus cœlum, apparebit arcus meus in nubibus, & recordabor fœderis mei vobiscum, & cum omni anima viuente, quæ carnem vegetat, & non erunt vltra aquæ diluuij, ad delendā vniuersam terram. ¶ Quū Deus aquis diluuij extinxisset vniuersum & hominum pecudumq; genus, nouum cum Noe filijsq; eius fœdus inijt, quos & de sua clementia benè sperare iussit, nunquam asserens futurum, vt tale rerum omnium excidiū genus experiretur humanum; quinetiā vt tantæ cladis memoriam ex eorum mentibus aboleret, cœlestem arcum, clementiæ suæ symbolum, in nubibus, & omnibus conspicuum sese positurū pollicetur; & qui tanq; nuncius quidā Dei ad homines esset. Consentiunt ferè oēs arcum hunc esse iridem, quæ nisi in pluuia & in aquosa nube non potest apparere, diuersorum colorum & pulcherrimorum, & sensim in alios transeuntiū. Hinc Vergilius inquit.

Arno. li. 8. cont. gent.

Plin. li. 28

Lampri:

Vergilius.

Cum sol horrifico nimbos fulgore repleuit,
Apparet varij radijs distincta coloris
Iris, & insigni decorat curuamine cœlum.

Quinetiam Latini scriptores iridem appellare solent, arcum: & Plinius inquit, Arcus appellamus extra miraculū frequentes, & extra ostentum, nam nec pluuios quidem, aut serenos dies cum fide portendunt. Et Horatius ait. Aut Plinius describitur arcus. Sunt apud Latinos scriptores, qui arquum hunc, qui in cœlo apparet, dicere velint, quē Irim poëtæ dixerunt; vnde & arquati dicuntur, quibus color & oculi virent, quasi in arqui similitudinem. Lucretius.

Plin. li. 2.

Horat. in Arte.

Non. Mar.

Tum color in nigris extabat nubibus arquis.

Arcus verò suspensus fornix appellabatur. Igitur iris siue arquus nuncius nobis est diuinæ clementiæ & testamenti Dei quod fecit cum hominibus, vt sciamus nos nunq; deinceps diluuio perituros. Cæterum vt multa sunt quæ Ethnici à diuinis literis sumpserunt, sic iridis significationem nō ignorauerunt. Nam iridem semper Iouis nuncium esse finxerunt. Hesiodus scribit Iridem à Ioue mitti, si certamē inter cœlites fuerit subortū, & si quis deorum mentitus fuerit, per Iridem ad iurandum adigitur.

Hesiod. in θεογονίᾳ.

πᾶσαι δ᾽ θαύμαζον Θ᾽ θυγάτηρ πόδας ὠκέα ἶρις
ἀγγελίης πολέος τ᾽ ἐπ᾽ εὐρέα νῶτα θαλάσσης

ὀπτῆ· ἶρις καὶ νεῖκος, ἐν ἀθανάτοισιν ὄρωρε
καὶρ' ὅστις ψευδής· ὀλυμπία δώματ' ἐχούσῃ
Ζεὺς ὅτε ἴριν ἔπεμψε θεῶν μέγαν ὅρκον ἐνείκαι.

Homerus quoq; inducit Iridē ad Helenam missam, eamq; monentem vt bellum Græcorum & Troianorum ꝓpter se inceptum, aspiciat etiam geri.

Homerus ἰλιαδ. r. ἶρις δ' αὖθ' ἑλένῃ λευκωλένῳ ἄγγελος ἦλθε
εἰδομένη γαλόῳ αὐτηνορίδαο δάμαρτι. Id est.

Nuncia Tyndaridi cœlo delapsa per auras
Iris adest, niueæ formam assimilata puellæ.

Rursus alibi Iridem vocat purpuream, quam luppiter è cœlo demittit, vt sit ꝓdigium vel belli vel grauis tempestatis, qua hoēs & iumenta ab operibus auocantur, simulatq; purpurea nubes densatur.

Homerus ἰλιαδ. ϱ. νῦν τοι πορφυρέην ἶριν θνητοῖσι τανύσσω
Ζεὺς ἐξ οὐρανόθεν τέρας ἐμμεναι ἢ πολέμοιο
ἠ καὶ χειμῶνος δυνδαλπέος, ὅς τε ἔργων
αὐθρώπους αὐπαυσεν ἐπὶ χθονὶ μηλα τε λύει
ὡς ἢ τοι πορφυρέην νεφέλην πυκάσασα ἑαυτῇ.

Verg. li. 4. Æneid. Vergilius quoque scribit Iunonem Irim è cœlo demisisse ad Didonem moribundam.

Ergo Iris croceis per cœlum roscida pennis,
Mille trahens varios aduerso sole colores
Deuolat.

Hesiod. in θεογονια. Mille Vergilius pro multis videtur accipere, sic Hesiodus πολυώνυμον ὕδωρ, id est, multi nominis aquam vocauit Iridem, à colorum multiplicatione, & varietate. *Arist. li. 3. Meteor.* Aristoteles de sublimibus disserens, scribit iridis colores tres esse. Est enim primus ductus iridis puniceus, deinde viridis, & medius color inter puniceum & viridem, flauus. Sunt tamen apud nostros sacrarum literarum tractatores, qui arcum cœlestem duobus solum coloribus suffusum existiment, nempe ceruleo & igneo siue ita putarint, siue vt commodiorem altioris intelligentiæ occasionem arriperent. *Eucher. in Genes.* Eucherius in hac opinione fuit, qui de arcu ait, Arcus, signum securitatis, in cœlo positus est, vt ab omnibus conspici possit, & ipsum signum in aqua & igni ostenditur: quia ex parte est ceruleus, & ex parte est rubicundus: quia vtriusq; iudicij testis est, vnius videlicet facti, & alterius faciendi. Christianis omnibus hoc planè persuasum habetur, mundum hunc bis excidio obnoxium. Semel quidem aquarum cataclysmo, quod iam reipsa consummatum in ortu mūdi, ex sacris literis didicimus; & hic est iridis color ceruleus, quo diluuium illud iam præteriisse testatū est. Rursus in fine seculi mundus ignis incendio deflagrabit, & hæc est iridis rubedo, futurum mundi incendiū minitans. Hanc mundi deflagrationem postea futurā, qua secūdo impietas hominū delebitur. Sibylla vaticinata est ijs versibus.

Sibylla. καὶ τότε τοῦ ὀργῆς θεὸς ἐκ ἔτι φραύνοντα
ἀλλ' ἐξεμβριθόντα καὶ ἐξολοντόπτε γένναν
αὐθρώπων ἄπαξαν τὰ' ἐμπρησμῷ τε φθεῖσα. .i.

Et tunc Deus iram non amplius placabit,
Sed aggrauabit, & perdet genus hominum,
Et totum id incendio depopulabitur.

Neq; Ouidium hæc vltima mundi deflagratio latuit. Siquidem apud eum Iuppiter iā certus mundum vniuersum, ob hominum scelera, delere, incertus tamē adhuc erat, igne ne an aqua ad hoc vteretur, tandem aqua placuit omnia inundare, ignis conflagrationem in aliud tēpus dilaturus. Siquidem

Ouid. li. 1. metam.

Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cœli
Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

Lucanus stomachans in Iulium Cæsarem, quod cæsos à se in Pharsalico prælio cremari noluerit, quod tum honestū sepeliendum genus erat, consolatur eos, tandem fore vt omnes vltimo mundi incendio deflagrent. *Lucan. li. 7 Phars.*

Hos Cæsar populos si nunc non iusserit, ignis
Vret cum terris, vret cum gurgite ponti.
Communis mundo superest rogus, ossibus astra
Mixturus.

Erat olim Manicheus quidam, qui suppresso suo nomine, aduersarius legis & prophetarum appellatur. Hic impio ausu veteris testamenti Deum incessens & irridens, emortua eū memoria appellat, quod arcum in nubibus posuerit renouandæ memoriæ causa. Augustinus arcum hūc varijs coloribus variegatum, sed à solis radijs proficiscentibus, ad vitā refert sanctorū; qui Christi in se lucente gratia, varijs ornātur virtutibus. Nolo eū dicere, ait, qd arcus ille significet, resplendens è nubibus, fulgore & radijs luminis, quo roscida illustratur obscuritas, grata quodāmodo cōfessione respōdens, & quomodo Deus non perdat orbem diluuio spirituali, dum est eorū memor, quorū illuminatæ mentes figuram gerunt. Horum enim nomina scripta sunt in cœlis, vt memor sit eorum *Aug. li. 1. cōt. aduers. legis.*

pater

pater qui in cœlis est, quoniam non de suo lucere se sciunt, sed de Sole iustitiæ, sicut illæ nubes de Sole visibili. Hactenus Augustinus. Post fœdam illam cataclysmi, & rerum omnium vastitatem, nouum iam seculum ab Noe & filijs eius exoritur. Noe igitur communis huius cladis expers, atque omnibus iam defunctus periculis, ad domesticam rem cōuersus, cum terra rationē habet, quod scriptura significat. Cœpitq; Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam. Noe Hebraice vocatur אִישׁ הָאֲדָמָה id est, vir terræ, Septuaginta legunt ἄνθρωπος γεωργὸς γῆς. Lubet hic admirari Græcorum vanitatem, qui non solū optimas artes omnes apud se natas putauerunt: sed etiam frugum & vini & omnium quibus humana vita sustentatur, se esse repertores ab omnibus credi voluerūt. Triptolemi fatio primum in Attica facta esse putatur. Idem Liberum patrem, vitem hospiti suo monstrasse credunt. Ideo Plato liberum patrem appellatum dicit διόνυσον, quasi δι' ὃν οἶνον, id est, dans vinum. Paulo diuersa Valerius Probus, primo Georgicorū: *Plato in Cratylo.* *Valerius Probus.* Ætolus, inquit, Pastor Staphylus, cum Oenei capellas in pabulū deduceret, notauit vnam præcipuè cedentem à grege, lætiorem cæteris, recipiētem se serius in præsepia. Cuius rei vt causam cognosceret, sequutus est eam clam, & in remota stirpe vuam edētem, pomum ei incognitum, sustulit; regiq; pertulit Oeneo, qui expresso humore delectatus, quum eum vetustate cognosceret mitescere, Libero patri apposuit, accepto à se hospitio. Cuius rei cultum cum demonstraret Liber, vt perpetua inuentorum esset gloria, constituit, vt ab Oeno οἶνον appellaretur vinum, à Staphylo vua σταφυλή. Hactenus ille. Refert Ouidius Ampelon Thraicium puerum à Baccho dilectum. *Ouid. li. 3. Fastor.*

Tradidit huic vitem pendentem è frondibus vlmi,
Quæ nunc de pueri nomine nomen habet.

Appellatur enim ἀμπελος Græcè, vitis Latinè. Sed sunt hæ Græcorum fabellæ, quibus mortales omnes sibi deuincíri voluerunt, tanquam ipsorum muneris esset, q; terræ munere vesceremur. Sed, vt inquit Lactantius, arguuntur, qui authorem vini Liberū putant, & non Noe. *Lactant. lib. 2. cont. gen.* Hic enim non modo Liberum, sed etiam Saturnum, atq; Vranum multis antecessit ætatibus. Vocatur vinum Hebraice יַיִן Et Noe quod princeps יַיִן iaijm inuenerit, id est, vinum, vocatus est Ianus. Suspicari libet vetustissimum illum regem Italiæ Ianum à vino sic appellatum, quādoquidē è Græcia venerit, & Italos tum rudes agricolationem docuerit. Græcè vinum vocatur οἶνος. Etymologiam vocis Plato hanc reddit. ὅτι οἴεσθε νῦν ἔχειν ποιεῖ τῷ πινοντῷ οὐ πολλὰς ἐκ νήας, οἰόνοος δίκαιά τατ' εἶν καλόμενος. Id est. Quoniam multi eorum qui bibunt putant se mentem habere cum non habeant, iustissimè vinum vocatum est οἰόνοος, quasi mens putata, διὰ τὸ οἰήσεως τοῦ νοῦ ἐμπίπλαν, id est, eo quod uinum mentem oppleat varijs cogitationibus & opinionibus. Siue ἀφ' οὐήσεως, id est, emolumento, iuxta illud Homeri οὐήσεαι αὖκε πίνδε. Id est. Iumamen senties si biberis. Latine uinum à ui deducitur, quod uim menti inferat. Ouidius *Plato in Cratylo.* *Ouidius.*

Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.

Quærit hic Ambrosius, cur Noe quum iustus sit, prius tamen quæ uoluptatis, quàm quæ necessaria sunt requirat. Necessarij enim fructus sunt tritici et hordei, sine quibus non possumus uiuere: uinum autē uoluptarium, & causa delectationis sumptum. Ambrosij responsum parum satisfacere uidetur, fortassis Alcæi lyrici dictum huc afferendum est, quem Athenæus scribit fuisse φιλόστιλβον & φίλοινον, id est, potorem, & uini amatorem. *Ambr. de arca & Noe.* *Athen. li. 10.*

μηδὲν ἄλλο φυτεύσης πρότερον δένδρεον ἀμπελον.

Et Horatius sic uertit.

Nullam Vare sacra vite prius seueris arborem. *Horat. in Od.*

Cæterum quemadmodum uetustissimi illi, ijs, quæ ad hominis uitam tolerādam inuenta sunt, parcissimè usi sunt, ita etiam uinum usq; quaq; non potarūt, sed interuallis quibusdam, uel etiam perpetuò abstinuerunt. Vini auctoritas, auct. Plinio, post sexcentesimum urbis Romę annum cœpit. Romulū lacte non uino libasse, indicio sunt sacra ab eo instituta, quæ hodie custodiūt morē. Numæ regis posthumia lex est. Vino rogū ne respergito. Qd sanxisse illū ꝓpter inopiā rei nemo dubitet. Durauit ea parsimonia apd Ro. diu. L. Papyrius imp. aduersus Samnites dimicaturus, uotum fecit, si uicisset, *Pli. li. 14.*

Plato libro β. νομων. Iouí pocillũ vini. Sed & Plato putat μηδὲ νε ἐν τῇ σραστοπεδίῃ γεύεσθαι τότε τῷ σώματος, ἀλλὰ ὑσροσοσία συγχίγνεσθαι τοῦ χρόνου ἅπαντα, καὶ κατὰ πόλιν μήτε δίδοσθαι μήτε δέχεσθαι γεύεσθαι μηδὲ ἁπτεσθε. μὴ δὲ ἄρχοντας τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν οὗ ἂν ἄρχωσι, μὴ δ' αὖ λυθρύνεσθαι μὴ δὲ δικάζειν γρηγόρους ὄντας, οἵνῳ γεύεσθαι τὸ παράπαν ὀδ' ὅσις βεβουλευσόμενος εἰς βεβλῶ ἀρίαν τινὰ λόγου συμφέρεται, μηδὲ γε μεθ' ἡμέραν μηδ' ἑσπέρας παράπαν, εἰ μὴ σωμασκίας ἕνεκα. μὴ δ' αὖ νύκτωρ ὅταν ἐπινοῖς τὸν παῖδας ποιεῖσθαι αὐτὴν ἢ καὶ γυνή. Id est. Nullus qui in castris versatur vinum gustet, sed toto illo tempore a quam potet. Et in ciuitate neque seruus neq; ancilla gustet vnquã, neq; magistratus eo anno quo magistratu funguntur. Sed neq; gubernatores neq; iudices strenui vinum gustẽt omnino, neq; is qui in cõcilium aliquod vocatur, quod alicuius momenti futurum sit, interdiu gustet omnino, nisi corporis vel morbi causa. Sed neq; vir neq; mulier noctu vinum gustẽt, quum liberis operam dare cogitauerint. Hactenus Plato. Sequutæ sunt & aliæ gentes hunc morem, vt auctor est Athenæus. τῇ δὲ ὑ λοκροῖς ὃς ἐπιζεφυρίοις εἴ τις ἄκρατον ἔπιε μὴ πρόσ ἔφαντο ἰατρὸν θεραπείας ἕνεκα, θανάτῳ τῶν ἢ ζημίαν, ζαλεύκα τὸν νόμον θῆντο. τῇ δὲ μασσαλιώτας ἄλλοι νόμοι τὰς γυναῖκας ὑδροποτεῖν, οἳ δὲ μιλήτου ἔτι καὶ ναυφανεῖ θεόφρασος τότο εἶν τὸν νόμιμον. τῇ δὲ ῥωμαίοις ὅτε οἰκέτης οἶνον ἔπινον, ὅτε γυνὴ ἐλεύθερα, ὅτε δὲ ἐλεύθερον οἱ ἔφηβοι μέχρι πρόακοντα ἐτῶν. Id est. Apud Locros epizephyreos legẽ tulit Zaleucus, vt si quis vinum bibisset, nisi iubente medico causa sanitatis, mortis supplicium esset. Apud Massilienses alia lex erat, quæ iubebat mulieres aquã potare, quod etiam nunc apud Miletum, vt auctor est Theophra. consuetũ est. Apud Romanos neq; seruus vinum bibebat, neq; mulier libera, neq; liberorum ephœbi vsq; ad trigesimum annum. Hactenus Athenæus. Fuerunt quoq; olim qui vitium multitudinem non vsq; adeò approbarent. Plato in legibus de vitib. hęc censet ὁ δ' ἀμπέλων ἂν πολλῶν δέοι ὁ δ' ἤτινι β. νομων. πόλει. τακτὰ δὲ τάτ' ἄλλα ἂν εἴη γεωργήματα, καὶ πᾶσα ἡ δίαιτα, καὶ δὴ τὰ γε πρὸς οἶνον χεόλον, ἑπαύτων ἐμμετρότατα καὶ ὀλίγισα γίγνοιτ' ἄν. Id est. Neq; ciuitati alicui opus erit multis vitibus. Quum enim illa, quæ ad agricolationem & quotidianum victum pertinent, ordinata sint, multo magis quę ad vinum pertinẽt, cõuenit esse ordinatissima & paucissima. Refert Trãquillus, imperante Domitiano, Romæ summam vbertatem vini, frumẽti verò inopiã fuisse: tum Cæsar existimans nimio vineartũ studio negligi arua, edixit ne quis in Italia nouellaret: vtq; in prouincijs vineta succiderentur, relicta (vbi plurimum) dimidia parte. Subsequentes postea Imperatores Romanorũ maximi muneris loco nonnullis gentibus dederunt vinearũ culturam. Refert Flauius Vopiscus, Germanos in auxilium rogatos à Proculo, Probo tamẽ potius perseruire maluerũt, quàm cum Bonoso & Proculo esse. Germanis omnibus & Hispanis ac Britãnis hinc permisit, vt vites haberẽt, vinumq; conficerent. Auctor est Iulius Cęsar, Sueuorum gentem olim fuisse longe maximã & bellicosissimam Germanorum omniũ: qui & centum pagos habuisse dicuntur. Vinum ad se omnino importari non sinunt, quod ea re ad laborem ferẽdum remollescere homines, atq; effœminari arbitrãtur. In eadem opinione fuerũt Nerui: illi ferocissimi Galliarum populi, qui vt idem Cæsar scribit, nullũ aditum esse ad eos mercatoribus sinebant: nihil pati vini, reliquarumq; rerum ad luxuriam pertinentium inferri; quod ijs rebus relanguescere animos; eorumq; remitti virtutem existimarẽt. At qui hæc in eam sententiam non retulimus, quo Dei creaturam improbare velimus, cum liquido cõstet, vinum, si modus adsit, hausturn, multis humanis rebus maiorem in modũ opitulari. Asclepiades ille nobilissimus medicus tradit vtilitatem vini vix deorũ potentia posse æquari. Vino uires corporis aluntur, uino animus uegetatur, uino augetur sanguis, colorq; hominum.

Sueton. in Domit.

Fl. Vopisc. in Probo.

Caes. com. 4. Gal. bel.

Ath. l. 10

Idem com. 2. Gal. bel.

Hinc Ouidius canit:

Vina iuuant animos, faciunt coloribus aptos. Ouidius.

Vinum inter orbem medium, & mitio rẽ hãc plagã, circũiectasq; nationes differentiã facit: quantũ barbaris feritas roboris prębet, tũ nobis preciosus hic succus. Modico uino statim redeũt uires, nerui iuuantur, stomachus redintegratur, appetentia ciborũ excitatur, tristitia expellitur, magnitudo animi excitatur, urina exit, algor recedit, somnus cõciliatur, vomitio sistitur: vinum omnibus venenis, quę frigiditate nocent, medetur: prę-

Plat. l. 12. de legibus. sertim fungis. Plato putat vinum fomitẽ quendam esse & incitabulum ingenij virtutisq; & hanc largiorem paulo iucũdioremq; vini inuitationem, quæ fieret sub quibusdam quasi arbitris & magistris cõuiuiorum sobrijs, non improbauit. Nam & modicis honestisq; inter bibẽdum remissionibus, refici integrariq; animos, ad instauranda sobrietatis officia existimauit; redditq; eos sensim lętiores, atque ad intentiones rursus capiendas fieri habiliores. Et simul si qui penitus in ijs affectionum cupiditatumq; errores inessent, ea omnia sine grauí periculo, libertate per vinum data detegi, & ad corrigendum medendumque fieri opportuniora. Suidas. Suidas allegat Cyprium poetã quempiam, qui de vino, & cur datum sit, hæc scribit.

A. Gel. lib. 15. noct. att.

οἶνον τοὶ μνήλαε θεοὶ ποίησαν ἄρισον
θνητοῖς ἀνθρώποισιν ὑποσκεδάσαι μελεδῶνας. Id est.
Vinum ô Menelae dij fecerunt optimum,
Vt hominibus mortalibus sollicitudines discuteret.

Inualuit iam mos plusquam barbarus apud Germanos, & quem à Scythis & Parthis profectum meritò dixeris, certare poculis, & inuitare inuicem ad pares haustus, & potare ἀμυδί. Si quis ad certamen hoc paulo erit segnior, mox hic malè audit, & fungi non hominis nomine cẽsetur. At si quis bona fide ingens exicauerit poculum, & inter bibendum ne respirauerít quidem (quando quidẽ hæc bibendi ars hisce constat legibus) hic iam celebris omnium ore habetur, & dignus, tanquam Torquatus Nouellus triconsius, vt principibus carus hac sua gloria sit. Pessimus hic compotandi mos, & ad respondendum vel nolentem adigere, vetustissimis illis ignotus fuit. Assuerus ille potentissimus Persarum rex, vir, vt videtur miti & clemẽti ingenio, cum regni sui exordia exquisitissimo & omni regio ciborum apparatu genti suæ celebraret; fœdam tamen hanc & execrabilem compotandi consuetudinem procul à conuiuijs suis abesse volebat, cum omnia regio essent luxu instructa. Conuiuium secundum edictum erat, ne quis quempiam coge ret, sic enim cõstituerat Rex. Hoc quoque frequens apud Homerum est, αὐτὰρ ἐπεὶ πάσασαντ' ἔπιον θ' ὅσον ἤθελε θυμός. Id est. Postquam libarunt, bibebant quantum quisq; voluit. Erant quoq; scyphi numerati quot quisq; ebiberet, nec vltra tertiũ cyathum sobrio viro excedendũ erat. De ijs Suidas sic scribit, πρῶς γὰρ μόνος κρᾶτῆρας ἐγκεραννύω τοῖς ἐυφρονοῦσιν. ἢ ἢ ὑγείας ἕνεκα, ὁ πρῶτον ἐκπίνοσιν· ἢ ἢ δ' δεύτερον ἔρως ἡδονῆς τε. ἢ τρίτον ἢ ὕπνου, ὃν ἐκπίνοντες οἱ σοφοὶ ἐκελεμηθέοι οἴκαδε βαδίζοσιν, ὃ ἢ τέταρτον οὐκ ἔτι ἡμέτερον δεῖν ἀλλ' ὕβρεως. Id est. Tres solum cyathos misceo prudentibus. Quem primum bibũt sanitatis causa est. Secundus verò amoris & voluptatis. Tertius somni causa, quem vbi biberint prudẽtes appellati, domum se cõferunt. Quartus verò cyathus nõ est censendus noster esse, sed ignominię. Refert Laërtius de Anacharsi philosopho Scytha, ὅτος τῆ ἄμπελον ἔπε τρεῖς φέρειν βότρυς. ἢ πρῶτον ἡδονῆς, ἢ δεύτερον μέθης, ἢ τρίτον ἀνδίας. Id est. Hic dixit vitem tres ferre vuas. Primam voluptatis, secundam ebrietatis, tertiã tristitiæ. Hãc bibendi ceu legem quandam & numerũ, ter scilicet bibere super cœnam, seruarũt olim clarissimi & fortunatissimi reges, quibus hoc tanquam laus quædam non vulgaris asscribitur, frenos vsq; adeò cupiditatib. imposuisse. Cornelius Nepos, auctore Suetonio, tradit Augustum Cęsarem ter bibere solitum super cœnam in castris apud Mutinã. Quis inter tot Romanorum & Galliarum reges vnquã æquari poterit Carolo, quẽ Magni cognomine iustissimè appellamus? & tot tantasq; bellorum adoreas insigni quoq; pietate cumulauit? Ferũt hunc cibi potusq; parcissimũ fuisse, sed in potu tẽperatiorẽ, ita vt super cœnã raro plus quã ter biberit. Ferunt summũ nostri huius infœlicis qui monarchã, & Caroli συωνυμοῦ, hac ὀλιγοποσία vti. Nec solũ hanc in bibendo tẽperantiã apud veteres mirari est, sed etiãq; vinũ aqua mixtũ potabant. Hoc Græci per ænigma significabant, cũ nymphas Bacchi altrices esse dicerẽt, per nymphas fontes & aquã intellígẽtes, ὅτι ἢ οἶνον αὐξάνει τὸ ὕδωρ κιρνάμενον. Id est. Quoniã vinũ aq̃ mixta. Et Ath. πλησιοῦ ἢ ἢ διονύσῳ καὶ τοῖς νύμφαις βωμοὺ ἐδίδυν, ὑπόμνημα βῖς χρωμένοις ἢ κρᾶσεως ποιούμενος. i. Iuxta Bacchũ etiam nymphis arã ędificabat, memoriã faciens eorũ qui vtũtur mixtione. Pli. scribit Staphylum Sileni filiũ primũ vinum aqua miscuisse. Athenæus alter scribit φιλόχορος δὲ φησὶ ἀμφύκτιονα τὸν ἀθηναίων βασιλέα μαθόντα

Suidas.

Laer. Dio.

Sueton. in Aug.

Abbas Vspergens.

Athen.

Hest. 1. ca.

Homerus ὀδυσσ. γ.

Plin. lib. 7.

Athen.

μελλοντα πρὸς διονύσου τοῦ τοῦ οἶνον κεράσειν, πρώτον κεράσαι. Id est. Philochorus ait Amphyctionem regem Athenienſem à Baccho didiciſſe vini mixturam, & primum miſcuiſſe. Vtut ſit apparet hunc morem aquam vino miſcendi vetuſtiſsimũ fuiſſe apud Græcos, qui nunquam merum vinum bibebant, verum ſemper vinum aqua diluebant, quod Heſiodus hoc verſu ſignificat.

Heſiodus πρὸς ἔργ. τοῖς ὕδατος πρόχεε. τὸ δὲ τέτρατον ἥμισυ οἴνου.

Et verſus alius apud Græcos, qui huic Heſiodico adeò ſimilis eſt, vt inde deſumptus videatur, quum de Baccho dicat.

χαίρει κερναμῷ τοῖσιν νύμφαις τέτρατος αὐτός.

Ath. l. 10. Scribit Athenæus hanc conſuetudinẽ diluendi vini fuiſſe, vt ad duos vini cyathos, quinq; aquæ adderent, alicubi & ad quatuor vini cyathos, duos aquæ. Hinc prouerbium illud ἢ πρὸς τρία, ἢ τέτταρα ἢ γὰρ δύο πρὸς πρὸς τρία, ἢ ἕνα πρὸς τρεῖς. Id eſt. Aut quinq; bibere, aut tria, vel etiam quatuor. Aut enim duos ad quinq; bibere ait oportere, aut vnũ ad tres. Loquitur haud dubio prouerbium de cyathis aquæ quæ vino admiſcenda erat. Notum eſt Græcis & Latinis ſcriptoribus, aquam omnem quę vino miſceri idonea eſt, Acheloi nomine vocari. *Macr. li. 5. Sat.* Vergilius de Libero ſiue baccho ait. *Verg. libr. 1. Georg.*

Poculaq; inuentis Acheloia miſcuit vuis.

Quid ergo mirum, ſi Noe vir pientiſsimus ſua captus ſit arte, & vinum in ſuum primum ſæuierit auctorem, cum Bacchus nondum nympharum fuerit compedibus conſtrictus, & Noe inuentis ſuis vuis Acheloia nondum miſcuerit poculà? Et hoc eſt quod ſcriptura refert. Ebibensq; vinum inebriatus eſt, & nudatus eſt in tabernaculo ſuo. Quod cum vidiſſet Cham pater Chanaan, verendà ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nunciauit duobus fratribus ſuis foras. Non ignoro veteres ferè Theologos omnes, totam hanc Noe inebriationem, & illuſionem eius à filio ad Chriſtum dominum referre, eiusq; ignominioſam paſsionem, quam à Iudæis pertulit, quos ſemper & paterno animo dilexit, & fouit, quosque etiam vt vineam electam plantauit. Inter hos ergo nudatus iacuit, diuini amoris vino ebrius. Nulla enim alia re humanitas eius perinde viſa eſt, atq; paſsione, in qua nudatus eſt. Non in votis eſt myſteria hæc altius ingredi, neq; exactius ſingula excutere, quod ab alijs factũ eſſe credibile eſt, quos in Geneſim priores ſcripſiſſe magis fama acceperim quàm re viderim. Ne igitur quicquam videar ab illis ſumpſiſſe ad alia transgrediar. Fuerũt olim hæretici quidam, inprimis Manichei, ad carpẽdum ſolũ oculati. Ii ſtudioſe & callidè complura ex veteris teſtamẽti patribus venabantur, quæ calumniari poſſent, quo ſcilicet patriarcharũ & prophetarum exiſtimationem apud vulgus leuiorem facerent, & traducerent. Hos Cham ſectatores fuiſſe liquido conſtat. Refert Irenæus presbyterum quendam dixiſſe: De ijs delictis de quibus ipſę ſcripturæ increpant prophetas & patriarchos nõ debere exprobrare eis, neq; fieri ſimiles Cham, qui irriſit turpitudinẽ patris ſui, & in maledictionẽ decidit. Sunt quidem complura malorum hominũ genera, atqui haud ſcio an peiusaliquod ſit, quam illorũ qui odio & inuidia extimulati, aliorum factorum curioſi ſunt obſeruatores & inſpectatores, vt ſi quid temerè vel imprudens factum ſit, ſtatim in maius augeant, & fœdum rumorem in vulgus ebuccinent. Atq; hoc agunt nõ quo vicium correctum velint, ſed quo aliorũ exiſtimatio leuior habeatur. Celebre eſt apud Hom. Martis & Veneris adulteriũ, quod quidem cum Vulcanus Veneris vir, prudenter tacere potuiſſet, tamen vt peſsimũ dæmonem Hom. deſcriberet, & qui viciũ nõ correctũ, ſed publicatũ vellet, ſic loquentẽ inducit ad ceteros Deos. *Iren. lib. 4.* *Homerus ὀδυσ. θ.*

ζεῦ πάτερ, ἠδ' ἄλλοι μάκαρες θεοὶ αἰὲν ἐόντες
ἠδυῦ ἵνα ῥῆγε γελασσὰ ὃν ἐπιεσσάμεθ' ἠδὲ.

Id eſt.

O pater Iuppiter, atq; alij beati dij ſemper exiſtentes,
Venite vt opera ridicula & non ferenda videatis.

Sed quid dij illi immortales ſcilicet, num ad fœdum illud ſpectaculum conuocati uenire renuerunt? imò quo ſe peſsimos declararent, ut Homerus canit. *Homerus ὀδυσ. θ.*

ἔσαν δ' γὰρ προθύροισι θεοὶ δωτῆρες ἐάων
ἄσβεσ δ' ἄρ' ὠρώρετο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν.

Id eſt.

Steterunt in veſtibulo dij datores bonorum,
Ingens verò riſus exortus eſt dijs immortalibus.

Verè ergo ait Ambroſius: Omnis improbus, quoniam ipſe deuius diſciplinæ eſt, aliorũ lapſus, non ſolũ pro ſui erroris ſolatio accipit, quod cõſortes inuenerit culpæ; verumetiam improbo lætatur affectu: *Ambroſius de arca & Noe.*

tanquam ipſe ſua delicta correxerit. Mala mens ergo lætatur præter propoſitũ quid alicui accidiſſe ſapienti. Omnes mores peſsimi erroribus delectãtur alienis. Quod hominum genus peſsimũ. Baſilius hac pulcherrima ſimilitudine depinxit ὥσπερ δὲ οἱ γύπες πρὸς τὰ δυσῶδη πόδι φθό. φέρονται, πολλοὺς μὲν λειμῶνας, πολλὰς δὲ ἡδείας κοὐ εὐωδείας τόπους ὑπερπτάμενοι, κοὐ αὐ μέγα τὸ μὲν ὑγιαῖνον ἀγατρέχουσι, πρὸς δὲ τὸ ἕλκος ἐπέγοντα: οὕτως οἱ βάσκανοι τὰς μὲν τοῦ βίου λαμπρότητας τὰ μεγέθη τῶν κατορθωμάτων οὐδὲ πρὸς βλέπουσι, τοῖς δὲ σαθροῖς ἐπιτίθενται, εἰ ὅν τι πρὸς ὠφέλειαν συμβῇ οἷα πολλὰ τὰ ἀνθρώπινα πρὸς δημοσιεύουσι. καὶ ἀκρὰ τούτων οὐ ἀνέχεσθαι γνωρίζειν βάλλονται ὥσπερ οἱ πονηροὶ τῶν ζωγράφων ἀκρὰ δὲ γὰρ ἀστεροφόρου ῥίνος ἢ ἀκρὰ τινος ἀλοῦς ἢ κολοβόμα τοῦ, ἐκ φύσεως ἢ ἐκ πάθους ἐπισυμβάντος τὰς μορφὰς τῶν γραφομένων ἀποσημαίνοντες. Id eſt. Quemadmodum vultures ad malè olentia feruntur, multa verò prata, & amœna & ſuaueolentia loca præteruolant. Et muſcæ quod integrum eſt prętereunt, ad vlcera feſtinant: ſic inuidi ea quæ in vita clara ſunt, & magnitudinem bene geſtorum non reſpiciunt, ad ea quæ vilia ſunt attendunt, ſi quid erratum ſit, qualia humana multa contingunt, id publicant, & ab iſs homines cognoſcere volũt: quemadmodum imperiti pictores, ab nare diſtorta, vel ab cicatrice, vel defectu, qui vel natura vel morbo quandoq; contingit, formas eorum qui picti ſunt, ſignificant. Hæc Baſilius. Sed quid hoc eſſe dicemus, quod homines libentius illa audiunt & diligentius inſpectant, quæ hominis exiſtimationem cõuellũt, quàm quæ commendant? niſi naturę vicium hoc eſſe & originalis mali fomitem. Quæritur idem Horatius quum inquit. *Baſil. omi. πρὸς φθό.*

Horatius. *Diſcit enim citius meminitq; libentius illud,*
Quod quis deridet, quàm quod probat, & veneratur.

Increuit hoc vicium Chamicum noſtro hoc æuo in laicis, qui patrem ſibi Cham optimè vendicant verius, quàm vel Sem vel Iaphet pientiſsimos viros. Eſt enim iam videre laicos nullis non vicijs cooperto, adulterijs, perfidia, impoſturis, ac cæteris ſceleribus madentes; ſed horum omnium obliuiſcuntur & planè cæci cõmunia inter ſeſe crimina callidè diſsimulant, & ſibijpſis ignoſcunt, & talpas agũt: cæterum ad cleri vicia oculos habent, & tam cernunt acutum quàm aut Aquila, vel ſerpens Epidaurius. Hæc cupidè captant, hæc cantilenis, conuicijs, picturis denique inſectãtur ac publicitus traducũt, & manticam in tergo non videntes, Vergiliani Sinonis illud in clericis verũ eſſe contendunt: Et crimine ab vno, Diſce omnes. Quod ſi poëticè agẽdũ ſit, in quos magis quadrat quàm in laicos hoc Satyri cum: Peccant ij plura ſed illos; Defendit numerus iunctæq; vmbone phalanges. Sed eſt hoc Cham, vel ſi mauis Suffenii vicium, vt ſua peruideat oculis mala lippus inunctis. Sed quid agẽdum cenſes, dixeritquiſpiam? An maiorum vicia reprehẽdenda non ſunt? Ego verò vel maximè, modò id in loco fiat, formula Euangelica & fraterna, neq; enim vſq; adeò molles & teneras aures habemus, vt mordacẽ horreamus veritatem. Porrò reprehendendi formulam Gregorius præfigit, quã ſubijcere operęprecium puto. Si aũt magiſtrorum vita iure reprehenditur, oportet vt eos ſubditi etiam cum diſplicent venerẽtur. Sed eſt ſolerter intuẽdum hoc, ne aut quem venerari neceſſe eſt, imitari appetas: aut quem imitari deſpicis, venerar contemnas. Subtilis enim via tenẽda eſt rectitudinis & humilitatis, vt ſic reprehẽſibilia magiſtrorũ facta diſpliceant, quatenus ſubditorum mens à ſeruanda magiſterij reuerentia non recedat. Quod bene in Noe inebriato exprimitur, cuius nuda ta verecunda boni filij auerſi veniẽdo texerunt. Auerſari quippe dicimur quod reprobamus. Quid eſt ergo quod filij verecunda patris ſuperiecto dorſis pallio auerſi venientes operiunt, niſi quod bonis ſubditis ſic præpoſitorũ ſuorum mala diſplicẽt, vt tamen hæc ab alijs occultent. Operimẽtum auerſi deferũt, quia iudicãtes factũ, & venerantes magiſteriũ, nolũt videre q̃ tegunt. Hactenus Greg. Huius Gregorianæ allegoriæ & doctrinæ quod aliud exemplum quærimus quàm illud quod à Conſtantino Imperatore Chriſtiano neophyto proditũ legimus. Quũ Ariana impictas lõge lateq; graſſaretur, tũ Imperatoris mãdato totius orbis Chriſtiani Epiſcopi Niceam Bythiniæ euocãtur, ut ipſorum decreto Arianum dogma cõdemnaretur. Cæterũ vt eſt nihil ab omni parte beatũ, inter Epiſc. erant qui mutua inter ſe diſcordia laborarent, & alter alterũ apud Cæſarem reũ agere conaret. *Vergil. 2. Æneid.* *Gre. li. 25. Moral.*

Impe-

Imperator vt vidit commune fidei negotium hac Antistitum discordia negligi, quò pudendam hanc ipsorum dissensionem operiret, perpetuoq; obliteraret: piam fraudem cōminiscitur, & quæ Sem & Iaphet pietati par esset. Iubet igitur vt si quis Episcopus contra alterum iudicium instituere vellet, id in libellum referret, se ex omnium re litem finiturum. Suscepit Cæsar à singulis libellos, quos simul omnes in sinu suo continens, nec in eis quid contineretur aperiens, ait ad Episcopos: Deus vos cōstituit sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi, & ideo nos à vobis rectè iudicamur. Vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium, & vestra iurgia quæcunque sunt, ad illud diuinum reseruentur examen. Vos etenim nobis à Deo dati estis dij, & conueniens non est vt homo iudicet deos, sed ille solus de quo scriptum est: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem Deos discernit. Et ideò hæc omisis, illa quæ ad fidem Dei pertinent, absque vlla animorum cōtentione distinguite. Cum hæc dixisset, omnes simul querimoniarum libellos iussit exuri, ne innotesceret vlli hominum simultas sacerdotum. Hactenus Constantini Imperatoris pietatē audiuimus, quæ cum Sem & Iaphet certa revidetur. Ambrosius ad allegoriam hoc trahit, quod filij Noe, Sem & Iaphet retrorsum eundo, & auersis vultibus patrem texerunt: nimirum vt viri sapientis sit, non præsentia tantum & quæ in oculis sunt cogitare, sed etiam præterita spectare, & futura considerare. Est enim hoc sapere, vt Terentius inquit, non quod ante pedes modò est videre, sed etiam illa, quæ futura sunt prospicere. Colebant olim Romani Ianum, quem bifrontem fuisse referebant, symbolicè intelligentes, quod fuerit prudentissimus, videritque procul ventura, & respexerit præterita. Sicut de cordato Homerus inquit, quod τὰ πρόσσω καὶ ὄπισσω, id est, quæ ante sunt & retro. Contra Achilles Agamemnonem regem insectatur & stultum, & rerū omnium imperitum, quod

Eccl. Hist. lib. 10.

Ambr. de Noe & arca.

Terent. in Adelph.

Homerus Iliad. α.

οὐδὲ τὰ οἶδε νοῆσαι ἅμα πρόσσω καὶ ὄπισσω.

Id est.

Nec quicquam rectè vecors perpendere nouit
Ante retroq;.

Hæc adeò vera sunt, vt etiam in sacris literis videre sit. Quid enim aliud esse putandum est, quod Ioannes viderit cœlestia illa animalia plena oculis ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν, id est, ante & retro, nisi vt significet ea & præterita sapienter vidisse, & futura prudenter vitasse. Sed iam sequentia videamus. Euigilans autem Noe ex vino, cum didicisset quę fecerat ei filius suus minor, ait: Maledictus puer Chanaan: seruus seruorum erit fratribus suis. ¶ Quid tristius, & grauius filio contingere potest, quàm vt diris imprecationibus deuoueatur à patre? Sunt complura exempla nedum in diuinis literis, sed etiam in ethnicorū scriptis, quæ declarant huiusmodi parentum in liberos deuotiones esse formidandas. Græcis in prouerbiū cessit διὸς λίπτοδ' ἀρά. Id est. Oedipidi imprecatio, de tragicis & ingētibus imprecationibus, malisque. Fuit Oedipus Thebanus. Hic cum patrem regem imprudens occidisset, regnum obtinuit. Deinde ab simili ignorātia matrem Locastam in vxorem duxit, ex qua filios sustulit Polynicem & Eteoclem. Tandē re cognita regno eijcitur, & seipsum ob dedecus excœcat, contemptus deinde à filijs diras imprecationes & tragicas in eos detonuit. Apud Euripidem Locasta de Oedipo hæc dicit.

Euripid. in Phœniss.

ἀρᾶς ἀρᾶται παισὶν οὐσιωτάτας.

Id est.

Dirissimas preces precatur liberis.

Idem Oedipo Coloneo sic Oedipum imprecantem facit Polynici vt fraterna manu occideretur, vicissimq; occideret.

Apocal. 4.

Euripides.

τὰς δὲ συμβεβὼς ἀρὰς
ἃς σοὶ λαλῶμαι μήτε γῆς ἐμφυλίου
πορὶ κρατῆσαι μήτε νοστῆσαι ποτὲ
τὸ λοίπον αὖγ' ἀλλὰ συγγενεῖ χειρὶ
θανεῖν κτανεῖν θ' ὑφ' οὗ πέρ ἐξελήλασας
τοιαῦτ' ἀρῶμαι καὶ καλῶ τὸν ταρτάρου
Στυγνὸν πατρῷον ἔρεβος.

Id est.

Hæc te sequantur agmine imprecamina,
Tibi quæ imprecor vti neue natali solo
Potiare bello, neue Argos postea
Redire liceat, amò fraterna manu
Perimaris, ac vicissim eum dedas neci,
Qui te expulit, fratrem. Ista vobis imprecor,
Testorq; patrij triste numen tartari.

Nec in cassum has diras in filios protulit Oedipus. Nam obsessis Thebis à septem ducibus. Polynices & Eteocles singulari certamine congressi, fraterna vterq; manu conciderunt, vt Græci Latiniq; scriptores testantur, quod & futurum apud Euripidem ἄγγελος vaticinatur.

Euripid. in phœn.

τὰς σὰς δ' ἀρὰς ἔοικεν ἐκπλήσειν θεός.

Id est.

Tuas deuotiones, vt videtur implebit Deus.

Extāt apud Græcos carmina complura Phocylidis nomine, quæ sapientiam & pietatem haudquaq; vulgarem præferunt, vt credibile sit ea à vetustissimis Hebræis orta, & ad Græcos tandem trāslata & cultiora reddita. Quàm ægrè pater filios deuouere debeat, declarat Phocylides his versibus.

Phocylides.

παῖσι μὴ χαλέπαινε τοῖς ἀλλοτρίοις ἤπιος ἴσθι
ἢν δ' τι παῖς ἁλίσῃ λωλυέτω υἱέα μήτηρ
ἢ καὶ προσβύτατος γενεῆς ἢ δημογέροντες.

Id est.

Filijs ne irascere tuis, sed indulgens sis:
Si verò quid filius errauerit, castiget filium mater,
Vel maiores natu familiæ, vel populi seniores.

Cæterum vt ad Noe veniā. Cham impius in patrem, & cum nihil in patre venari posset, ad calumniam fortuitam eius ebrietatem captauit, & patrem somno vinoq; sepultum, ad deridendum fratribus propinare conabatur. Sed apud illos plus valebat paterni nominis reuerentia, quā impij fratris studium. Igitur Noe iniuria hac irritatus, in filium Chāi diræ deuotionis tela vibrauit, eumq; ingenuum in seruitutem fratribus dedidit, vt qui liber neq; victurus esset, in seruitute frugi fieret. Lactantius scribit Noe filium Cham expulisse. At ille profugus in eius terræ parte consedit, quæ nunc Arabia nominatur. Eaq; terra de nomine suo Chanaam dicta est: & posteri eius Chananæi. Hæc fuit prima gens quæ Deum ignorauit: quoniam princeps eius & conditor, cultum Dei à patre non accepit maledictus ab eo. Origenes scribit Chanaam puerum nondum natum fuisse, & tamen in Cham patre maledictū, vt allegoricè nobis indicaretur, Deum non solum mala opera punire, sed etiam occultas cogitationes, vt etiam si nondum opere impletæ sint, in ipsa tamen voluntate & proposito maledictio erit. Idem quoque senserunt ethnici cordatiores. Refert Satyricus poëta, quendam Spartanum cum tota prole domoq; extinctum, quod depositum sibi creditū interuertere cogitasset, illudq; reddidisset non moribus sed metu.

Lact. lib. 2 cont. gent.

Orig. Omil. 20. in Nu.

Iuuenalis Satyr. 13.

Has patitur pœnas peccandi sola voluntas,
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vltum,
Facti crimen habet.

Gregorius in Iob scribens monet sceleratos, vt ne de impunitate sibi blandiantur, quod subinde peccatis peccata cumulantes diuinam non statim sentiāt vindictam: futurum enim omnino vt damnatis olim duplicatam rependat clādem, & tanto grauiorem, quanto tardiorem. Benè, inquit, inulta eorum nequitia Cham peccante signata est, cui à patre dicitur: Maledictus Chanaā puer, seruus erit fratribus suis. Chanaan videlicet Chā filius fuit. Et qd est quod Cham peccante Chanaan filius eius sententiam vltionis accepit? Quid est quod nō in se, sed in posteritate percutitur, nisi q; reproborum nequitiæ hic quidem inultę proficiunt, sed in posterum feriuntur? Hæc Gregorius. Hæc Gregoriana interpretatio veram facit celebratissimam illam & bracteatam sententiam Valerij Maximi, & quæ vel mediocriter doctis in ore est: Lento enim gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, tarditatemq; supplicij grauitate compensat. Exemplo esse Dionysius ille Syracusanus poterit, qui sacrilegia sua iocularibus etiam dictis prosequebatur. Nam cum Ioui Olympio aureum amiculum detraxisset, laneū iussit imponi: dicens æstate esse graue aureum, hyeme frigidum, laneum verò vtrique tempori aptum. Idem auream barbam detrahens Æsculapio, incongruens & iniquum esse ait, cum Apollo pater eius imberbis esset adhuc, ac leuis, priorem filium, quàm patrem barbatum videri. Hic tametsi ad senectutem vsque vixerit, & debita supplicia non exoluerit, in filij tamen dedecore mortuus pœnas rependit, quas viuus effugerat. Nam filius eius Syracusis pulsus, Corynthum se recepit, ibiq; in sordidissimum vitæ genus descendit. Non contentus in publico vagari, sed potare, nec conspici in popinis, lupanaribusq;, sed totis diebus residere. Cum

Gregor. lib. 26. Mor.

Val. Max. lib. 1.

Iust. li. 21.

Imperator vt vidit commune fidei negotium hac Antistitum discordia negligi, quò pudendam hanc ipsorum dissensionem operiret, perpetuoq; obliteraret; piam fraudem cõminiscitur, & quæ Sem & Iaphet pietati par esset. Iubet igitur vt si quis Episcopus contra alterum iudicium instituere vellet, id in libellum referret, se ex omnium re litem finiturum. Suscepit Cæsar à singulis libellos, quos simul omnes in sinu suo continens, nec in eis quid contineretur aperiens, ait ad Episcopos: Deus vos cõstituit sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi, & ideo nos à vobis rectè iudicamur. Vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium, & vestra iurgia quæcunque sunt, ad illud diuinum reseruentur examen. Vos etenim nobis à Deo dati estis diij, & conueniens non est vt homo iudicet deos, sed ille solus de quo scriptum est: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem Deos discernit. Et ideò hæc omissis, illa quæ ad fidem Dei pertinent, absque vlla animorum cõtentione distinguite. Cum hæc dixisset, omnes simul querimoniarum libellos iussit exuri, ne innotesceret vlli hominum simultas sacerdotum. Hactenus Constantini Imperatoris pietatẽ audiuimus, quæ cum Sem & Iaphet certa re videtur. Ambrosius ad allegoriam hoc trahit, quod filij Noe, Sem & Iaphet retrorsum eundo, & auersis vultibus patrem texerunt: nimirum vt viri sapientis sit, non præsentia tantum & quæ in oculis sunt cogitare, sed etiam præterita spectare, & futura considerare. Est enim hoc sapere, vt Terentius inquit, non quod ante pedes modo est videre, sed etiam illa, quæ futura sunt prospicere. Colebant olim Romani Ianum, quem bifrontem fuisse referebant, symbolicè intelligentes, quod fuerit prudentissimus, videritque procul ventura, & respexerit præterita. Sicut de cordato Homerus inquit, quod τὰ πρόσσω καὶ ὀπίσσω, id est, quæ ante sunt & retro. Contra Achilles Agamemnonem regem insectatur & stultum, & rerũ omnium imperitum, quod

Eccl. Hist. lib. 10.

Ambr. de Noe & arca.

Terent. in Adelph.

Homerus Iliad. α.

οὐδὲ τὰ οἶδε νοῆσαι ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω.

Id est.

Nec quicquam rectè vecors perpendere nouit
Ante retroq;.

Hæc adeò vera sunt, vt etiam in sacris literis videre sit. Quid enim aliud esse putandum est, quod Ioannes viderit cœlestia illa animalia plena oculis ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν, id est, ante & retro, nisi vt significet ea & præterita sapienter vidisse, & futura prudenter vitasse. Sed iam sequentia videamus. Euigilans autem Noe ex vino, cum didicisset quę fecerat ei filius suus minor, ait: Maledictus puer Chanaan: seruus seruorum erit fratribus suis. Quid tristius, & grauius filio contingere potest, quàm vt diris imprecationibus deuoueatur à patre? Sunt complura exempla nedum in diuinis literis, sed etiam in ethnicorũ scriptis, quæ declarant huiusmodi parentum in liberos deuotiones esse formidandas. Græcis in prouerbiũ cessit διὰ λιτοῦ θεὸς ἀρᾶ. Id est. Oedipidi imprecatio, de tragicis & ingẽtibus imprecationibus, malisque. Fuit Oedipus Thebanus. Hic cum patrem regem imprudens occidisset, regnum obtinuit. Deinde ab simili ignorãtia matrem Locastam in vxorem duxit, ex qua filios sustulit Polynicem & Eteoclem. Tandẽ re cognita regno eijcitur, & seipsum ob dedecus excœcat, contemptus deinde à filijs diras imprecationes & tragicas in eos detonuit. Apud Euripidem Locasta de Oedipo hæc dicit.

Apocal. 4.

Euripid. in Phœniss.

ἀρὰς ἀρᾶτοῦ παισὶν αὐσιωτάτας.

Id est.

Diriſsimas preces precatur liberis.

Idem Oedipo Coloneo sic Oedipum imprecantem facit Polynici vt fraterna manu occideretur, vicissimq; occideret.

Euripides.

τὰς δὲ συλλαβὼν ἀρὰς
ἃς σοί καλῶμαι μήτε γῆς ἐμφυλίου
λοχῶ κρατῆσαι μήτε νοῆσαι ποτὲ
τὸ λοιπὸν αὖθις ἀλλὰ συγγενῆ κτείνειν
θανεῖν κτανεῖν θ' ὑφ' οὗ πέρ ἠξέλλασαι
τοιαῦτ' ἀρῶμαι καὶ καλῶ τὸν ταρτάρου
στυγνὸν πατρῷον ἔρεβος.

Id est.

Hæc te sequantur agmine imprecamina,
Tibi quæ imprecor vti neue natali solo
Potiare bello, neue Argos postea
Redire liceat, amò fraterna manu
Perimaris, ac vicissim eum dedas neci,
Qui te expulit, fratrem. Ista vobis imprecor,
Testorq; patrij triste numen tartari.

Nec in casum has diras in filios protulit Oedipus. Nam obsessis Thebis à septem ducibus. Polynices & Eteocles singulari certamine congressi, fraterna vterq; manu conciderunt, vt Græci Latiniq; scriptores testantur, quod & futurum apud Euripidem ἀγγελος vaticinatur.

Euripides.

Euripid. in phœn.

τὰς σὰς δ' ἀρὰς ἔοικεν ἐκπλήσειν θεός.

Id est.

Tuas deuotiones, vt videtur implebit Deus.

Extãt apud Græcos carmina complura Phocylidis nomine, quæ sapientiam & pietatem haudquaq; vulgarem præferunt, vt credibile sit ea à vetustissimis Hebræis orta, & ad Græcos tandem trãslata & cultiora reddita. Quàm ægrè pater filios deuouere debeat, declarat Phocylides his versibus.

Phocylides.

παῖσι μὴ χαλέπαινε τεοῖς ἀλλὰ ἵππε ἴδοι
ἤν τι παῖς ἀλιτῇ λωλύετω υἱέα μήτηρ
ἢ ἠδὲ πρεσβύτατος γενεᾶς ἢ δ' ἡμογέροντες.

Id est.

Filijs ne irascere tuis, sed indulgens sis:
Si verò quid filius errauerit, castiget filium mater,
Vel maiores natu familiæ, vel populi seniores.

Cæterum vt ad Noe veniã. Cham impius in patrem, & cum nihil in patre venari posset, ad calumniam fortuitam eius ebrietatem captauit, & patrem somno vinoq; sepultum, ad deridendum fratribus propinare conabatur. Sed apud illos plus valebat paterni nominis reuerentia, quã impij fratris studium. Igitur Noe iniuria hac irritatus, in filium Chãdiræ deuotionis tela vibrauit, eumq; ingenuum in seruitutem fratribus dedidit, vt qui liber neq; victurus esset, in seruitute frugi fieret. Lactantius scribit Noe filium Cham expulisse. At ille profugus in eius terræ parte consedit, quæ nunc Arabia nominatur. Eaq; terra de nomine suo Chanaam dicta est: & posteri eius Chananæi. Hæc fuit prima gens quæ Deum ignorauit: quoniam princeps eius & conditor, cultum Dei à patre non accepit maledictus ab eo. Origenes scribit Chanaam puerum nondum natum fuisse, & tamen in Cham patre maledictũ, vt allegoricè nobis indicaretur, Deum non solum mala opera punire, sed etiam occultas cogitationes, vt etiam si nondum opere impletæ sint, in ipsa tamen voluntate & proposito maledictio erit. Idem quoque senserunt ethnici cordatiores. Refert Satyricus poëta, quendam Spartanum cum tota prole domoq; extinctum, quod depositum sibi creditũ interuertere cogitasset, illudq; reddidisset non moribus sed metu.

Lact. lib. 2 cont. gent.

Orig. Omil. 20. in Nu.

Iuuenalis Satyr. 13.

Has patitur pœnas peccandi sola voluntas,
Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vltum,
Facti crimen habet.

Gregorius in Iob scribens monet sceleratos, vt ne de impunitate sibi blandiantur, quod subinde peccatis peccata cumulantes diuinam non statim sentiãt vindictam: futurum enim omnino vt damnatis olim duplicatam rependat clãdem, & tanto grauiorem, quanto tardiorem. Benè, inquit, inulta eorum nequitia Cham peccante signata est, cui à patre dicitur: Maledictus Chanaã puer, seruus erit fratribꝰ suis. Chanaan videlicet Chã filius fuit. Et qd est quod Cham peccante Chanaan filius eius sententiam vltionis accepit? Quid est quod nõ in se, sed in posteritate percutitur, nisi q reproborum nequitiæ hic quidem inultę proficiunt, sed in posterum feriuntur? Hæc Gregorius. Hæc Gregoriana interpretatio veram facit celebratissimam illam & bracteatam sententiam Valerij Maximi, & quæ vel mediocriter doctis in ore est: Lento enim gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, tarditatemq; supplicij grauitate compensat. Exemplo esse Dionysius ille Syracusanus poterit, qui sacrilegia sua iocularibus etiam dictis prosequebatur. Nam cum Ioui Olympio aureum amiculum detraxisset, laneũ iussit imponi: dicens æstate esse graue aureum, hyeme frigidum, laneum verò vtrique tempori aptum. Idem auream barbam detrahens Æsculapio, incongruens & iniquum esse ait, cum Apollo pater eius imberbis esset adhuc, ac leuis, priorem filium, quàm patrem barbatum videri. Hic tametsi ad senectutem vsque vixerit, & debita supplicia non exoluerit, in filij tamen dedecore mortuus pœnas rependit, quas viuus effugerat. Nam filius eius Syracusis pulsus, Corynthum se recepit, ibiq; in sordidissimum vitæ genus descendit. Non contentus in publico vagari, sed potare, nec conspici in popinis, lupanaribusq;, sed totis diebus residere. Cum per-

Grego. lib. 26. Mor.

Val. Max. lib. 1.

Iust. li. 21.

perditissimo quoque de minimis rebus disceptare, pannosusq; & squalidus incedere, risum libentius præbere, quã captare, in macello perstare, quæ emere non poterat oculis deuorare, apud ediles aduersus lenones surgarit omniaq; ita facere, vt cõtemnendus magis quàm metuendus videretur. Nouissimè se ludi magistrum professus, pueros in triuio docebat, vt aut à timentibus semper in publico videretur, aut à non timentibus facilius contemneretur. Hactenus Iustinus de filio Dionysij. Testatur idẽ Homerus Deos nonnunquam differre pœnas nocentium, sed tandem persoluere cum magno fœnore, ipsis supplicio affectis cum vxoribus & filijs.

Homerus Ἰλιαδ. δ.

ἔπερ γάρ τε καὶ αὐτὰρ ὀλύμπιοι ὀψὲ τελέουσιν
ἐκ τε καὶ ἀλλοτέων τε μέγαλῳ ἀπέτισαν
σὺν σφῆσιν κεφαλῆσι, γυναιξίν τε καὶ τεκέεσσιν. Id est.

Haud impune sinunt superi scelera impia, quanquam
Distulerint culpas hominum, grauiora morantur
Supplicia, æterni si qua est sententia cœli.

Neq; Satyricus poëta aliter de ira deorum sentit, nisi vt vehemens & magna quidem sit, ita etiam lenta & minimè præpropera.

Iuu. Saty. 13.

Vt sit magna, tamen certè lenta ira deorum est.

Quis non optimo iure Noe totius orbis parentem dixerit, vt ex cuius domo tanquam ex equo Troiano tres prodierint filij, Sem, Cham, Iaphet, & horum filij postea Asiam, Aphricam, Europam, cultoribus vacuas occuparunt, & à suis nominibus, singulis terris nomina indiderunt. Non est igitur vt Græci Latiniq; tãtopere asseuerent, tres orbis partes à mulierum nominibus appellatas, Asia, Lybia, Europa, cum eas tres Noe filij Sem, Cham, Iaphet suo iure vendicare possent, vt quorum nepotes colonias in omnes miserint, neque est vlla aliqua gens quæ non originẽ suam ad Noe filios referre possit. Est tamen olim inter multas gentes pertinaci studio concertum, quæ nam sit in toto orbe vetustissima gens, tanq; eximia quædam fœlicitas in hoc sita esset. Egyptij vanissima & superstitiosa semper gens, hunc sibi principatum vendicare ausa est. Auctor est Herodotus, Psameticum regẽ Ægypti, educari iussisse duos pueros à pastore procul à hominum contubernio, vt nullam humanã audirent vocem, nimirum vt quàm primum vocem ederent, eã sciret primigeniam & genuinam mortalium linguã esse. Pueros hos ferunt cum triennio in solitudine educati essent, & iam fari cœpissent, ad pastorem porrectis manibus clamasse, Beccus Beccus. Pastor eam vocem ad regem detulit, Rex deinde incognitam Ægyptijs vocem per totã Asiam queri iussit, quid nam Beccus significaret, tãdem cognitũ est, Beccus apud Phrygas vocari panis. Sic Phrygibus vetustatis principatus cessit. Hinc Apuleius vocat Phrygas primigenios. Historiam hanc, vel si maluis fabulam Claudianus poëta sic describit. Herodo. in Euterp. Apule. lib. Flo. Claudia.

necrex Ægyptius vltra
Restitit, humani postquam puer vberis expers
In Phrygiam primum laxauit murmura linguam.

Nec minorem cõcertationem habuerunt Ægyptij cum Scythis super antiquitate, vtraque gens varia & multa argumenta in medium pro se adduxit. Tandem superatis Ægyptijs Scythæ superiores euadunt. Neque Græci huius certaminis expertes. Atheniẽses seipsos appellabãt αὐτόχθονες, quasi indigenas, & quod non sint aduenæ, sed à principio terram suam coluerint. Arcades adeò ipsa antiquitate tumebant, vt etiam seipsos προσέλληνας appellarent, quod ante lunam fuisse se contenderint. Hinc Ouidius canit. Iustin. li. 2.

Ante Iouem genitum terras habuisse feruntur
Arcades, & luna gens prior illa fuit. Ouid. li. 1. Fast.

Sed sunt ij mortalium mores, vt quisque suam gentem, & suam familiam q̃ antiquissimam videri velit, eoq; celebriorẽ; nec interim vident cæci, vt longè repetamus alteq; reuoluamus nomen, ab eadem omnes nos oriri radice, vnamq; trahere progeniem, & omnium gentium semina in Noe filijs nepotibus fuisse. Asserunt Hebræi, Germanos originem ducere ab Askenaz nepote Iaphet. Elias Leuita Iudæus, qui Hebraicas literas Romæ candidè docuit, quod in Germania natus esset, vocat se אשכנז Porrò inter nepotes Cham refertur Nemrod homo,

mo, vt sacra scriptura indicat, non solum ambitione occœcatus, verumetiam impietate in Deum omnes tum homines longè superans. De hoc Nemrod Epiphanius ita scribit. Epiph. li. 1. cont hæres.

τοῦτον φασὶν παῖδες ἑλληνικοῦ ἐπὶ τοῦ Ζωροάστρου ὁ πρόσω χωρήσας ἐπὶ τὰ ἀνατολικὰ μέρη οἰκιστὴς γενόμενος Βακτρῶν, ἐντεῦθεν τὰ κατὰ τὴν γῆν πανταχόθεν διανενέμηται, ἐφευρέτης γὰρ ὅτι γεγένηται κακῆς διαδοχῆς ἀστρολογίας καὶ μαγείας ὡς τίνες φασὶν περὶ τούτου τοῦ Ζωροάστρου. Id est. Aiunt Græci recentiores huic Nemrod esse Zoroastren, qui orientem versus profectus in Bactra consedit, ibiq; omnem impietatem excogitauit. Fuit enim hic Zoroastres, vt quidam de eo aiunt, inuentor malæ successionis, nimirum astrologiæ & magiæ. Sed & sacra historia hunc Nemrod fuisse sanguinarium allegoricis hisce verbis subindicat הוא היה גבר צייד לפני יהוה Et septuaginta sic legunt ὅτι οὗτος ἦν γίγας κυνηγὸς ἐναντίον κυρίου. Id est. Hic erat gigas siue fortis venator coram Domino. Sunt enim venationes quasi quædam bellorum progymnasmata, et quibus ceu quibusdam tyrocinijs à ferarum sanguine, ad hominum cædem animus inardescit & inflammatur, quod olim Persæ sensisse videntur, qui venationi studebant, vt Cyri pater dicebat Xenoph. li. 4. παιδ.

ἦν δὲ ποτε πόλεμος γένοιτο, δύναιτο καὶ ἀνθρώπου σοχάζεσθαι καὶ ἀγαπᾶν ἢ καὶ πολεμεκτεῖν, ἐκ γὰρ ἀνθρώποις ἐπαιδεύομεν ὑμᾶς ἀλλὰ γὰρ θηρίοις, ἵνα μὴ δι' ἐκείνων τοὺς φίλους βλάπτοιτε, εἰ ἢ ποτε πόλεμος γένοιτο, μὴ δὲ τούτων ἀγύμνασοι εἶητε. Id est. Quod si aliquando bellum contingeret, vt tunc possetis hominem petere, & decipere & circumuenire, non in hominibus exercemus vos, sed in bestijs, vt non in ijs amicos incõmodaretis; sin verò bellum aliquod inciderit, tum ne horum essetis expertes. Rursus alibi hæc suo iudicio loquitur, Xenoph. in Cyneget.

ἐγὼ μὲν οὖν παραινῶ τοῖς νεοῖς μὴ καταφρονεῖν κυνηγεσίων μὴ δὲ τῆς ἄλλης παιδείας, ἐκ τούτων γὰρ γίγνονται τὰ εἰς τὸ πόλεμον ἀγαθοί. Id est. Ego quidem iuuenes admoneo, vt non contemnant venationes aliasq; exercitationes, ex ijs enim ad ea, quæ in bello agenda sunt, fient apti. Arguit proindè sæuum & crudelem Nemrod animum insanum hoc venandi studium, quo tanquam tyrocinio quodam ad prelijorum iniuriam vtebatur. Hic nimirum est, qui rudi adhuc seculo nõ multorum hominum regnum ambijt, in detrectantes imperium impetus faciebat, supplicijs & armis imperata facere cogebat, idem affectans post cataclysmũ, quod ante Cain moliebatur, nimirum vt omnes alios sibi subderet, & tyrannide opprimeret. Cain dominatio diluuio extincta est. At Nemrod tyrãnis lõgè fœlicior, vt quam per manus quoque minoribus tradiderit & perpetua possessione firmauerit. Neque solum hoc seruitutis iugum peracerbum à Nemrod humano generi contigit, verum etiam aliud grauius malum illi referimus acceptum, vt homo ab homine discissus sit & diuulsus. Quo enim alio symbolo homo homini congreditur, nisi linguæ beneficio? Et quemadmodum in humano genere fieri videmus, vt plurimum valeat ad diuersarum & variarum gentium animos conciliandos linguarum cõmerciũ: ita atrox & inexpiabile dissidiũ inter diuersas gẽtes pariũt linguarũ diuerticula. Neque solum hoc in diuersis gentibus videre est, vt parum inter ipsas conueniat, nisi linguarum intercedat commercium: verum etiam in legitimo iustoq; imperio parum dicto audientes subditi erunt, si princeps, qui in plurimas dominatur gentes, non etiam omnium gentium, quas suo complectitur imperio, lingua loquatur. Est enim, vt Augustinus ait, dominatio imperantis in lingua. Multum proindè valet ad cõciliandos subditorum animos oratio principis, quæ si non intelligatur, auertit omnes ab ipso. Mithridates ille clarissimus Ponti rex tribus maximis bellis à Romanis victus & fractus, tamen amicos animos suorum, & ad parendum paratos semper sensit, quod vnicuique genti sua loqueretur lingua. Ferunt hunc regem, viginti & duarum gentium, quas sub ditione habuit, linguas percalluisse: earumq; omnium gentium uiris haud unquam per interpretem loquutum esse, sed ut quisque ab eo appellatus fuit, ita etiam lingua eius tanquam gentilis eius fuisset, loquutum esse. Est quoque nostro æuo non dissimile studium, sed maximis monarchis Aug. li. 16 de ciu. dei. A. Gell. li. 17. noc. at.

complures callere linguas, ut popularibus suis quemadmodum sua quemque lingua loquentem audiant, ita etiam vicissim respondeant. Inflixit ergo mortalium generi graue hoc vulnus linguarum diuisio, vt cum linguarum varietate variæ quoque & diuersæ censeantur gentes: quæ quum lingua inter sese non communicant, natura ipsa perpetuo laborant dissidio. Quid generi humano præstantius à superis datum est, q̃ quod loquimur inter nos, & vt ait Cicero, exprimere dicendo sensa possumus, quod totum ferè hæc linguarum diuisio irritum fecit, quum orationem habeas apud eum qui tuam linguam parum assequatur. Hinc perpetuum hominis epitheton apud Græcos poëtas Homerum & Hesiodum μέροψ. Homines enim, vt scribit Epiphanius. μέροπες λεκλημένοι διὰ τὴν μεμερισμένην φωνήν. ἐμερίδησαν γὰρ πᾶσαν τὴν γῆν διὰ τὴν ἀνόμημα, οἱ μὲν παλίνορσοι ὅθεν ἐκβεβήκασιν, ἄλλοι δὲ ἐπὶ τὰ πρόσω ἢ ἀνατολὴς ἐκχωρήσαντες, ἕτεροι δὲ τὴν λιβύην κατελήφασιν. Id est. Homines vocantur μέροπες propter diuisas voces. Diuisi enim sunt in omnem terram ad dextrã & ad sinistram, alij verò retrorsum, alij verò ad orientem progressi sunt, alij verò Aphricam occupauerunt. Hoc nimirum indicat scriptura quum inquit.

Cicero de orat.

Epiph. lib. 1. cõt. hær.

Caput XI. Genesis. ¶Erat autem terra labij vnius, & sermonum eorundem. Quumq; proficiscerentur de oriente, inuenerunt campũ in terra Sennaar, & habitauerũt in eo.] Grandi diluuij metu, & vastissima illa aquarum inundatione defuncti, Noe & filij eius, non statim è montibus in campos descendere ausi sunt, aquarũ metu: sed in montibus tempus aliquod egerunt, deinde ex mõtibus descendentes, in eorum radicibus sedes locabant, vltimo tanq̃ omni metu liberati, in planos campos descẽdere audebant. Scribit Plato paucos homines diluuio superstites fuisse, & fugisse in montium cacumina: ibiq; præ paucitate, innocentem, minimeq; sibiipsis infestam vitam exigisse. Et putat Plato tria viuendi genera, post diluuium instituta. Primum in ipsis montium cacuminibus, simplex & agreste, eorum qui aquas formidabant, quæ in campis solet abundare. Huius vitæ exemplum Plato dicit ab Homero descriptum, quando de Cyclopibus ait,

Plato lib. 7. νόμ.

ἀλλ' ὅγ' ὑψηλῶν ὀρέων ναίουσι λάβροι
ἐν ἄντροισι γλαφυροῖσι

Homerus ὀδυσ. ι.

Id est.

Illi in excelsis habitantes montibus, antra
Subire atque habitare.

Secundum genus vitæ fuit illorum, qui in mõtium radicibus sedes locabãt: cum iã campi arescere cœpissent. Huius secundæ ciuilitatis exemplum Dardanum ponit, qui Dardaniam condidit.

κτίσε δὲ Δαρδανίαν, ἐπεὶ ὄπωπει Ἴλιον ἔρυ
ἐν πεδίῳ πτολίεθρον πόλις μερόπων ἀνθρώπων
ἀλλ' ἔθ' ὑπωρέας ἤκεον πολυπιδάκου Ἴδης.

ὀδυσ. υ.

Id est.

Dardaniam posuit, quoniam nondum Ilion esset
In campo, sed in magnis habitabant vallibus Idæ.
Protinus illa fuit, multis habitantibus aucta.

Tertium vitæ genus fuit, cum iam relictis montibus, & radicibus illorum, & vallibus; in planos campos descendere auderent. Huius exemplum Plato ponit Ilum, quem Ili conditorem tradunt. Vnde par est illum in medio campo sepultũ esse, quoniam ausus fuerit in campis habitare. Vnde illud Homeri est.

οἱ ὃ παρ' ἶλα σῆμα παλαιοῦ δαρδανίδαο.
μέσσον καππεδίον παρ' ἐρηνεὸν ἐσεύοντο.

Homerus ἰλιαδ. λ.

Id est.

Hi veterem ad tumulum, atque Ili monumenta ruebant.
Dardanij medium qua campus Erineon ambit.

Hoc tertium vitæ genus, in nepotibus hisce Noe videmus, quos sacra hæc scriptura refert in campis habitasse, nimirum iam omni aquarũ metu deposito. ¶Dixitq; alter ad proximum suum: Venite faciamus lateres & coquamus eos igni. Habueruntq; lateres pro saxis, & bitumen pro cemento. Et dixerunt. Venite faciamus nobis ciuitatem & turrim cuius culmen pertingat ad cœlũ, & celebremus nomen nostrum antequam diuidamur in vniuersas terras. Descendit autem Dominus vt videret ciuitatem & turrem quam ædificabant filij Adam. Et paulò post, Venite igitur descendamus & cõfundamus ibi linguam eorum. Et post pauca. Et idcirco vocatum est nomen eius BABEL, quia ibi confusum est labium vniuersæ terræ.] Increscente iam hominum multitudine, & proxima quæq; loca implente, Deus, auctore Iosepho, iubebat, vt in exteras quoq; terras colonias mitterent, quo videlicet ab mutua iniuria longius abessent, & terra omnis humano cultu mitesceret. Displicuit id decretum Nemrod, vt qui iam regnũ inter homines occupauerat, eoq; ægre pati homi-

homines à sua tyrannide discedere. Iubet igitur vt ne vsq̃ pedem efferant, sed sua imperata facienda scirent, nec Dei minas, quibus nouum diluuium minetur, respicerent, se facilè hunc metum discussurum. Et quo cõtemptum diuinum declararet, vrbem cũ valido propugnaculo, cum amentiæ suæ socijs, extruere parat, & ad summa cœli templa sacrilego ausu fastigiare, quo confugerent, si Deus alterũ cataclysmum mundo infunderet. Cæterum diuina vltio præsens, tantis conatibus obuiam iuit, & ibi, (vt ait Augustinus) damnata superbia fuit, vt non intellígeretur iubens homini, qui noluit intelligere vt obediret Deo iubẽti. Neq; posteritatem tantam insaniam Deus latere volebat, sed quo magis humana imbecillitas suæ sortis meminisse posset, vrbẽ infœliciter cœptã à cõfusione vocabulum traxit, vt Babel vocaretur, inauspicatio nomine humanæ superbiæ domitæ referens argumentum. Vix credibile est Ethnicos viros hanc tantam tragœdiam latere potuisse, quæ tantum dissidium humano generi intulit. Scribunt poëtæ quiddam simile extructioni Babylonicæ huius turris, nempe fuisse gentem quandam feram & indomitam, gigantum: qui viribus & audacia freti Ioui bellum intentarunt, & quo facilius voti compotes fierent, ascensumq; sibi in cœlum facilẽ pararent, altissimos Thessaliæ montes congesserũt, è quibus tanquam è castris cœlum oppugnarent, eiq; captiuo brachia inijcerent. Sic enim canit Ouidius.

Au. li. 16. de ciu. dei.

Ouid. li. 1. metam.

Affectasse ferunt regnum cœleste Gigantes,
Altaq; congestos struxisse ad sydera montes.
Tum pater omnipotens misso perfregit Olympum
Fulmine, & excussit subiectum Pelion Ossæ.

Et fieri potest vt ex vera historia poëticum illud sit deflexum, vt sunt pleraque alia ex sacris literis apud gentiles. Et Ambrosius inquit. Gigantes & vallem Titanum, prophetici sermonis series non refugit. Sed vt ad nostrum institutum reuertamur. Meminit scriptura cãpi Sennaar. De hoc Epiphanius scibit. λέγεται δὲ αὕτη ἡ σεννεὰρ νῦν χώρα τῆς περσικῆς, ἣν δὲ τοῦτο πάλαι ἀσσυρίων. Id est. Iacit campus hic Sennaar modò in regione Persica, erat verò olim Assyriorum. De vrbe Babylonia pleni sunt geographorum libri. Obtinuit hæc vrbs famæ principatum nedum in toto oriente, verum etiam in vniuerso orbe terrarum. Optimè conueuit historiogarphis cum præsenti scripturæ loco super structura clarissimæ vrbis. Celebratur Babylonicũ bitumen à Plinio, quod & candidum sit, & liquidum, & calcis vsum præbeat, ita ferruminatis Babylonis muris. Et Q. Curtius de Babylonis muro scribit, q̃ instructus sit laterculo cocto bitumine interlitus. Sed diceret quis, vbi tanta bituminis vis erit, quæ extruendo muro tanto satis erit, quem tam latum esse scribunt, vt quadrigæ inter se occurrentes sine periculo commeare possent? altitudo centum cubitorum eminet spatio, & totius operis ambitus trecenta sexaginta octo stadia complectitur. Scribit Curtius apud vrbem Memmum cauernam esse, ex qua fons ingentem vim bituminis effundit, adeò (vt satis constat) Babylonis muros ingentis operis huius fontis bitumine interlitos esse. Refert scriptura Deum descendisse, vt videret turrim quã ædificabãt filij Adam. Et rursus descendisse, vt confunderet linguas eorum. Scribit Moyses Ægyptius, descensum Dei hic intelligi debere iram & pœnam Dei in homines malos qui hic in infimo sunt. Quum pœna, inquit, vel ira venit super gentes mundi, vel super aliquam partem secundum voluntatem ipsius, quam prædixerunt prophetæ ante descensum ipsius pœnæ, & narrauerunt, quia visitauit Deus opera eorum, & postea venit super eos pœna: ideo vocant huiusmodi rationem descensum. Ideo vocat pœnam descensum, cum scriptura dicit, Venite descendamus & confundamus linguam ipsorum. Putat Epiphanius omnes illos, qui turrim illam ædificabant, fuisse numero septuaginta duos. A Cham enim triginta duo, à Sem quindecim, à Iaphet viginti quinq̃. Quum eẽ ab oriente proficiscerẽtur & in Assiriam venissent, Babyloniam cum turri edificare cœperunt Nemrod impulsore, statimq; in septuaginta duas linguas diuisi sunt, vt linguæ hominibus pares fuerint. Sed an nobis putandum erit tum solum à Noe nepotibus cœlum fuisse oppugnatum, & Deo bellum illatum, &

Amb. li. 3. de fide.

Epiph. li. 1 cont. hær.

Plin. li. 35

Q. Curtius lib. 5. rerũ gestarum Alexand.

Rab. Moy. Ægyp. lib. 1. Duct.

hodie nihil tale cœlitibus intentari. Arbitror tum corporibus & manibus Deũ oppugnatum, nunc verò idem fieri logicis syllogismis, quibus tanquam excelsissima quadam turri Theosophistarum quidã, Deum & angelos mentesq; beatas assequuturos sese confidunt, & intellectu comprehendi posse humano existimant: vt non solum angelorum naturam sese intelligere putẽt, sed etiã Deum trinitatisq; sacræ substantiam clarè peruidere. Quid hoc aliud esse putandum est, nisi humani ingenij acumine, ceu excelsa quadam turri Deum oppugnare velle? & in seruitutem redigere? Lusit poëtico more Homerus in talium hominum amentiam, quando inducit Deos summum Iouem vincire voluisse, ac salice viminea ligare.

Homer. li. α. ἰλιαδ. ὁππότε μιν ξυνδήσαι ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι
ἤρητ' ἠδὲ τοσεσίδαον, καὶ παλλὰς ἀθήνη.

Id est.

Saturnia Iuno
Et pater Oceani, simul auxiliante Minerua,
Iniectis voluere Iouem constringere vinclis.

Nec minus insipienter agunt, qui diuina illa & sempiterna, ab humano ingenio capi posse & penetrari putant, cũ neq; philosophi neq; Theologi nostrates hoc ipsum vnquã asseuerauerint; sed diuina illa longè supra humani captum ingenij excellere, & infinitis præstare modis. Roges me, inquit Cicero, quid aut qualis sit Deus, authore vtar Simonide: qui cum quęsiuisset hoc idem tyrannus Hiero, deliberandum sibi vnum diem postulauit: cum idem ex eo postridie quæreret biduum petiuit: cum sæpius duplicaret numerũ dierum, admiransq; Hiero quæreret cur ita faceret: quia quãto, inquit, diutius considero, tanto res mihi videtur obscurior. Sic Plato, auctore Macrobio, cum de Deo loqui esset animatus, quid sit dicere non est ausus: hoc solũ de Deo sciens, quod scire qualis sit ab homine non possit. Hinc Platonis hæc verba sunt. θεὸν εὑρεῖν μὲν ὁ ῥᾴδιον νοῆσαι ᾗ ἀδύνατον. Id est. Deum quidem inuenisse haud facile est, intellexisse autem impossibile. Huic Platonicæ sententiæ astipulatur Gregorius Nazanzenus, affirmans ὁ μὴ λεπτὸν εἶναι ἀνθρωπίνῃ διανοίᾳ τὸ θεῖον, μὴ δὲ ὅλον ὅσον ὀνόματι φανταζόμενος. Id est. Diuinitatem nullo humano discursu comprehensibilem, neq; totam vnquam posse imaginari. Sunt enim res diuinæ ac pia fide credibiles, altioris ordinis, cum sint assumptæ ab inspiratione diuina, quoniam in eis sunt secreta diuina, à quorum comprehensione debilitantur humanæ rationes, neq; consequuntur ea, vt quæ nec sint à ratione inuestiganda, nec per rationem inuestigata, & quibus nec sensus præbuit hypostasim, nec intellectus disciplinam, summa enim sunt, & quorum causa nequeat adæquata reperiri, à quorum cognitione Theophrastus scientiæ abstulit facultatem. Sic enim scribit. μίχρι μὲν δυνατὸν δυνάμεθα δι' αἰτίας θεωρεῖν, ἀρχὰς ἀφ' ὧν ἀποδείσεων λαμβάνοντες. ὅταν δὲ ἐπ' αὐτὰ τὰ ἄκρα τῶν πρώτων μεταβαίνωμεν, ὀν ἔτι δυνάμεθα, ἔτε σφᾶς ὁ μὴ ἔχειν αἰτίαν, εἴτε σφᾶς τῶν ἡμετέρων ἀδυνασίαν. Id est. Vsq; ad aliquid quidem possumus per causam speculari, principia à sensibus sumentes, quando autem ad ipsa extrema & prima transiecrimus, non amplius possumus, siue propterea quod non habemus causam, siue propter nostram infirmitatem. Hactenus ille. Docet quoque Plato quod diuina credenda sunt, cum nulla demonstratio reddi potest de illis, & supra humanum intellectum sunt. περὶ δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἰπεῖν, καὶ γνῶναι τῶν γένεσιν, μεῖζον ἢ κατ' ἡμᾶς. πιστέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν ἐκγόνοις μὲν θεῶν ὄσιν ὡς ἔφασαν, σαφῶς δὲ τοῦ τοῦ τε αὐτῶν προγόνοις εἰδόσιν. ἀδύνατον ὄν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν καὶ πρὸς ἀνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν. Id est. De alijs dijs dicere, & generationem cognoscere, maius est quàm vt vires nostræ ferre possint. Credendum tamen est illis qui prius de hoc dixerunt, nimirum deorum posteris, quemadmodum illi locuti sunt. Hi enim maiores suos sciunt optimè. Igitur fieri non potest, vt quis deorum filijs non credat, quanq; nulla demõstrationis necessitate loquãtur. Hæc Platonis sentẽtia tametsi in alia re dicta sit, nobis tamen tanquam è tripode profecta sit, habenda est, & ímis sensibus reponenda. Erant olim in Christiana

Ciceroli. 1 de nat. deo.

Macro. li. 1 in som. Sc.

Plato in Timæo.

Gre. Naz. li. 2. Theo.

Theoph. in Supernat.

Plato in Timæo.

stiana religione hæretici, qui sacrarum literarum auctoritate non contenti, cum tamẽ hæ à filijs Dei essent profectæ, noua comminiscerentur dogmata, quę in diuinam trinitatem inueherent, eamq; ad humanæ naturę imbecillitatem traducerẽt; non contenti sacrarum literarũ decreto, quæ vnũ Deũ in trinitate, & trinitatẽ in vnitate prędicãt. Talis fuit Arius, qui impium suum dogma, tanquam Babylonicam turrim, in cœlum, in ipsam sacram trinitatem, exędificabat. Habuit hic furoris sui socios, traxit in suam factionem magnam Christiani orbis partem. Denique Romanorum Imperatorũ præsidio fretus, impietatem suam lõgè latęq; exercuit, afflixit crudeliter totius orbis ecclesias, neq; locus alicui erat, nisi Arianum dogma profitereẽ. Quid hic aliud à Deo expectandum erat, nisi vt præualidam malitiam hanc, in seipsam diuideret, & linguarum diuersitatem immitteret? Qd certè factũ est. Nam pestifera illa belua, quæ per Arium primo quasi de inferis extulerat caput, subitò triformis apparuit, in tres sectas scissa Arij hæresi, in Arianos Eunomianos, Macedonianos. Idem etiam in Aphrica Donatistis contigisse scimus. Sæuijt enim hæc hæresis in seipsam, cum in Donatistas, Maximianistas, Circuncelliones, scinderetur. Hic iã verum esse videmus poëticum illud commentum, sed allegorice interpretatũ apprimè accommodum. Erant olim draconis dentes, in terram seminis vice sparsi: ex quibus terrigenę statim nati, atrox inter se prælijs conseruerunt, mutuisq; concidere vulneribus. Draconis dentes schismatici sunt, diaboli artificio proseminati, qui in vnum hæreseos suæ campum, furialibus armis congressi, in mutuum armantur excidium: vt iam aliunde quo opprimantur præsidio opus nõ sit, sed suis oppressi armis, lętũ nobis spectaculũ prebeãt. Exant q̃q; hoc nostro æuo huius diuinæ animaduersiõis haud dubia vestigia. Quosemẽ alios ab Oriente ꝓficisci dicerẽ, quàm illos, qui omissis veteris & primitiuæ ecclesiæ ritibus, iam nobis tot seculorum vsu per manus traditis, reiectis etiam veterum Theologorum monumentis: nouos ipsi ritus comminiscuntur, & noua cudunt dogmata, tanquam ipsi præcæteris folium Sibyllæ habeant, & corni cum oculos configere possint, & quo factionem suam facilius simplici plebeculę commendent, speciosos titulos prætexunt, Euãgelium, Verbum Dei. Sed neq; personati ij euangelici, in nullo veteribus sunt hæreticis feliciores, dum eodem linguarum dissidio, atq; illi, diuino iudicio sunt animaduersi. Sunt enim iam in Germania hæc calamitatum & factionũ nomina, Zuingliani Lutherani, Anabaptistę. Nõ iniuria in quãtis heresim illud Horatia. dici potest, quod ille in populare turbam dicit: Belua multorum es capitum. De Theomachia illa & linguarũ confusione hactenus. Quis non putaret hac tãta clade satis domitam fuisse malorum hominum superbiam, si plus innocentia valeret, quàm innatum illud peccãdi studium, quod Hebræi vocãt יֵצֶר הָרַע id est, figmentum malum, quod Adę peccanti referimus acceptum? quoniam vt aiunt Hebræi אין תָּקַע יָתֵד בְּמָקוֹם נָאֶמָן id est. Non fixit clauum in locum verum. Hoc igitur impellente, in longè peiora scelera humanum genus lapsum est, nempe in idololatriam, summum in Deum nefas & peccatum, quod vixdum reparato orbe, & rursus constituto, in hominum irrepsit mores. Fama tenet Cham posteros idololatriam primũ inuenisse. Ii enim cum impio patre ab Noe & Sem pientissimis viris fugientes, in πολυθέαν hanc præcipites iuerunt. Neque desunt qui idololatriam à posteris Sem inceptã velint. Fuit enim Seruch octauus ab Sẽ. Hic male audit idololatriæ nomine, q̃ eius fundamenta iecerit, & ad eam viam muniuerit. De hoc Seruch eiusq; tempore hęc scribit Epip. ἤρξατο εἰς ἀνθρώπους ἡ εἰδωλολατρία τε καὶ ὁ ἑλληνισμός, ὡς ἡ ἐλθοῦσα εἰς ἡμᾶς γνῶσις περιέχει, ὅπου δὲ γὰ ξυλίνοις καὶ γὰ πορείας λίθων ἢ ξύλων ἢ ἀργυρῶν δύνατ' ἢ χρυσῶν ἢ ἐκ ἄλλης τινὰς ὕλης πεποιημένων, μόνον δὲ εἴδα χρωμάτων καὶ εἰκόνων ἢ τῶν ἀνθρώπου διανοίαι ἐφ' ἑαυτῇ πυρισκε τῶν βακχίαν, καὶ εἰς ἃ ταῦτε ξουσίου καὶ λαμπότητος καὶ νῦ αὐτὶ τῶν ἀγαθότητος τὸ παρανόμου ἐφηύρατο. Id est. Incœpit inter homines idololatria & paganismus, sicut habet cognitio quæ ad nos venit. Nondum verò fiebat in simulachris & sculpturis lapidũ, aut liguorũ, aut argento, aut auro, vel alia aliqua materia: solum verò per colores & imagines hominis cogitatio sibijpsi malitiam inuenit, & per libertatem

Hor. li. 1. Epistol.

Epiph. libr. α. cont. hæ.

tatem & eloquentiam & solertiam, loco boni iniquitatem adinuenit. Suidas plenius describit huius Seruch idololatriã. ὅτος κατάγει ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ ἰακώβ. καὶ ἀφ' οὗ τοῦτο ἤρξατο ἡ εἰδωλολατρία. ἐδογμάτισε γὰρ εἰκόσι καὶ αὐδριάσι τιμᾶσθαι οὓς πάλαι ἀρισθύσαντας, καὶ τιμᾶσθαι ὡς θυσιαστὰς καὶ τὸ ἐπεκράτησε μεχρὶ τῶν χρόνων θαρὲ τοῦ πατρὸς ἀβραάμ. Id est. Hic Seruch descendit ex tribu Iapheth, & ab ipso incœpit idololatria. Docuit enim imaginibus & statuis eos colendos qui olim optimè egissent, & honorari debere vt benefactores, & duraui hoc vsq; ad tempora Thare patris Abrahæ. Epiphanius quoq; scribit hunc Thare idololatriam exercuisse, & ab eo imagines luteas & testaceas formari cœptas, sed neq; diuinam vindictam euadere potuit. Quũ enim (scriptura teste) Etres genuisset filios, Abraham, Nachor, & Aram. ¬ Aram hic ante patrem Thare diem suum obijt, idq; fuit Thare supplicij loco à Deo irrogatum, vt primus esset à condito orbe, qui filiũ morientem videret, quum superiores patres filios suos semper superstites reliquissẽt, nec de Abel quis dicat quod ante Adam obierit, quandoquidem hic nõ fatali morte decesserit, sed violenta, vtpote à fratre interfectus. Auctores sunt Iudæorũ Rabini, Thare hunc non solum impium in Deum fuisse, verum etiam sæuum in filium Abraham, quem impietatis detulerat apud Nemrod, qui tum dominandi libidine omnia interturbabat. Siquidem Abraham, absente patre, domesticos pœnates incendio damnauerat. Quod Nemrod iniquo ferens animo, Abrahã tanquam sacrilegum rei capitalis damnauit. Coniectus proinde in ardentem fornacem, diuino beneficio ab incendio interituque vindicatus est. Hæc Hebræorum Rabini constanter asseuerant. Scribit Suidas quoque, quòd Abraham à patre Thare in religionis negotio plurimũ dissenserit. ἀβραὰμ δὲ δίκαιος γινομένος καὶ ἐς θεογνωσίαν ἐλθὼν καὶ λογισαμένος ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ τοὺς ἀνθρώπους πλανᾷ, πρᾶσκυνεῖν εἰς τοὺς εἰδώλοις καὶ ἀγάλμασι προσκυνεῖν, καὶ τὸν ποιητὴν ἁπάντων μὴ γνωρίζειν θεόν, σωτρίψας τὰ τοῦ πατρὸς ἔργα. Id est. Abraham iustus existens, & in Dei cognitionem veniens, & reputans quoniam pater eius homines deciperet, instruens eos idolis & imaginibus genua flectere, & Deum omnium conditorem non cognoscere, contriuit omnia opera patris. Atqui Ambrosius explicans hunc Psalmi versum: Mirabilia testimonia tua, subindicare videtur Abraham nonnihil lapsum apud Chaldæos errore incuriæ iuuenilis. Sed quis puero imputaret lapsum, sub impio patre viuenti, & qui fidei iustitiam extinctam vellet? Cæterum hic adeò paruus, in tam egregio corpore neuus, magnis postea virtutibus adeò obliteratus est, vt ipse Abraham viuum factus sit virtutis exemplar, quem Deus ipse omnibus conspiciendum & imitandum proposuit, vt nullum sit vitę genus, & institutum, quod non huius mores optimè ad virtutes instituant. Igitur hac optimi viri pietate factum est, vt cum nulla vel rara heroum, qui apud Iudæos fuerunt, mentio sit apud ethnicos scriptores, Abrahæ tamen vita ita inclaruit, vt etiam sint qui scriptis suis illam celebrare dignum duxerint. Hecatæus librum de Abraham nominatim conscripsit. Alexander Polyhistor, scribit Abraham natum decima post terrarum inundationem generatione, in Camarine Babyloniæ vrbe, quam alij Vrien vocant. Nicolaus quoque Damascenus hæc de Abraham scribit, ἀβράμης ἐβασίλευε δαμασκοῦ ἔπηλυς σὺν στρατῷ ἀφιγμένος ἐκ τῆς ὑπὲρ βαβυλῶνος χαλδαίων λεγομένης, μετ' ὀλίγον δὲ χρόνον μεταναστὰς καὶ ἀφ' τούτης τῆς χώρας σὺν τῷ στρατεύματι εἰς τὴν τότε μὲν χαναναίαν λεγομένην, νῦν δὲ ἰουδαίαν μετῴκησε. Id est. Damasci Abraham regnabat, cum exercitu à Chaldæa profectus, nec multo tempore post etiam à Damasco abiẽs ad Chananæã, quæ modò Iudęa dicit migrauit. ¬ Dixit aũt dñs ad Abrã. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terã quã mõstrauero tibi. ¬ Quis non videat statim ijs Dei verbis singularem Abrahæ innocentiam significari? Et quid magis Tharæ patris iniquitatem arguit, quàm quod filius eius Abraham, ex ædibus eius Deo vocãte egredi iubetur, haud dubiè impijs & corruptelæ plenis Thare non per omnia pater erat Abrahæ. Quemadmodum enim carne & generatione pater erat, ita recta ad veram pietatem institutione patrem

Suidas. *Ambr. in Psa 118.* *Genes. capit XII.* *Suidas.*

Aristotel. trem non egit. Refert Aristoteles tria maxima filijs a patribus contingere, ἢ γὰρ εὖ ἢ κακὰ παραφῦσαι αὐτοῖς καὶ γενομένοις τοῦ παιδευθῆναι. Id est. Patres causa filijs sunt vt sint, & vt educantur, & etiam vt erudiantur. Priora illa vitiosis etiam patribus adesse possunt; vltimum, optimis dũtaxat, & sine quo ne patris quidem nomine censendus est, quisquis fuerit ille pater. Vt enim in optimis filius patrem libenter sequitur, ita etiã in vitiosis, nihil æquè efficax est ad malum, vt domus paterna, & domestica exempla, quandoquidem vt *Iuuen. Satyra 15.* Satyricus poëta verè scribit.

Sic natura iubet, velocius, & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Cum subeunt animos auctoribus.

Quint. lib. 1 institut. Quintilianus taxat hanc domorũ corruptelam, quibus corrumpũtur filij à parentibus. Gaudemus, inquit, si quid licẽtius dixerint. Verba ne Alexãdrinis quidem permittenda delicijs, risu & osculo excipimus. Nec mirum nos docuimus, ex nobis audierunt, nostras amicas, nostros concubinos vident. Omne conuiuium obscœnis cantibus strepit, pudenda dictu spectãtur. Fuit apud Romanos Cato ille Censorius, cum ob alias animi corporisq; dotes clarus, tum verò ob hoc inprimis suspiciendus & imitandus, q filijs suis optimum se ad virtutis studium exemplar præbebat. Sic enim de illo scribit Plutarchus, τὰ δὲ αἴσχιστα τῶν ῥημάτων, ὀλίγου δεῖν ἅπαντα τοῦ παιδὸς παρόντος, ἱερῶν παρθένων, ἃς ἑστιάδας καλοῦσι. Id est. A turpibus verbis non minus temperabat filio præsente, quàm coram sacris virginibus, quas Vestales vocant. Idem quoq; prudenter ac grauiter monet & docet Satyricus poëta. *Plut. in Catone Cens.* *Iuuen. Satyr. 15.*

Nil dictu fœdum, visuq; hæc lumina tangat,
Inter quæ puer est, procul hinc, procul inde puellæ
Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti,
Maxima debetur puero reuerentia, si quid
Turpe paras, nec tu pueri contempseris annos,
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.

Et paulo post.

Illud non agitas, vt sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum, vitioq; carentem

Porrò quantum momentum afferant patrum exempla vel bona vel mala, ad filiorum vitam vel rectè instituendam, vel prauè corrumpendam; ostendit Cyrus Persa ad Xenophõtem. αὐτοὶ γὰρ βελτίονες ἐσόμεθα, βουλόμενοι τοῖς πατρᾶσιν ὡς βέλτιστα παιδευθῆναι ἡμᾶς αὐτοῦ τοῦτο ἕνεκα· ὅτι παῖδες ὄντες οὐδ' ἂν εἰ βούλοιντο ῥᾳδίως πονηροὶ γίγνοιντο αἰσχρὸν μὲν μηδὲν μήτε ὁρῶντες μήτε ἀκούοντες, ἐν οἷς ἀγαθοῖς ἐπιτηδεύμασι διημερεύοντες. Id est. Nosipsi meliores erimus, si voluerimus nosipsos filijs quàm optima exempla præbere. Sic enim filij, neq; si voluerint facilè maligni erunt, cum nihil turpe neq; viderint, neq; audierint: sed in bonis honestisq; studijs perseuerabunt. Hactenus ille. Quum hæc igitur domestica exempla Abrahæ deessent, sed contra impia omnia & idololatriæ plena: euocatur, & à domo patris procul abesse, diuina voce iubetur. Quid quod etiam à terra sua, & à cognatione sua exire iubetur, vt impiam gẽtem semel relinqueret? Erat Abrahæ patria Chaldæa, cuius metropolis erat Babylon, non solum in diuinis literis semper infausta vrbs habita, verumetiam apud prophanos auctores vbiq; illaudata. Babylonij, auctore Curtio, maximè in vinum, & quæ ebrietatem sequuntur effusi sunt. Nihil vrbis eius corruptius moribus, nec ad irritandas illiciendasque immodicas voluptates instructius. Liberos cõiugesque cum hospitibus stupro coire, modo pretium flagicij detur, parentes maritique patiuntur. Erat Chaldæa quasi idololatriæ mater & repertrix, & prima idololatriam exercuit; ad hæc Chaldæi primi astrologorum fabulamenta sectati sunt, & falsam diuinatricem astrologiam commẽti sunt, quæ tantum abest vt à Christianis recipi debeat, ut etiam à cordatis ethnicis semper improbata sit, & Flaccus suadet Leuconoe, ne Babylonios tẽtari uelit numeros. Scire enim hoc nefas, haud dubio astrologicam hanc uanitatem suggillans. Et hactenus quidem diuina hæc uerba ad Abraham dicta excussisse satis sit. Cæterum non ignoro ueteres Theologos eadem hæc uerba ad magnæ Christianę uitæ institutionem allegoricè interpretari; ut terra nostra, cognatio nostra, domus patris nostri, uitæ huius uicia sint, quibus nobis renunciandum est, si in terram, quam dominus nobis mõstrare parat, ingrediuelim⁹. Terra nostra, indubiè caro nostra est, quę uoluptates & delicias affectat, *Xenop. l. 7* *Qu. Curt. libr. 5.* *Horat. libro 1. Od.*

affectat, quibus nonnulli summam vitæ fœlicitatem metiuntur. Cognatio nostra sunt vicia nobis partim innata, partim praua consuetudine addita. Domus patris nostri, in qua bonam vitę partem egimus, est viciorum vetus & inolita consuetudo. Bernhardus hanc Abrahæ profectionem allegoricè interpretatur. Cauea musait, dilectissimi cogitationes inutiles, vt animarum nostrarum facies decora permaneat: vt obliti quæ retro sunt, id est, populum nostrum & domũ patris nostri, concupiscat rex speciem nostram. Exeamus de terra nostra, vt non comprehendat nos cogitatio spectans ad voluptatem carnis. Exeamus de cognatione nostra, id est, à cogitationib. curiosis, quę nimirum cum in sensibus corporis habitet, carnali vtiq; cognata est voluptati. Exeamus etiam de domo patris nostri, vt fugiamus cogitationes superbiæ & vanitatis. Eramus nos aliquando, sicut & cæteri filij iræ: eramus nos ex patre diabolo, qui nimirum rex est, super omnes filios superbiæ, & in montibus elationis sedem sibi atq; habitaculum infœlicissimũ præparauit. Hæc Bernhardus. ⊏Egressus est itaq; Abram sicut præceperat ei dominus, & iuit cum eo Loth. Septuaginta quinq; annorum erat Abram cum egrederetur de Aram.⊐ Aram in Hebræo scribitur אָרָם Septuaginta verterunt Χαῤῥᾶν. Non enim valentes ח literã quæ duplicem aspirationẽ sonat, in Græcum sermonem vertere χ literam addiderunt: vt nos docerent iustiusmodi vocabula aspirari debere. Scribit verò à Græcis & Latinis Carrhæ, & est auctore Stephano ciuitas Mesopotamiæ à Carrha fluuio sic appellata. Est verò hæc vrbs duplici nomine clara. Primo ob diuinum hoc oraculum quod Abrahæ viro clarissimo, in ea datum est. Deinde Romanorum clade insignis. Ibi enim Romanorum exercitus cæsus est, & Crassus belli dux à Surena Parthorum Imperatore dolo captus & interfectus, meritas luit belli iniustè illati pœnas. Lucanus.

Bernhard.

Stephan.

Luca. li. 1. pharſ.

Assyrias latio maculauit sanguine Carrhas.

Refert q̃q; scriptura, ꝙ cũ Abrahã egredereẽ de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui. ⊏Et iuit cum eo Loth.⊐ Loth Ambrosius interp. scribit declinationem. Putatq; Abraham patrios relinquentem lares humani nonnihil passum ægreq; à consuetis locis auulsum, & nutasse quidem, quod Loth itineris comes significat, sed haudquaquam prorsus inclinatum. Solet idẽ vsuuenire ijs qui inolitis & consuetis vicijs nuncium remittere parant. Non enim illi continuò sic omnia relinquunt, vt nihil pristini erroris resideat, sed est agnoscere interdum in illis nonnihil veteris vicij, vt verum sit quod Persius inquit:

Perſ. Sa. 5

Nec tu cum obstiteris semel, instantiq; negaris
Parere imperio, rupi iam vincula dicas.
Nam luctata canis, nodum arripit, attamen illi
Cum fugit à collo trahitur pars magna cathenæ.

At qui cum hoc Persiano mihi in mentem veniunt animi illæ affectiones, quas Græci vocant πάθη, nos possumus dicere perturbationes. De ijs apud Græcorum philosophos magnum fuit certamen. Erãt verò quatuor, Ægritudo, Gaudium, Spes, Metus. Pythagorici & Stoici assere bant has extirpari posse de mentibus hominum, & nullam fibram radicemq; viciorum in homine omnino residere, meditatione & assidua exercitatione virtutum. Nec solum philosophi ethnici hoc senserũt, verum etiam apud Christianos fuerunt qui idem opinati sunt, posse ad perfectionem, & propè ad similitudinem Dei humanam virtutem & sciẽtiam peruenire, ita vt asserant se ne cogitatione quidem & ignorantia, cum ad cõsummationis culmen ascenderint, posse peccare. Hanc ἀπαθείαν insectatur vbiq; & damnat Hieronymus. Hoc est enim, inquit, hominem tollere ex homine, & in corpore constitutum esse sine corpore, & vt simpliciter dicam vel saxum esse vel Deum. Fuere tamen alij philosophi, nempe Peripatetici, qui contrarium dicerent πάθη, id est, perturbationes etiam in sapientem cadere, sed moderatas rationiq; subiectas, vt eis leges quodammodo quibus ad necessarium redigãtur modum, dominatio mentis imponat. Scribit Augustinus inter has cõtrarias philosophorum opiniones, nullam esse contrarietatem, sed Stoicos idem sentire quod Peripateticos, & de verbis eos potius quàm de rebus facere controuersiam, quod cùm alibi, tum optimè declarari in philosopho Stoico quodam, cuius meminit A. Gellius raræ

Hieron. ad Cteſiph.

Aug. li. 9. de ciu. dei.

A. Gell. li. 19. no. att. raræ eloquentiæ vir. Hic igitur Stoicus vehebatur in naui plena hominũ, cumq; grauissima tempestas incidisset, & nauis sursum ac deorsum vi ventorum raperetur, & plurima mortis imago omniũ oculis obuersaretur: comploratio & tumultus qui mortem timebant, exoriebatur. Tum A Gellius, qui in eadem erat naui, quamuis omnia mortem intentarent, oculis quærebant hunc Stoicum philosophum tamẽ, scire cupiẽs quo animo metum mortis sustineret. Tandem cum eũ oculis peruestigasset, vidit eum nullum clamorem edere, sed pallidum quemadmodum omnes alios, qui in eadem erant naui. Postea cum serenitas reddita esset, accessit ad Stoicum hunc A. Gellius, & pauoris sui causam verecunde, & discendi causa percunctatur. Tum ille protulit librum Stoicorum decreta continentem, in quo hæc scripta erant. Visiones animi, quas φαντασίας philosophi vocant, quibus mens hominis prima statim specie accidentis ad animum rei pellitur, nõ voluntatis sunt, neq; arbitrij, sed vi quadam sua inferunt sese hominibus. Noscitandæ probationes autem, quas συγκαταθέσεις vocant, quibus eadem visa noscuntur ac diijudicantur, voluntariæ sunt, fiuntq; hominum arbitratu. Propterea cũ sonus aliquis formidabilis, aut è cœlo, aut ex ruina, aut repẽtinus, nescio cuius periculi nuncius vel quid aliud eiusmodi factum est: sapientis quoque animum paulisper moueri, & contrahi & pallescere necessum est: non opinione alicuius mali præcepta, sed quibusdam motibus rapidis & inconsultis, officium mentis atq; rationis præuertentibus. Mox tamen ille sapiens ibidem: τὰς τοιαύτας φαντασίας visa hæc animi sui terrifica non approbat, hoc est, ὃ συγκατατίθεται οὐδὲ πιθανοῦται, id est, non assentit neq; coopinatur, sed abijcit respuitq;, nec ei metuendum esse in ijs quicquam videtur. Atque hoc interesse sentiunt inter animum sapientis & stulti: quod stulti animus eisdem passionibus cedit, atque accommodat mentis assensum: sapientis autẽ quãuis eas necessitate patiatur, retinet tamẽ de ijs quæ appetere vel fugere rationabiliter debet, veram & stabilem inconcussa mẽte sententiam. Hęc partim ex A. Gellio, partim ex Augustino. Scribit Plato de ijs affectionibus in hunc modum, τὸ δὲ ὅμως ὅτι τοῦτα τὰ πάθη ἐν ἡμῖν οἷον νεῦρα ἢ μηνθοί τινες οὖσαι, αἱ τῶν τε ἡμᾶς, καὶ ἀλλήλους ἀνθέλκουσι φαντάσματα ὅσα ἐπ' φαντασίας πράξεις, ἕν δὴ διορισμένῃ αἱρετὴ καὶ λαμπρὰ λέγῃ. μιᾷ γὰρ φάσιν ὁ λόγος δεῖν τὴν ἕλξεων, ξυνεπόμενον ἀεὶ τῷ μετριαμῷ ἀπολειπόμενον ἐκείνης, ἀνθέλκειν τοῖς ἄλλοις νεύροις ἐκάστου. Id est. Hoc verò scimus, quoniã hæ affectiones sunt in nobis ceu nerui quidam ac funiculi, quæ trahunt nos, & quemadmodum inter se contrariæ sunt ipsæ, sic & nos in contrarias actiones trahimur, vbi vel destinata aliqua virtus, vel malitia iacet. Porrò sapientia ipsa inquit, opus esse vna tractatione, quam si quis sequatur, & nusquam ab illa deuiet, tum fore vt alijs funiculis cõtrà trahatur. Hæc Plato. Sic ergo vbi sapientis animus ita obfirmatus est contra affectiones omnes istas, haudquaquam dominabuntur in hominem, sed contrà ratio eis dominabitur, eisq; nõ consentiendo, sed resistendo potius regnum virtutis exercet. Talem describit etiam Vergilius Æneam, vbi ait

Plato libr. α. νομων.

Verg. libr. 4. Æneid.

Mens immota manet, lachrymæ voluuntur inanes.

Huius constantiæ quod aliud requiremus exemplum nisi nostrum hunc Abraham, qui tametsi necessariorum & paterni soli tangeretur amore, omnia tamen hæc necessitudinum vincula, sola mẽtis constãtia abrupit, & irremeabile iter ingressus, in Syriam, domino iubente proficiscitur. ⊏Quumq; venisser in eam pertransiuit Abram terram vsq; ad locum Sichem, & vsq; ad vallem illustrem.⊐ Sichem Hebraice scribitur שְׁכֶם Est hæc vrbs haud dubio illa quam Plinius vocat Sicaminum, eadem in Ioannis Euangelio perperam vocatur Sichar, cessit ea Samaritanis ad inhabitandũ. Postea mutata voce appellata est Neapolis. Clara est hęc vrbs, auct. Hieronymo, Iustino philosopho Christiano, qui non tam scriptis celebris habetur, quàm etiam martyrij clarus victoria. Quod nos legimus, Vsque ad vallem illustrem, in Hebræo legitur עַד אֵלוֹן מוֹרֶה Est vero אֵלוֹן quercetum, vt sit, Vsq; ad quercetum Moreh: hoïs Cananæi, à quo nomen quercetum sortitum est. Septuaginta legũt ἕως τοῦ δρυοῦ τοῦ ὑψηλοῦ. Id est.

Plin. li. 5.

Hieron. de clar. viris.

Vsq;

Deut. 11. Vsque ad quercum altam. Est quoq; huius querceti mentio alibi מורה אלוני מרה Id est. E regione Galgala iuxta quercetum Moræh. Quod nostra translatio leg t. Contra Galgala, quę est iuxta vallem tendentem & intrantem procul. Vix dum Abraham in Phœnice paruũ egit tempus, cum atrox fames incidit, adeò vt vir locuples, & multis abundans rebus, in Ægyptũ, inopía adactus, proficisci haberet necesse. Accessit quoque viro cordatissimo longè maior molestía, ob vxoris Saræ elegantíam, quam & Ægyptiorum oculos sollicitare probè nouerat, & sibi fraudi futuram, si suam esse vxorẽ confiteretur, nõ ignorabat. Igitur fraudem comminiscitur, & sororem suam esse fingit, & Abraham simulatq; Ægyptũ ingressus est, Sara Ægyptij regis famulicio laudata, in regiam formæ ergo rapitur, & Barbari regis nuptijs destinatur, quod quidem quo minus fieret diuina plaga prestitit, qua affectus Pharao Saram Abrahæ marito reddidit. Et hoc scriptura deinceps refert. ⊏Facta est autem fames in terra. Descenditque Abrabam in Ægyptũ, vt peregrinaretur ibi.⊐ Et post pauca. ⊏Dic ergo obiecro te quod soror mea sis, vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui.⊐ Et statim. ⊏Et nunciauerũt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum: & sublata est mulier in domum Pharaonis.⊐ Insurgunt hic hæretici, inprimis Manichæi assectatores, Secundinus & Faustus, vterque non tam summa eloquentia, quàm etiam impietate preditus. Iiigitur magno verborum strepitu Abrahæ conuicium faciũt, quod Saram vxorem honesta forma & liberali, metu mortis vxorem esse dissimulauerit: sororem verò suam esse professus sit, & ventris quæstusque causa, vxoris suæ pudicitiã, duobus potentissimis regibus Pharaoni & Abimelech nũdinasset. Quinetiam Origenes hoc Abrahæ factũ excutere ad literam non vult, quod nullũ operæ pretium esse dicat, neque ædificare audientium animos, quod tantus patriarcha non solum regibus mentitus sit, verumetiam coniugis pudicitiam prodiderit. Ad allegorías ergo sibi familiares confugit. Neque Hieronymus satis videt quomodo hæc necessitas, quam fœdam vocat, excusari poterit, quod Abraham non solum conniuerit, verumetiam munera à rege acceperit, nam quod nos legimus: ⊏Abrahã bene vsi sunt propter illã.⊐ Hebraice legitur ולאברם היטיב בעבורה Id est. Et Abrahæ benefecit propter illam, haud dubio rex ipse. Quod ad hoc Abrahæ attinet negotium, abunde responsum est ab Augustino, quod candido pioque Christiano satis esse poterit. Quanquam quid opus erit excusatione, cũ nulli non cognita est tyrannorum violentia, qua cum aliàs semper, tum vel maximè sæuiunt, cũ, vt Persius inquit, dira libido mouerit ingenium, ferventi tincta veneno, tum neq; diuina, neque humana satis tuta sunt, testimonio esse possunt non solũ immania illorum facta, sed etiam atrocia dicta, quibus, magno animo viri pares esse non potuerunt. Agamemnon rex raptus ab Achille Briseiada, talia verba loqui non dubitabat.

Orig. omil. 6. in gene.

Hieron. in quæst. in Genes.

Au. contr. Faust.

Persius.

Hom. libr. α. iliad.

ὄρχεδον ἐλθέτω μοι τῶν λαοῖσι θεῶν ἀχιλῆος
χειρὸς ἑλόντ' ἀγέμεν Βρισηΐδα καλλιπάρηον,
εἰ δὲ κε μὴ δώσουσιν, ἐγὼ δέ κε αὐτὸς ἕλωμαι
ἐλθὼν σὺν πλεόνεσσι· τὸ οἱ κράδη γίγνοιτο ἔσσαι

Id est.

Ducite præhensam dextra huc Briseida nobis,
Quam si non dederit vobis fortasse repugnans,
Actutum veniam multis cum milibus ipse,
Illud erit longè, nisi fallor, acerbius illi.

Finge iam Ægyptiũ regem talia quoque verba ad Abraham mandasse, quod quidem à vero non discrepat, quid hic ageret patriarcha? pugnaret cum rege, valido satellitio stipato, solus ipse & peregrinus? Monet igitur prudenter Hesiodus, non esse contendendum cum prestantioribus. Nec enim fieri potest vt potiatur victoria vnquam, verum ad dedecus mala quoque pati cogitur, vt habet Germanorum prouerbium. Hesiodi monitio sic habet.

Hesiod. lib. β. ἔργων.

ἀφρῶν δ' ὃς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν
νίκης τε στέρεται, πρός τ' αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει.

Id est.

Stultus qui velit contra validiores pugnare,
Nam victoria priuatur; adhæc ad dedecus damna patitur.

Quid iam aliud præsidij restaret viro pientissimo Abraham, nisi vt ab humana ope destitutus, ad diuinam, longè humanis omnibus viribus, potiorem confugeret? Quod etiam euenit. Siquidem Pharao, plagis diuinitus immissis emẽdatus, Saram illibatam marito Abrahæ reddidit. Apparet tamen hunc rapiendarum mulierum morem peruetustum esse, & ab Ægyptijs originem habere. Nam Ægyptij è Græcia Inachi regis Argiuorum filiam Isidem rapuerunt, & in Ægyptum nauigio deduxerunt, quæ postea ibi diuinis honoribus culta est. Post aliquot annos Græci vt se vindicarẽt, Europam Agenoris regis filiam è Phœnice raptam, in Cretam, naui, cui bouis insigne fuit detulerunt, neq; contenti hoc raptu fuerunt. Iaso enim Thessalus Argo naui in Colchos nauigans Medam regij sanguinis mulierẽ in Græciam vexit. Contra Asiatici vt parem iniuriam Græcis inferrent, Paris Priami Troiani regis filius Helenam Menelai Regis cõiugem è Sparta Ilium abduxit. Ad hũc ergo modũ Asia & Europa mutuo inter sese mulierum raptu conflictatæ sunt donec Græci iniuriam in se illatam bello vindicarent. Cõmuni enim Græciæ cõsensu decennale in Troianos bellum gesserunt, & Priami regnum ferro ignique vastarunt. Causa huius calamitatis erat Helenæ facies supra humanæ naturæ captum, decora, & quæ vt Homerus canit. ἀθανάτῃσιν θεῇς ἔοικεν. Id est. Difficilis ergo prouincia est vxor formosa, venenum dulce, compedes aurei, splendida seruitus, semperq; vigilandum, quandoquidem difficilè custoditur quod à multis appetitur. Cuius inter Romanas matronas pudicitia clarior est q̃ Lucretiæ, at huius honesta & facies liberalis Sext. Tarquinum ad castitatem eius expugnandam accendit, ipsiq; Lucretiæ funeris auctor fuit. Neq; dissimilem calamitatẽ peperit eximia illa Virginiæ facies, quę & Appio Claudio amẽtiæ, violentiæ, exicijq; causa fuit; & patrem Virginium in filiæ suæ cædem impulit. Castigat proinde grauiter Satyricus poëta ineptas parentum preces, quibus filijs à dijs eximiam corporis speciem, & singularem formæ elegantiam exoptant, quæ non raro cum alijs multis; tum ipsi exitium attulit.

Homerus iliad. γ.

T. Liuius lib. 1.

Lib. 3. ab vrbe con.

Sed vetat optari faciem Lucretia qualem
Ipsa habuit, cuperet Rutilæ Virginia gibbum
Accipere, atq; suam Rutilæ dare.

Iuuen. Satyra 10.

Sed & Sara hæc nostra fuit, vt sacra scriptura refert אשת יפת מראה id est, Mulier pulchro aspectu. fuisset certè hæc forma nõ minus ipsi ignominię, q̃ Abrahæ exicio, nisi per diuinum auxilium stetisset. Sed de ijs hactenus. Ambrosius ad allegoriam trahit Saram hanc cupidè à Pharaone expetitam, sed mox dimissam à se, nempe ad quamlibet virtutem, quæ quidem impensè & ardenter à nullo non affectatur, sed tamen cum ea labore paranda sit, quem ignauus ferre recusat; tum etiam virtus abeat necesse est. Nec est virtus aliqua quæ non pedissequas aliquas secum trahat, quibus vel paratur, si hæ præsentes fuerint; vel amittitur, si hæ absentes fuerint. Castimonia tanquam Sara quædam est, ad hanc assequendam quispiam rapitur, cæterum quum pedissequas quibus ea virtus paranda est, non attendit, mox eam à se amittet. Sunt autem hæ, sobrietas, modestia, sollicita custodia, cibi potusq; parsimonia. Ad hanc castitatis pedissequam assequendam hortatur Hieronymus viduam. Primum igitur, inquit, si tamen stomachi firmitas patitur, donec puellares annos transeas, aquam in potu sume, quæ natura frigidissima est. Aut si hoc imbecillitas prohibet, audicũ Timotheo: Vino modico vtere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Deinde in ipsis cibis calida quæq; deuita: non solum de carnibus loquor, super quibus vas electionis profert sententiam: Bonum est vinum non bibere, & carnem non manducare: sed etiam in ipsis leguminibus inflantia quęque & grauia declinanda sunt: nihilq; ita scias conducere Christianis adolescẽtibus, vt esum olerum. Vnde & in alio loco: Qui infirmus est, ait, olera manducet, ardorq; corporum frigidioribus epulis temperandus est: Hactenus Hieronymus. Est & alia Sara, nempe Sanitas adeò omnibus exoptabilis, vt nemo sit qui eam non cupidè exoptet. Hinc etiam Græcum hoc ἐν ὑγιείᾳ κρεῖττον ἐστὶν βίῳ. Id est. Non est sanitate nihil

Amb. li. 2. de Abrah.

Hieron. ad Furiam.

melius in vita. Verum quo minus hæc Sara apud multos permaneat, in causa est illud quod Persius scribit.

Persius Satyra 2.

Poscis opem neruis, corpusq; fidele senectæ
Esto age, sed grandes patinæ, tucetaq; crassa
Annuere his superos vetuere, louemq; morantur.

Quomodo verò hæc Sacra sanitas nõ solum homini paranda sit, sed etiam conseruanda, docet Cyrus Persa apud Xenophontem. *Xenoph. li. 8. paedi.* πρῶτον μὲν πειρῶμαι νὴ Δία, μήποτε ὑπερεμπίπτλαδῆς, δύσφορον γάρ, ἔπειτα δὲ ἐκπονῶ τὰ εἰσίοντα, ὅτῳ γάρ μοι δοκεῖ ἥττε ὑγίεια μᾶλλον παραμένειν, καὶ ἰσχὺς προσγίνεσθαι. Id est. Ante omnia verò, per louem, operam do, vt ne vnquam supra q̃ satis sit impleam me, hoc enim graue est: Deinde vt illa quæ prius sumpsi labore exhauriam. Sic enim mihi videtur ipsa sanitas magis posse perseuerare, & vires accrescere. Scire, & scientia ipsa, Sara est & quidem formosissima, & meritò ab omnibus amatur, &, auctore Aristotele *Arist. li. α metaph.* πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει. Id est. Omnes homines naturaliter scire desiderant. Sed neque hæc Sara quamuis formosa, ab omnibus assequitur, ob pedissequam quam plerique omnes refugiunt. Quamuis Cræsos quis spiret & Darios, inquit Hieronymus, *Hieronym. cont. Rufff.* literæ marsupium non sequntur. Sudoris comites sunt & laboris, sociæ ieiuniorum non saturitas, continentiæ non luxuriæ. Hactenus Saræ nequicquam à Pharaone ambitæ allegoriam tradidimus. Abraham relicta Ægypto, & rursus in Syriam reuersus, potuisset iam omnia lętiora videre, nisi fœlicem illius statum domestica discordia turbasset. Erat illi Loth nepos à fratre, patruí vt semper itineris comes, ita etiam semper eandem expertus fœlicitatem. Increuerant iam illis numerosæ armentorum pecudumq; greges, quæ tum erant diuitiæ, & iam discordij nescio quid, natũ fuerat inter vtriusq; armentarios. Et hoc scriptura indicat, quum dicit. ⁊Sed & Loth qui erat cum Abraham fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula: nec poterat eos capere terra vt habitarent simul. Erat quippe substantia eorũ multa, & nequibant habitare communiter. Vnde & facta est rixa inter pastores gregum Abram *Genesis Cap. XIII.* & Loth.⁊ Hic locus satis docet paupertatem concordiæ & vnitatis parentem esse, nec facilè dissidium aliquod oriri posse inter illos, quos ex æquo paupertas complectitur. Erat olim apud Romanos Æliorum familia genere patricio, prole virorum fœcunda, ac multis rerum benè gestarum titulis illustrata. *Val. Max. lib. 4.* Hæc igitur nulla alia re perinde inclarauit, atque concordi inter ipsos paupertate. Cum enim sedecim eodem tempore essent Ælij, tamen vna domuncula ijs satis fuit, & vnus in agro Vientе fundus, minus multo cultores desiderans quàm dominos habebat. Quid de vna familia loquar, quam pauperem concordia continuit? Populus Romanus initio pauper, & humili adhuc fortuna vtens, nullis vel certè paruis dissidiorum motibus concutiebatur, atqui victa Carthagine, & multis orbis prouincijs armis domitis, cum iam opibus & gloria florerent, tum domi discordiæ & bella ciuilia nata sunt, quibus Roma plurimum afflicta in suum vulnus concidit. Est enim hæc diuitiarum natura, vt possessorem non ita vt adepta est, viuere sinat, sed vt in alium transformet hominem, quod Menander sic scribit.

Menander.

ὅτε πλοῦτον εἰσῴκειλε τὴν κεκτημένου
εἰς ἕτερον ἦθος· οὐκ ἐν ᾧ πρότερον ἦν.

Id est.

Diuitiæ expellunt possessorem in alterum morem,
Non in quo prius erat.

Sunt enim, vt Aristoteles scribit, *Arist. lib. 5. politi.* πρόνοιαι ἀρετὴ καὶ πλοῦτος ἀρχαὶ αὗται καὶ πηγαὶ τῶν τοιούτων εἶναι ἔθνη δοκοῦσι. Id est. Maiorum nobilitas & diuitiæ principia & fontes seditionum sunt, vnde seditionem concitant hoies. Et paulò post, οἱ μὲν γὰρ ἰσότητος ἐφιέμενοι, δοκοῦσιν, οὐ νομίζουσιν ἔλαττον ἔχειν ὄντες ἴσοι τοῖς πλεονεκτοῦσιν. οἱ δὲ ἀνισότητος καὶ ὑπεροχῆς, ἂν ὑπολαμβάνωσιν ὄντες ἄνισοι μὴ πλέον ἔχειν, ἀλλ' ἴσον ἢ ἔλαττον. Id est. Qui sese putant alijs inferiores esse, ij seditiosi sunt & æqualitatem affectant, nimirum vt ditioribus æquales sint. Porrò ditiores, quum viderint sese nõ præ cæteris excellere, sed equales vel minores esse; itidem seditiosi sunt, & inæqualitatem summumq; gradum

dum ambiunt. Hactenus Aristoteles. Verum est quod Græci dicunt, nempe πενιαν ἐν μητέρα σωφροσύνης. Id est. Paupertatem matrem esse modestiæ. Cæterum quantum ad moralem scripturæ huius locum attinet, insignis hic est diuitiarum suggillatio, quæ in causa fuerunt, vt necessarij inter sese dissiderent, & quo minus vnis vterentur ędibus impedimento fuerunt. Hoc eo fœdius visum est, quod dudum tenues patrium reliquerant solum, & in terrã longè dissitam vno animo profecti erant. Est igitur opum affluentia, vel hoc nomine insectanda, quod fraternam necessitudinem rumpere, ac dissuere nata sit, vt *Euripides.* hoc Euripidis verum esse fateamur. πολλῶν τὰ χρήματ' αὐτ' ἀνθρώποις κακῶν. Id est. Diuitiæ multorum malorum hominibus causæ sunt. Socratis similitudo sane quàm elegans circumfertur, qua diuitias talaribus tunicis cõfert, vt quemadmodum hæ impedimento solent esse, quo minus expeditè & facilè ambules: ita per diuitiarum onera, à melioribus distrahitur plerunque homo studijs. *Socrat. dict.* αἱ μὲν ποδηρεῖς ἐδῆτες τὰ σώματα, αἱ δὲ ὑπέρμετροι περιουσίαι τὰς ψυχὰς ἐμποδίζουσιν. Id est. Talares tunicæ corpora, immodicæ diuitiæ animas impediunt. Democritis verbum est, quod *Democriti verbum.* πλούτου ἐπιθυμία μὴ λυπεῖν μὲν γὰρ τύχει, λυπεῖν δὲ βαρύνει τοὺς φρουτίσιν, ἀποκτεῖναι δὲ τοὺς λύποις. Id est. Diuitiarum cupiditas si quidem non adipiscitur affligit, adepta verò curis cruciat, amittitur verò tristitia. Verum ergo esse fateamur illud Satyrici poëtæ necesse est.

Iuuenalis Satyra 6.

Prima peregrinos obscœna pecunia mores
Intulit.

Sed vt ad Abraham reuertamur. Hoc dissidium inter armentarios exortum, in maius fuisset progressum, nisi Abraham summa animi moderatione gliscens iam incendium extinxisset. ⁊Dixit ergo Abraham ad Loth. Ne quæso sit iurgiũ inter me & te, & inter pastores meos, & pastores tuos. Fratres enim sumus. Ecce vniuersa terra coram te est. Recede à me obsecro. Si tu ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam.⁊ Sacra scriptura nobis iam ordine Abrahæ virtutes latẽter indicare magis videtur quàm eximiè ostentare. Sunt in Abraham virtutes cum aliæ complures, tum eximia animi moderatio, qua cum Loth nepote suo pacisci cupiebat. Et fuisset quidem illi integrum, & summum decernendi ius, vt quod vellet in commune statueret, & nepotem, quibus vellet conditionibus astringeret, idq; ætatis priuilegio, vt qui maior natu esset, sed sciebat vir prudentissimus animo suo imperare, & non in omnibus suo iure vti velle. Est enim, vt Cicero scribit, non modò liberale paulũ *Cicero.* nõnunq; de iure suo decedere, sed interdum etiã fructuosum. Itaq; nepotem natu minorem, maior ipse natu, dulcibus compellat verbis, vt ne quod dissidium, inter ipsos, tam arcta propinquitate iunctos intercederet: quinetiam optionem nepoti detulit, in quam vellet terræ partem migrandi, nihil pace concordiaq; ducẽs antiquius, & satius esse existimãs nepotis alioqui iucundissimo contubernio carere, quàm inamœnã & rixosam vitam agere. Hæc ergo Abrahæ erga Loth nepotem animi moderatio, nescio cui veterum ac laudatissimorũ virorum animorum moderationi cedere debeat. Extant apud Valerium Maximum *Val. Max. lib. 4.* complura Romanorum ac Græcorum animi moderationis exempla, quæ quidem vt magna sunt, ita huic Abrahæ moderationi animi æquari non posunt. ⁊Et dixit Deus ad Abraham, postquam recessit Loth ab eo. Respice oculis, & vide à loco in quo nunc tu es ad Aphricum, & Aquilonem & orientem & occidentem, quia omnem terram quã tu vides dabo eã tibi & semini tuo in æternum.⁊ Quod nos legimus, occidentem, in Hebræo legitur יָם & septuaginta verterunt θάλασσαν, id est, mare. Est non raro in sacra scriptura, occasum appellari יָם id est, mare, sed cum eam Iudeæ partem intelligit quæ est occasum versus, vbi est mare mediterraneum, alioqui solis occasus, vocatur מערב Sed quid est quod Deus ait: Terram quam conspicis tibi dabo, & semini tuo vsq; in sempiternum. Ita ne Iudæi Iudæam illam, quæ Syriæ pars est, in sempiternum possessuri erant, & nunquam amissuri? Sed vbi est quod hodie videmus Iudai-

cam gentem, tot iam seculis Iudæa extorrem, & per totum terrarum orbem exulem, inq; nulla terra minus possidere quàm in Iudæa veteri sua patria? An Deum putabimus non præstitisse illa quæ Abrahæ recepisset? vel Iudæos credibile est, post diuturnũ hoc exilium, postliminio in Iudæam reuersuros, & eam in sempiternum possessuros, ne promissio hæc diuina falsa sit? Vt igitur Deus verax sit, & Iudæis omnis spes in Iudæam reuertendi præscidatur, nodum hunc, qui simpliciores torquere posset, ex Hebrææ linguæ intellectu, paucis dissoluam. In perpetuum, siue, vsque in sempiternum, Hebraice vocatur עולם Et quamuis, in perpetuum, siue in sempiternum, in Latina lingua, æternitatem absque fine significare videatur, עולם tamen Hebræis æternitatem absq; fine nunquam significat. Quod quidem cum alia multa loca sacræ scripturæ, tum illud Annæ matris Samuelis liquido ostendit quando de filio Samuele, quem diuino obsequio destinauerat, inquit: Et ducam eum vt appareat ante conspectum Domini & maneat ibi iugiter. Pro
1. Regũ 1. iugiter in Hebræo legitur עד עולם id est, vsque in seculum, siue, in perpetuum. Significat hic עולם tempus illud præfinitum, quo Leuitæ in tabernaculo testimonio seruire iubebantur, nempe vsque ad quinquagesimum vitæ annum, quo appetente, seruitio illi abibant. Sed &
Psal. 118 Dauid in psalmo ait לעולם לא אשכח פקודיך Id est. In æternum non obliuiscar præceptorum tuorum. Vult dicere עולם in seculũ, .i. omnibus diebus vitæ meæ nõ obliuiscar præcepta tua. Sed & Græca vox αἰὼν, .i. in æternũ, non videtur significare sine fine æternitatem. Quid enim
Lucæ 1. necesse esset, vt angelus Gabriel ad Mariam virginem de Christo diceret, καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, Id est. Et regnabit in domum Iacob in æternum, nisi etiam adderet, καὶ βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Id est. Et regni eius non erit finis: si in æternum, absque fine intelligeretur. Sed vt ad præsentem huius scripturæ locum redeam, quod Deus Abrahæ semini terram Iudæam daturũ se pollicitus est, in æternum id est לעולם quod Septuaginta legunt ἕως τοῦ αἰῶνος, intelligendum est, per multorum annorum ætates: & curricula, donec in ea semen Abrahæ promissum oriretur, nempe Christus: Deinde Iudæi ob crudelitatem in Christum admissam è sedibus suis tot annis inhabitatis, eijcerentur, quod quidem iam reipsa factum videmus. Ex ijs verbis quibus Deus Abrahæ iubet, vt oculos vndique circumfetat, ad Aquilonem & meridiem, ad Orientem, & Occidentem. Ambrosius putat Stoicos philosophos suum paradoxon sumpsisse, quod omnia sapientis sint, quandoquidem quatuor hi anguli, portiones sunt vniuersitatis. Extat quoque apud Ciceronem hoc paradoxon. ὅτι μόνος σοφὸς πλούσιος ἐστι. Id est. Quoniam solus sapiens diues est. Possunt in his quatuor orbis partibus, quas Deus Abrahę vt sapienti dedit, quatuor quæ principatum in humanis obtinent, significari, quorum bina inprimis optãda censentur: bina verò oppido fugienda. Quid in oriente & occidente significatur, nisi vita & mors? Vitam enim sapiens, vt Dei munere datã, & libenter amplectitur, & piè grateque perfruitur: mortem verò, cum pietatis ergo subeunda est, tantum abest vt eam refugiat, vt etiam constanti animo, totoq; pectore oppetat. Meridies & Aquilo, sunt humanarum rerum in hac vita, vel summa illa fastigia, sublimesq; honorum potestatumq; tituli, & diuitiarum opumq; strepitus: vel afflictiones, siue illæ quæ à foris homini accidere soleant, siue illæ quę intrinsecus corpus diuexare amant. Cæterum ad omnia hæc, siue illa bona sint siue mala, iam longo virtutis vsu occaluit sapiens, vt quemadmodũ mundana & breui duratura fœlicitate corrumpi non potest, ita malis quamuis grauibus à vero honestoq; deflecti non nouit. Sapiens, vt Seneca scribit, ad omnem incursum inuictus, & interritus est, non si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non si dolor impetum faciat, pedem refert, interritus contra illa ibit. Denique sapiens, nec in secundis rebus effertur, nec contrahitur in aduersis. Et vt semel finiam, hoc Flacci adijcere libet.

Amb. li. 2 de Abrah.

Cicero in Paradoxis.

Seneca epi. 60.

Ad summum sapiens vno minor est Ioue, diues
Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.

Hor. lib. 1. Epistol.

Hactenus allegoricè interpretatum sit, quod Deus Abrahæ daturum se pollicetur, Meridiem, Aquilonem, Orientem, & Occidentem, quas quidem ceu vniuersitatis partes Sapiens quisque cordatè regit, siue illæ prospera sint, siue aduersa. Nunc sequentia videamus: ⊏Factum est autem in illo tempore vt Amraphel rex Sennaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlaomor rex Elimitarum, & Thadal rex gentium, inirent bellum contra Basa regem Sodomorum, & contra Bersa regem Gomorræ & contra Sennaar regem Adame, & contra Semebeth regem Seboym, contraque regem Bale, ipsa est Segor. Omnis hi conuenerunt in vallem siluestrem, quæ nunc est mare salis. Duodecim enim annis seruierant Chodorlaomor, & tertiodecimo anno recesserunt ab eo.⊐ Inter regna orientis longè clarissimum fuit Assyriorum. Quod ab Nemrod filio Cham originem sumpsisse Iudaicarum rerum scriptores prodiderunt. Deinde à Nino in maius auctum fuit, adeò vt totius Asiæ populi ab eo domiti fuerint. Successit deinde Nino vxor eius Semiramis, longè clarissima omnium mulierum totius orientis. Hæc non contenta regni finibus à marito rege partis, nouas ipsa expeditiones egit, adeò vt Indiam quoque bello tentauerit. Post Semiramim filius eius Ninias rerum potitur, qui rebus à parentibus partis contentus, desidiæ ac torpori, domi abditus, sese dedidit. Hunc sequuti deinde sequentes reges, nihil aliud posteritati, nisi nuda sua nomina reliquerunt. Igitur regnante apud Assyrios Nino, vltimis regni eius annis Abraham apud Chaldæos natus est, deinde sub Semiramide & sequentibus regibus vitam egit in Syria à Deo in hanc terram euocatus. Quum igitur Assyrij iam rerum potirentur in Asia, satis constat hoc bellum, cuius sacra scriptura hic mentionem facit, ab Assyrijs contra Syros gestum, quod ab illorum imperio descisceré pararent, & tributum assuetum pendere detrectarent. Quatuor igitur duces Assyriorum, quadripartito in eos mouent. Fuit primus ⊏Amraphel ex Sennaar.⊐ Constat haud dubio Sennaar Babyloniæ esse regionem, in qua impiam turris substructionem Noe nepotes moliti sunt. ⊏Et Arioch rex Ponti.⊐ Credibile non est Pontũ esse terram illam longè à Syria dissitam occidentem versus: Quì enim fieri potuisset, vt Arioch per tot regna minoris Asiæ cum exercitu in Syriam penetraret? Pro Ponto, in Hebræo legitur אלסר & Septuaginta legunt ἐλλασάρ. Coniectura est igitur cum Græca vox ἐλλασὰρ ad Hellespontum videatur alludere, & interpres noster cum Hellespontum vertere nollet, Pontum vertisse. Mihi tamen videtur hanc vrbem in Cœlosyria esse. Nam authore Stephano, ἑλλὰς πόλις ἐστὶ κοίλης συρίας. Id est. Hellas ciuitas est Cœlosyriæ. ⊏Chodorlaomor rex Elamitarum.⊐ Pro Elamitarũ, in Hebræo legitur עילם Citra omnem dubitationem Elam regio siue gens est Persidis, ab Elam Sem filio appellata, vt auctor est Iosephus, ἔλυμος μὲν γὰρ ἐλυμαῖος παρασῶν ὄντας ἀρχηγέτας κατέλεπεν. Id est. Elymus reliquit elymęos, qui sunt Persarum principes. Frequẽs mentio est huius gentis non solum in sacris literis, verum etiã apud prophanos scriptores. Hieremias propheta huius gentis sic meminit חבגדי שבר את קשת עילם Id est. Ecce ego cõfringam arcum Elam. Sunt qui putent hic Persarum regnum significari. Sed & lucas Euangelista inter multas gentes numerat etiam Elamitas. Strabo appellat hos elymæos, & eorum frequẽs mentio est inter Persidis gentes. Plinius appellat Elymaidẽ. Infra Eulæũ Elymais est, in ora iuncta Persidi. ⊏Et Thadal rex gentium.⊐ Quæ sunt hæ gentes quibus hic Thadal imperauit, vt præ cæteris rex gentium vocitatus sit? Nisi me coniectura fallit, Thadal hic rex fuit Galilææ. Iosephus scribit duas esse Galilæas, inferiorem & superiorem, Phœnice & Syria cinctas. Ex ijs duabus vna vocatur Galilæa gentium. De hac Esaias propheta sic scribit דרך הים עבר הירדן גליל הגוים Id est. Via maris trans Iordanem Galilææ gentium. Apparet hanc Galilęam à mixtarum gentium colluuione & conuenis inhabitam fuisse, quod Strabo quoque his verbis ostẽdit, τοῦτα μὲν πεοσάρκτια τὰ πολλὰ δ' ὡς ἔκαστα εἰσὶν νῦν φύλων οἰκούμενα μικτῶν, ἐκ τε αἰγυπτίων ἐθνῶν καὶ ἀραβίων καὶ φοινίκων. τοιοῦτοι γὰρ οἱ τὴν γαλιλαίαν ἔχοντες, καὶ τὸν ἐρημοῦντα, καὶ τὴν φιλαδέλφειαν καὶ σαμάρειαν. Id est. Hæc quidem se-

Genesis Cap. XIIII

Stephanus.

Ioseph. lib. α. αρχαι.

Hier. 49.

Act. 2.

Stra. li. 16

Plin. li. 6.

Ioseph. li. 3

Esaiæ 8.

Strabo. li. geogra.

ptentrionalia sunt oĩa magna ex parte à mixtis gẽtibus habitata, Ægyptijs, Arabibus, & Phœnicibus. Nam tales sunt, qui Galileam habent, & Hiericuntem, & Philadelphiam, & Samariam. Hactenus Strabo. Igitur quatuor hi Assyriorum duces cum ingentibus copijs Pentapolitanos imperium detrectantes, bello lacessunt, & acie victos fundunt fugantq; : nec victoria contenti fuerunt, sed eam crudeliter exercuerunt, cædibus & incẽdijs rapinisq; omnia fœdantes, hostibus partim cæsis, partim in seruitutem abductis. Sub hac clade tam late vagante, sinistram fortunam sensit Loth Abrahæ nepos, qui à patruo dudum diuulsus, in Sodomis vitam agere constituerat. Hic igitur ab hostibus Sodomam diripientibus exceptus, in perpetuam abstrahitur seruitutem, nisi ab Abrahã libertatis spes affulsisset. Et hoc scriptura refert: ☾Tulerunt autem omnem substantiam Sodomorum & Gomorreorum, & vniuersa quę ad cibum pertinent, & abierunt; nec non & Loth & substantiam eius, filium fratris Abram qui habitauit in Sodomis. Et ecce vnus qui euaserat nunciauit Abram hebræo qui habitabat in conualle Manbre Amorræi fratris Eschol, & fratris Aner.☽ Abraham hic primum appellatur hebræus. Nominis ratio in ambiguo est. Sunt qui ab Heber Hebræos dictos putent. ἑβραῖοι, ait Suidas, ἀπὸ ἑβὲρ γὰρ σάλα ὁ ἐμβιβασθεὶς τοῖς ἔθνεσι τοῦ γένους τοῦ προσοίκους ὀνομάζας ἑβραίους. ὅτι Θ᾽ ὁ συνεπόνησε τοῖς πυργοποιοῖς ☾ διέμενε ἡ διάλεκτος αὐτοῦ ἀμετάβλητος. Id est. Hebræi dicti sunt ab Heber filio Sala, hic diuisit gentibus terram, vocans vicinos hebræos. Hic non coadiuuit illos qui turrim ædificabant, & permansit loquela eius immutabilis. Sed & Kimhi dicit quod Hebræus sit מעבר השפתים עבר hoc est, à cognatione Eber. Sunt qui dicunt quod Hebræus sit à præpositione עבר trans, quod Abraham trans fluuium Euphratem venisset in terram Chananeorum, debueratq; propriè legi Ibræus, sed vsus obtinuit apud Latinos, vt y literam gutturalem verterint in aspirationem. Sed & Septuaginta Hebræum à præpositione עבר putant, vnde præsentem locum sic legunt, παραγενόμενος δὲ τῶν ἀναστωθέντων τις ἀπήγγειλεν ἄβραμ τῷ περάτῃ. Id est. Vnus quidam qui euaserat nunciauit Abrahæ transitori. Animus Abrahæ etsi satis cognitus fuerit, nõ minus in rebus fœlicibus quàm aduersis, tamen vel hoc vno opere animi sui magnitudinem declarauit, quod nepotem suum Loth ab hostili exercitu captum & abductum cæsis hostibus in libertatẽ postliminio restituit. Siquidem Loth necessarij sui miserabili casu stimulatus, intra ædes suas delectum habuit, ac domestica vernaculorum suorum manu fretus, hostes iam parta victoria lætos ac securos aggressus, in fugam vertit, bonamq; eorum partem occidione occidit. Et hoc scriptura refert. ☾Quod cũ audisset Abrã, captũ videlicet Loth fratrem suum numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo, & persequutus est eos vsque Dan. Et diuisis socijs irruit super eos nocte, percussitq; eos, & persequutus est vsque Hoba, & Phœnicem, quæ est ad leuam Damasci, reduxitq; omnem substantiam, & Loth fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque & populum.☽ Magnum hic nobis in Abraham exemplum proponitur, quatenus bellum suscipiendum sit, vt non temerè, sed potissimum ob hanc causam, vt Cicero scribit, vt sine iniuria in pace viuatur, nec bellum aliquod iustum est, nisi pro rebus petitis geratur. Isocrates scribit vnam causam iusti belli esse, quam Euagoram regem habuisse scribit, sed & Abraham eandem habebat, λαβὼν δὲ ταύτλω τοῦ ἀφορμῶ, ἣν πρὸ χρὸ τοῦ εὐσεβεῖν βουλόμενος ἀμυνεῖ καὶ μὴ προτέρως ὑπάρχειν. Id est. Hanc verò accepit belli gerendi occasionem, quam opus est vt habeant qui pij volunt esse, nempe illatum ab alijs bellum propulsare, non priores ipsi incipere. Alexander Magnus, vt prætexeret iustam belli causam contra Darium vltimum Persarum regem illati, superiora omnia bella à Persarum regibus Græcis illata, in causam assumit. Darius, inquit, Græcos qui oram Hellesponti tenent, coloniasq; Græcorum Ionias omni clade vastauit, cum magno deinde exercitu mare traiecit, illato Macedoniæ & Græciæ bello. Rursus rex Xerxes gentis eiusdem ad oppugnandos nos cum immanium barbarorũ copijs venit, q; nauali prelio victus, Mardoniũ tñ reliquit in Græcia, vt absens quoq; populareter vrbes, agros vreret. Et paulò post. Repello igit̃ bellum,

Suidas.

Dauid Kimhi.

Cicero in Officijs.

Isocrat. in Euagora.

Q. Curt. lib. 4. rerũ gest. Alex.

bellum, non infero: Quasi nefas sit inferre. Nec minus in hoc Abrahæ prælio decisum videtur illud, de quo diu magnum inter mortales certamen fuit, vi ne corporis, an virtute animi res magis militaris procederet. Erat iam Abraham, si annos eius æstimare velis, corpore effœto, sed animi magnitudine plus valens, eoq; castra tot milium hostium præsenti animo aggressus est, paucioribus ipse copijs fretus, quas tumultuaria cura ex domesticis famulis armauerat. Non prætereundum hic videtur Leonidæ Lacedæmoniorum regis nobilissimum opus, quod proximè ad Abrahę accedere videtur. Quum Xerxes Persarum rex, cum ingentibus copijs, quas nullus adhuc hominum credere ausus est, in Græciam irrupisset, Leonidas, vt qui totam Græciam tot hominum milibus imparem sciebat, trecentos duntaxat è suis ciuibus delegit, cum ijs terribilem Xerxem aggreditur, & castra eius irrumpit, nec cædis factus est finis, donec cum fortissimis suis ciuibus vincendo fatigatus in hostilibus castris occumberet. Inter fortissima eius hortamẽta referuntur hæc verba. Prandete commilitones mei tanquam apud inferos cœnaturi, Mors erat denunciata Lacedęmonijs. Merito ergo Cyrus inquit, quod αἃ μάχαι ἱερίονται μᾶλλον ταῖς ψυχαῖς, ἢ ταῖς τῶν σωμάτων ῥώμαις. Id est. Prælia multo magis decernũtur animis, quàm corporum viribus. Euripides quoq; eandem sententiam ijs verbis effert.

Vale. Ma. lib. 3.

Xenoph. li. 7. paed.

Euripides.

γνώμη γὰρ ἀνδρὸς εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις,
εὖ δ᾽ οἶκος, εἰς τ᾽ αὖ πόλεμον ἰσχύει μέγα
σοφὸν γὰρ βουλεύμα τὰς χεῖρας πολλὰς
νικᾷ, σὺν ὄχλῳ δ᾽ ἀμαθία πλέον κακόν.

Id est.

Ex sententia viri bene gubernantur ciuitates,
Bene etiam domus, in bello etiam plurimum valet,
Sapiens enim consilium multas manus vincit,
Imperitia cum turba magnum malum dat.

Sed parum est quod Abraham hostes vicisse legimus, quod cum multis ducibus commune habere putatur, sed multo clarius esse existimatur, quod victoria moderatè vsus sit, nec ad sua spolia respexerit, neq; cæsorum bonis domum suam locupletauerit. Et quidem illi potestas erat, omnia illa, quæ bello parta erant, victoriæ iure sibi vendicare. Est enim hæc apud omnes gentes lex, vt apud Xenophontem est ὅταν πολεμοῦντων πόλις ἁλῶ, τὴν ἑλόντων εἶναι, καὶ τὰ σώματα τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ τὰ χρήματα. Id est. Quando capta fuerit ciuitas bellantium, tum omnia quæ in ciuitate sunt, siue illa sint corpora, siue opes, victoris sunt. Cæterũ Abraham magnifica potitus victoria, & spolia ampla ex cæsis hostibus referens, vetus hoc gentium priuilegium vsurpare nolebat, quod verba eius ad Sodomorum regẽ, qui officij gratia ab hostium cæde reuertenti, occurrerat, declarant. ☾Dixit autem rex Sodomorum ad Abram. Da mihi animas, cætera tolle tibi. Qui respondit. Leuo manum meam ad dominum Deum excelsum possessorem cœli & terræ, quòd à filo subtegminis, vsque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne dicas, ego ditaui Abram.☽ Apud quos huiusce continentiæ exempla extare putabimus? certè apud Christianos nullum videre est, tãtum abest vt apud Germanos milites vel vlla supersint vestigia. Atqui Romana illa militaris disciplina complura continentiæ huius exempla ædidit. Omni, vt Cicero scribit, Macedonum gaza quæ fuit maxima potitus est Æmilius Paulus, tantum in ærarium pecuniæ inuexit, vt vnius imperatoris præda finem attulerit tributorum. At hic nihil in domum suam intulit, præter memoriam nominis sempiternam. Imitatus patrem Aphricanus, nihil locupletior Carthagine euersa. Quid quod eius collega in censura fuit L. Mummius, nunquid copiosior cum copiosissimam vrbem funditus sustulisset? Italiam ornare quàm domum suam maluit. Clara est apud Latinos scriptores M. Curij opulentissima paupertas. Hic cum Italia Pyrrhum regem exegisset, nihil omnino ex præda regia, quæ exercitum vrbemque ditauerat, attigit. ☾At verò Melchisedec rex Salem proferens panem & vinum (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixitque ei & ait. Benedictus Abram Deo excelso qui creauit cœlum & terram, & benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes tui in manibus tuis sunt. Et dedis ei decimas ex omnibus.☽

Xenoph. li. 7. paed.

Cic. lib. 2. officior.

Vale. Ma. lib. 4.

Hierosolyma, auctore Plinio, longè clarissima vrbium orientis, non Iudææ modò. Est hæc vrbs varie appellata. Nam & Salem vocata est, siue vt Iosephus scribit Solyma. Tacitus ausus est dicere Hierosolymam à Solymis

Plin. lib. 5.

Com. Tac. lib. 21. Homeri carminibus celebrata gente originem ducere. Iudæorum Rabini auctores sunt Hierusalem ex duabus constare dictionibus, nempe ab יִרְאֶה Yire, id est, videbit, & שָׁלֵם salem, id est, pax. Porrò יִרְאֶה Yire vox excepta est ab ore Abrahæ, dum filium Isaac ad immolandum duceret, & ab eo interrogaretur, vbi esset hostia, respondit יִרְאֶה אֱלֹהִים id est, dominus videbit. Vt igitur hæc vox יִרְאֶה non intercideret, sed inperpetuum in hominũ memoria maneret, addita est à Deo loco illi qui prius vocatus est שָׁלֵם & appellatus est à duabus vocibus יְרוּשָׁלָם id est, Ierusalem, id est. Videbit pacem. Et Iudæorum quidem Rabini hanc etymologiam afferũt, sed Hierusalem in Hebreo scribitur & legitur יְרוּשָׁלַיִם Hieruschalaym. Sunt tamen inter Christianos scriptores, qui de Salem vrbe variè sentiant. Sui das Salem Hierusalẽ scribit esse, ἡ σαλὴμ πολυθρύλητος ἱερουσαλὴμ ἔδη, ὀλίγῳ τὸ ὅλον ὄνομα φέρουσα τῆς ἱερουσαλήμ. ἐκ προσδήκης δὲ τοῦ ἱερεῖ μετὰ τῆς σαλὴμ προσλαμβάνουσα συλλαβῆς, καὶ κατὰ συναφειαν ἱερουσαλὴμ ὀνομαζόμενα. Id est. Salem est nobilis illa Hierusalem, nondum totum nomen habebat vt Hierusalem vocaretur, postea ex additione Hieru salem syllabam accipiens, per continuationem Hierusalem appellata est. Hęc Suidę opinio proximè Rabinorum sententiæ accedit. Epiphanius de Salem hæc scribit, περὶ σαλὴμ ἄλλος ἄλλως διέλαβε καὶ ἄλλος ἄλλως. οἱ μὲν γὰρ λέγουσιν αὐτὴν τὴν νῦν ἱερουσαλὴμ καλουμένην, ὅστοι δὲ ἰεβοῦς λεγομένην ἄλλοι δ' ἔφασαν, ἄλλην τινὰ σαλὴμ εἶναι ἐν τῷ πεδίῳ σικίμων κατ' ἀντικρὺς τῆς νῦν νεαπόλεως καλουμένης. Id est. De Salem alius aliter tradit. Sunt qui dicant eam esse quæ nunc Hierusalem appellatur, & aliquando Iebus dicta est. Alij verò dixerunt aliam esse Salem, quæ sita sit in agro Siciorum, è regione quæ modò Neapolis vocatur. Cæterum vt de Salem non vna fuit opinio, quę fuerit; ita de Melchisedec, eiusq; munere non dubiæ sunt veterum Theologorum sententiæ. Officium eius erga Abrahã, satis ipsa scriptura aperit, quod Abrahæ à cæde quatuor regũ triumphabundè domum redeunti, panem & vinũ obtulerit, benedixeritq; ei. At qui scriptura sacra de hoc Melchisedec, deq; eius panis & vini oblatione, altius quid & sublimius, & neutiquam vel leue vel contemnendum intellexit. Et Moyses ipse huius Melchisedec mentionem illaturus, magnũ quid indicare videtur, cũ ait: At verò Melchisedec rex Salem protulit panẽ & vinum. Erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixitq; ei. Et regius psaltes aliquot seculis post, diuino spiritu afflatus, Christi æternam pariter & temporalem genituram, simulq; sacerdotalem eius functionem descripturus: huius Malchisedec nomen inferre non dubitauit ijs verbis: Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos inæternum secundum ordinem Melchisedec. Hunc Psalmum de Christo Messia scriptum esse, piorum nemo dubitare sinitur, quandoquidem Christus ipse diserte hunc Psalmum de Messia scriptum confirmat. Et Paulus ipse in Epistola quæ ad Hebræos titulum habet, huius Melchisedec subinde meminit, & quod rex Salem, sacerdos Dei altissimi, qui occurrit Abrahę reuertenti à cæde regum, & benedixit ei, cui & decimas ex hostili præda impartitus est Abraham. Ex interpretatione Melchisedec dicitur rex iustitiæ. Deinde rex Salem, quasi rex pacis, ignoti patris, ignotæ matris, ignoti generis, neq; initium dierum, neq; finem vitæ habens. Hanc Melchisedec historiam, hanc quoq; figuram, primitiuæ illi atq; orthodoxæ ecclesiæ doctores, & sancti Dei homines, qui proculdubio sacri spiritus afflatu, tanquam veri et sancti θεοπνεύστοι loquuti sunt, ad sacerdotium Christi, Ecclesiæq; sacrificium, & cõstanter intellexerũt, & traxerũt semper. Horret animus meminisse, in quod dissidium inextricabile, ex nuper tranquillitate, Ecclesiæ negotium cõiectum sit, nec clam est dissidij huius auctoribus mala hęc omnia haudquaquam ex veterum Theologorum ignorãtia contigisse, sed magis studio quodam pertinaci, vetustissima quæq; innouandi, quod hodie in Germania, plusquã satis est, non paucis arridet. Testimonio esse possunt vestes Germanorũ & calige quotannis nouę mira nouandi solertia excogitatę, quinetiã miris & nouis modis lancinatę, vt iã dubiũ esse possit, vestib. ne Germani induti sint, an magis retib. plagisq; inuoluti. Atq; vtinã ijs nugalib. otiosi inuicẽ otium tempusq; tererent, quã quod veteris ecclesiæ, & orthod. patrũ decreta sacrilege conuellerẽt.

Suidas.

Cui

Cui non liquet, modo parum in veterum Theologorum lectione versatus, in hoc Melchisedec munere prolato Abrahæ, Christi mysteria, nempe corporis eius sanguinisq; sacramenta significari? Epiphanius de Melchisedec munere, nempe pane & vino hęc scribit, ὁ μελχισεδὲκ αὐτῷ ἀβραὰμ ἀπλώτατα τότε καὶ ἀξιόβαλε αὐτῷ ἄρτον καὶ οἶνον, πρωτοτύπῳ τῶν μυστικῶν τὰ αἰνίγματα αὐτίτυπα τοῦ λυείου ἡμῶν λέγοντος, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, καὶ αὐτίτυπα τοῦ αἵματος τοῦ ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ νυκθέντος, καὶ ῥυσίαντος εἰς κάθαρσιν τῶν λεκοινωμένων καὶ ῥαντισμόν, καὶ σωτηρίαν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. Id est. Melchisedec ipsi Abrahæ obuiabat, tunc quoque protulit ei panem & vinum, præfigurãs mysteriorum ænigmata, & exemplaria domini nostri dicentis. Ego sum panis viuus, & exemplaria sanguinis, qui è latere eius percusso, fluxit, in purgationem inquinatorum & aspersionem & salutem nostrarum animarũ. Sed & Suidas Melchisedec sacerdotium cum Christi sacerdotio sic confert, μελχισεδὲκ ἱερεὺς οὐκ ἰουδαίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν, οὕτω καὶ ὁ χριστός, οὐκ ἐξ ἰουδαίων μόνον ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων ἑαυτὸν προσφιλόσοφε τῷ θεῷ. ἀρχὴ τοῦ ἱερωσύνης τῇ νυνὶ, μεθ' ὃ τὸ πάθος ὑμεναιων, λοίπα λαβὼν ἄρτον καὶ εὐχαριστήσας, ἔκλασε καὶ εἶπε, λάβετε φάγετε καὶ τὰ ἑξῆς. Id est. Melchisedec sacerdos non solum Iudæorum, sed etiam gentium. Sic etiam Christus, non pro Iudęis solum, sed etiam pro omnibus hominib. seipsum obtulit Deo. Incœpit verò sacerdotium in nocte, post quam passionem sustinuit, quando accipiens panem & gratias agens, fregit & dixit, accipite comedite, & cæte. Piget iam hic planeq; pudet deploratorum hominũ illorum, qui occœcata mente & perdita, in tanta hac sacræ scripturæ luce cęcutiunt, vt hic Christiani sacrificij originem perspicere non velint. Sacrificij vocem, Deum immortalem, quàm horrent pseudeuangelici illi Ecclesiastæ, quam non sustinent piæ illorum aures nefandam hãc vocem, atqui veteribus Theologis, sacrificij vocabulum, non tam frequens in ore fuit, quàm etiam sacrosanctum, & illorum libri, nusquam non sacrificium decantant, vt pium & venerabile. Vident hoc Euangelici illi personati, & sentiunt se veterũ Theologorum auctoritate premi, quos quidem cum negare impium sit, varios tamen comminiscuntur fraudum cuniculos, quo se ab illorum auctoritate illatebrent. Igitur vocem sacrificium varie torquent, sed neque inter ipsos conuenit, cum hic sacrificium sic interpretatur, alius longè aliter, vt iam cuiuis nasuto ex illorum hoc dissidio mendacij artificium meritò subolere debeat. Cæterum veteres Theologi clarè & dilucidè quid sacrificium appellent, aperiunt. Neque laicis olim, modò fideles essent, sacrificij nomẽ ignotum erat, sed apprimè cognitum, & intellectum. Augustinus, negat necesse esse vt hunc Psalmi versum explicet: Tu es sacerdos inæternum secundum ordinem Melchisedec. Fidelibus, inquit, loquor. Si quid non intelligunt catechumeni, auferant pigritiam, festinent ad notitiam. Non ergo opus est mysteria promere, scripturæ vobis intiment, quid est sacerdotium secundum ordinem Melchisedec. Et hęc Augustinus pro concione virorum ac mulierum. Longum quidem & infinitum esset, è veterum Theologorum operibus, ea quæ Ecclesiæ sacrificium stabiliunt, afferre, nõ grauabor tamen quæ Eusebius de illo scripsit, huc asciscere. Diligenter, inquit, attendendũ est illud: Tu es sacerdos inæternum secundum ordinem Melchisedec. Non enim, eris ait, qui olim non fueris, ac ne fuisti quidẽ antea, nunc autem non es, sed ab eo qui dixit, Ego sum qui sum, tu es, & sacerdos inæternum permanes. Quoniam igitur neq; à tempore, sacerdotij initium accepit, neque de tribu sacerdotum exortus est Christus, neq; artificiosè instructo corporaliq; oleo inunctus, ne finem quidem vllum sacerdotij est habiturus, neq; item solis Iudæis, sed omnibus gentibus constituendus. Propter hæc omnia meritò illum à ministerio Aaron liberat, quod figuram gerebat: & secundum ordinem Melchisedec sacerdotem futurum affirmat. Et sane oraculi exitus admirabilis ei qui contempletur, quemadmodum saluator noster Iesus, qui est Christus Dei, ipsius Melchisedec ritu, ea quæ ad sacerdotium in hominibus gerendum spectant, per suos ministros perficiat. Nam quemadmodum ille qui sacerdos gentium erat nusquã videtur sacrificijs corporalib.

Epiph. lib. B. con. hæ.

Augu. in Psal. 109.

Suidas.

Euseb. Cæs. li. 5. Euangelicæ demonst.

functus

functus, sed vino solo & pane, dum ipsi Abrahæ benedicit: ita sanè primus ipse saluator ac dominus noster, deinde qui ab ipso profecti sunt sacerdotes, in omnibus gentibus, spirituale secundum ecclesiasticas sanctiones sacerdotij munus obeuntes, vino & pane, & corporis illius et salutaris sanguinis mysteria repræsentãt, quæ sanè mysteria Melchisedec tãto ante spiritu diuino cognouerat, & rerum futurarum imaginibus vsus fuerat, sicut etiam Moysi scriptura testificatur, vbi ait: Et Melchisedec rex Salẽ, protulit panes & vinum. Erat autem sacerdos Dei altissimi, & benedixit Abraham. Hactenus ille. Non defuerunt apud nos, qui dedita opera in hoc argumento versati sunt, vt consultis veterum Theologorum monumentis, Eucharistię sacrificium assererẽt. Sunt certè loci innumeri, ne dum in diuinis literis, sed etiam apud veteres Theologos, quibus hoc liquido conuincitur, nec aduersarij & sacrificij hostes diffiteri possunt, sed illud pertinax omnia innouandi studium eos à saniori instituto auocat. Vident enim simplicem plebeculã nouis rebus studere, quibus facilè & capitur & afficitur. Huic igitur Ecclesiastę illi Euangelici plus nimio indulgent, & eius affectionibus omnia condonare gaudent, quibus tãquam obsequio quodam sibi deuinxerunt, & amicos fecerunt. An simplex furor est, quæ veteres Theologi ad Eucharistiæ sacrificium piè astruendũ Christiano pectore intellexerunt, hæc te sacrilego ausu conuellere auderes? & quo speciem aliquam criminatio tua habeat, linguarum peritiam, tanquam puluerem aliquem imperitorum oculis obiectas. Fuit olim Sebastianus Munsterus Franciscani instituti frater, vir methematicarum scientiarum & sacræ linguæ eximiè peritus, quique etiam scriptis suis quasi mutis quibusdam magistris plus erudire potuit, quàm alij viua voce. Debent certè viro illi plurimum omnes Hebrææ linguæ candidati, vt quibus sudoribus suis candide inseruiuit. Extãt huius viri perutiles annotationes in totum vetus instrumentum, quibus Hebraici sermonis intellectus adiuuatur. Cæterum deserto instituto cum iam Euangelicæ factioni nomen dedisset, plurimum à pristino cãdore decessit, maluitque factionis suæ affectionibus gratificari, quàm veterũ Theologorum sententijs astipulari. Est in Malachia propheta locus hic. Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus. Oblatio mũda Hebraice vocatur מִנְחָה סְהוֹרָה Male habet hic locus Munsterum, & errare putat Christianos illos, qui hinc sacrificium missæ stabilire volunt, vsqueadeò præ factionis suæ studio cœcus, vt nõ videat, eximios quoque ecclesię doctores hic Eucharistiæ sacrificium intelligere, in quos nõ minus impetum facit, quã in nos, quos Christianos vocat illos, multo tamen cãdidior quàm Sectarij alij, qui nos ne Christiano quidẽ nomine dignãtur. Cęterum quod ad Malachiæ hunc locum attinet, & qualiter eũ ueteres Theologi intellexerint, liquido ex illorum scriptis claret. Irenæus inter uetustos scriptores uetustissimus, cum Eucharistiæ sacrificium sole clarius ostendisset, tandem coronidis uice hæc Malachiæ uerba subiecit. Eusebius quoque cum de incorporeis hostijs intelligentiaque præditis dixisset, Hæc igitur omnia, inquit, quæ ab initio diuinitus prædicta sunt, in præsenti tempore, per Euangelicam saluatoris nostri doctrinam ab omnibus gentibus celebrãtur, propheticæ uoci testimonium afferẽte ueritate, per quam uocem Deus, Mosaicis reiectis sacrificijs, quod futurum erat nostrum ipsorum institutum, diuinitus nunciat, dicens. Quoniam ab ortu solis usque ad occasum, nomen meum glorificatum est in gẽtibus, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & hostia munda. Sacrificamus igitur Deo altissimo sacrificium laudis, sacrificamus Deo plenum, & horrorẽ afferens, & sacrosanctum sacrificium, sacrificamus nouo more, secundum nouum testamentum, hostiam mundam. Et ne perfugium aliquod esset quo se perfidi condere possent, mox subdit. Igitur & sacrificamus & incendimus, alias quidem memoriã magni illius sacrificij, secundũ ea, quæ ab ipso tradita sunt, mysteria celebrantes, & Deo gratias pro salute nostra agentes, religiososque hymnos

Malach. 1.

Iren. lib. 4. cont. Val.

Euseb. Ca. li. 1. Euã. demonst.

hymnos, & orationes sanctas illi offerentes: alias nosipsos ei totos consecrantes, eiusque pontifici, ipsi vtique verbo, corpore animoque dicantes. Hactenus Eusebius. Quod si horum duorũ auctoritas parum in hac re polleat, accedat tertius, nẽpe Augustinus, cui & Sectarij, si dijs placet, plurimum tribuunt. Hic explicans Psalmi versum: Posuit desertũ in stagna aquarum, hæc scribit. Quæris sacerdotẽ & sacrificium apud Iudæos, non habes, nec inuenis secundum Aaron: quia posuit flumina in desertum. Quæris secundum ordinem Melchisedec apud illos, non inuenis, sed per totum orbem celebratur in ecclesia. A solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen domini. Et dicit illis Deus, quorum flumina posuit in desertum. Non est mihi voluntas in vobis, dicit dominus, nec accipiam sacrificium de manibus vestris: quoniam ab ortu solis vsque ad occasum, sacrificium mundum offertur nomini meo. Hactenus illi Eucharistiæ sacrificium asseruerunt. Pro sacrificio apud Malachiam legitur מִנְחָה quę erat oblatio farinacea, cuius frequẽs mentio est in Leuitico. Fiebat hoc sacrificium מִנְחָה matutino tempore, & vespertino tempore. Hinc est quod propheta Dauid inquit מַשְׂאַת כַּפַּי מִנְחַת עָרֶב Id est. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Hoc duplex tempus, quo מִנְחָה hoc celebrabatur apud Iudæos, figura fuit noui testamenti, & sacrificij Eucharistiæ. Primus enim Christus hoc sacrificium מִנְחָה vesperi obtulit. Christũ enim, ait Cyprianus, offerre oportebat circa vesperam diei, vt hora ipsa sacrificij ostenderet occasum & vesperam mundi, sicut in Exodo scriptum est: Et occident illum omne vulgus synagogæ Israel ad vesperam. Et iterum in Psalmis: Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Nos autem resurrectionem domini mane celebramus. Et quia passionis eius mentionem in sacrificijs omnibus facimus (passio enim domini, sacrificium ꝗd offerimus) nihil aliud quàm quod ille fecit facere debemus, nimirum vt calix dominicus, vino mixtus offeratur. In hæc quæ scriptura de Melchisedec refert mirum est quantopere pseudeuangelici inquirant, & quàm omnia excutere studio se, ne dicam stulte, velint. Aiunt scripturam loqui, quod Melchisedec protulit panem & vinum, nulla hic fit oblationis mẽtio, sed neque sacrificij. Non equidem inficias eo in Hebræo legi הוֹצִיא לֶחֶם וָיָיִן vt sit הוֹצִיא Hiphil à verbo יָצָא id est. Fecit vt panis & vinum efferretur, & Septuaginta legũt ἐξήνεγκεν ἄρτους καὶ οἶνον. i. Extulit panes & vinũ. Sed nihil prohibet eum panem & vinum protulisse, & tum Deo sacrificasse, vt scilicet victoriã illã Abrahæ opera partã, Deo referret acceptã, & domesticas Abrahæ copias hunc panẽ & vinum libasse, vt rẽ sacrã & Deo dicatã. Quod si Deo sacrificasse pertinaciter negabimus, quid attinuisset Moysen huius Melchisedec sub sacerdotis nomine semel duntaxat in omni suo opere mentionem fecisse, nisi eũdem etiam sacrificasse credere nos vellet? Et quidem Melchisedec geminam sustinuit personam, & regis & sacerdotis: Vt ergo regni sedes & regia vrbs fuit Salẽ, ita sacerdotij eius hostia & sacrificiũ fuit panis & vinũ. Neque enim credibile vel phas fuit, cum regni solium enunciasset, vt sacerdotij hostia taceretur, cum sacerdotiũ ipsum longè sit regio sceptro augustius. Nec mihi persuaserint pseudeuangelici, qui omnia primigeniæ ecclesię dogmata semel conuellũt, Melchisedec hunc panem & vinum protulisse, vt Abrahæ & copijs eius cõmeatum suppeditaret, exercitumque eius fame & inedia affectum subleuaret, quod sacræ scripturæ continentia non admittit, quæ narrat Abraham quatuor potentissimos reges, & bello vicisse, & castris, omni cõmeatu, direptarũ à se vrbiũ, opulentis, exuisse, vt iã alieno cõmeatu opus non haberet. Sed & Abrahã ipse idẽ fatetur, cũ Reg. Sodomorũ liberalitatẽ aspernareẽ, ait iuuenes suos milites iã comedisse, & saturos esse. Sed hinc exclusi Sectarij, alias moliũtur fraudũ tendiculas. Obijciũt verã & genuinã lectionẽ hanc non esse, quã nos habemus. Erat enim sacerdos Dei altissimi: In Hebręo longè aliter legi, nempe sic: Et ipse erat sacerdos Dei altissimi, coniunctione Enim, eiecta. Equidem hic ambiguus esse cogor, rideã ne perditorũ hominum stoliditatem, an deplorẽ ignorantiam. Video ijs planè contigisse quod collineantibus vsuuenire solet, vt præ nimio conniuendi studio cæci fiant. Præclaro titulo sese plebi sibique deuotis vendi-

Augu. in Psal. 106.

Cyp. Cecil.

venditant, proijciunt ampullas, & sesqui pedalia verba: Hoc in Hebræo non habetur, fucum scilicet vt faciant imperitioribus. Cæterum vt hoc dispiciamus quod illi obijciunt, facile est hoc conuincere, vel primis sacræ linguæ elementis imbutis. Assentior in Hebræo ita legi יהוא כהן לאל עליון id est. Et ipse erat sacerdos Dei altissimi. Sed cui nõ cognitum est, suum quamque linguam habere idioma loquẽdi, quo libenter vtitur. Est ergo familiare Hebrææ linguæ vsurpare יהוא Et ipse, pro, Ipse enim. Sic enim in Psalmo legimus אֲשֶׁר לוֹ הַיָּם וְהוּא עָשָׂהוּ Et Septuaginta recte sic verterunt ὅτι αὐτοῦ ἐστὶν ἡ θάλασσα, καὶ αὐτὸς ἐποίησεν αὐτήν. Id est. Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud. Hieronymus tamen sic vertit. Cuius est mare, ipse enim fecit illud. Rursus alibi חֻבַּר לֹא עֶזְרָתִי Quod septuaginta sic verterunt ὃς ἐμοὶ βοήθειαν ἐκ δλίψεως, εἰς ματαίαν σωτηρίαν ἀνθρώπου. Id est, Da nobis auxiliũ de tribulatione, & vana est salus hominis. Hieronymus tamen sic legit: Da nobis auxilium in tribulatione, vana est enim salus hominis. Et sunt loci innumeri in sacra lingua, quos huc afferre necesse non est. Pudet ergo pigetq; profectò talium rabularum, quos linguarum imperitia, quo tamẽ nomine plurimum sevulgo commendant, in tam sacrilegos precipitat errores. Risu dignum fortasse videri posset, si porrò in hac re perrexero, vnum tantum locum apud Latinos indicasse satis erit, vbi, Et, loco enim vsurpetur. Quintilianus de nutricum moribus hæc præcipit. Has primum audiet puer, harum verba efingere imitando conabitur; & natura tenacissimi sumus eorum quę rudibus annis percipimus. Quis nõ videt, &, vsurpari pro Enim, vt sit, natura enim tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percipimus, vt iam mirũ sit linceos illos hoc idem non vidisse, quum scriptura dicat: Et ipse erat sacerdos Dei altissimi: pro, Ipse eẽ erat sacerdos Dei altissimi. Sed de ijs puerilibus plus satis. Superest vt rationem reddamus quur Melchisedec à Paulo Apostolo, sine genealogia, sine patre & matre dicatur fuisse. Causam reddit Suidas ἀγενεαλόγητος δὲ εἴρηται, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἐκ τοῦ πατρόματος ἀβραὰμ ὅλως, εἰ δὲ χανανάιον τὸ γένος, οὐ ἐκ τῆς ἐπιφάνου πατρίας ὁρμώμενος, ὅθεν οὐδὲ γενεαλογίας ἠξίωτο ὁ γοῦν πρεσβύτερος τῶν τῆς ἄκρας δικαιοσύνης ἐπειλημμένου, συμπλέκειν τοῦ τῆς ἄκρας ἀδικίας γένει, διὸ καὶ ἀπάτορα καὶ ἀμήτορα τοῦτον εἶναι φασίν. ὅτι ὁ χανανάιος ἦν τὸ γένος, οὐδὲ ἄλλο καὶ ἀφ' ὧν ἐκράτει καὶ ἐβασίλευε διελιμάτων τῶν χανανάιων, καὶ οἷς ἐπλησιάζει πονηροτάτοις σοδόμοις. Id est. Absq genealogia dictus est, eò quòd omnino nõ fuerit de semine Abrahæ, fuisse verò generis Chananæi, & ex maledicto semine exortum, vnde neque genealogia dignatus est. Neq enim fas erat, vt is qui summam iustitiam assequutus erat, insereretur generi summæ iniustitiæ. Propterea & sine patre & matre eum fuisse dicunt. Quoniam verò genere erat Chananæus, manifestum hoc est, à regione Chananęorum in qua rex fuit: & etiam à pessimis Sodomitis, quorũ vicinus fuit. Ait præterea Suidas, quòd Melchisedec ἐτελεύτησε δίκαιος καὶ παρθένος, id est, obierit iustus & virgo. Hanc Melchisedec Agenealogiam & quod sine patre & matre fuerit, neque initium dierum habens, neque finem, Theologi ad Christum dominum nostrum piè referunt; quod sempiternus sit, & cuius generatio enarrari non possit, qui & sine patre secundum incarnationem natus sit, & sine matre secundum diuinam generationem genitus. Quod de Melchisedec Paulus refert, eum fuisse absque genealogia, & sine patre & matre, hoc veteres Theologi etiam ad Ecclesiæ sacerdotium accommodarunt, & argumentum hinc sumpserunt, quod in Episcopo deligendo, non aspicienda sit, vel patris vel matris nobilitas, non maiorũ imagines & stemmata: sed virtutum duntaxat dotibus in hanc esset dignitatis arcem prouehendus, vt non generis nobilitas, sed morum eligatur gratia, & virtutũ prerogatiua. Hunc more eligendi Episcopi seruauit olim Apostolica ecclesia, nimirum sic ab Apostolis edocta, qui vt quisque optimus esset, ita etiam primum locum sortiri debere piè docuerunt. Magnus ille Leo morem hunc Apostolicum ijs verbis diserè proponit. Quum huius diuini sacerdotij sacramentum, etiam ad humanas peruenit functiones, non per generationum tramitẽ currit, nec quod caro & sanguis creauit, eligitur: sed cessante priuilegio patrum, & familiarum ordine prætermisso, eos rectores accipit eccle-

Psal. 95.

Psal. 109.

Quint. li. 1 orat. inst.

Suidas.

ecclesia, quos Spiritus sanctus præparauit, vt in populo adoptionis Dei, cuius vniuersitas sacerdotalis atque regalis est, non prærogatiua terrenæ originis obtineat vnctionem, sed dignatio cœlestis gratiæ, gignat antistitem. Fuit olim Alexander Mammeæ filius, & Romanorum Imperator, Christianæ religioni admodũ affinis & deditus, vt qui verba quædam à Christianis audita, prouerbij vice, semper in ore haberet, quale est hoc: Quod tibi non vis, alteri ne feceris. Hic idem ferè studium in prouinciarum profectis elegendis adhibere volebat, quod Christiani in suis sacerdotibus. Vbi eẽ aliquos voluisset, vel rectores puincijs dare, vel præpositos facere, vel procuratores, id est, rationales ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, vt si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus: si non probasset, subiret pœnam capitis: dicebatq; graue esse, cum id Christiani & Iudæi facerent in prædicandis sacerdotibus qui ordinãdi sunt, non fieri in prouinciarum rectoribus, quibus & fortunæ hominum cõmitterentur & capita. Monet etiam Cyrus apud Xenophontem, suos Persas, ne semper ciues in militiam assumere velint, sed fortissimum quemq; etiam deligant exterarum gentium. καὶ μὴ ὁ μόνοι σκόπητε ὅπως ἐκ τῶν πολιτῶν αὐτὶ πληρώσετε τὰς τάξεις, ἀλλὰ ὥσπερ ἵππους, οἱ ἂν ἄριστοι ὦσιν ὀχεῖν ἂν πολεμικῇ πίστει ζῆτε, οὕτως καὶ ἀνθρώπους, ἐκ πάντων, οἱ ἂν ἡμῖν μάλιστα δοκῶσι συνεισφέρειν τε ὑμᾶς καὶ συγκοσμήσειν, τούτους λαμβάνετε. Id est. Sed neq; hoc erit vobis studium, vt semper ex ciuibus instruatis militares ordines, sed quemadmodum equos queritis, non vernaculos semper, sed optimos quosq; : sic etiam homines querite, qui vobis possint simul & auxilio esse, simul & decori, sint vbiuis nati. Hæc Xenophon. In nullo sic discrepant Germanorum Episcopi, & Episcopalium Ecclesiarũ canonici, à totius Christiani orbis ecclesijs, vt in hac parte. Videmus enim apud Italos, Gallos, Britannos, doctissimum quemq; ad summum sacerdotij gradum prouehi, & illi inprimis animarũ magisterium creditur; non hic parentum inopia quicq; officit, neq; maiorum generisq; obscuritas auctoritatẽ detrahit, sed ingenij eruditio, & eximia literarũ peritia, ad hæc spectata inter homines probitas, & morum innocentia, summã dignitatẽ conciliat. Canonicis nõ deest eruditio, sunt literarum amatores, & sumptus illis non deest ad studia sua prouehenda. Nõ ambiunt nobiles & principes ecclesiarum episcopatus, non opimis sacerdotijs inhiant, neq; ecclesiarum reditus, in suum deriuãt emolumentum, neq; nobilitatẽ suam cœnobiorum prouentu alunt, sed auitis suis bonis contenti, in honesto agunt ocio. At in Germania longè alia est Ecclesiarum ratio. Plena sunt nobilium omnia, nobilitatis titulum iam nemo nõ ambit, & census nobilitati longè impar. Hinc Episcopatus, & eorum sacerdotia prædæ sunt nobilibus. Nulli ad Episcopalis ecclesiæ functionem aditus patet, nisi apprimè nobili, si auorum & maiorũ tituli & imagines præsto fuerint, satis præsidij ad episcopatum comparandum paratũ est, de eruditione & moribus nulla fit quæstio. Sic ergo nullum ferè reperies in Germania summum Ecclesiæ sacerdotem, qui nobis Melchizedec referat, vt sine patre & matre sit, sed omnes longè repetunt alteq; reuoluunt patrum & matrũ nomina. His itaq; transactis, factus est sermo Domini ad Abraham per visionẽ, dicens: Noli timere Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Vidimus nuper Abraham magnifica potitum victoria, bellumq; ex sententia confecisse, & nepotem suum Loth cum omni domestica suppellectili, ab hostibus ereptum, & in integrum restitutum: sed nũquid hic sentimus Abraham vano gaudio puerilitèr elatum, & in victos hostes conuicia cõtumeliasq; coniecisse, & victoriam suam magnificè prædicasse, trophæa vel marmorea vel lapidea erexisse? Sed nihil horũ fecisse illum liquet. Sciebat vir prudentissimus martis semper ancipitem esse aleam, ac multo ante iam illud Vergilianum secum reputans: Respice res belli varias. Sciebat quoq; non plenam adhuc esse victoriam, vbi adhuc armati hostes superessent, neq; vicisse satis esse, cum quædam victoriæ maximorum bellorum semina fuissent. T. Liuius scriptur de maximo illo & horribili bello Punico secũdo, adeo, inquit, varia belli fortuna, ancepsq; mars fuit vt ppius periculo

Lamp. in Alexand.

Xenoph. li. β. παιδ.

Genesis Cap. XV.

Ver. li. 12 Æneid.

T. Liuius lib. 1. de Punic. bell.

periculo fuerint, qui vicere. Quis inter Romanos duces fuit Pompeio victoriarũ claritate nobilior? Hic tribus clarissimis triumphis ex tribus orbis partibus adeptis, in vrbem Romam inuectus, tamen ad extremum Pharsalico prælio à Cæsare victus, & in Ægyptum fugiens ignobili morte defunctus est. His igitur non absimilia cum Patriarcha Abraham animo reputaret, & belli fortunã suspectam haberet, credibile est illum ad diuinã opem confugisse, & si victi hostes rursus bellum instaurassent, Deum strategũ sibi optasse. Huc certè respiciunt verba Dei, quũ inquit: Noli timere Abraham, ego protector tuus sum. Pro protector in Hebræo legitur מגן clypeus, & Septuaginta legunt, ἐγὼ ὑπερασπίζω σοῦ, id est. Ego clypeo rego te. Quem non fortè redderent hæc Dei verba, & omnem hostium metum discuterent? Animat Pallas apud Homerum Telemachum hoc versu.

Lucanus in pharsi.

Homerus od. v. r.

ῥεῖα θεὸς δ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαῶσαι.

Id est.

Deus si voluerit facilè saluabit virum etiam si procul fuerit.

E Dixitq; Abram. Domine Deus quid dabis mihi: Ego vadam absque liberis, & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer. Addiditq; Abram: Mihi autem non dedisti semem, & ecce vernaculus meus, hęres meus erit.] Sunt coniugij varia & multa incommoda, interq; ea non minimum censetur, vxoris sterilitas, neq; iniuria. Proficiscitur enim ex hoc vicio, solitudo, orbitas, generis interitus, legitimi hæredis spes. Et quidẽ hæc oia eo grauiora fiunt, si amplæ opes non defuerint, si inter maritum & vxorem bene conueniat, & cõiugali amore omnia obsepta fuerint, verum sinistræ fortunæ inuidia, hæc tanta bona, filiorũ pignoribus confirmari, cumulariq; non sustinet. Augusti Cæsaris fœlicitas, auctore Plinio, hæc vna infœlicitate maximè suggillata est, quod cum ipse ex se filios natos fortunæ suæ hęredes non relinqueret, tamen hærede hostis sui filio excesserit. Hoc igitur communi generis humani affectu, vt post vltima fata, nomẽ cuiusq; perseueret & genus, attactus fuisse videtur Abraham, molestè ferens, natiuũ sibi hęredem deesse, in quẽ tot bona, quæ diuina liberalitate acceperat, cõferre posset, si quid sibi humanitus accidisset. Destinauerat quidem ipse sibi hęredem Eliezer domus suæ curatorẽ, cui ob fidam operã tantum honoris habuerat. Et qdem ex iuris formula hęredes instituere est permissum, tam liberos homines q̃ seruos, & tam proprios q̃ alienos. Cęterum Deus non solum natiuum hæredem pollicebatur, verum etiã numerosam prolem. [Dixitq; ad eum. Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorũ, vt darem tibi terram istam & posideres eam.] Fama tenet Abrahã de אור Vr, id est, igne Chaldæorũ exisse, in quem coniectus erat, quod eum adorare nollet, quod tũ apud Chaldæos sacrosanctum & consuetum erat. Orta est hæc opinio ex voce אור non satis intellecta. Significat quidem אור idẽ quod להבה id est, flammam. Porrò Persas & Chaldæos ignẽ numinis loco adorasse testes sunt veteres scriptores. Sic ergo factum est, vt ciuitas illa, in qua sacer hic ignis asseruabatur, etiã appellata sit אור Vr, à sacro illo igne, q אור dicitur. In hac ergo ciuitate natus est Abrahã, è qua eũ Deus eduxit. Plinius huius Vrę loci meminit, quũ de Euphrate loquitur: Ita fertur vsq; Vram locum, in quo conuersus ad orienẽt, &c. Credibile est Chaldæos non vnum locũ habuisse, vbi ignẽ adorabant, sed multos, vocabanturq; ij loci ab igne πυρεῖα. Procopius. Hic magnum Pyreum est, quod Persæ Deorum maximè venerantur, vbi ignem perpetuũ custodiunt magi. Abraham cũ audisset stirpem suam adeò numerosam fore, vt etiã Syriæ partem hominũ multitudine impletura esset, lętus ergo tanto promisso, signo aliquo confirmari à Deo petebat. [Domine Deus, inquit, vnde scire possũ, quod possessurus sim eam. Et respõdens Dominus. Sume, inquit, mihi vaccam triennẽ, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam. Qui tollens vniuersa hæc diuisit ea per medium, & vtrasq; partes contra se altrinsecus posuit. Aues autem nõ diuisit. Descenderũtq; volucres super cadauera, & abigebat eas Abraham. Quumq; sol occumberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Et paulò post. Quum ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas.] Meminit huius sacrificij Iosephus his verbis. θυσίαν προσφέρει τῷ θεῷ κελευσθεὶς ὑπ' αὐτοῦ· εἶτα δ' ὁ πρόπους θυσίας

Iustin. li. 2. institut.

Plin. lib. 7.

Procopius.

Ioseph. lib. 1. c. 16. antiq.

θυσίας τοιαύτας δ' ἀμαλίκ τρεῖς ἔθεσαν, καὶ αἶγα τρετίζεσαν, & κριὸν ὁμοίως τρετῆ, καὶ τρυγόνα καὶ περιστεραν, κελευσθεὶς δ' ἐκεῖνος ὀρνέων ἑδὲν διελὼν, ἅτε περὶ ταῦτα ἦν βωμὸν διανῶν ἐφιστῆρεμένων, ἐπιθυμίας τε ἅμα τῷ θεῷ, φωνὴ θεία παρὴν ἀποσημαίνοσα πονηρὸς αὐτοῖς τοῖς ἐγγόνοις γέτονας ἐπ' ἔτη τετρακόσια γενησομένος, κατὰ τὴν αἰγυπτον, ἐν οἷς κακοπαθήσαντας περιέσεσθε τῶν ἐχθρῶν, καὶ κρατήσαντας πολέμῳ χαναναίων, ἕξειν αὐτῶν τὴν γῆν καὶ τὰς πόλεις. Id est. Sacrificiũ obtulit Abrahã Deo iussus ab eo. Erat verò sacrificij modus talis. Iuuencus trimus, & capra trima, & aries trium annorum, turtur & columba. Porrò iubẽte Deo diuisit animalia, aues verò non diuisit. Deinde anteq; altare constitueretur, volucres sanguinis auiditate aduolebant, aderat diuina vox q̃ significabat, posteros suos affligẽdos quadringentos annos à vicinis Ægyptijs, tandẽ illos superaturos suos hostes, & bello Chananæam in suam ditionem redacturos, vrbesq; & terram illam possesuros. Satis constat non solum ex hisce Iosephi verbis, verumetiã ex veterum Theologorum scriptis, hoc Abrahæ sacrificio, futurum Iudaicæ gentis statum, quem in illa Syrię parte, Iudeæ appellata, habituri essent, rectè significari. Porrò Ægyptiacas afflictiones Deus ipse diserte Abrahæ enunciat, & quẽ deinceps statum habituri essent, cæsis ijs animalibus, & eorum numero, typice adumbrauit. Sũt emẽ tria illa animalia, quasi insignia quædam capita status Israëlitarum, in quibus, vel fœlicitate, Deo volente, affecti sunt; vel cladibus, eodem inferente, cõtriti. Nec mirum alicui videri debet, si Iudęorum res, dum adhuc integræ, florentesq; essent, ter duntaxat notari Deus volebat; idq; tribus status ipsorum insignibus mutationibus. Videmus ad eundem modum in alijs clarissimis gentibus euenisse. Quæ gens in toto orbe fuit populo Romano clarior? Egit hæc primũ sub regibus, deinde cõsulari imperio vsa est, vltimo Cæsaribus Imperatoribus paruit. Gesserũt Romani bella multos annos, & à tribus orbis partibus clarissimos retulerunt triumphos, & tamen in tot bellis terna solum opima spolia à ternis Romanis ducibus parta sunt, & decus hoc ternariũ numerum excedere nõ valebat. Igitur Israëlitarum primus status fœlix in primis & fama celebris fuit, cum ab Ægypto profecti, & vasta solitudine emensa, in Syriam penetarent; tunc enim longè lateq; Iosue ductu, arma circũtulerunt, & in omnibus victores, cõplures Syriæ reges bello superarũt, & eorũ terrã, eiectis incolis, ipsi inhabitare ceperunt. Erant tũ Iudęorũ res florentissimæ, vt quorũ arma toti Asiæ erant metuenda. Sub hoc statu Israëlitæ principes habebant, quos vocabant שופטים Græci κρίτας, id est, Iudices. Cæterum vt sunt Iudæorum animi semp ad vicia propensi & idololatriæ dediti, mox tanta eorũ gloria senescere cœpit, cum deserto Mosaico instituto, & Dei vnius cultu abiecto, idolis quã Deo seruire malebant. Fuit hoc Iudaicarum rerũ cladis initiũ. Impetiti ergo à finitimis gẽtibus bellis sunt, & vastata eorum terra, agrisq; excisis, in miseram subinde seruitutẽ redacti sunt; seruierũtq; illis quibus ipsi timori esse potuissent. Fuit ergo hic Iudęorum status quem sub iudicibus egerunt vacca illa triennis, portans nontã viciorum iugum q̃ etiam finitimarum gentiũ seruitiũ, vt nõ immerito in duas partes dissecta videatur. Durasset hæc Israëlitarum afflictio longius, & cũ fœdo exicio gentis, nisi Deus alium statum excitasset illis, longe priore sublimiorẽ & fortiorem, nempe regium. In hoc primas tenuit Dauid regum omnium decus & columen. Hic igitur cum prudẽter vidisset pręteritarum cladium causas fuisse diuinum neglectum, principatũ suum à pietate exorsus est, & omnem idolorum cultum & impietatẽ in Deum procul à regni sui limitibus summouit, proposito pio edicto, vt omnes quoq; uersum verũ Deum agnoscerent, illiq; ex sacræ legis decreto famulatũ impenderent. Sic ergo instaurato pietatis cultu, fœlicia arma induit, & libertatẽ à finitimis gẽtib⁹ cõuulsam, magno aio stabiliuit. Neq; hac fœlicitate cõtentus, gẽtes omnes circũ Iudæã & prius Iudæis infestas, atq; adeò Syriã ferè omnẽ, & Arabas, partim armis domuit, partim Iudaici nominis terrore repleuit. Fuerũt ergo, rege Dauide, si vnq; alias, certè tũ Iudęorum res florentissimę minimeq; cõtemnendæ. Potuissent certè eorũ res diutissimè in hoc fœlici statu perseuerare: si sequentes reges, Dauidi similes

ſimiles eſſe voluiſſent. Cæterum poſt pientiſsimi regis interitũ, Salomon filius, quemadmodũ regni, ita non per oĩa paternæ pietatis ſucceſſor fuit, & vxorum blãdicijs, quas innumeras & alienigenas, cõtra diuinũ vetitũ duxerat, ad impietatis ſtudia deductus eſt. Fuit ergo hic Salomonis error in cauſa, vt poſt eius interitum, Iudaicum regnũ, vnũ antea, in duo regna abierit. Roboam Salomonis filio duæ tribus relictæ, idq; in Dauidis iam defuncti gratiam, at reliquę Hieroboam filio Naboth ceſſerũt, quem Iſraëlitæ, relicta domo Dauid, cõmuni ſuffragio ſibi regem crearunt. Hæc ergo eſt cruẽta illa diuiſio, hæc eſt capra illa olida & fœtida, quæ idololatriæ crimen in populũ Iſraëliticum per omnes ferè ordines ſparſit. Fuerũt inter reges Iuda perpauci admodum, qui illibatã pietatem ſequerentur, at reges Iſraël impij oẽs. Hæc ergo vtriuſq; Iudaici regni impietas, cauſa fuit regij nominis ſubuertendi. Iſraëlitæ ſiquidem poſt longam impietatem, in Aſsyrios captiui abducti ſunt. Hieroſolymitanum regnum, ab ſimili cauſa, poſt aliquot annorũ volumina, à Chaldæis ſubuerſum eſt, & Iudæi in Babyloniam ſeruitũ ierunt. Fuerunt iam hic Iudæorum res plus nimio accisæ, neq; ipſi ſuis ipſorum afflictis rebus opẽ afferre potuerũt, erat verò Deus qui hanc gentem ſibi in clientelam olim aſſumpſerat, hic eã rurſus in integrum reſtituit, & ꝓpe ab interitu vindicauit. Quũ enim Cyrus Perſarũ rex deuicta Babylone, & omnibus Aſiæ populis domitis, monarchiam ſibi firmaſſet, mox diuino nutu, vt credere par eſt, Iudæos omnes, qui per multas Aſiæ gentes diſsipati erant, liberos eſſe volebat; eosq; in Iudęam poſtliminio ꝓficiſci iubet, vt inſtaurato templo cũ vrbe Hieruſalem, veteres Iudaicæ legis ritus peragerent. Igitur Iudæi Cyri beneficio veterem ſuam patriã adepti, in ſumma agebant quiete, & Perſarum reges ciuiliter Iudæis vtebantur, Artoxerxes, Iudaici ſanguinis regni ſui conſortẽ habebat Heſter, Mardocheus Iudæus inter regiæ aulæ purpuratos ſummum obtinebat locũ. Subuerſo ab Alexandro Magno, Perſarum imperio, cum iam Macedones, è medio ſublato Alexandro, per Aſiam & Syriam dominarentur, durior aliquanto Iudæorum cõditio fuit, quod græcorum ingenia Iudaicis præſtantiora eſſe vellent, & iam non ſolum propter principatum ampliandum Macedones contra Iudæos bellum mouebãt, ſed etiã ob deorũ religionem, quã à Iudæis contemni videbant. Syriæ reges à Macedonibus oriundi, in Aſia late regnabant, erat inter illos Antiochus præpoſtero nomine illuſtris cognominatus, homo omnium teterrimus. Hic igitur Sathanico ſpiritu inſtinctus, in Iudæos tanq; in veræ pietatis aſſertores magno bellorũ impetu, fertur, vrbem Hieruſalem occupat, templum inuadit, hoſtili animo ſacra omnia ꝓphanat ac diripit, nec contentus homo nefarius, in vaſa diuini miniſterij ſęuiſſe, animum quoq; ad hoc adiecit, vt vniuerſam Iudęorum gentem, à veri Dei legibus auocatam, ad impia falſorum deorum ſacra cõpelleret, & ſi renuant, etiã per ſummos cruciatus, & ſupplicia, neci daret. Sęuitur igitur in vtriuſq; ſexus homines, exquiſita ſupplicia pijs inferũtur. Erant multi qui pietatẽ vitæ præferrent, & mortem honeſtam q̃ impiam vitã potiorem ducerent. Dũ igitur ad hunc modũ Antiochus in pios graſſaretur, iacent iam hic Iudęorum animi proſtrati, viuidi illi ſpiritus extincti ſunt, nec eſt q̃ felsis rebus ſubuenire auderet. Vbi iã tribus Iuda eſt, cui Deus regni gubernacula credidit, ꝓ tuenda pietate iam arma induat. Sed nimirum cũ pro pietate pugnandũ eſt, frigidũ videtur arma capere, & pietatis negotium, non idonea cauſa videtur, cur bellum ſuſcipiendum ſit, ceſſant iam omnes tribus, & vitæ q̃ pietatis cupidiores fiunt. Fuiſſet igitur Iudæorũ nomen, tali rerum ſtatu, ad internitionem deletum, niſi per Leuiticam tribum ſtetiſſet, iam olim Deo deuotã & ſacris miniſterijſq; diuinis addictã. Hanc ergo pietatis bellum decebat, hanc nefanda Antiochi facta percellunt, & cũctantibus alijs Matathias Aſmonæi filius, tanq; aries trimus, & piorũ omnium ductor, in Antiochi duces gladio accingit. Fauit Deus pijs cœptis, qui modò victi erant, ſtatim victores euadũt, Macedones inſigni clade afficiuntur, & ꝓcul à Iudæa finibus impius exercitus ſummouetur, mox legalis & diuinus cultus inſtauratur, & ab omni idololatriæ ſpurcicia ſanctum Dei templum

templum expiatur. Bellum deinde hoc à Matthathia fœliciter inceptum, Aſmonæi longè fœlicius geſſerũt, & Iudæis nõ modò auita religio ſtabilita eſt, ſed etiã ampliſsimus principatus per omnẽ Syriam & Arabiã, bellica fœlicitate acceſſit. Fuit ergo hoc Aſmoneorũ regnũ, q̃d è Leuitica tribu natum eſt, haudquaq; Iudaico populo pœnitendũ. Potuiſſent eorũ res longè meliore ſucceſſu vti, niſi domeſtica ſeditione maturè exitiũ inueniſſent. Inter Ariſtobolũ & Hircanum fratres Aſmoneos bellum de principatu pluſq; ciuile ortum eſt, & dum vterq; alterum opprimere conatur, Romanos cõtra ſe excitarunt. Sic ergo Aſmoneus hic aries in duas diſſectus partes paulò poſt intercidit, & Herodi Idumæo ianua ad Iudaicũ regnum occupãdum, aperta eſt, quod erat iam olim cõſtitutum tempus, vt Chriſtus Meſsias, ex virgine Maria naſceretur. Et hoc ſcriptura indicat, vbi dicit: Quũ ergo occubuiſſet ſol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis, & trãſiuit per medium diuiſionum. Iſychius interpretatur occaſum ſolis, finem mundi, clibanum Dei genitricis vterum; Illa enim clibanus neceſſario nominatur, quia & panes ignẽq; deſuper clibanus ſuſcipit, ſicut & Dei genetrix, deſup vitę panẽ, Dei videlicet verbum, in ſuo vtero, ignemq; ſuſcepit præſentiæ ſpiritus. Spiritus enim, inquit, ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Et quid eſt hoc? addidit & fumigans, & tranſiuit p medium diuiſionum. In die illa pepigit Dominus fœdus cũ Abraham. Quando enim cœleſtis ignis, ſpiritus videlicet in clibano vteri genitricis Dei venit, vt totas accenderet mundi partes, tunc teſtamentum Deus Abrahã, id eſt, gentibus diſpoſuit: Abraham enim pater gentium nominatur. Hactenus Iſychius. Refert quoq; ſcriptura, tria hæc animalia, in ternas diuiſa fuiſſe partes, & volucres deſcendiſſe ſuper cadauera, & Abraham iuxta ſedens, eas abegiſſe. Eſt hoc videre in populo Iſraëlitico, à toto illo tẽpore, quo Iudæam inhabitauerit, nempe in tribus ijs ſtatuum mutationibus, quod crebro à varijs gentibus fuerit infeſtatus, bellis & incurſationibus afflictus diuexatusq; nec aderãt tũ illis vires vel animi robur ad tantã afflictionum molem ſuſtinendã, periſſetq; certè, niſi Abrahæ merito ſemp ab impendentibus periculis fuiſſet vindicatus. Cæterum fuerunt duæ inſignes clades, q̃bus Iudaica gens, præter cæteras innumeras afflictiones, inſigniẽ cõflicta eſt, neq; eas leues ob cauſas ſenſerũt, ſed grauiſsimis in Deum cõmiſsis obnoxij. Poſſunt hæ duæ clades ſignificari quod ſcripura bis dicat: Quũ ſol occubuiſſet, tũ horror magnus & tenebroſus & caligo inuaſit Abraham. Fuit igit̃ prima exitiabilis Iudæorũ vaſtitas, quã ſenſerũt à Nabuchodonoſor Babyloniæ rege. Hunc cõſtat vrbem Hieruſalẽ valida obſidione cinxiſſe, & fame captam incendiſſe populũq; partim occidiſſe, partim in ſeruitutẽ abduxiſſe. At poſterior clades à Tito Cæſare Veſpaſiani filio inflicta eſt, quæ quidem priore tanto grauior fuit, quanto ſe tum q̃ vnq; alias grauiore ſcelere aſtrinxerãt. Hæ igitur tã inſignes Iudaicę gentis clades optimè p columbam & turturem ſignificari poſſũt. Quod quidem quo minus quis mirari poſsit, paucis aperiendũ videtur. Semiramis cãtatiſsima regina apud Aſſyrios rerum potita eſt, cuius geſtarum rerum amplitudo mulieris captũ plurimũ ſuperat. Cæterum quũ geſta eius in vetuſtiſsimo antiquitatis receſſu eruenda ſint, factum eſt vt parum fidei aſſequuta videãtur, Certè mors eius in nullo à Græcorũ fabulis differt. Fabulantur enim Aſſyrij & Babylonij Semiramidem non communi omnium hominum fato ereptam, ſed in columbam prodigioſo modo tranſformatã eoq; columbam tanq; deam ſupſtitioſè adorant, & omnes columbas tanq; ſacroſanctas, mandere nefas exiſtimant. Et Lucianus, Ὦ ὄρνιθας τὸς μὲν ἄλλος σιτέονται, περιστερὴν δὲ μόνοι οὐ σιτέονται, ἀλλὰ σφίσι ἱερή. Id eſt. Et alias qdem aues comedunt, ſolã columbam non edunt, ſed ipſis ſacra eſt. Et cauſam hãc reddit, ὅτι δὲ Σεμιραμίδος πάλαι ἐς περιστερὴν ἀπίκετο. Id eſt. Quoniam mors Semiramidis in columbã verſa eſt. Scribit hęc quoq; Diodorus Siculus. Tibullus poëta de colũbæ cultu hæc canit.

Quid referam vt volitet multas intacta per vrbes
Alba paleſtino, ſancta columba, Syro.

Quum igitur columba apud Babylonios ſuperſtitioſè veneraretur, nec id clã Iudæis eſſet, Hieremias ꝓpheta Nabucho-

Iſych. li. 1. in Leuit.

Lucianus.

Diodorus Sicul. li. 3.

Tibullus.

Hiere. 25. buchodonosor regem Babylonis columbam vocat הַיּוֹנָה מִפְּנֵי חֲרוֹן הַיּוֹנָה Id est. Facta est terra eorum in desolationem, à facie iræ columbæ. Hæc ergo columba, Nabuchodonosor, vrbem quoq; Hierusalem & Iudæam in solitudinem redegit. Sed quomodo alterius cladis auctorem Titum Cæsarem turturẽ appellabimus? An non turturem vocabimus Titũ, qui auctore Tranquillo, amor fuit & deliciæ generis humani? quiq; etiam medio belli ardore, pertinacem illum Iudæorum furorem, & obstinatum ad moriendum animum, atq; adeò suprema illorum mala, & doluit, & paterno animo luxit? Quod quidem cum alij multi tum Iosephus optimè testatur his verbis. *Ioseph. lib. 2. ἁλώσ.* ὡς εἰθέλοιτο τὴν πλησμόνας τῶν νεκρῶν, καὶ βαθὺν ἰχῶρα μυδώντων τῶν τραυμάτων καὶ τὴν σωμάτων, σηπεδόνας, καὶ τὰς χώρας αὐτὰς κατεμαρτύρετο τῶν θεῶν, ὡς οὐκ εἰη τὸ ἔργον αὐτοῦ. Id est. Titus verò mœnia circuiens, vbi vidit valles cadaueribus oppletas, & profundam tabem corpora putrida vehẽtem, ingemuit, & manus extendẽs, Deum testem aduocabat, quod non esset hoc eius opus. Sunt igitur hæ duæ aues turtur & columba, non diuisæ, diuisis Iudæorum statibus admotæ; vt sentiant longe validiores esse res gentis concordis, quàm alterius semper discordis. Gre *Gre. li. 16. Mor.* gorius hoc Abrahæ sacrificium, & volucres insidentes, ad humanas cogitationes, & ad animi perturbationes, affectiones q̃ varias refert, quæ cum alias semper tum maximè homini negotiũ facessunt, cum Deo vacare, & mentem sursum subleuare studuerit. Abraham, inquit, cum ad occasum solis sacrificium offerret, insistentes aues pertulit, quas studiosè, ne oblatum sacrificium raperẽt, abegit. Sic nos cum in ara cordis holocaustum Deo offerimus, ab immundis hoc volucribus custodiamus, ne malígni spiritus, & peruersæ cogitationes rapiãt quod mẽs nostra offerre se Domino vtiliter sperat. Quod hic scriptura refert Abrahã volucres sacrificio ĩfestas manu abegisse, idem fere etiã apud Xenophon *Xenoph. in Oeçon.* tem monet Socrates, vt contra affectiones, quæ mentem subinde sollicitant, nõ alter quàm contra hostes pugnemus, ἀλλὰ δεῖ ὦ Κριτόβουλε πρὸς τοῦτο τὴν δύναμιν διαμάχεσθαι πολὺ μᾶλλον ἢ πρὸς τοὺς σὺν ὅπλοις πειρωμένους καταδουλοῦσθαι. Id est. Sed oportet ô Critobule contra has non minus pugnare pro libertate, q̃ contra hostes qui armis instructi sunt. Rursus alibi declarat quantopere contra has prauarũ affectionum volucres depugnandum sit. *Xenoph. in Agesil.* καὶ τοι καλὸν μὲν δοκεῖ εἶναι τὴν τέχνη ἀνάλωτα πτηνὰ τὸν πολεμίων, πολὺ μέντοι ἐγωγε καλλίων εἶναι νομίζω τὰ αὐτὸν ψυχὴν ἀνάλωτον κατασκευάσαι, καὶ τὸν χρημάτων, καὶ πόνων, καὶ τὸν φόβον. Id est. Pulchrum quidem videtur esse, si muri inexpugnabiles ab hostibus capiantur, at ego multo pulchrius esse iudico, si quis animam suam insuperabilẽ faciat, & ab opibus, & à voluptatibus, & à metu. Nec Horatium latebat, opus esse ei qui Iouem orare velit, vt animum habeat æquum, nimirum à prauis affectionibus & cogitationibus liberũ.

Sed satis est orare Iouem, qui donat, et auferet,
Det vitam, det opes, æquum mi animum ipse parabo. *Horat. li. 1 epistol.*

Fuit in hoc capite, & in medio huius sacrificij mentio generis Abrahæ, quomodo graui seruitute affligendum esset, & peregrinum futurum, priusq; in iustã gentem & numerosam coalesceret. ¶ Scito prænoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subijcient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. Est in his scripturæ verbis, structura verborũ perplexa & implicita, quod vel hinc liquet, quod Israëlitæ nõ seruierint Ægyptijs quadringentis annis, si omne illud tempus exactè pẽsitauerimus, quo Iacob cum numerosa prole in Ægyptum profectus est, & deinde posteri eius exiuerunt. Sunt ergo hæc scripturę verba implicita sic explicãda. Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuũ in terra non sua quadringentis annis; & subijcient eos seruituti, & affligẽt; quod solum in Ægypto factum est, sed longè paucioribus annis q̃ quadringentis. Sũt alia complura loca in sacris literis, quæ implicita sunt, vt est illud. Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore aurí. Incertum est, vtrum hæ pennæ, an, ô vos pennæ, & ad ipsas pennas loqui videatur. Vtrum ergo verbis quæ præcesserunt, finitur ista sententia, vt sit ordo: Dominus dabit verbum

bum euangelizantibus virtute multa, si dormiatis inter medios cleros, ô vos pennæ columbæ deargentatæ: an ijs quæ sequuntur, vt sit ordo: Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ niue dealbabũtur in Selmon, id est, ipsæ pennæ dealbabuntur, si dormiatis inter medios cleros. Sunt harum perplexarum loquutionum formæ multæ ad ethnicos scriptores, quo minus mirandũ est, si in sacris literis inueniantur. Verg. *Verg. l. 1. Aeneid.*

Tres Nothus abreptas in saxa latentia torquet,
Saxa vocant Itali medijs quæ in fluctibus aras.

Est horum versuum hic ordo. Tres abrepras naues Nothus in saxa torquet, q̃ saxa in medijs fluctibus latentia Itali aras *Cic. li. 2. de Orat.* vocant. Et Cicero hæc sæpè fœliciterque æmulatus est. In secundo libro de Oratore: Noli inquit mirari Africanus, cũ explicandum sit: Africanus inquit noli mirari Etalibi. Habuit enim ille permulta *Pro Cælio.* maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum. ¶ Tu autem ibis ad patres tuos, in pace sepultus, in senecture bona. ¶ Pro in senectute bona, in Hebræo legitur בְּשֵׂיבָה טוֹבָה id est, in canicie bona. Longũ & diuturnum vitæ huius tempus (si tamen inter vitia actum non sit) nemo dubitare poterit eximium munus, & non pœnitendum humanæ fœlicitatis calculum esse, quod quidem & hic scripturę locus abundè significat, vbi Deus amico suo Abrahæ pollicetur, ad exactam eum ętatem victurum. Sed & Salomonem regem legimus optionem à Deo habuisse, quicquid vellet eligendi, cui, cum Sapientiam ipse optasset, Deus, tanquam auctarium pollicetur vitæ huius diuturni- *3. Reg. 3.* tatem, si tamẽ in vijs Dauid patris sui ambularet וְהַאֲרַכְתִּי אֶת יָמֶיךָ Id est. Prolongabo dies tuos. Celebris est in Latinorum *Val. Ma. lib. 7.* annalibus Q. Metelli fœlicitas, ad cuius cumulum accessit, vt Valerius Maxim. scribit, quod vltimæ senectus spatio defunctus fuerit. C. Cæsar Ægyptium illũ sacerdotem & iam senem alloquitur, eumq; minimè dijs ingratũ asserit esse, id- *Luca. libr. 10. phars.* que senectæ ætatis argumento.

O sacris deuote senex, quodq; arguit ætas
Non neglecte Deis.

Sed quẽ nõ attẽtũ reddat id q̃d scriptura ingt: Tu aũt ibis ad patres tuos, in pace sepultus? Si sacrã scrip. rectè legamus, inueniemus patres Abrahę fuisse Thare Nachor, sed oẽs idololatras, & ob id scelus haud dubio damnatos. Quidergo scriptura ait: Tu aũt ibis ad patres tuos, ad damnatos scilicet? Validum hic nobis argumentum præbetur, omnes, quotquot ante Christum natum obierunt, siue illi patriarchæ, siue prophetæ fuerint, nondum æternam salutem assequutos, sed ad inferos, ob Adæ delictum, descendisse, & Messiæ aduentum expectasse. Sed inter pios & impios magnum erat discrimen, impij in inferno erant inferiori, cuius sacra scriptura meminit: Eruisti animam meam ex inferno inferiori: satis declarans esse etiam infernum superiorem, in quem sancti descendebant. Sed & hæc scriptura discreuit inter pios & impios: Tu autem ibis ad patres tuos, in pace sepultus, quod impij in pace non essent sepulti. Hunc igitur infernum superiorem Christus expoliauit, quum animas sanctorum patrum inde eduxit. Quod enim nos limbum, id est, locum requiei, seu sinũ Abrahæ dicimus, hoc prisci Hebręorum צְרוֹר id est, alligaturam, vel cellarium appellabant. ¶ Igitur Sarai vxor Abram non genuerat sibi liberos, sed habẽs ancillam Ægyptiam nomine Agar, dixit marito suo. Ecce cõ- *Ca. XVI. Genesis.* clusit me dominus ne parerem. Ingredere ad ancillam meam, si fortè saltem ex illa suscipiam filios. Quumque ille acquiesceret deprecanti, tulit Agar Ægyptiam ancillam suam, post annos decem quàm habitare cœperant in terra Chanaan, & dedit eam viro suo vxorem. ¶ Fuerunt qui in Abraham & Sara dignum quid semper, sed alius aliud, admirati sunt, at cui non plenum admirationis erit, quod Sara Abraham dilexit, sed cordatè, piè, castè, verecundè, quod quidem hinc clarũ est, qud nulla libido, nulla voluptas, cordatæ mulieris animum transuersum egit? Quàm verò aliena fuerit à turpæ voluptatis cõsortio, cui non facilè intelligibile est, quod ancillam suam marito vxoris loco dare non dubitauit, non animum eius pellicatus suspicio angebat, neq; metuebat quod maritì animum à se alienũ redderet. Nihil horum in castissimo animo suboriri potuit, vt quæ mentem haberet, nulla voluptate sordentẽ, sciebat cõiugium, nulla libidinis causa, neq; voluptatis seruiẽdę gratia à Deo cõparatũ, sed liberorũ & posteritatis cã institutũ. Quũ igit illi à natura negatũ esset, vt mater fieri posset, hoc ab ancilla mutuari volebat, vt

mater titulo tenus haberetur, sed erat tantus filiorum & posteritatis amor, nullus voluptatis respectus. Procul certè aberāt ab hoc Abrahæ & Saræ coniugio, tot infœlicium matrimoniorum mala, perpetua solicitudo, querularum contextus, per noctes totas conquestiones. Illa ornatior procedit in publicum: hęc honoratior ab omnibus: ego in conuentu fœminarum misella despicior. Cur aspiciebas vicinam? Quid cum ancillula loquebaris? de foro veniens quid attulisti? Ferè enim fieri solet, vt cum impudicitia zelotypiæ quoque furor fœminam inuadat, hinc etiam simulant gemitus, &, auctore Satyrico poëta, ficta pellice plorāt. *Iuu. Sa. 6.* Sub dura iam conditione marito hic viuēdum est, qui si paululū alio oculum deflexerit, siue ridenti lentius arriserit, seu vicinam salutauerit, siue formam alterius laudauerit, seu domum serius redierit, continuò suspectus, læsiq; amoris reus erit. Vix enim aliud quicquam est vbi vxor grauiorem contumeliam esse existimat, quàm in lecturi sui iniuria, neq; vnquam sæuit grauius, quàm si hic fraus facta erit, quod ij Euripedis versus testantur. *Euripid. in Medea.*

γυνὴ γὰρ τἄλλα μὲν φόβου πλέα
λαπὴ δ' ἐς ἀλκὴν καὶ σίδηρον εἰσορᾷν
ὅταν δ' ἐς θυμὸν ἠδικημένη λάβῃ
οὐκ ἔστι ἄλλη φρὴν μιαιφονωτέρα.

Id est.

Mulier enim in alijs quidem timore plena,
Timida autem in pugnam & ferrum inspicere,
Sed quando circa lectum iniuria affecta est,
Non est alia mens magis homicida.

Nulli non cognitum est quid Agamēnoni regi, & Troici belli ductori contigit. Satis constat, hunc ob pellicatus suspitionem ab vxore Clytemestra interfectum. Cum enim confecto bello Troiano, cum ingenti preda, & captiuorum numero, in quis erat Cassandra Priami regis filia, virgo, domum redisset: ab vxore pellicem metuente, & lecti consortem, insidijs exceptus, perimitur. Non immerito certè magna laude digna existimata est. Tertia Æmilia Prioris Aphricani vxor, mulier supra sexus sui captum, animi sui victrix, & muliebrium affectionum domitrix. Scribit Valer. Maximus Aphricanum hunc, vnam ex ancillulis suis efflictim deperisse, & in delicijs amoribusq; *Vale. Ma. lib. 6.* vsurpasse, idq; conscia & dissimulante vxore, quam tamē hoc latere putabat. Tulit igitur cordata mulier hanc mariti sui lasciuiam magno animo, indignum existimans, vt mulier Aphricanum Hispaniæ & Aphricæ domitorem, lasciui amoris reum ageret. Neq; hac tam insigni animi moderatione contenta fuit, sed ancillam etiam, mortuo Aphricano, libertate donauit, & liberto maritauit. Sed meruerūt tamen hæc tam illustria exempla posteritati mandari, ne sua muliebris sexus laude fraudetur. Atqui Abrahæ & Saræ exemplum, cum ab omni libidine purum sit, & solius posteritatis causa quæsitum, ampliore etiam laude dignum haud iniuria censetur, quod vel hinc clarè liquet, quod Abraham ancillam Agar ex se iam prægnantem, & ob id contra Saram sterilem fastu tumentem, ad pœnam dominæ expostulanti dedit, adeò nullo cupidinis clauo, vir castissimus, illi affixus erat. Neque alienum erit, si verba Saræ, quæ in hoc negotio ad Abraham loquuta est, pēsitemus, quæ certè verecundiæ & pudoris plena sunt, ait enim בֹּא נָא אֶל שִׁפְחָתִי Et Septuaginta legūt, εἴσελθε πρὸς τὴν παιδίσκην μου. Id est. Ingredere, siue veni ad ancillam meam, quod alia mulier paulò impudentior dixisset שְׁגַל siue שִׁכְבָה concumbe, coi. Ex hoc fortasse loco factum est, vt etiam latini scriptores, rem venereā, pudenter, congressum, appellent. Etiam ini re in hac significatione vsurpant, refert Liuius vaccam eneam Syracusis ab agresti thauro, qui pecori aberrasset, initam. *T. Liuius.* Et Ausonius poëta. *Ausonius.*

Quid me tauro paras specie deceptus inire?

Et inter pisces, auctore Plinio, est trochos sic à Græcis appellatus, hic ipse se ini re traditur. [At illa concepisse se videns, despexit dominam suam.] Gregorius interpretatur hanc Agar, iam vterum ferentem, & cōtemptu habentem dominā suā Saram, discipulos ingratos, qui nullum doctorib. suis habent honorē, à quibus ad Christianos mores, & bonā vitā formati sunt, q̄s bene Agar Saræ ancilla spiritualiter significat, quæ cum de Abraham viro eius cōcepisse se vidit, dominā despexit. Agar quippe cōcipit, quādo reproba mēs subditi, aut per eruditionē sciētiæ se proficere, aut per vitæ cōuersationē, credit. Quę profecto p̄gnās dominā suā despexisse dicitur. *Plin. li. 9.* *Gregorius lib. 2. super Reg.*

eur, quia iam præsidenti sibi præpositi sui voluntati, per obedientiam subdi dedignatur. Hactenus Gregorius. Magnū nimirum illorum in nos est meritum, & optimè haud dubio de nobis meriti sunt, quorum opera atque labore in literarum studio, & in honestis disciplinis eruditi sumus. Et quemadmodum Deo, citra omnem controuersiam omnia debemus, ita nonnihil dubitatum est parētibus ne an præceptoribus, secundū Deum, plus debeamus. Aristoteles, auctore Laërtio, *Lae. Dio.* præceptores longè potiores parentibus esse putat, τῶν γονέων οὐ παιδεύσαντας ὑπέρτιμα τέρους εἶν τῶν μόνον γεννησάντων, οὐ μὲν γὰρ, τὸ ζῆν, οὐ δὲ τὸ καλῶς ζῆν παραχεῖν. Ex parentibus, longè honorabiliores sunt qui erudiunt, quàm qui generant, ij enim viuere dant, at illi bene viuere. Satyricus poëta de præceptoribus scribit, obiter quærēs *Iuu. Sat. 7* illos debita mercede fraudari, & discipulorum ruditatem illis imputari.

Dij maiorum umbris, tenuem & sine pondere terram,
Spirantesq; crocos, & in urna perpetuum ueri
Qui præceptorem sancti voluere parentis
Esse loco, metuens virgæ iam grandis Achilles.
Cantabat patrijs in montibus, & cui non tunc
Eliceret risum citharedi cauda magistri
Sed Russum, atq; alios cedit sua quæq; iuuentus.

Quid ijs versibus aliud queritur Iuuenalis, nisi præceptores à discipulis contemni, & Agar vbi se concepisse videt, dominam suam despicere? Cæterum fuere tamen discipuli, summo ingenio & eruditione præditi, qui erga præceptores suos non ingrati, eorum memoriam ab oblitionis iniuria vindicare studuerūt. Quis Platone fuit, vel ingenio sublimior, vel eloquentia præstantior, vel in omni eruditione magis suspiciendus? Hic tamen Socratis magistri sui memoriam intercidere passus non est. Et quia magistrum singulariter diligebat, eum loquentem fere in omnibus sermonibus suis facit, etiam illa, quæ vel ab alijs didicerat, vel ipse quanta potuerat intelligentia viderat, cum illius lepore, & moralibus disputationibus temperauit. Et Plato quidem in Socratem magistrum talis fuit. At non eundem candorem præstitit Aristoteles erga Platonem suum magistrum, sed non nihil Agar passus est, neq; enim solum à Platonis philosophia desciuisse satis habuit, sed etiam illum incessere & carpere, non indignum putauit. Diligentissimus ille naturalium rerum scriptor Plinius, non solum de antiquitate bene meritus est, quàm à morte vindicauit, sed etiam de posteritate; cui diuinum opus reliquit. Is igitur primum huius operis librū instruxit, quid singulis libris contineatur, & nomenclatura insignium scriptorum, è quorum libris ipse se creuisse liberter fatetur, & quorum nomina æternę hominum memoriæ consecrauit. Est enim benignum (vt idem fatetur) & plenū ingenui pudoris, fateri per quos profecceris. Et, Obnoxij profectò animi, & infœlicis ingenij est, deprehendi in furto malle quàm mutuum reddere. [Affligente igitur eam Sarai fugam inijt.] Increuerat olim in Aphrica insana Donatistarum hæresis, eaque vsque adeò afflixit totius Aphricæ orthodoxos, vt Augustinus cum reliquis episcopis adhuc bene sentientibus, coactus fuerit Romanorum Imperatorum opem implorare. Quibus cum res Ecclesiastica curæ esset, per prefectos suos hæreticam insaniam compresserūt, & afflixerunt. Et Augustinus quidem prius in ea erat sententia, vt neminem putaret, ad catholicam vnitatem compellendum. Cæterum quum hæc Augustini opinio aleret Donatistarum furorem, vt quibus tum ad perturbanda omnia fenestra aperiebatur, & impune omnia perpetrarent, Augustinus, mutata sententia, principum edicta, & magistratuum castigationes vtiles esse putat, ad catholicam Ecclesiam, non tuendam magis quàm etiam propagandam. Refert igitur Augustinus Saram ad catholicam Ecclesiam: Agar ad hæreses, quæ à catholicis principibus affliguntur, non odio, cupiditateue, sed sanandi, & ad meliorem mentem reuocandi studio. Nonne contumacem, inquit, ancillam, data sibi potestate Sara affligebat? Et vtique non eam quam superius beneficio suo matrem fecerat, crudeliter oderat, sed in ea superbiam edomabat. Quicquid ergo facit vera & legitima mater, etiam si asperum amarumque sentiatur, non malum pro malo reddit, sed bonum disciplinæ, expellendo malū iniquitatis, apponit: non odio nocendi, sed dilectiōe sanādi. Rursus alibi. Molestus ē & medicus phrenetico, & pater indiscipli- *Augu. epistola 50.* nato filio, ille ligādo, ille cędēdo, sed ambo *Plinius in prolo. nat. histor.* *Augu. epi. 48.*

bo diligendo. Si autem illos negligant, et perire permittant, ista potius mansuetudo falsa, crudelitas est. Si enim equus & mulus, quibus non est intellectus, morsibus & calcibus resistunt hominibus, à quibus eorum curanda vulnera contrectantur, & cum inter dentes eorum & calces sæpè homines periclitentur, & aliquãdo vexẽtur: non tamen eos deserunt, donec per dolores & molestias medicinales, reuocent ad salutem: quanto magis homo ab homine, & frater ab fratre, ne in æternum pereat, non est deserendus, qui correctus intelligere potest, quantum sibi præstabatur beneficiũ, quando se persequutionem perpeti querebatur. Rursus docet quomodo reges domino seruire debent. Aliter enim seruit, quia homo est, aliter quia etiam & rex est. Quia homo est, ei seruit viuendo fideliter, quia verò etiã rex est, seruit leges iusta præcipiẽtes, & contraria prohibentes, conuenienti vigore sanciendo. Sicut seruiuit Ezechias, lucos & templa idolorum, & illa excelsa quæ contra præcepta Dei fuerãt constructa destruendo. Sicut seruiuit Iosias, talia & ipse faciendo. Sicut seruiuit rex Niniuitarum, vniuersam ciuitatem ad placandum dominum compellendo. Sicut seruiuit Darius, idolum frangendum in potestatem Danieli dando, & inimicos eius leonibus ingerẽdo. Sicut seruiuit Nabuchodonozor, omnes in regno suo positos à blasphemando Deo lege terribili prohibendo. In hoc ergo seruiunt domino reges, inquantum sunt reges, cũ ea faciunt ad seruiendum illi, quæ non possunt facere nisi reges. Hactenus Augustinus. ⌐Quumq; inuenisset eam angelus domini iuxta fontem aquæ in solitudine, quæ est in via Sur in deserto, dixit ad illam. Agar ancilla Sarai vnde venis, & quo vadis? Quæ respondit: A facie Sarai dominæ meæ ego fugio. Dixitque ei angelus domini. Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius.¬ Viderunt olim philosophi, vt Cicero auctor est, quemadmodum ad cursum equum, ad arandum bouem, ad indagandum canem: sic hominem ad duas res, ad intelligendum, & ad agendum esse natum, sed vt inquit Homerus:

Cic. libr. 2. de finibus.

Homerus Iliad. ψ.

ἐλπ' ἀρ' πῶς ἰὼν
ἠ πάντων' ὄρνισι δ' ἀκόμενα φῶτα γενέσθαι.

Id est.

nondum certè accidit

In omnibus operibus peritum virum nasci.

Sic ergo factum est, vt homo homini præstet, ingenio, prudentia, acumine, & in obeũdis, vel priuatis, vel publicis muneribus dexteritate, neq; indignum est si homo minus ingenio valens, & tardus, melioris consilio stet, eiusq; arbitratu in omnibus viuat. Et hic quidem prudens habetur, sed in secũda classe. Monet nos ad idem consilium Hesiodus, quod prius angelus Agar suggessit, vt dominæ suæ, mulieri longè se meliori obtemperaret.

Hesio. libr. 1. ἔργων.

οὕτω μὴν πανάριστος ὅς αὐτῷ πάντα νοήσει
φραστάμενος, τάων' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ἥσιν ἀμείνων
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὅς εὖ εἰπόντι πιθήται
ὃς δ' ἐνὶ μὴ αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὅδ' αὖ τ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

Huius Hesiodi loci interpretationem vnde melius petere licebit quàm à M. Minutio, qui magno suo malo, à Q. Fabio se disiunxit. Quum enim Fabius Dictator, cunctatius contra Hannibalem iam toties victorem, pugnaret, Minutius hic Magister equitũ publicè fremere, ac Dictatorem bene agendi tempora ocio extrahere, clamitare: nec querelarum finis factus est, donec æquato in vtrunque iure, magister equitum, partem exercitus, à Dictatore Fabio acciperet. Hic Minutius verbis quàm factis ferocior, in aciem contra Hannibalem descendit, sed adeò infœliciter, vt cæsus ad internetionem fuisset, nisi à Fabio, qui tum non procul statiua habebat, seruatus fuisset. Tum Minutio mens reddita est, & statim cogitare quomodo se Fabio redderet, viro se longè & meliore & sapientiore. Itaq; Minutius conuocatis militibus suis, hos Hesiodi versus, sic ferè interpretatur. Sæpè ego, inquit, audiui milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat quid in rem sit: secundum, eum qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere, nec alteri parere scit, eum extremi ingenij esse. Nobis quoniam prima animi ingenijque negata sors est, secundam ac mediam teneamus: & dum imperare

Titus Liu. l. 2. bel. pun.

discimus,

discimus, parere prudenti in animum inducamus. Hæc Minutij verba, quib. ipse se erudit, nõ dissimilia sunt illis, quibus angelus domini Agar instituit: Reuertere ad dominã tuam, & humiliare sub manu illius. Sed iam sequentia videamus.

¶ Ecce, ait angelus, concepisti & paries filium, vocabisq; nomen eius Hismael, eo quod audierit dominus afflictionem tuã. Hic erit ferus homo. Manus eius contra omnes, & manus omnium cõtra eum: & è regione vniuersorum fratrum suorũ figet tabernacula.¬ Non immeritò Arabia ipsa inter infœlicitatis exempla ponẽda videtur. Hæc enim vt infœlicium & fœdarum gentium rẽceptaculum fuit, ita etiam prodigiosa & nefanda, in veræ religionis negotio semper commẽta est. Cõfluxerunt siquidem in Arabiam gentes, quæ à patrijs & bonis institutis desciuerunt, & pudendam originem habuerunt. Sic Cain posteri Arabię partem Syrię vicinam occuparunt, satis constat hanc gẽtem omnium primam fuisse, in qua veri Dei cultus obliteratꝰ est. Loth filij ex incestu filiarum suarum geniti, in magnam coaluerunt gentem, ij quoq; Arabiam inuaserunt. Esau posteri in eadem sedem sibi firmarunt. Abrahæ filij partim ex Agar, partim ex Cethura geniti, maximarũ gentium exordia fuerunt. Sed & hæ in Arabiam sese insinuarunt. Est igitur Arabia veluti secessus quidam, in quem tãquam in sentinam aliquam, tot gentium feces, & præuaricatores populi confluxerunt. Cui non statim ingentis mali suspicio oboritur, vbi nomen Saracenorum auditum fuerit? Hos infœlix Arabia fouit, ex quibus ceu ex silice excussa scintilla magnum illud incendium conflatum est, quo Asia, Aphrica, & magna Europæ pars deflagrauit. Porrò infœlicis huius nominis ratio in ambiguo est. Sunt qui Agarenos & Hismaelitas hoc nomen sibi falso imposuisse putent, vt à Sara legitima Abrahæ coniuge Saraceni vocentur, & non ab Agar & Hismaële, eius ancilla & notho, Agareni vel Hismaëlitæ. Stephanus paulo aliter tradit,

Stephan.

Σαράκα, χώρα ἀραβίας μετὰ σὺν ναβατοῖους, οἱ οἰκοῦντες, Σαρακηνοί. Id est. Saraca est regio Arabiæ, post Nabataeos, inhabitãtes vocantur Saraceni. Vocanturq; à Strabone Scenitæ, suntq; camelorum pastores. Ammianus Marcellinus, eorum vitam, victusq; rationẽ sic describit. Omnes pari sorte sunt bellatores, seminudi, coloratis sagulis pubetenus amicti, equorum adiumento pernicium, gracilium q; camelorum per diuersa reptantes in tranquillis vel turbidis rebus: nec eorum quisquam aliquando stiuam apprehẽdit, vel arborem colit, aut arua subigendo quęritant victum: sed errant semper per spatia longè lateq; distenta, sine lare, sine sedibus fixis aut legibus: nec idem perferunt diutius cœlum, aut tractus vnius soli illis vnquam placet: vita est illis semper in fuga, vxoresq; mercenariæ conductę ad tẽpus ex pacto: atq; vt sit species matrimonij, dotis nomine futura coniunx hastam & tabernaculum offert marito, post statum diem si id elegerit discessura: & increbile est, quo ardore apud eos in venerem vterq; soluitur sexus. Ita autem quoad vixerint, latè palantur, vt alibi mulier nubat, in loco pariat alio, liberosq; procul deducat, nulla copia quiescendi permissa. Victus vniuersis caro ferina est, lactisq; abundans copia qua sustentatur, & herbæ multiplices, & si quæ alites capi per aucupiũ possint, & pleroq; nos vidimus frumenti vsum & vini penitus ignorãtes, vltro citroq; discursantes, quicquid inueniri potest, momento temporis vastant, miluorum rapaci vitæ similes: qui si prædam despexerint celsius, volatu rapiunt celeri, aut si impetrarint, nõ immorãtur. Hactenus ille. Non ergo frustra est quod angelus dicit de Hismaële quod futurus sit פֶּרֶא אָדָם id est, ferus homo. Et Septuaginta legunt ἄγριος ἄνθρωπος. Est autem ἄγριος, auctore Suida,

Strabo lib. 16. geogr. Ammian. Marce. lib. 14.

Suidas.

ἄφρων, δύσκολος, σκληρὸς, καὶ ἀπαίδευτος, ἢ ὁ ἐν ἀγρῷ λατοικῶν. Id est. Imprudẽs, difficilis, durus, rudis, aut in agro habitans. Cęterum quomodo Saraceni erga Christianam religionem affecti fuerint, cum iam Christi Euangeliũ in Syria, Ægypto, Arabia longè lateq; fulgeret, non alienum fuerit cognoscere. Cõstat certè illos Christi Euangelium suscepisse, idq; magis, vt opinor, Mauuiæ ipsorum reginæ auctoritate. Erat hæc cordata mulier Saracenorum regina, afflixeratq; frequentibus prælijs rem Romanam in Ægypti Palestinæque finibus, donec Romani duces supplices ab ea pacem petere compellerẽtur. Annuit Reg. legatorũ postulatis, ea

Eccle. hist. lib. 11.

tamen

tamen lege, vt Moyses quidam, qui in hęremo sanctissimam vitam agebat, genti suæ Episc. daretur. Captus igitur Moyses à Romanis ducibus Episcopatum Saracenorum amplexus est. Quem verò successum doctrina pietatis habuerit in tam effera gente, non satis constat. Erat hæc Mauuia magis Romani animi mulier, quã Saracenici. Cæso enim Valente Imperatore in prælio à Gothis, cum iam barbari totam Traciam incursarent, & de vrbe Constantinopolitana oppugnãda cogitarent, Dominica Valentis vxor, vrbẽ tuebatur, sed & Mauuia hæc Romanis fœderata, Saracenorum præsidium, tuendæ vrbi mittebat. suspicari libet Saracenos tum Christianos fuisse, quod Christianæ præsidio affuerint vrbi. Sed necq; hoc in Romanos studio, bonam de se spẽ prębere Saraceni potuerunt, sed suspecti semper infestiq; habiti sunt. Ammianus Marcellinus Romanarũ rerum scriptor, Saracenos vocat perniciosam nationem, & addit, nec amici nobis vnquã, nec hostes optandi, iam tum, vt opinor, præsagiens fore, vt ingens periculum Romano Imperio ab illa gente impenderet. Quieuere tamen Saraceni, donec iam labentibus in Asia Romani Imperij rebus, & Christiana fides in varias scinderetur hæreses, idq; potissimum inualuit Eraclio imperante, sub quo Saraceni diu meruerunt, tum apud Arabas, fatale illud terrarum omnium malum caput extulit, Mahometus ille totius orbis impostor, & pestilentissimus humani generis draco. Hic Saracenos à Romana militia exauctoratos, & stipẽdio defraudatos in fidem accepit & quo maiore ad eos auctoritate polleret & in posterum obnoxios redderet, diuinitatis nonnihil sibi vendicare cœpit, & legem qua viuerent, cõscripsit. Hoc igitur Mahometo vsi duce Saraceni Syriam vastant, & Damascum regionis caput expugnant, neque segnius fortuna vsi sunt, sed metu perterritis omnibus, & Romanis Imperatoribus cessantibus, Asiam peruagantur, & totam Aphricam, bella bellis serendo, occuparunt, sed neque Europa intacta ab immanissima gente fuit. Præter cæteras regiones Europæ, vix alia perinde afflicta est, atq; Hispania, quam bellis suam fecerũt. Sed hanc vindicarunt Francorum reges, & Carolus Magnus, longè latęq; profligatus barbaris, in Bethicam Hispaniæ angulum efferam gentem conclusit, quam cum per septingentos annos tenuissent, annis ab hinc sexaginta à Ferdinãdo clarissimo Hispaniarum rege, recepta est, & Saraceni eiecti. Nec minus in alijs Europæ partibus à Saracenis trepidatum est, nam Sicilia nobilissima insula, ab illis diuepta est, & pari clade repetita, Apulia in ditionem eorum redacta, vrbs Roma capta & hostiliter direpta, Constantinopolis, terra mariq; triennio, ab immanissima gente obsessa, fuissentq; Galliæ Saracenorum peste infectæ, nisi Frãcorum regum virtute, cum ingenti cęde fuissent reiecti. Longũ hic esset enumerare, quos clades Europeis gentibus inferunt Turcæ, gens Mahumetensem legem amplexa, & proinde Saraceni appellati, vt iam de Christiana pietate tuenda in discrimẽ ventum sit. Hæc tanta orbi Christiano illata mala ab Saracenis, qui ab Hismaële originem ducunt, satis declarant non ab angelo frustra dictum, Hic erit ferus homo, Manus eius contra omnes & manus omnium contra eum, & è regione vniuersorum fratrum suorum figet tabernacula. ⊏Peperitq; Agar Abræ filium. Qui vocauit nomen eius Hismael. Octoginta & sex annorum erat quando peperit ei Agar Hismaelem.⊐ In hac Agar ex Abraham fœcunditate, verum esse videmus, quod Aristoteles scribit, συμβαίνει δὲ τοῖς πολλοῖς καὶ πολλαῖς γυναιξὶ καὶ ἀνδράσιν, μετ' ἀλλήλων μὲν σωεζ συγκύοις μὴ δύνασθαι τεκνοποιεῖσθαι, διαζ δυχθεῖσι δὲ τὸ δ' αὐτὸ συμβαίνει. Id est. Euenit sanè multis & mulieribus & viris, vt qui coniuncti inter se nequeant procreare, vbi dissociati se iunxere cum alijs, queant. Rursus scribit vsquequo maribus sit generandi facultas, οἱ δ' ἄνδρες οἱ μὲν πλεῖστοι γεννῶσι μέχρις ἑξήκοντα ἐτῶν, ὅταν δὲ ὑπερβάλῃ τοῦτο μέχρις ἑβδομήκοντα, καὶ ἤδη τινὲς γεγεννήκασιν ἑβδομήκοντα ἐτῶν ὄντες. Id est. Mares plurimi ad sexagesimum annum generãt, quem si excesserint, ad septuagesimum vsque procedunt. Et iam quidam annos septuaginta nati genuerunt. Hanc Aristotelis sententiam coarguere videtur Abrahã patriarcha, quem scriptura sacra refert generasse ann. natus sex & octoginta, nec est quod dicamus eum diuino duntaxat beneficio gene-

Tripart. hist. lib. 9.

Ammian. Marcell. lib. 14.

Aristot. lib. 11. hist. An.

Aristot. eod. libro.

rasse & non naturę vigore. Celebris est inter Aphricæ reges Masinissa, quẽ Romanorum liberalitas in amplissimũ hunc potentiæ sublimauit gradũ. Cõstat hunc ita veneris vsu viguisse, vt etiam post sextum & octogesimum annum genuerit filium quem Methymathnum appellauerit. Cato quoq; Censorius octogesimo anno exacto, è filia Salonij clientis sui generauit. ⊏Postquam verò nonaginta & nouem annorum esse cœperat, apparuit ei Deus. Dixitq; ad eũ Dominus. Ego Deus omnipotens. Ambula coram me, & esto perfectus.⊐ Scribit Rabi Moyses Ægyptius verbũ hoc הִתְהַלֵּךְ ambulauit, non semper significare motum corporis, vt sit motus de loco ad locum, qui pedibus conficitur, sed accommodatur profectioni hominis in bono præter motum corporis, sicut est illud: Ambulabitis post Dominum Deum vestrum. Præsens quoque locus ad eundem modum intelligitur, Ambula coram me, non vtiq; inquit Ambrosius, qui in quacunq; via ambulat, sed qui in Christo ambulat. Ipse enim dixit: Ego sum via. In hac qui ambulat, errare non nouit: si tamen ab hac via nunquã recedat. Non declinet in dexteram aut leuam, non titubet, non resistat, non expecter, sed ambulet, superiora obliuiscens, & ea quæ sunt priora appetens, ad destinatum sequatur brauium: festinet, contendat vsque in finem. Finis enim legis est Christus. Multi volunt ambulare in via: sed non vsque ad finem. Non ambulant Iudæi vsq; ad finem, qui non vsq; ad Christũ ambulant. Non ambulat Manichæus in via, qui legem refutat, sed ambulat vera fides, quæ & legem suscipit, & plenitudinem legis agnoscit. ⊏Dixitq; Deus ad Abraham. Ego sum, & ponã pactum meum tecum, eriq; pater multarum gentium, nec vltra vocabitur nomen tuũ Abram, sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constituite. Et paulò post. Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram.⊐ Nõ parua olim in philosophia pars erat, sed digna sapienti viro, recta & genuina rerum omnium nominum impositio, & hoc, auctore Cicerone, Pythagoræ visum fuit, esse summæ sapientiæ, rebus omnibus nomina imponere. Nec immerito, quandoquidem rebus ipsis nomina imponenda sunt, non hominum leui coniectura, vel arbitratu, sed, vt Varro scribit, à natura ipsa, quæ dux fuit, ad vocabula imponenda homini. Quod quidem non solum in nominum impositione fit, sed etiam in alijs rebus. Hæ siquidem, vt Plato scribit, aguntur vt natura ipsarum fert, nõ vt nostra opinio dictat, vt si quid secandum est, non secatur vt nos volumus, neque quo volumus; sed vt natura rei postulat secandum est, & si quid vrendum est, non secundum cuiusuis opinionem vritur; sed vt recta ratio fert. Hæc nimirum est, quaquæq; res nata est vt vri debeat, & quo debeat, sic nimirum in quaqua re appellanda est. Hæc enim à natura ipsa appellanda est, & non vt nobis visum erit nomem imponendum. Et quemadmodum ligna terebrantur non alio instrumento nisi terebra, & tela, radio solo texitur in hunc vsum parato, sic quæq; res suo nomine appellatur. Neque nomen est instrumentũ aliquod quo quid agimus, sed vt Plato scribit, διδασκαλικὸν καὶ διὰ τὸ ὄργανον, καὶ διακριτικὸν τῆς οὐσίας. Id est, instrumentum est ad docendum aptum, & discernendum essentiam. Et, ὀνόματος φαμὲν ὀρθότης εἶναι αὐτό, εἴ τις ἐνδείξειε τοῦ πράγματος. Id est. Dicimus quod nominis rectitudo sit hæc, quæ significabit qualis sit ipsa res. Fuit hoc studium semper Homero, vt nominum rectitudinem semper aperiret. Hinc est quod subinde inducit Deos, eandẽ rem alio vocabulo quàm homines appellare, tanquam homines in nominum impositione fallantur; dij verò à natura ipsa rebus nomina imponant. Gigas Ægæon ab hominibus vocatur, sed à dijs Briareus.

ἀλλὰ σὺ νῦν ἐλθοῦσα θεὰ ὑπελύσαο δεσμῶν
ὤχ' ἑκατόγχειρον καλέουσ' ἐς μακρὸν Ὄλυμπον
ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί, ἀνδρες δέ τε πάντες
αἰγαίων. Id est.

Hic subitò venies soluisti vincula capto,
Centimano propere supera ad conuexa vocato,
Quem Briareum diui, genus Ægæona virorum
Nominat.

In Campo Iliensi tumulus quidam est,

Val. Max. lib. 8.

Plin. lib. 7.

Genesis Cap. XVII

R. Moyses Ægyptius lib. 1. duct.

Ambro. in psal. 118.

Cicero li. 5 Tuscul.

Varro li. 5 de lat. ling.

Plato in Cratylo.

Plato in Cratylo.

Homerus Iliad. α.

est, sed aliter ab hominibus appellatus, aliter à dijs.

Homerus ἰλιαδ. β.

τλῶ ἤτοι ἄνδρες βατίειαν λικλήσκουσιν
ἀθάνατοι δὲ τε σῆμα πολυσκάρθμοιο μυρίνης.

Id est.

Hunc homines proprio Batiæam nomine dicunt,
Ast immortales volucris monumenta Myrinæ.

Est in agro Troiano fluuius, sed à dijs Xanthus appellatus, ab hominibus Scamander.

Homerus ἰλιαδ. γ.

ἄντα δ' ἀρ' ἡφαίστοιο μέγας ποταμὸς βαθυδίνης
ὃν ξάνθον καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ σκάμανδρον.

Plato in Cratylo. Refert Plato ex Homero filium Hectoris Troiani fuisse binomiũ Astyanacta & Scamandrium. Sed à Troianis viris tanq̃ à prudẽtioribus vocatus est Astyanax: à mulieribus vt ab imprudentioribus, Scamandrius. Verum Astyanax iure appellatus est, ob patris Hectoris virtutem, qui vrbem Troiam seruauit, & summa fortitudine tutabatur, eoq̃ filius eius appellatus est Astyanax, quasi ciuitatis rex, nimirum ob patris virtutem, de quo Homerus scribit. *Homerus.*

οἶος γὰρ σφιν ἔρυτο πόλιν καὶ τέιχεα μακρά.

Id est.

Solus enim ipsis liberauit ciuitatẽ & longos muros.

Plato in Cratylo. Idẽ Plato non frustra Hectorem sic appellatum putat, & ferè idem nomen est quod Astyanax. Hector ferè vocatur q̃ obtinens siue habens, Anax rex vocatur, Sunt hęc vocabula, vt Plato scribit, βασιλικὰ ὀνόματα, ὁ γὰρ ἄνακς καὶ ὁ ἕκτωρ σχεδόν τι τωὐτὸ σημαίνει. ὃ γὰρ ἄν τις ἄνακς ᾖ, καὶ ἕκτωρ δήπουθεν τοῦτο. δῆλον γάρ, ὅτι κρατεῖ τε αὐτοῦ καὶ κέκτηται καὶ ἔχει αὐτό. Id est. Hector & Anax sunt nomina regia, & ferè idem significãt. Vbi enim quis Anax, id est, rex est, ibi etiã Hector, id est, habens est, manifestum enim hoc est, quoniam vincit & possidet & habet hoc. Agamẽnon Troici belli ductor, appellatus est, auctore Platone, ab ἄγαν, id est, valde, & μένων, id est, immorans, τέλος ἐπιδεὶς τοῖς δόξασι δι' ἀρετὴν σημεῖον δὲ αὐτοῦ ἡ τοῦ πράου μονὴ τε πολλοῦ τε καὶ καρτερίας. Id est. Finẽ imponens placitis suis per virtutem. Signũ verò huius est, mora apud Troiã & sustinentia eius. *Plato in Cratylo.* Refert Homerus cur Vlysses nomen sit adeptus à verbo ὀδύσσομαι, lugeo, lamentor, doleo, nimirũ ab Autolici auí sui afflictionibus, & doloribus, nepos Vlysses ὀδυσσεὺς appellatus est.

γαμβρὸς ἐμὸς θυγάτηρ τε τίθεσθ' ὄνομ' ὅππερ ἔειπον. *Homerus ὀδυσσ. τ.*
πολλοῖσιν γὰρ ἔγωγε ὀδυσσάμενος τόδ' ἱκάνω
ἀνθρώποις ἠὲ γυναῖξιν ἀνὰ χθόνα πολυβότειραν
τῷ δ' ὀδυσσεὺς ὄνομ' ἔσται ἐπώνυμον. Id est.

Gener meus & filia, vos indite nomen quod dixero,
Venio enim huc à multis afflictus in terra,
Et à viris & à mulieribus. ideo huic
Vlysses sit nomen.

At qui hæc nominum impositio, quæ vel ab euentu aliquo, vel ab ipsa rei natura fiebat, nõ modò apud vetustissimos Græcos in vsu erat, sed etiam Romanis perq̃ familiaris visa est. Celebris & nulli non cognita est ludicris illa & perq̃ amœna Papyrij historia. Solitus erat hic cum patre in curiam ítare, cum alijs patriciorum filijs, cumq̃ in negotio quodã non satis disquisitum esset, & in alterum senatum reiectum, mater Papyrij auida cognoscendi secreta, percunctatur, ecqd nouarum rerum in senatu decretum sit, & cũ mulier per cunctandi studio acrius vrgeret, puer lepidi & festiui mendacij consilium capit, quo senatus consultum à matris importunitate contegeret. Cognomen statim puero inditum est, prætextatus, ob tacendi, loquendiq̃ in prætextata ætate prudentiã, idq̃ postea Papyriorum familiæ perpetuò inhęsit. Ad eũdem modum Corneliorum familiæ cognomen impositũ est Scipio, quod Cornelius patrem luminibus carentem baculi vice regebat, mansitq̃ hoc pietatis cognomen in Cornelia gente. Sed & Asinæ cognomentum Cornelijs datũ est, quoniã princeps Corneliæ gentis empto fundo, seu filia data marito, cum spõsores ab eo solenniter poscerentur, asinã cum pecuniæ onere produxit in forum, quasi pro sponsoribus præsens pignus. Inter Romani Imperij Cæsares, vix alius quispiam est, cui tot fœlicitatis tituli accesserunt, vt Augusto. Huic ob res amplissimè & summa moderatione gestas, senatus Romanus Augustum nuncupauit, non solum nouo, sed etiam amplissimo cognomine, quod loca quoq̃ religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, augusta dicãtur, ab auctu, vel ab auium gestu gustuue. Et Græcorum Latinorumq̃ *A. Gell. li. 1. noct.* *Macrob. li. 1. Sat.* *Sueton. in Aug.*

tinorumq̃, in nominibus vel imponendis, vel immutandis, morẽ audiuimus. Cæterum quis non mirabitur Christum seruatorem nostrum, & mundi salutem, hũc morem libenter sequutum, vt etiam apostolis suis, quos iam recens in suum cooptabat sodalitium, quoq̃ totius mũdi destinabat principes futuros, noua imponeret nomina; haud dubio magna significãtia mysteria. Symon à fratre Andrea adductus ad Christum, mox ab eo audiuit: Tu es Symon filius Ioanna, tu vocaberis Cephas. Est autem כֵּיפָא Chaldaicum vocabulum, idem quod petra, saxum, quod Hebraicè צוּר dicitur. Liquet ergo ex ijs Christi verbis, vbi Symonem non Hebraicè צוּר vocat, sed Chaldaicè כֵּיפָא Chaldaicam linguã illo tempore Iudæis fuisse vulgarem, quã in Babylonica captiuitate didicerant, & in Iudæam reportauerant. Sed hæc alterius essent quęstionis. Causa huius nominis impositionis in Symone, vt כֵּיפָא id est, Petrus vocaretur, digna est diuina sapiẽtia. Petrus, *Au. tract. 124. in Ioann.* auctore Augustino, vniuersam significabat ecclesiam, quæ in hoc seculo diuersis tentationibus velut imbribus, fluminibus, tempestatibusq̃ quatitur, & non cadit, quoniam fundata est super petram, vnde & Petrus nomen accepit: nõ enim à Petro petra, sed Petrus à petra: sicut nõ Christus à Christiano, sed Christianus à Christo vocatur: ideo quippe ait Dominus, Super hãc petram ædificabo Ecclesiam meam, quia dixerat Petrus, Tu es Christus filius Dei viui. Super hanc ergo, inquit, petram quam confessus es, ædificabo Ecclesiam meam. Petra enim erat Christus, super quod fundamentum etiam ipse ædificatus est Petrus. Fundamentum quippe aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Ad eundem modum *Marci 3.* Christus imposuit nomen Iacobo Zebedei filio, & Ioanni fratri eius, appellauitq̃ eos בְּנֵי רֶגֶשׁ quod est, υἱὸς βροντῆς, id est, filios tonitrui, ob magna nimirum mysteriorum ænigmata. Cæterum ne Iudæi Christo ob hanc nominum impositionem calumniam struerent, habet quo hunc morẽ suum defendere possit, nempe à veteri lege, idque in patriarcha suo Abraham. Hic cũ primum vocaretur à popularibus suis Abram, Deus tamen ob magnũ quoddã sacramẽtum, paulum immutata voce, eum Abraham appellauit. Est nomen Abraham compositum ex אַבְרָם & הָמוֹן & dicendũ esset Abramhamon, verum vt nomẽ esset cõcinnius, prolatuq̃ facilius, literæ è medio nomine sublatę sunt, & legitur אַבְרָהָם Et quod nos legimus Deum ad Abraham dixisse: Quoniam patrem multarum gentiũ constituí te. In Hebræo legitur כִּי אַב הֲמוֹן גּוֹיִם נְתַתִּיךָ Id est. Quoniam patrem multitudinis gentium dedi te. Sed quem meliorem huius loci interpretem habemus q̃ Paulum? qui gentes has ethnicorum nationes intelligit, quæ olim fidẽ Abrahæ essent imitaturæ, & tali patre dignæ habendæ. Sunt enim גּוֹיִם gentes omnes nationes quæ extra Iudaismum sunt, sed harũ pater Abraham à Deo destinarur, idq̃ fidei ipsarum meritò. Hinc est quod Paulus vocat Abraham, κληρονόμον τοῦ κόσμου, id est, hęredem mundi. *Roman. 4.* Et de nomine Abrahæ eiusq̃ ratione hactenus. Inter multa quæ in Abraham admiratione digna sunt, illud inprimis eximium & prestans est, quod Paulus in eo tanq̃ insigne quoddã laudandum putauit, quod Deo promittenti neutiq̃ diffisus sit, sed fidem habuit Deo, hęredem ac successorem sibi pollicenti, nec in desperationem eũ adegit, quod iam magno natu esset, viribusque defectus, neq̃ in vxorẽ suam æquè iam annis obsitam, respexit, tanq̃ ferendo vtero inhabilem; sed fide sola fretus, semen illud, quo omnis esset mundus benedicendus, inconcussa spe præstolabatur. Huius igitur fidei tanq̃ signum aliquod circuncisionem ei Deus imperauit: quam deinde per manus posteritati suæ tradidit. Sed iam diuina verba audiamus. ¶Hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circuncidetur ex vobis omne masculinum, & circuncidetis carnem præpucij vestri, vt sit in signum fœderis inter me & vos. Infans octo dierum circuncidetur in vobis. Omne masculinum in generationibus vestris tam vernaculus quàm empticius circuncidetur, & quicunque non fuerit de stirpe vestra. ¶ Quum de circuncisione iam mentio illata sit, & quæ tanq̃ genuinum quoddam Iudaicæ gentis discriminculum meritò appellari possit, non videtur alienum, si huius quoq̃ rationẽ reddiderimus. Hoc igitur circũcisionis insigne quod primũ Abrahæ imperatũ est,

deinde in posteritatem & minores propagatum, nullius diuinæ rei gratia indictum erat, sed signi duntaxat ergo; quo Iudæi fidei Abrahæ se hęredes esse declararent, & ab aliarum gentium permixtione sese puros asseruarent, & symbolum quoque & ænigma esset sanctioris rei. Quod prophanũ hominem Cornelium Tacitum non latebat, qui Iudaicam originem describens, sic ait. Circumcidere genitalia instituere, vt diuersitate noscãtur. Transgressi in morem eorum, idem vsurpant. Sed Tacito non minus Iudaici quàm etiam Christiani nominis hosti, fides habenda non est, vt qui sibi parum cohęreat, & disiuncta sibi & contraria loquatur, & quem ob id Tertulianus mẽdaciorum loquacissimum meritò appellat. Accedant ergo huc testes Græci Latinique Christianæ pietatis professores viri. Ita que Suidas de Iudaica circumcisione hæc scribit. ἡ περιτομὴ τοῖς ἰουδαίοις διὰ τρεῖς αἰτίας ἐδόθη ὥστε σημεῖον εἶναι πίστεως καὶ τὸ ἀόραμιαῖον γένος ἁπλωτικόν, καὶ σύμβολον καὶ αἴνιγμα πολιτείας καθαρᾶς καὶ σώφρονος, ὥστε οὐκ ὡς δικαιοσύνης ποιητικὴ ἔδοθη, ἀλλὰ σφραγὶς καὶ σημεῖον ἢ ἐκ πίστεως δικαιοσύνης τοῦ ἀβραάμ. Id est. Circumcisio Iudæis ob tres causas data est, vt esset signum fidei, & significatiuũ generis Abrahæ, & symbolum & ænigma conuersationis puræ & modestæ, & nullatenus data est tanq̃ iustitiæ collatrix, sed sigillum & signum iustitiæ Abrahæ, quæ ex fide est. Epiphanius contra hæreses scribens, Iudaicæ circumcisionis causam sic reddit. Ἰουδαῖοι τοίνυν οἱ ἀπὸ τοῦ ἀβραὰμ κατὰ διαδοχὴν ὑπαρχόντες καὶ τῶν αὐτοῦ θεοσέβειαν διαδεξάμενοι περιτομὴν, μὲν τοῦ ἀβραὰμ ἔχουσιν, ἣν κατὰ προσταγὴν θεοῦ εἰληφεν ἐνενηκοστὸν ἔνατον ἔτος κατάγων, διὰ αἰτίαν ἣν ἄνω προσεῖπον, εἰς τὸ τοῦ σπέρματος παροικοῦν γενομένου, καὶ τῆς ἀλλοτριόμὴ ἀποστραφῆναι τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, ὡς σώματος σφραγῖδα φέρειν ὑπομνήσεως χάριν καὶ ἐλέγχου εἰς τὸ ἐμμένειν τῇ τοῦ πατέρος αὐτῶν θεοσεβείᾳ. Id est. Iudæi qui ab Abraham per successionem genus ducunt, & eius pietatem suscipientes, circumcisionem quidem habent, quam Abraham ex mandato Dei accepit, nonagesimum nonum annum agens, ob causam quam superius dixi, nempe cum semen eius peregrinum futurum esset in aliena terra, & ne auerteretur à nomine Dei, signum in corpore tanquã sigillum ferre iussi sunt Iudæi, recordationis causa & argumenti vice, vt perseuerarent in pietate sui patris. Iosephus etiam causam reddit imperatæ circumcisionis, προστάξας δὲ ὁ θεὸς ἀρχαιοτάτῳ γένει βουλόμενος μένειν τοῖς ἄλλοις μὴ συμφυρόμενον, παρεκελεύετο τὰς αἰδοῖα, καὶ τοῦτο ποιεῖν ὀγδόῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὸ γεννηθῆναι. Id est. Imperauit etiam Abrahæ vt genitalia circumcideret, voluit enim Dominus, vt genus eius non permisceretur alijs gentibus, & hanc circumcisionem octaua die à partu fieri volebat. Rabi Moyses Ægyptius putat circumcisionem magnæ cuiusdam fidei signum esse, nempe vt vnus credatur creator, quod olim difficile creditu erat. Ergo inter quos erat hæc tam difficilis fides, necesse etiam videbatur, vt magnum quoddam signum inter illos esset, quo hæc fides declararetur. Porro circumcisionis signum haud quaquam leue fuit, sed difficile; & quod non brachio vel crure erat accipiendum, sed maiore cum periculo mutoni infligebatur. Nec facilis quis erat vt hoc signũ tam magnũ, vel sibi ipsi vel filijs imponeret, si non magna hæc & firma fides prius adesset. Est igitur circũcisio pactum quoddam & fœdus, quod quis init cum Abraham, & obligat se per hoc ad credendum vnitatem creatoris, sicut scriptura dicit: Ero tibi in Deum, & semini tuo post te. Hactenus ex Rabi Moyse Ægyptio. Nec desunt qui circumcisionem tanquam fibulam aliquam Iudæis impositam putent, ad libidinis remedium; & quæ Veneris proluuium mitigare & refrigerare deberet. In hac opinione est Ambrosius, qui viris duntaxat circumcisionem indictam scribit, quod illi longè ardentius in Venerem ruant, quàm mulieres. Sentit idem Moyses Ægyptius, qui alteram causam circumcisionis hanc reddit. Non est autem dubium, quod circumcisio debilitat vim fornicationis, & diminuit concupiscentiam prauam, quæ requirit plusquàm necesse est. Quoniam cum membrum vulneratum fuerit, vsque ad sanguinis effusionem, & abstulerint ei pellem quæ super ipsum est in principio creationis suæ; non est dubium quin debilitabat ipsum

Corn. Tac. li. 21. hist.

Tertull. in Apolo.

Suidas.

Epiphan. li. α. hær.

Ioseph. lib. α. ἀρχαι.

Rabi Moyses Ægyp. lib. 3. dudi.

Amb. lib. 2 de Abra.

Moy. Ægyp. lib. 3. dudi.

ipsum & concupiscentiam. Hactenus illorum opiniones imperatæ Iudæis circumcisionis retulimus, idq̃ magis ne in abdito essent, quàm vt veras esse putarem. Nam si circumcisio virum in Venerem languidiorem reddit, quale esset quod Deus illam imperasset Abrahæ decrepito, & iam suapte natura frigescẽti? Præsertim cũ illum in illa ætate geniturum, & filium suscepturum, non semel pollicitus esset? Neq̃ circumcisio Iudæis cõtulisse videtur, vt castitatis laudem assequerentur, quos Tacitus proiectissimam ad libidinem gentem esse scribit. Cæterum vt fibula cytharedis vsq̃ adeò libidinis suspicionẽ nõ ademit, vt etiam cupidius à mulieribus adamarentur: sic etiam circumcisio Veneris incitabulum Romanis matronis erat. Marcialis insectatur matronam, quæ vt ipse scribit, ne à Iudęis quidem temperabat, quãuis circumcisis.

Corn. Tac. li. 21. hist.

Marcialis.

Nec recutiturorum fugis inguina Iudæorum.

Sed quid in re manifesta exempla petimus? Est nostro æuo Turcarum gens nulli non cognita, partim fortunæ indulgentia, partim nostrorum principum incuria, in summum humanarum rerum fastigium collocata. Aiunt hanc gentem, Iudaico more, esse apellam. Sed quid reiectæ à glande cutis beneficio in illis videmus? Vsque adeò casti non sunt, vt etiam ignominiosi & truculenti, & in cunctis stupris & lupanaribus fornicarij, et (neque enim causa est vt dissimulemus) omnium mulierum viri, & omnium virorum mulieres. Possunt & aliæ causæ huius cirumcisionis Iudaicæ esse, nempe in remedium, & detestationem turpitudinis, & obscœnæ idololatriæ, q̃ ab Ægyptijs ortum habuit, & deinde per alias gentes, prauа æmulatione, propagata. Fuit enim mos apud nonnullas gentes, magno in honore colere Phallum. Sunt autem Phalli, auctore Suida, αἰδοῖον σύκινον ὕστερον δὲ ἐκ δερμάτων ἐρυθρῶν, σχῆμα αἰδοίου ἔχον αὐδρῶος. ἢ ξύλου ἐπίμηκες, ἔχον ψῶ τῷ ἄκρῳ σκύτινον αἰδοῖον. καὶ τοῦτο ἑαυτοῖς περιθέμενοι ψῶ τε τοῖς προχάλοις καὶ μεσοῖς τοῖς μικροῖς, ὀρχουῦτο. τιμῶν τῷ διονύσῳ ψῶ τοῖς διονυσίοις ἄγοντες. Id est. Sunt Phalli pudendum ficulnum, postea etiam ex rubris corijs, formam habens membri virilis, etiam est lignum prælongum, habens in summo pudendum coriaceum. Hoc igitur sibiipsis & in collum & circa lumbos ponentes, saltabant, quando in honore Dionysij festa eius peragebant. Sed & Gregorius Nazanzenus, Phalos & Ithyphallos ponit dicens, οἵδε φαλλοί τινες καὶ ἰθύφαλλοι αἰσχρὸν καὶ τοῖς σχήμασιν καὶ πράγμασιν. Id est. Phalli & Ithyphalli turpitudinem habent & formis & rebus. Sed inter Phallum & Ithyphallum nullum discrimẽ est aliud, q̃ quod Ithyphallus à rectitudine & arrectione videtur dictus, ex græca voce. Vsurpat Columella hanc vocem.

Suidas.

Gregor. Nazanz.

Columella.

sed truncum forte dolatum
Arboris antiquæ, numen venerare Ityphalli.

Hæc Phalli consecratio, siue vt verius loquar, impia superstitio, ab Ægyptijs cœpit, gente ad insaniam vsque superstitiosa. Scribit Diodorus Siculus Osiridem Ægyptium regem à Typhone fratre interemptum, datamq̃ vnicuique eorum qui cum Typhone coniurarant partem aliquam, quo & fideliores inter se forent, & Osiridis mors melius celaretur, virile membrum, quum nemo vellet recipere, in Nilum esse abiectum. Postea Isis mariti necem vlta, membra oĩa ex coniuratis recuperauit, ac vbi deesse mentulam intellexit, imaginem eius sacrauit, & ad suam consolationem maiore habuit honore, q̃ reliquas partes, cæremoniasq̃ & sacra isti instituit, Phallumq̃ dixitq̃ cui primum initiabantur futuri sacerdotes. Hinc ergo occasionem accipiebant Ægyptij, in omnem superstitionem perpensi, statuas pusillas confingere, immani virilis membri mole: aliæ multæ gentes solam mentulam ducebant circum agros ad fertilitatem frugum. Theodoritus refert Phallogogia dictas ferias, quibus Phalli circumferebantur. Nec obscena hæc superstitio apud Ægyptios mansit, sed etiam ad Græcos translata est. Erant apud Eleusin Atticæ oppidum Cereris sacra, quæ ab oppido Eleusinia sacra appellata sunt. Hæc in honorem Eleusinæ Cereris Eumolpus instituit, magnisq̃ cæremonijs peragebãtur, neque patebat aditus, nisi initiatis,

Diodorus Siculus.

Theodorit. lib. 3.

tiatis, & in quæ nemini licebat penetrare, qui sibi sceleris perpetrati cõscius esset, id præcone conclamante, vt prophani procul abessent, atque hinc sumpsisse Vergilium hoc, procul ô procul este profani. His Eleusiniis sacris, Nero Cæsar, cum iam interfecta matre Agrippina, Græciam inuiseret, interesse ausus non est; cum impij & scelerati voce præconis submouerentur. Erant hæc sacra nulla re adeò veneranda vt silentio, neq; spectatores & initiati in vulgus efferre audebant, quæ sacris illis viderant, sed tanquam Harpocrates, digito labris imposito, perpetuo silentio, magna illa mysteria, tegebant. Diceres ô lector, quæ sunt hæc tam ineffabilia & tremenda archana, quæ vt spectare quidem fas est, ita effari piaculum putabatur: Magna ô lector mysteria, neque casto fas est ea proloqui, attamen Tertullianum virum plus æquo castum, Eleusinia illa sacra in vulgus efferentem, tanquã alterum Numerium Philosophum audiamus. Cæterum tota in adytis diuinitas, tot siparia portarum, totum signaculum linguę, simulachrum membri virilis reuelatur. Gregoriũ tamen puduit nefandis ijs mysterijs afferre lucem, αἰσχύνομαι γὰρ ἡμέρας δοῦναι τοῖς νυκτὸς τελετῆς, καὶ ποιεῖν τοῖς ἀσχημοσύνην μυστηρίων, οἷς οὐ θέμις σιωπῶντας, καὶ σιωπῆς ὄντων ἀξίων ἐπόπτας. Id est. Pudet me diem afferre sacrificijs nocturnis, & ex mysterio turpitudinem efficere. Scit Eleusis hæc & spectatores rerum quæ tacentur, & certe silentio dignæ sunt. Hactenus Nazanzenus. Sed neque turpitudinem hic finis est, à Thebanis tertio quoque anno sacra Baccho celebrãtur in Cytherone mõte nocturna, quæ de tempore Nyctilena sunt nominata, & ab annis trieterica, ceu triennalia. In eis erant Phalli, hoc est, mentulæ prægrandes. Quinetiam, vt Augustinus scribit, in Italiæ compitis sacra Liberi celebrantur cum tanta licẽtia turpitudinis, vt in eius honorem pudenda virilia colerentur: non saltem aliquantum verecundiore secreto, sed in propatulo exultante nequitia. Nam hoc tempore membrum Liberi per dies festos cum honore magno plostellis impositum, prius per rura in compitis, & vsque in vrbem postea vectabatur. In oppido autem Lauinio vnus Libero totus mensis tribuebatur, cuius diebus omnes verbis flagitiosissims vtebantur, donec illud membrum per forum transuectum esset atq; in loco suo quiesceret. Cui mẽbro inhonesto matremfamilias honestissimam, palam coronam necesse erat imponere. Hacten? August in?. Hãc impudentiã æquat Priapi imago & cultus, quẽ ob insignẽ virilis membri magni tudinem, hortorum Deum & custodem finxerunt, eiusq; sacra per pagos villasq; à rusticis magna lætitia risuq; celebrabantur. Hic Deus poëtis notus est quique imaginem eius summa impudentia depinxerunt.

Sueton. in Nerone.

Tertul. cõ. Valen.

Greg. Nazanz.

Pomosisq; ruber custos ponatur in hortis,
Terreat vt sæua falce Priapus aues. — *Tibullus.*

Quum igitur cęca gentilitas eousq; errorum tenebris immersa esset, vt hanc hominis partem, in quam statim à peccato Adæ diuinæ indignationis fulmen desuit, etiam honorandam & colendam putaret; instituit Deus vt hoc membrũ statim simulatq; infans in lucem prodit, circumcisionis quasi iniuria quadam afficeretur & primigenio sanguine fœdaretur, contra insanam ethnicorum opinionẽ, qui illi honorẽ deferre phas putabãt. Nec dissimile multũ est hoc, q̃d apud Alexandriã Theophilus Episcopus egit. Vastabat hic pio studio idolorum tẽpla, in vrbe Mithræ sacra, vbi homicidia perpetrabant Pagani, publicè patefecit. Serapidis autẽ & aliorum risu plena monstrauit, iubens per mediam plateã portari verẽda, q̃ pagani cum maximo honore venerabantur. ⊏ Infans octo dierum circumcidetur in vobis. ⊐ Rabi Moyses Ægypius causam reddit, cur circumcisio præcepta sit fieri octauo die, nẽpe hanc, quod infans recens natus, nihil ferè differt à quouis insensibili, nec refugit circumcisionẽ, neq; timet, neque vehementẽ dolorem sentit, ob cutis teneritudinẽ, quæ omnia in alijs paulò natu maioribus lõgè aliter contingerẽt. Huc accedit quod parentum erga filios amor, nõ tantus est cum ad huc infantes sunt, q̃ cum tres vel quatuor annorũ sunt, tũ enim agnoscere parẽtes risu suo incipiũt, & readamare & amplecti, tũc ergo ægrè ferrent parentes tã iucũdos filios circũcisionis iniuria afficí. Sunt qui aliam rationem afferant huius

Aug. li. 7. de ciu. dei.

Hisso. Tri. li. 9.

R. Moyses Ægypti. Duct.

huius octauæ diei ad circumcisionem delectæ, quod ante hunc diem corpus infantis neutiquam sit tractabile. Est enim septimus dies, vt Plutarchus scribit, cum in cæteris, tum ad vmbilicum infantib. nuper editis periculosus, septimo enim de plerisq; resoluitur. Aristoteles scribit plurimos infantes ante septimum diem perire, & inde esse vt nomina septimo die imponantur, tanquam saluti iam pueri magis credamus. Quinetiam Romani cũ infantibus natis nihil agebant vsq; ad octauum diem, quo lustricos dies incipiebant. Est autem lustricus dies, quo infantes lustrantur & nomen accipiunt. Sed is maribus nonus, octauus est fœminis, & Romani nundinam diem venerabantur, à nono nascentium die nuncupatam, qua infantibus nomen imponebant. Cæterũ vt ad circumcisionem Iudaicam reuertamur. Constat illam haud dubio primum à Deo Abrahæ & posteritati eius seuerè imperatam, vt etiam excidium & periculum illam contemnentibus denũciatum; sed neq; in posteritate eius sola perseuerauit, verumetiam aliæ nonnullę gentes, eam tanquam rem sacrosanctam suscipiẽdam putauerunt, vt per eam à communi plebis reliquę atq; aliorum hominum fece separarentur. Siquidem Ægyptiorum sacerdotes, qui olim & ingenio & artium peritia alios superare putabantur, circũcisionem in vsu habebant, & alijs quoq; auctores suscipiendæ circumcisionis fuerunt, quod Iosephus contra Appionem sic asserit, ἐκεῖνοι τοίνυν ἅπαντες καὶ περιτέμνονται Id est. At qui illi omnes circumciduntur. Et paulo post, οἱ γὲ μὴν μόνοι χρῶνται τοῖς ἀπὸ τούτου λοιδορουμένοις ἔθεσιν, ἀλλὰ καὶ οὐδ' ἄλλους ἐδίδαξαν περιτέμνεσθαι, καθάπερ εἴρηκεν ἡρόδοτος. Id est. Et ij quidem non solum vtuntur ritibus ijs qui ab hoc prosciśi sunt, sed etiam alios docuerunt, vt circũciderentur, vt dicit Herodotus. Strabo etiam hæc de omnibus Ægyptijs scribit, καὶ τοῦτο δὲ τῶν ζηλουμένων μάλιστα παρ' αὐτοῖς τὸ τὼ τὰ τρέφειν τὰ γεννωμένα παιδία, καὶ τὸ περιτέμνειν, καὶ τὰ θήλεα ἐκτέμνειν ὅπερ καὶ τοῖς ἰουδαίοις νόμιμον. Id est. Hoc apud eos peculiare est, omnes filios educare & circumcidere, & fœminas excidere, quod Iudæi ex lege habent. Scribit Ambrosius de Ægyptijs ad eundem ferè modum, Ægyptij quartodecimo anno circumcidũt mares, & fœminę apud eos eodem anno circumcidi feruntur, quod ab eo videlicet anno incipiat flagrare passio virilis, & fœminarum menstrua sumant exordia. Porrò de varijs gentibus quæ circumcisionem colebant, scribit Iosephus contra Appionem, ex Herodoti sententia sic, μόνοι δὲ πάντων φασὶ Κόλχοι, καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ Αἰθίοπες περιτέμνονται ἀπ' ἀρχῆς τὰ αἰδοῖα, φοίνικες δὲ συνειδότες ἑαυτοῖς ὅτι τὴν παλαιότητα καὶ οὗτοι ὁμολογοῦσι τὴν ἀπὸ Αἰγυπτίων μεμαθηκέναι, σύνοιδε δὲ οἱ πόδι θερμῶ δόντα καὶ παρθένιον ποταμόν, καὶ μάκρωνες οἱ τούτοισιν ἀσυγέτονες ὄντες ἀπὸ Κόλχων φασὶν ὅτι μεμαθηκέναι, οὗτοι γὰρ εἰσὶν οἱ πορευόμενοι ἀνθρώπων μοῦνοι, καὶ οὗτοι Αἰγυπτίοισι φαίνονται ποιοῦντες κατὰ ταῦτα, αὐτοὶ δὲ Αἰγυπτίων καὶ Αἰθιόπων οὐκ ἔχω εἰπεῖν ὁπότεροι πρῶτοι τὴν ἑτέρων ἐδιδάχθησαν. Id est. Soli omnium Colchi, & Ægyptij, & Æthiopes, circumcidere genitalia à principio instituerunt. Phœnices verò Syri, qui in palęstina sunt, confitentur se ab Ægyptijs didicisse. Syri verò qui habitant apud Thermodontem & fluuium Parthenion, & Macrones, qui ijs vicini sunt, à Colchis aiũt se nuper didicisse. Ii ergo soli sunt homines qui circumciduntur, & eadem agunt quæ Ægyptij. Verùm de Ægyptijs & Æthiopibus non habeo dicere vtri ab alteris didicerunt. Hactenus Herodotus. Cæterum non deerat olim apud Ethnicos viri ad diuina quæq; reprehenda propensi. Ii circumcisionem Iudæis imperatam damnabant, & Deum circumcisionis auctorem, vt sæuũ incessere nõ dubitabãt, qui infãtes tenellos etiamnum circumcidi præcepisset. Patrocinatur hic Origenes veritati, vt dicat Ethnicos nihil agere quod circumcisionẽ tantopere criminentur, quandoquidẽ illa apud plerasq; gẽtes adeò in precio habita est, vt solis eximijs tanq; res prestãs, concredita sit. Nam apud Ægyptios qui in superstitionib. vetustissimi & eruditissimi habebantur, à quibus propè omnes reliqui ritũ sanctorũ & cæremonias mutuati sunt, apud hos nullus aut geometricæ studebat, aut astronomię, nullus astrologiæ & geneseos secreta rimabatur, nisi circũcisiõe suscepta. Sacerdotes apd' eos, aruspex, aut quorũlibet sacrorũ minister, vel vt illi appellãt propheta, omnis circũcisus est. Literas quoq; sacerdotales veterũ Ægypt. quas hieroglyphicas appellãt, nemo discebat, nisi circumcisus. Omnes hierophãtes, omnes vates, omnis cœli (vt putãt) infernique mystes & conscius, apud eos

Plutar. in Problem.

Ari. li. 7. Animal.

Macr. l. 1. Satur.

Ioseph. l. 2. cont. App.

Strabo lib. 17. geog.

Ambr. lib. 2. de Abr.

Orig. li. 2. in epist. ad Roman.

Ioseph. li. 2. cont. App.

eos esse non creditur, nisi fuerit circumcisus. Adijcit Origenes non solum Ægyptios sacerdotes circumcisione vsos, sed etiã Arabas, & Æthiopes, & Phœnices, aliosq; vt iam mirum non sit & reprehensione minimè dignum, si Iudæi ex diuinę legis præscripto circumcidantur. Et hæc ex Origene adduxisse satis sit. Vsurpant Iudæi in circumcisionibus suis hunc morem, vt vacuam sellam eximiè & pulchrè ornatam sistant, in hanc neminem sedere sinunt, sed vacua Heliæ seruatur, appellaturq; sella Heliæ, ob singulare priuilegium sancti prophetæ, cui Deus hoc dedit, vt omnibus omnium Iudæorum circumcisionibus per totum orbem adsit. Habẽt quoq; vas puluere differtum, in quẽ præputium desectum sepeliũt. Vocatur præputium Hebraice עָרְלָה id est, clausura, obturatio, à verbo עָרַל clausit, obturauit, quod glans penis pelle illa clausa & obturata est. Græce vocatur ἀκροβυσία, ab ἄκρος, quod summũ est, & βύω tego, quod summam penis partem pellis illa tegat. Sed quid opus erit de circumcisione hac corporali plura congerere, cum è sacrarum literarum fide, luce clarius sit, eam alterius & potioris circumcisionis figuram gerere. Hoc non solum veteres prophetarum literę clamant, sed etiam apostolicę liquido testantur. Volebat tamen Deus vt hęc carnis circumcisio anteambulonis vice apud Iudæos esset, donec potior altera sequeretur, quod Epiphan. ijs verbis scribit, ἐπεὶ γὰρ ἡ περιτομὴ σαρκικὴ ὑπηρετήσασα χρόνῳ ἕως τοῦ μεγάλης περιτομῆς, τουτέστι τοῦ βαπτίσματος τοῦ περιτέμνοντος ἡμᾶς ἀπὸ ἁμαρτημάτων, καὶ σφραγίσαντος ἡμᾶς εἰς ὄνομα θεοῦ. Id est. Ibi enim carnalis circumcisio tãtisper futura erat, donec illa magna circumcisio, id est, baptismus aduenirет, qui nos circũcideret à peccatis, & signaret nos in nomine Dei. Neq; solum circũcisio baptismatis figuram gerit, in quo peccata omnia semel condonantur, sed etiam vitiorũ abnegatio quædam perpetua, ne quid turpe & pudendũ intra pectoris secessus, & cordis penetralia celemus, sed actutũ & seuerè rationis cultro resecemus. Nã vt scribit Lactantius, carnis illa circumcisio, caret vtiq; ratione: quia si Deus id vellet, sic à principio formasset hominẽ, vt præputium non haberet, sed huius secundæ circumcisionis figura erat, significans nudandum esse pectus, id est, aperto & simplici corde oportere nos viuere: quoniã illa corporis pars quæ circumciditur, habet quandam similitudinem cordis, & est pudenda. Et ob hanc causam Deus nudari eam iussit, vt hoc argumẽto nos admoneret, ne inuolutũ pectus haberemus, id est, ne quod pudendum facinus intra cõscientiæ secreta velemus. Hæc est cordis circumcisio, de qua prophetę loquuntur; quam Deus à carne mortali ad animã trãstulit, quæ sola mansura est. Esset hic amplissimus locus per circumcisionis allegorias expatiãdi, cur octaua die, & petrinis cultris fieri imperata esset, atqui cum audiam alios in Genesim scripsisse, quorum commentarios neq; viderim neq; legerim, non operæpretium duxi illa huc congerere, quæ fortasse ab alijs prærepta sunt. Igitur ad alia properandum est.

Epiph. lib. 2. con. hæ.

Lact. li. 4. cont. gent.

Caput XVIII. Genes.

¶ Apparuit autem ei dominus in conualle Mambre, sedenti in ostio tabernaculi sui, in ipso feruore diei. Quumq; eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes propè eum. Quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorũ de ostio tabernaculi sui, & adorauit in terra & dixit. Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum, sed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore. Ponamq; bucellam panis, & confortetur cor vestrũ, postea transibitis. ¶ Vidimus hactenus Abrahæ fidem, prudentiam, iustitiam, modestiam, & quemadmodum annis accedentibus ad fœlicem senectutem tetẽdit; ita etiam ad summum virtutum gradum cõscendit. Nunc hic nobis scriptura hospitalitatẽ viri proponit, quo de ga peregrinos prolixus fuerit & benignus, quos sedulo pro ædium suarum foribus sedens, captabat, & detractantes precibus in sua deduxit vota. Ex hoc pio Abrahæ studio, exortũ haud dubio est, Apostolicum illud præceptum de hospitalitate colẽda, quã non solũ Episcopo inesse vult, sed etiã omnib. Christianis cõmunẽ esse præcipit. Hanc igitur virtutem tanquam verè heroicam, dictu mirũ est quantopere amplexi sint vetustissimi illi Christiani, in primis monachicam vitam professi: qui in hospitalitate sectanda pium quoddã inter seipsos certamẽ sumpserunt, dũ quisq; peregrinis & hospitib. inseruisse gloriosum & singulare putaret, &

Hier. Pammach.

ad Pamm.

Hieron. ad Nepot.

Hieron. ad Rustic.

& ingenti ignominia notatus erat, cui nõ contigit hospiti communicasse. Erat olim Romæ Pammachius patricij generis ac summarum opum vir, & Paulę Romanę matronæ gener. Hic mortua vxore, monachi institutum, hortante ad id Hieronymo, sequutus est, & opes suas in pios vsus insumere instituit, & xenodochium in portu Romano incepit. Audio te, inquit Hieronymus, xenodochium in portu fecisse Romano, & virgam de arbore Abraham in Ausonio plantasse littore. Sed & Hieronymus ipse agens in Bethlehemetico rure inprimis hospitalitati studebat. Nos, inquit, in ista prouincia ædificato monasterio, & diuersorio propter extructo, ne forte & modò Ioseph cũ Maria in Bethleem veniens, non inueniat hospitium, tantis de toto orbe confluentib. turbis obruimur monachorũ, vt nec cœptum opus deserere, nec supra vires ferre valeamus. Hieronymus nusquam nõ inculcat de hospitalitate seruanda, quale est illud: Mensulam tuam pauperes, & peregrini, & cum illis Christus conuiua noue rit. Rursus docet quomodo peregrini sint inuitandi, nempe serio, quod Abraham hic fecisse liquido videtur. Hospitalitatem, inquit, persequentes, vt non leui vsitato q; sermone, & (vt ita loquar) summis labijs hospites inuitemus, sed toto mentis ardore teneamus, quasi offerentes se cum lucro nostro atq; compẽdio. Ex hoc Abrahæ in peregrinos studio, nec nõ ex hac Hieronymi admonitione factum est, vt cœnobiorum & monastici instituti auctores, nihil duxerint antiquius in decretis suis quàm peregrinorum rationem habere, eosq; ad monasteria sua diuertẽtes, hilare atq; exporrecto fronte suscipiendos sanxerunt; argumento sunt cubicula & diætæ in omnibus ferè monasterijs, hospitibus destinatæ. Sanctus Benedictus monachicæ regulæ conditor, diserte edicit Abbatis mensam hospitibus perpetuò communem fore, neq; hospitibus carere debere. Quanquam quid hic cœnobiorum morem recensuisse attinet, cum equè clariora exempla, adamatę hospitalitatis in omnibus ferè Christiani orbis ciuitatibus videamus. Quæ enim ciuitas vsq; adeò tenuis censetur, vt xenodochium non habeat? Videmus hæc splendidè ditata, re satis lauta, suppellectili probè instructa, vt non solum ad victum hospitibus suppeditandum satis sint, verumetiam ad luxum apparata. Atq; vtinam primigeniam suam originẽ seruassent, & id essent quod audiunt, vt xenodochia essent, tanquam peregrinorum receptacula. Cæterum vt sunt iam ferè omnia in alios vsus translata, & à prima genuinaq; origine plurimum degenerarunt, sic etiam videmus in xenodochijs nihil loci esse peregrinis, neq; peregrinum aliquem hospitio recipi, sed quamq; rempublicam priuatos suos ciues illic alere, qui vel luxu & nepotinis sumptibus patria abligurierunt bona, vel depenso precio, in reliquam vitam alimenta sibi compararunt. Sed hæc cum ad laicorum abusum pertinent, eo minus reprehensione digna censentur, nec perinde stomachatur ab Euangelicis illis in hos, ac in cleri vicia & abusus. Atqui apud Homerum frequens fit mentio hospitalitatis, & ab hospitum iniuria temperabant, omneq; peregrè venientes summa humanitate accipiebant. Nausicaa Alcinoi filia Vlyssem fœdã tẽpestate iactatum in insula Corcyra hospitio suscepit, eiq; cibum & potum dari à famulis suis iussit.

Homerus Odyss. ζ.

ἀλλ᾽ ὁ δὲ τις δ᾽ ὑσμῖν ἀλώμενος ἠθάδ᾽ ἱκάνει,
τὸν νῦν χρὴ κομέειν, ξεῖνοι γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες
ξεῖνοί τε πτωχοί τε, δόσις δ᾽ ὀλίγη τε φίλη τε.
ἀλλὰ δότε ἀμφίπολοι ξείνῳ βρῶσιν τε πόσιν τε
λούσατε δ᾽ ἠῶθεν ποταμοῖο ἔδη τε σκέπας τε ἐς ἀνέμοιο.

Id est.

Sed hic miser erans huc venit,
Eum nunc nos ornare oportet, à Ioue enim sunt omnes
Hospites pauperesq;, donum quidem paruum, sed gratum.
Sed ô famulæ date hospiti cibum & potum,
Lauate in fluuio, quoniam quiesit ventus.

Erant phæaces in Corcyra insula populi in luxum & sumptuosa cõuiuia propensi, & nihil aliud nisi ventris animalia, sed vnica tamen hac virtute commendandi, quod hospitalitatem accuratè colebãt, & hospites fortè fortuna oblatos, haud aliter quàm fratres existimabant & accipiebant; quod Alcinous ijs verbis significat.

Homerus Odyss. θ.

ἀντὶ δικαιοσύνης τοῦ ξείνου θ᾽ ἱκέτης τε τέτυκται,
ὃς τ᾽ ὀλίγον περ ἐπιψαύει φρεσὶ οἷσι.

Id est.

Loco fratris hospes & supplicator est

Viro

Viro illi, qui etiam mediocriter sit prudens.

Plato libro 8. νομ. Homerum sequutus Plato in legibus suis hospitum curam egit, & quos in quatuor diuidit, sed cuiq; suum hospitium assignauit, quomodo etiam curandi, & ab omni iniuria tutandi, & quemadmodum dimittendi essent omnia præscribit, τούτοις δὴ τοῖς νομοῖς ὑποδιεχθεὰ τὲ χρὴ πάντας ξένους τὲ καὶ ξένας δὲ ἄλλης χώρας καὶ αὐτοὺς αὐτῶν ἐκπέμπειν τιμῶντας ξένιον δία, μὴ βρώμασι & θύμασι τὰς ξενηλασίας ποιεισθαι νόμους, καθαπὲρ ποιοῦσι νῦν θέμματα Νείλου, μὴ δὲ λιρούγμασιν ἀχρείοις. i. Et talibus quidē legibus suscipere oportet hospites, qui quidem ex alia terra sunt, & ipsi vicissim suos etiam emittere, vt Iouem hospitalem venerentur, non quidem vt hospites, expellāt cibis & sacrificijs, quemadmodum Nili pecora faciunt, neq; etiam edictis agrestibus. Isocrates de hospitibus hoc præceptum tradit, ἅπασι μὲν τοῖς ξένοις ἀσφαλὴ τὴν πόλιν παρέχε, & πρὸς τὰ συμβόλαια νόμιμον. i. Omnibus peregrinis ciuitatem tutā præsta, & legitima ad contracta facienda. Qui impense studuerint hospitalitati ethnici quoq;, hinc clarū esse poterit, quod quēadmodum omnibus ferè rebus Deū quēpiā præfecerunt, ita & hospitalitatis Deū habuerunt. Erat is Iuppiter. Vnde Iouis cognomen apud Græcos ξένιος, id est, hospitalis, ad quem pertinebat religio hospitij. Hinc illud apud Vergilium.

Isoc. ad Nicoclem.

Vergi. lib. Aeneid.

Iuppiter hospitibus nam te dare iura loquuntur.

Hospitalitatem hanc maiorem in morem laudat Theophrastus. Scribit enim Cimonem Athenienſem in suos curiales Laciadas hospitalem fuisse. Ita enim instituisse, & villicis imperauisse, vt omnia præberentur, quicunque Laciades in villam suam diuertisset. Cicero quoque hospitalitatē ijs verbis laudat. Est enim (vt mihi videtur) valde decorum patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus: idq; ei reipublicæ est ornamento, homines externos, hoc liberalitatis genere, in vrbe nostra non egere. Romani aliarum gentium legatos summa humanitate atque hospitaliter accipiebant, eisq; liberas ædes, loca, lautiaq; decernebant: sunt autem lautia hospitalia munera legatis data. Hospitalitatis laudem obtinebant olim Germani, dum eorum mores incorruptiores erant, atq; nunc sunt. Hoc nomine laudantur à Cæsare. Hospites, inquit, violare phas non putant, qui quaque de causa ad eos venerunt, ab iniuria prohibent, sanctosq; habent, ijs omnium domus patent, victusq; communicatur. Cornelius Tacitus eandem Germanis laudem vendicat in libello quem de moribus Germanorum scripsit. Conuictibus & hospicijs, inquit, non alia gens effusius indulget. Quemcunq; mortalium arcere tecto nephas habetur, pro fortuna quisque apparatis epulis excipit. Quum defecere, qui modò hospes fuerat, monstrator hospitij & comes, proximam domum non inuitati adeunt, nec interest: pari humanitate excipiuntur, notum, ignotumq; quantum ad ius hospitis, nemo discernit. Abeunti si quid poposcerit, cōcedere moris, & poscendi inuicem eadem facilitas. Erant olim efferi & barbari homines, qui in peregrinos seuire ausi erāt, & nullam aliam ob causam à veteribus prosciſsi sunt infamesq; redditi. Busiris solitus erat omnium gentium hospites, si quos nactos esset, immolare. Hunc scelerati hominis morem, Vergilius hoc versu insectatus est:

Cæs. 6. cō. Gal. bell.

Cic. lib. 2. Offic.

Vergil. 3. Georg.

Aut illaudati nescit Busiridis aras.

Illaudatus est, vt A. Gellius interpretatur, quasi illaudabilis, qui neq; mentione, aut memoria vlla dignus, neq; vnquā nominandus est. Hanc sæuitiā æquauit Diomedes Thraciæ rex, quem poētæ referunt solitum omnes peregrinos mandendos immanibus suis equis præbere, & ijsdem ab Hercule postea obiectum. Hinc Ouidius.

A. Gell. libro 2.

Ouidius.

Quid cum Thraces equos humano sanguine pingues.

Eandem ferè inciuilitatem & sæuitiam senserunt socij Æneæ naufragi, & in Libycū littus eiecti, à quo ab Aphris prohibebantur, quorum iustissima querela hæc est.

Quod genus hoc hominum, quæue hunc tam barbara morem,
Permittit patria, hospitio prohibemur harenæ,
Bella cient, primaq; vetant consistere terra.

Verg. l. 1. Aeneid.

Sensit Cicero quoq; quàm inciuile sit, atq; crudelitatis plenum, peregrinos vrbibus submouere. Malè etiam, ait, qui peregrinos vrbibus vti prohibent, eosque exterminant: vt Penæus apud patres nostros, Papius nuper. Nā esse pro ciue, qui ciuis non sit, rectum est non licere: vsu verò vrbis prohibere peregrinos, sanè inhumanum

Cic. 3. Off.

manum est. Cęterum non desunt peregrini officia, quę in aliena vrbe atque domo obseruare debeat. Menandri versus est.

ξένῳ ὢν ἀπράγμων ἴσθι, καὶ πράξεις καλῶς.

Id est.

Hospes existens, curiosus ne sis, & bene facies.

Cic. libr. 1. Offic. Idem Cicero quoque monet. Peregrini, inquit, officium est, nihil præter suum negotium agere, nihil de alieno inquirere, minimeque in aliena esse republica curiosum. Decus Galliarum erat olim Massilia, Græcæ originis vrbs inprimis inclita & clara, à cuius optimis institutis vniuersa Gallia ciuilioris & humanioris vitæ formulam accepit. Ea igitur in peregrinis accipiēdis, hunc seruabat morem, vt nulli oppidum illorū cum telo intrare liceret, sed præsto erat qui id custodiæ gratiæ acceptum exituro redderet, vt hospitia sua, quemadmodum aduenientibus humana erāt; ita ipsis quoque tuta essent. Sed vt ad hospitalia Christianorum veniam: Videntur huiusmodi hospitalia olim ab Episcopis & Ecclesiarum præsidibus exædificata fuisse, vt auctor est Epiphan. τοιοῦτα γὰρ τίνα κατασκευάζουσι κατὰ φιλοξενίαν, καὶ οὐ λελωβημένους & ἀδυνάτους ἐκεῖσε ποιοῦντες καταμένειν ἐπιχορηγοῦσι κατὰ δύναμιν οἱ τῶν ἐκκλησιῶν προστάται. Id est. Huiusmodi hospitalia extruunt ecclesiarum præfecti vero hospitalitatis amore, & corpore viciatos ac imbelles illuc diuertere faciūt; & vitæ necessaria pro viribus suppeditant. Auctor est Sozomenus, Iulianum Augustum, sed Christianæ religionis desertorem, summo studio curasse, vt xenodochia ciuitatim institueret, quibus peregrini prolixè acciperentur: ne in hac parte à Christianis vinceretur, quibus peregrini inprimis commendati erant. Scribit Augustinus, xenodochia & monasteria appellari nouis nominibus, cum tamen res ipsæ ante nomina fuerint, & religionis veritate firmentur, quæ etiam cōtra improbos defendantur. [Afferam paucillum aquæ, & lauentur pedes vestri.] Liquet ex ijs verbis viros hos, quos angelos fuisse verum est, discalciatos iuisse. Est certè hic habitus insigne quoddam humilitatis symbolum, quo non raro insignes ethnici aliquot viri vsi sunt. Apud Athenienses haud facile quis Phocione fuit sanctior, quem cōstat nunquam in balneo meritorio lauisse, neque manus extra palliū protendisse, sed & si vspiam eundum esset, vel in bello exercitus ductandus, nudis pedibus semper erat, nisi frigus asperius eum ad calceos induendos vrgeret. Erat enim certum vehementioris hyemis indicium, si Phocion calceatus videretur. Auctor est Suetonius, cum corpus Augusti Cæsaris, veteri Romano more, in campo Marcio crematum esset, quo publicum luctum, & tanti principis desiderium, populus Romanus declararet, reliquias consumpti corporis legerunt primores equestris ordinis, tunicati & discincti, pedibusq; nudis. Atqui nihil est quod hic plura testimonia adducamus, cum illud liquido ex Christi doctrina appareat, discalceatum esse, pœnitentiæ & afflictionis signa esse, quod Christus ipse & prior vita sua docuit, & Apostolis deinde ex præcepto demandauit. Sequuti deinde Apostolos sunt, viri Apostolicā in omnibus vitam imitantes, qui abiectis calceis nudam humum nudis pressere vestigijs. Tradūt Originem per multos annos absque omni calciamento, nudis incessisse vestigijs. Quis hic dubitare velit, pedum hanc lotionem non eximiam beneuolentiam præferre, & fraterni pectoris officium esse. Abraham hoc primus in viris ijs exequutus est, sequutus Abraham Christus dominus, tanquam verus Abrahæ filius vniuerso orbi clarum hoc virtutis exemplum extulit. Siquidem iāiam ad salutare supplicium iturus, apostolorum suorū pedes, nouo exemplo, Deus hominibus, magister discipulis, lauit: neque opere ipso semel facto ipse contentus erat, sed etiam exemplum esse apud suos inperpetuum volebat. Paulus Timotheo suo præcipiens super uidua eligenda, quæ ecclesiæ sit liberalitate sustentanda, hanc in illa virtutem exigit, vt magno iam natu, id est, sexaginta annos nata, sanctorū pedes lauet. Erat olim inter monasticas obseruationes illud præcæteris decretum, vt hospites non modò obuio & amico año suspicerētur, verū etiam vt humili obsequio eorum pedes abluerentur. Hieronymus enim monachū ab ipsis incunabulis instituens, hoc præceptum sic inculcat. Seruias fratribus, hospitū laues pedes. Apparet hunc morem lauandi hospitibus pedes peruetustum esse, & heroum tempore in vsu fuisse

Libro 6. Trip. hist.

Aug. tra. 96. in Io.

Plutarc. in Phocione.

Sueton. in August.

Euse. li. 6. eccle. Hist.

Ioann. 13.

1. Tim. 5.

Hieron. ad Rust.

fuisse. Vlysses post viginti annorum exilium, cum sub habitu mendici in ædibus suis obambularet, & Penelope cum illum ob tot annorum absentiam minimè agnosceret, iussit tamen vt famulæ, ipsi Vlyssi tanquam peregrino pedes abluerent; & deinde ad Telemachum filium cœnatum iret. Hic Vlysses vt verecundiæ aliquod magisterium, diuino Homeri carmine posteritati daret, obsequium tam humile ab ancillis recusat, sed anum ad lauandos pedes admissurum se dicit.

Homerus ὀδυσ. τ. Sed Homerum diuina voce canentem audiamus.

ὀδ᾽ ἔτι μοι ποδ᾽ ἀνιπτρα ποδῶν ἐπιβ᾽ ἀλὰς ὀνομήν
γίγνεται, οὐδὲ γυνὴ ποδὸς ἅψεται ἡμετέροιο
τάων, αἳ τοι δῶμα λαταδρήσειραι ἔασιν
εἰμὴ τις γρηὺς ἔστι παλαιὴ λεδν᾽ ἐνιδυῖα
ἥτις τέτληκεν τόσσα φρεσὶν ὅσσα τ᾽ ἐγὼ περ
τῇ δ᾽ ἔκ ἐν φρονέοιμι ποδῶν ἅψασθαι ἐμεῖο.

Id est.

Sed hæc pedum lotio nequaquam animo meo grata erit,
Neque mulier vnquam pedes meos attinget, ex ijs
Quæ in domo tua famulæ sunt.
Si verò anus aliqua vetula, & honesta fuerit,
Quæ quidem tantum in animo sustinuit quantum ego,
Huic non inuiderem, vt pedes meos attingeret.

Sed iam apparatum huius conuiuij audiamus, quod Abraham Philoxenus tantis hospitibus instruxit. ¶ Festinauit Abrahã in tabernaculum ad Saram, dixitque ei. Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcinericios panes. Ipse verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum & optimum, deditque puero, qui festinauit & coxit illum. Tulit quoque butyrum & lac & vitulum quem coxerat, & posuit coram eis. ¶ Pro, subcinericios panes, Septuaginta legunt ἐγκρυφίας. Est autem ἐγκρυφίας, teste Isychio, ἄρτου εἶδος ὁ ἐν ποδῶν γιγνόμενος τοῦ μὴ ἔχοντος λιβανον. Id est, ἐγκρυφίας est forma panis ab eo in cinere factus, qui libanum non habet. Athenæus ex poëta quopiam scribit ἐγκρυφίαν genus esse panis laudatissimi, qui apud Tegeã conficeretur è simila, & apud Athenienses postea in foro venderetur. Sunt verò ij versus.

Isychius.

Athe. libr. γ. δειπν.

εἶτα τὸν ἐν τεγέαις σεμιδάλεως ἑψὸν ἐπαινῶ
ἐγκρυφίαν, τὸν δ᾽ ἐς ἀγορὰν ποιούμενον ἀρτον
αὖ λιλεναὶ παρὲξ χουσι βροτοῖς λάλισον ἀθλῶσαι.

Sed & scripturæ huius locus idem significat, quum inquit, ποδνιπτον καὶ φύρασον τρία μέτρα σεμιδάλεως, καὶ ποίησον ἐγκρυφίας. Id est. Accelera & commisce tria sata similæ, & fac ἐγκρυφίας. In hoc conuiuio, tam splendidis hospitibus apparãdo, nõ vnum est quod admiratione dignum sit. Non hic aureus argenteusue mensæ apparatus oculorum aciem præstrinxit, nõ abacus potorijs vasis adornatus, omniũ in se oculos conuertit, non quinquageni, non centeni ferculorum missus, lõgo seruorum examine mensæ inferuntur, non structor hic saltans, & volanti cultello magistri sui dictata peragit, non denique regifico & principali luxu omnia feruẽt, nõ variarum vocum symphonia, & tibicinibus accinentibus aula strepit, non ge lotopœus quispiam, inter ferculorũ missus, festiua conuitia, summo conuiuarum risu, iacit. Horum nihil ibi erat, sed mode sta omnia, & quæ fœlicem æui illius frugalitatem declararent. Iam verò quis non miretur Abraham iam centum ferè natum annos, primas sibi partes in hoc conuiuio instruendo, desumpsisse; idq; in tanto suo famulicio, vt etiam ad exercitum instruendum satis esset? Sed sciebat, haud dubio etiam expertus erat, vir prudentissimus, seruos ferè in optimis quibusq; cessare, neque vnquam famulis negotium aliquod perinde cordi esse atque dominis. Malebat igitur Abraham rẽ hanc sacerrimam à se bene fieri, quàm à seruis neglectim & contemptim. Parturiebat iam tum Abraham opere, quod longa post secula poëta Ennius quadratis his versibus peperit, quos habere cordi & memoriæ operæ preciũ esse hercle puto.

A. Gell. li. 2. att. noc.

Hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm:
Ne quid expectes amicos, quod tu agere possis.

Est quoque celebre apud Latinos scriptores prouerbium, cuius fundamenta hac sua sedulitate Abraham iecisse videtur: nempe hoc, Oculus domini in agro fertilissimus est. Et quidam interrogatus quod sterquilinium agro optimũ foret, respondit: Domini vestigia. Monemur ijs prouerbijs, vt quisque res suas curare velit, vt Abraham fecit, ne in alios earum curam reijciamus. Cæterum hæc frugalitas in conuiuijs apparãdis erat olim Romanis quoque in vsu. Qualis fuerit apparatus hic quo cognatos accipiebant, graphicè

phicè depingit Satyricus poëta his versibus.

Iuuen. Satyra 11.

Sicci terga suis rara pendentia crate
Moris erat quondam, festis seruare diebus,
Et natalicium cognatis ponere lardum
Accedente noua, si quam dabat hostia, carne.

Ipse quoq; poëta si quando amicum hospitem conuiuio accepturus sit, qualis futurus apparatus sit, his verbis aperit.

Iuuen. Satyra 11.

Fercula nunc audi, nullis ornata macellis,
De Tiburtino veniet pinguissimus agro
Hædulus, & toto grege mollior, inscius herbæ,
Nec dum ausus virgas humilis mordere salicti,
Qui plus lactis habet quàm sanguinis, & montani
Asparagi, posito quos legit villica fusso.

Corn. Tac. de morib. Germanor. Erant olim Germani quàm hodie sunt longè in hospites humaniores. Nã, teste Tacito, conuictibus & hospitibus non alia gens effusius indulgebat. Apparatus quibus hospites accipiebant, erant, cibi simplices, agrestia poma, recens fera aut lac concretum, sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem. Neque raro clarissimis viris aliquot vsu venisse legimus, vt si parum lauto conuiuio, & rebus ipsis minus & non pro sua dignitate instructis, accepti essent dissimulauerint tamen, & boni consuluerint. Prodi tum est Cæsarem Dictatorẽ circa victũ adeò indifferentem fuisse, vt quondã ab hospite conditum oleum, pro viridi appositum, aspernãtibus cæteris, solũ etiã largius appetisse, ne hospitem aut negligentiæ aut rusticitatis videretur arguere. Quid in Augusto Cesare ad optimi principis formulam desiderari possit non video? vtinam asoti, & ventris animalia illius frugalitatem imitarẽtur. Hic igitur exceptus est à quodam cœna satis parca, & quasi quotidiana. Nam pene nulli se inuitanti negabat. Post epulum igitur, inops ac sine vllo apparatu discedens, valedicenti, hoc tantum insusurrauit: non putabam me tibi tam familiarem. Et conuiuæ hospites Abrahæ eadem ciuilitate conuiuium tenue & exiguum tulerunt, vt qui animum magis pensarent q̃ ipsum donum. ¶ Ipse verò stabat iuxta eos sub arbore. ¶ Quid hoc esse putabimus φ conuiuij huius locus tam disertè indicatus sit, nempe in patẽti loco & sub arbore. Videntur veteres illi & frugales Romani hũc morem post multa secula, imitati; vt propalam vescerentur. Quum enim multa gulæ instrumenta quotidie apud illos, & ingenio excogitarentur, & magno studio conficerentur, tum cœptæ sũt ferri multæ sumptuariæ leges de cœnis & prandijs, & imperari cœptum est, vt patẽtibus ianuis pransitaretur & cœnitaretur. Sicq; oculis ciuium testibus factis, luxuriæ modus fieret. Nam, vt scribit Valerius Maximus, maxmis viris prandere & cœnare in ppatulo verecundiæ non erat: nec sane vllas epulas habebant, quas populi oculis subijcere erubescerent. Cæterum cum iam Romanorum Imperium cum illorum luxuria crescere, tum primum cœptum est in abdito & occlusis ianuis vesci. Conqueritur hoc Satyricus poëta, suo æuo Romano multum à maioribus degenerasse.

Sueton. in Cæsa. dict.

Mac. lib. 2. Saturn.

Val. Max. lib. 2.

Iuuen. Satyra 1.

quis fercula septem
Secreto cœnauit auus.

Mansit tamen hic publicè prandendi & cœnandi mos apud maximos reges & Imperatores, quos patentibus ianuis, & mixta omnium hominum turba admissa, vescentes videmus. Refert sacra scriptura Abraham extra ostium venientibus angelis occurrisse, Saram uerò sese post ostiũ occultasse. Gregorius hoc allegoricè interpretatur, vt Abraham sit ratio in homine, cuius arbitratu & Dominio oia agenda sint, & quæ in omnibus humanis negotijs sese nusq; non pferre debeat. Porrò Sara affectiones carnales exprimit, quæ semper occultandæ sunt, & retro pellendæ. Discretione, inqt Gregorius, magni moderaminis carnis cura frenanda est, vt seruiat, & minimè precipitetur, ne quasi domina animum vincat, sed subacta mentis dominio quasi ancilla famuletur, vt iussa adsit, atque ad nutum cordis repulsa desiliat, vt vix à tergo sanctæ cogitationis appareat, & nunq; contra faciem recta cogitantis obsistat. Hæc Grægorius. Regia profectò res est, seipsum vincere, & ille cumprimis admirabilis, vt inqt Seneca, qui sibi imperat, qui se habet in potestate, cũ facilius sit gentes barbaras vincere, quã animum suum continere. Dixit Plato & repetit Platonicus Apuleius: Animanti sanitatem adesse, & vires & sanitatem, cum rationabilis animæ portio, veluti domina reginaq; dominatur, sibiq; subiicit

Greg. lib. 9 Moral.

Senec.

Plato.

ijcit cupiditates; quas ancillari, & obedienter subsequi decet rationi imperatrici. Harum cupiditatũ & domitarum affectionum ab imperatrice ratione exempla complura existunt apud Christianæ Philosophiæ professores, quæ huc afferre, vt omnibus nota sunt, ita etiã superuacaneum erit. Sunt nõ pauca apud ethnicos etiam, quę non inutile erit si in gratiam studiosorum adduxerimus. Scribit Homerus Achyllem petulantibus verbis ab Agamemnone increpitum, & in furorẽ versum, statimq; cogitasse, an stricto gladio in Agamemnonẽ inuaderet, an quiesceret: dumq; sic anceps est & gladio manum admouet, subito Pallas cœlitus aduenit, & hæc verba frangit.

Homerus Iliad. α.

ἀλλ' ἄγε λῆγε ἔριδος, μὴ ξίφεος ἕλκεο χειρί.
id est.

Quare age mitte precor certantem sanguine litem,
Ac ensem manibus vagina conde nitentem.

Nec; Achylles Palladis verbis & monitis rebellis, sed mox omissa ira, & placata mente gladium vagina condidit.

ἦ, καὶ ἐπ' ἀεγυρέην κώπην χεῖρα βαρεῖαν
ἄψ δ' ἐς κοπεὸν ὦσε μέγα ξίφος, οὐδ' ἀπίθησε
μύθῳ Ἀθηναίης, ἣ δ' οὐρανὸν ἷκε θοὴν κὴρ
δώματ' ἐς αἰγιόχοιο διὸς μετὰ δαίμονας ἄλλους.
Id est.

Sic ait, atque manu capulum comprendit, & arcta
Rursus fulmineum vagina condidit ensem,
Belligeræ victus placito sermone Mineruæ,
Quæ propere ætherium rursus conscendit Olympum,
Magni tecta Iouis repetens, sedesq; beatas.

Quis adeò imperitus est, vt non intelligat Homerum hic allegoricè loquutũ, nimirũ vt Palladi, id est, imperatrici rationi quisq; obtemperare debeat, eamq; tacitè suggerentem audire, & non iræ cupiditatiq; indulgere, sed prauas affectiones omnes retro pellendas? Inter septem sapientum Græciæ hoc adagium refertur, ἕπου θεῷ, id est, Sequere Deum. Putãt hunc esse sensum: obtempera rationi. Quasi cuiq; debeat oraculum esse, quicquid in pectore dictet ratio. Hancrationem vsq; adeò extulerunt veteres, vt illã Dei nomine dignati sint, & Deum appellarint. Hinc versus ille apud Græcos.

ὁ νοῦς γὰρ ἡμῖν ἕκαστος ἐν θεός.
Id est.

Inest enim suus cuiq; animus, Deus.

Apud Homerum frequens est hoc Hemistichium, καὶ τὸς θεὸς ἡγεμόνευε, id est, Quin & diuum aliquis ductor fuit. Extat Iosephi opusculum, cui titulus est; περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, id est, de imperatrice ratione. Quantum constans & præsens in homine animus valeat ad vicia retro pellenda, exemplo nobis est Socrates Græcæ sapientiæ columen & lumen. Erat Zopyrus quispiam Physiognomõ, id est, qui se naturam cuiusq; ex forma prospicere profitebatur. Hic cum in frequenti hominũ cõuentu multa vicia Socrati inesse dixisset, ab omnib⁹ derisus est, quod illa vicia in Socrate non agnoscerent, ab ipso autem Socrate subleuatus est, cum illa sibi signa inesse, sed ratione à se deiecta diceret. In Romanorum ingenijs nõnulla talia exempla existunt. Fuit L. Papyrius Cursor, vir et corporis animiq; viribus suo æuo insignis, nec vnq; bellica fortuna conatibus eius inferior fuit. Fuit hic Samnitico bello Dictator, & magistrũ equitum habebat Q. Fabium iuuenẽ impigrum. Dum igitur castra Romana in Samnio essent, & dictator ex negotio Romæ esset, Q. Fabius nactus occasionem, cum Samnitibus, iniussu Dictatoris manum conseruit, & nobilem victoriam retulit, Quod cũ ad Papyrium perlatum esset, mox ille furere, & Q. Fabiũ ad supplicũ deposcere, tanq; disciplinæ militaris præuaricatorem, & in suo pertinaci proposito perseuerasset, nisi Fabiũ Senatus Populusq; Romanus, precibus magis q̃ violentia, à merito supplicio eximisset. Hinc igitur, qs dubitauit, ingens à Fabio in Papyrium odium cepit, à tam pertinaci, in expetenda vlcione, studio. Cæterum quum iam anni aliquot intercessissent, & Romana res infœliciter in bello administrata esset, vt iã Dictatore opus esset, quod semp difficillimis Reipublicæ tẽporibus fieibat, Q. Fabio consuli negotium in cubuit, vt Dictatorẽ diceret. Erat tum Papyrius expertæ virtutis vir, & summa bellicæ rei laude cõspicuus, quẽ Dictatorẽ illud tempus expetebat, vt fessis subueniret rebus. Tũ certè Q. Fabius longe maiorem laudem ex affectionibus suis domitis retulit, q̃ ex vllo vnq; bello. Certè applaudente Senatu populoq; Romano, Fabius Papyriũ Dictatorem dixit, vt appareret insignem dolorem ingenti comprimi animo. Inter Romanos Imperatores vix aliquis fuit, cuius priuata vita magis vicijs suspecta fuit, & principatus omnibus virtutibus conspicuus, atq; Titi Imperatoris. Sub patre Vespasiano nihil nõ illius nomine egit, & maximis muneribus Imperatoris nomine fungebatur, suspecta erant in illo maxima vicia, seuitia, libido, rapacitas. Deniq; secundus Nero, Vespasiano successurus videbatur. Sed contra atq; puratum est, omnia cesserunt, magna illa vicia, maximis virtutibus pensata sunt, cessit rapacitas liberalitati, sæuitia clementiæ, libido castimoniæ. Reginam Beronicen, quam nuptiarum spe in vrbem dedũxerat, & in amoribus delicijsq; vsurpauerat, simulatq; Imperator declaratus fuit, inuitus inuitam ab vrbe dimisit. Tantum animi robur in Tito Imperatore fuit, vt rationem in omnibus propalam & conspicuam esse sineret, carnales verò affectiones in postremis haberet, nempe, vt ratio tanq; Abraham foras prodiret, & Sara tanquam carnalis affectio pone tabernaculi ianuam delitesceret. Non sum nescius veteres Theologos ferè omnes hic allegorijs rem agere, vt in tribus his angelis trinitatis mysterium expressum putent, & quod Abraham vnum adorauerit, diuinitatis vnitatem representari. Sed & Sara idem expressit, cum tres similæ mensuras iussa esset in vnam Plasten subigere, & hoc esse quod Christus Iudæis ait: Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauisus est. Suidas allegoricè panem hũc subcinericium, & tres similæ mensuras interpretatur. ἐγκρυφίας αὐτῷ φησὶ κατοδῷ λεκρυμμένῳ· τὰς δὲ γὰρ μέρη φησὶ σεμιδάλεως, ἐξ ὧν ὁ ἐγκρυφίας ἐγένετο τοῦ τριήμερον τοῦ αὐτοῦ τῆς ζωῆς τραφῆν ὑποκινήσεται.
Id est. Subcinericius panis in cinere abscõditus, & tres partes similagnis è quibus hic subcinericius panis factus est, significat per ænigma triduam sepulturam panis vitæ. Nec illud emphasi caret, quod vitulus quem Abraham hospitibus præparauit, tener fuisse refertur. Senserunt ethnici dijs suis gratiora esse quæ tenera essent, & Vergilius cum viuentem Augustum cõsecrasset, hostiam aræ illius teneram describit:

Virgil. in hac.

illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.

Cic. lib. 4. Tusc. quæst.

T. Livius lib. 8. ab vrbe cond.

T. Livius lib. 9. ab vrbe cond.

Suetonius in Tito.

Suidas.

Augustinus scribit Christũ Dominum in hoc vitulo præfigurari, qui vitulus non est durus, sed tener, & quid tam tenerum est quàm ille, qui se pro nobis humiliauit vsque ad mortem. Sed filiium Dei Christum tenerum fuisse in prouerbijs Salomon scribit בֵּן הָיִיתִי לְאָבִי רַךְ וְיָחִיד לִפְנֵי אִמִּי Id est. Filius fui patri meo tener & solus filijs matris meæ. Mirum est cur Salomõ filium Dei tenerum appellauerit, sed prouerbialiter vt multa alia, vt immensam illius sapientiam declararet. Auctor est Aristoteles hominem tactum habere exactissimum, in cæteris sensibus multum ab alijs animalibus superari. At homo tactu longè cæteris omnibus excellẽtius percipit, quapropter & prudentissimum est animalium. Indicium autem est, in hominum genere ob hoc instrumẽto sensus ingeniosos esse hebetesue, & nõ ob aliud quicquam, οἱ μὲν γὰρ σκληρόσαρκοι ἀφυεῖς τὴν διάνοιαν, οἱ δὲ μαλακόσαρκοι, εὐφυεῖς. Id est. Qui nanque duri sunt carne, ij sunt ineptí mente, qui verò sunt molles carne, ij sunt ingeniosi menteq; dextri. Sic ergo filius Dei mollis siue tener appellatur, vt non solum immensæ pietatis suæ teneritudinem declararet, sed vt etiam infinitæ sapientiæ capacitatem innueret, & bene disciplinabilem, & ad recipienda patris documenta ostẽderet. [Quumque comedissent dixerunt ad eum. Vbi est Sara vxor tua? Ille respondit: Ecce in tabernaculo est. Cui dixit. Reuertens veniam ad te, & habebit filium Sara. Quo audito Sara risit post ostium tabernaculi. Erant autem ambo senes prouectæque ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria. Quæ risit occultè dicens: Postquam senui, & Dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo?] Corporis voluptas in adolescentibus miseranda quidem est & coercenda, in vetulo verò portentosa, & ipsis quoq; voluptatum sectatoribus deridicula. Certè inter omnia monstra nullum monstrosius senili libidine. Monet senem libidinosum ætas, vt ad speculum vadat, & canos & capitis niues, aratamq; rugis frontem, cadaueríque simillimam faciem contempletur, ac iam capulo proximus, alia annis suis magis consentanea curet, & quod ratio-

August. in Serm.

Arist. li. 2 de an.

ne decuerat facere, hoc annis admonentibus, vel cogentibus potius, faciat. Non de nihilo est quod Iuuenalis inquit.

Iuuen. Satyra 10.

quid quod meritò suspecta libido est,
Quæ Venerem affectat sine viribus.

Cic. de Sen. Clarum est hoc Sophoclis responsum, cum ex eo quidam iam confecto ætate quæreret, vteretur ne rebus Venereis, dic meliora, inquit, libenter verò isthinc tanquam à Domino agresti ac furioso profugi. Quod nos legimus, muliebria, Septuaginta eandem vocem τὰ γυναικεῖα habent, id est, τὰ ἔμμηνα, menstrua. Mulier, auctore Plinio, post quinquagesimum annum nõ gignit, maiorq; pars quadragesimo profluuium genitale sistit. [Dixit autem Dominus ad Abraham. Quare risit Sara vxor tua dicens, num verò paritura sum anus? Et paulo post. Negauit Sara dicens: Non risi, timore perterrita. Dominus autem, non est, inquit, ita: sed risisti.] Naturalium rerum periti asseuerant affectiones humanas certis quibusdam visceribus inesse, & quasi sedes quasdam habere, timorem in corde esse putant, amorem in iecore, risus intemperantiam cõstare lienis magnitudine. Ad hoc respexit Persius, cum inquit: Sed sum petulanti splene cachinno, id est, derisor. Perquàm mirum videri potest, quod cordata mulier Sara ob risum tam acerbè increpita sit. Sed fuit risus hic intempestiuus, & magis ex differentia promissionis diuinę ꝓficiscens, quàm à gaudio. Cum enim Dei pollicitationem filium promittentis verbis refellere non auderet, risu confutare volebat, est enim confutationis quoddam genus quod ridendo fit, vt scribit Plato. τί τοῦτο ὦ πῶλε γελᾷς; ἄλλο οὖν τοῦτο ἐστὶν ἐλέγχου εἶδος, ἐπειδάν τις τι εἴπῃ καταγελᾷν, ἐλέγχειν δὲ μή. Id est. Sed quid hoc ô Pole quod rides? est enim certè alia quædam confutationis species, cum quis aliquid dixerit, ridere, confutare verò non. Talis certè Saræ risus fuit, nempe confutationis, sed dignus, vt etiam factum est, vt à Deo coargueretur. Fuerunt olim, si Græcis Latinisq; scriptoribus credere libet, qui in totum nunq; riserunt, vel saltem semel. Phocion vir ille moribus integerrimis fuit. Eum, auctore Plutarcho, nemo Athenienſium vidit neque ridentem, neque plorantem. Lucilius scribit M. Crassum auum Crasi in Parthis interempti, semel in omni vita risisse, & ob id Agelastum vocatum: sicut nec flesse multos. Multi auctores sunt Philippum Cæsarem Philippi Imperatoris filium, duodecim annorum adolescentem Agelastum fuisse, & nullo vnquam cõmento in risum soluí potuisse, & quod patrem ludis secularibus petulãtius cachinnantem, quanq; ad huc tener, vultu notauerit auersato. Cæterum, vt Hieronymus scribit, fuit hæc illorum affectata seueritas, & gloriam quærens auramq; popularem: nos affectus & perturbationes, quàmdiu in tabernaculo corporis huius habitamus, & fragili carne circũdamur, moderari & regere possumus: amputare non possumus. Sunt aliquot risus à veteribus scriptoribus notati, qui tanq; parum digni graui viro, à Christianis omnibus vitandi sunt. Aiacis risus de illis dicitur, qui temerè ac vecorditer rident, quales sunt qui mortiferis gaudent voluptatibus, perituri breui, vel qui malefactis gaudent, & exultant in rebus pessimis, mox pœnas daturi, cuiusmodi risum eleganter describit Homerus de procis Penelopæ nuptias ambientibus.

Plato in Gorgia.

Plutar. in Phoc.

Plin. lib. 7.

Plin. lib. 7.

Hieronym. ad Demet.

Persius.

Homerus ὀδυσσ. υ.

ὡς φάτο τηλέμαχος μνηστῆρσι δῖος ἀγαλλὰς ἀθήνην
ἄσβεστον γέλον ὦρσε πεφυζέπλαγξεν δὲ νόημα
δισσὴ δὴ γυναῖκες γελόων ἀλλοτρόποισιν
ἐμμορφοῦσ' ἔνδον δὴ λρεία ἔδειον, ὄσσε δ' ἄρα σφέων
δακρυόφιν πίμπλαντο, γόον δ' ἀΐετο θυμός.

Id est.

Deinde procis risum commouit dua Minerua
Haud compescendum, mentemq; excussit, at illi
Protinus attoniti, malis risere alienis.
Mandunt interea tabentes sanguine carnes,
Lumina complentur lachrymis, mens anxia mœret.

Celebrantur & variarum gentium risus apud Græcos prouerbiorum loco, vt risus Ionius, in molles & voluptuarios, risus Megaricus, in eos qui parum tempestiuè iocantur, & risus Chius de molli lasciuioq; dicitur. Verum hi risus taxantur his Græcorum versibus.

γελᾷ δ' ὁ μωρὸς κἄντι μὴ γελοίου ἔῃ.

Id est.

Ridet fatuus, quamuis nulla risus causa sit.

γέλως

γέλως ἄκαιρος γὴ βροτοῖς πολὺν κακόν.

Id est.

Risus intempestiuus in hominibus graue malum.

Lampri. in Heliog. De Heliogabalo Imperatore viciorum omnium archetypo & patre, memoriæ proditum est, sic nonnunq; risisse, vt publicè in theatro solus audiretur. Isocrates ad Demonicum scribit, qualis esse risus debeat, & qualis sermo. μήτε γέλωτα πρόπετῆ διῶκε, μήτε λόγον μετὰ θράσους ἀποδέχου, τὸ μὲν γὰρ ἀνόητον, τὸ δὲ μανικόν. Id est. Neque risum petulantem ama, neq; sermonem cũ audacia suscipe: Hoc quidem enim stultum, hoc verò furiosum. Homerus nusquam nõ dijs suis diuinam maiestatem detrahit, cum illis humana vicia affingit, leuitatis & vanitatis arguit, parum modestum risum & dissolutissimum illis inesse scribit.

Isocrat. ad Demonic.

Homerus ἰλιαδ. α.

ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν
ὡς ἴδον ἡφαίστον διὰ δώματα ποιπνύοντα.

Id est.

Hinc dij perpetuo testantur gaudia risu,
Cernentes claudum satagentem hinc inde ministrum
Vulcanum superum per Olympica tecta Deorum.

Quàm verò hic ἄσβεστος γέλως, id est, inextinguibilis risus à deorum maiestate alienus sit, imò quàm grauem virum non deceat, satis ostendit Plato, ὅτι ἄρα ἀνδρώπους ἀξίους λόγου μεγαλύνοις ἂν γέλωτος ὧν τις ποιῇ ἀπολελεκτέον, πολὺ δὲ ἧττον ἐὰν θεούς. Id est. Neque certè putaret quis homines illos esse ratione dignos, qui à risu superati essent, & multo minus deos. Intelligens Vergilius profusum illum risum, & qui diductis buccis fit, minimè grauem virum decere, Iouem suum subridentem inducit.

Plato politic. γ.

Vergil. li. 2 Eneid.

Illi subridens hominum pater atq; Deorum.

Lucianus Sed & Lucianus ἄθεος & contemptor Deorum, de Ioue tamen sic scribit, μεδιάσας ὁ Ζεὺς, καὶ μικρὸν ἐπανεὶς τῶν ὑφρύων. Id est, Iuppiter verò risit, & parũ vultus seueritatem remisit, tanquam indecorũ esset, in mollem & lasciuum risum effundi. Cæterum quum hic affectus adeò innatus homini est, vt ab eo prorsus auelli non potest, moderandus est, neque ab alio ridendi formula petenda est, nisi à pientissimo viro Bernhardo, quem sic risisse accepimus, vt potius stimulus ei necessarius esset quàm frenum. [Quum ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam, & Abraham simul gradiebatur deducens eos.] Liquet certè ex ijs verbis quàm piè & sanctè Abraham hospitalitatem coluerit, quàmque etiam accuratè omnes diligentis hospitis numeros expleuerit, nempe non solum officiosè hospites suscipere, verum etiam abeuntes summa ciuilitate deducere. Postulat siquidem pia hospitalitas geminam hanc functionem, quam in Abraham fuisse vidimus. Sed & Vlysses, Homero teste, summam laudem in hac parte meruit, qui non solum hospitum susceptor fuerit, sed etiam illos comiter dimittere solebat, quod de illo Penelope fatetur, quem absentem putabat, cũ tamen præsens esset.

Homerus ὀδυσσ. τ.

οὔτ' ὀδυσεὺς ἔτι δῖος ἐλεύσεται οὔτε σὺ πομπῆς
τεύξῃ, ἐπεὶ ἔχει σημάντορες εἶσιν ἐν οἴκῳ
οἵ τε ὀδυσεὺς ἔσκε μετ' ἀνδράσιν εἴποτ' ἔην γε
ξείνους ἀνδροῖσι ἀποπεμπέμεν, ἠδὲ δέχεσθαι.

Id est.

Neq; Vlysses domum veniet, neq; tu deductionem
Assequeris, nulli enim tales deductores in domo sũt,
Qualis Vlysses fuit, cum inter homines esset:
Venerabiles hospites deducere & suscipere.

Ex tot iam verbis inter Abraham & hospites vltro citroq; habebitis, nõ obscurè intellexit ille in hospitibus supra humanam naturam quid esse, nempe angelos humana persona indutos, & summi Dei legatione fũgẽtes, neq; pœnituit Abraham communicati hospicij, sed cõtrà piè sibi placuit, de talium hospitum cõuictu, & sodalitate. Monet ergo Paulus ad hospitalitatem diligenter sectandam. Hospitalitatem, inquit, nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidã angelis hospicio receptis. Nec dissimile est illud quod Homerus de Ioue hospitali inquit.

Heb. 13.

Homerus ὀδυσσ. ι.

ὅς ξείνοισι κέμα ἀνδροῖσιν ὀπηδεῖ. Id est.

Qui hospites venerandos simul comitatur.

Nec me latet quid veteres potissimum Theologi Tertullianus & Augustinus, de his tribus viris ab Abraham hospitio susceptis, prodiderint. Tertullianus filium Dei cum duobus angelis, sed huma-

Tert. cont. Marcion.

na carne assumpta apparuisse putat. Augustinus tres angelos fuisse scribit, ad diuinæ triadis mysterium repræsentandũ. Quomodo verò sibi corpora assumpserunt, vt humanis essent conspectibus visibiles, parum sibi liquere scribit. Cæterum vt quod sentiam loquar, nunquã mihi persuasum velim, hanc angelorum apparitionem, ita in totum ex hominum memoria abolitam, vt nulla apud ethnicos illius mentio sit. Video prophanos scriptores excidij Sodomæ & Gomorræ meminisse, qui igitur fieri potuit, vt horum angelorum, quorum opera vrbes illæ euersæ sunt, memoria apud ethnicos authores interciderit? Mos ferè poëtis est res vetustissimas & verè factas ad fabulas, oleftamenti causa traducere. Canit Ouidius tres Deos Iouem, Neptunũ & Mercuriũ dissimulata psonæ suæ magnitudine ad senem quendã Hyreũ, ante casam suam stantem venisse. Fuit hic hospitalis & tergiuersantes in tecta sua ducit, mactat bouem & igni torret, pauitq; eos pro præsenti sua fortuna. Tandem vbi Deos esse senex agnouit, communicati hospicij loco filium à dijs petijt, cum ab vxore iam defuncta tollere non posset. Poëticum hoc, à tribus his angelis ab Abraham hospicio susceptis detortum videtur, ab ijs siquidem filij promissionẽ accepit Abraham, vt Hyreus à tribus illis dijs suis. ¶ Dixitq; Dominus. Num cælare potero Abraham quæ gesturus sum, cum futurus sit in gẽtem magnam ac robustissimam, & benedicendæ sint in eo omnes nationes terræ. Et paulo post. Clamor Sodomorum & Gomorreorum multiplicatus est, & peccatum eorũ aggrauatum est nimis. Descendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint, an non est ita, vt sciam. ¶ Monet hic Rabi Moyses Ægyptius verbum descẽdere cum de Deo dicitur, vt Deus dicatur descendere ad hominem vel ciuitatem, pro plaga & punitione diuina intelligi debere. Sic supra descendit ad eos qui impio conatu turrim babylonicam extruxerunt, quos etiam in varias linguas discidit, hic ad Sodomitas, quos statim sulphureis flãmis absumpsit. Verba hæc quæ Deus ad Abraham loquutus est, de Sodomorum & Gomorreorũ scelere faciunt, vt credam complura olim in rudi illo seculo memoriæ esse prodita, vel etiã sermone per manus tradita, quæ deinde ad Græcos & Latinos sunt deriuata, & humana eloquentia cultiora reddita. Queritur apud Ouidium Iuppiter in Deorum consessu, scelerũ omnia esse plena; & ijsdem verbis ferè vtitur, quibus hic Deus ad Abraham.

August. de Trin.

Ouid. lib. 5 Fast.

Moys. Ægyti. 1. duct.

Contigerat nostras infamia temporis aures,
Quam cupiens falsam, summo delabor Olympo,
Et Deus humana lustro sub imagine terras.
Longa mora est, quantum noxæ sit vbiq; repertum
Enumerare: minor fuit ipsa infamia vero.

Ouid. li. 1. Metam.

¶ Conuerteruntq; se inde: & abierunt Sodomam. Abraham verò adhuc stabat coram Domino. Et appropinquans ait. Nunquid perdes iustum cum impio? Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul, & non parces loco illi propter quinquaginta iustos si fuerint in eo? Absit à te vt rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, fiatq; iustus sicut impius. Non est hoc tuum qui iudicas omnem terram &c. ¶ Nemo ferè erit qui rhetorum præcepta & dicendi artem in sacris literis quærendam putabit, verum hæc latenter diuinis scripturis inspersa sunt, & sic caput efferunt, vt solis peritioribus pspiciantur. Rhetorum præcepta duplex exordium tradũt, principium & insinuationem. In principijs, auctore Fabio, est recta beneuolentiæ & attentionis postulatio. Cæterum in turpi causæ genere insinuatio irrepere animis debet, maximè vbi causa nõ satis honestaest, vel qa res sit improba, vel qa hominibus pbetur parum. Igitur, vt Cicero tradit, si causæ turpitudo contrahet offensionem aut pro eo homine, in quo offenditur, alium hominem qui diligitur, interponi oportet; aut prò re in qua offenditur, aliã rem quæ probatur: aut p re hominem, aut pro homine rem: aut ab eo quod odit, ad id quod diligit auditoris animus traducat: & dissimulare id te defensurũ, quod existimeris defensurus. Hactenus Cicero. Vnde præcepti huius clariora exempla petemus, nisi ex hisce Abrahæ verbis? Sciebat pessimam Sodomorũ causã, & nefarios esse homines non ignorabat, vt qui in Deũ & homines iuxta essent impij, neq; aliquod illis suppetere præsidiũ, vt ab impendẽti eruerenẽ clade, insinuat tamẽ sese & iustorũ causã, quorũ mirã esse raritatẽ sciebat, agit: vt vel illorum innocentia, sceleratorũ flagitia pensarentur, neq; phas esse dicere,

Exodi 32.

Quint. li. 4.

Cicero li. 1 de Inuen.

cere, vt iuxta boni malique eadem inuoluerentur pœna, magis decere diuinam clementiam, vt malos ob inculpatorum innocentiam tutos præstet, quàm vt inculpati malorum temeritatem luant. Vsus est & Moyses insinuatione cùm pro populo Israelitico, ob idololatriam cõmissam, Deum deprecaturus esset. Sciebat Deum iam populo Israelitico infensum, vtpote idololatriæ scelere polluto neque facile preces admissurum, ascisciteergo alios quorũ memoria apud Deum sacrosancta erat, & in quorum gratiam peccatum facile condonaturus esset. Quur domine irascitur furor tuus contra populũ tuum, quem eduxisti de terra Ægypti: in fortitudine magna, & in manu robusta. Et statim. Recordare Abraham, Isaac & Iacob seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum dicẽs: Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cœli: & vniuersam terram hanc, de qua loquutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam semper. Placatusq; est dominus, ne faceret malum, quod loquutus fuerat, aduersus populum suum. Tantum ergo valebat insinuatio in tempore adhibita. Sed vt ad Abraham reueriar. Mirum est quãto ingenio, & quo verborum artificio sese insinuet, & quomodo diuinam clemẽtiam venetur & constringat, neq; finem faciat donec à quinquaginta hominibus ad decem perducat. Est obiter hic non rã miranda quàm etiam prædicanda diuina bonitas, quę tot vrbium & tot hominum scelera, decem duntaxat inculpatis pẽsare satis habebat. Est illud regium & planè heroicum, in gratiam paucorum & quidem optimorũ, parcere innumeris, quod quidem Augustus Cæsar vnico exemplo declarauit; totius orbis imperio, cum ob alia multa, tum ob hoc certè dignus. Bello Actiaco fugato terra marique M. Antonio & Cleopatra, cum iam Alexandria obsessa esset, & per deditionem recepta, Augustus in media vrbe, è sublimi suggestu, cum Alexandrini extrema omnia timerent, pronunciauit se omnibus veniam dare, idq; ob Alexandrum Magnum conditorem, & splendorem vrbis, tum etiam propter Arium eius vrbis philosophum, quo Augustus perquàm familiariter vtebatur. Et Arius quidem tanto honore ab Augusto dignus habitus est, vt Alexandrini omnes vni illi salutem referrent acceptam. Sed quis non miretur in tot numerovrbibus, ne decem quidem fuisse, quibus salutem suam omnes deberent? Veram ergo esse confiteamur necesse est sentẽtiam illam Biantis, qua illum vsum fuisse Laërtius refert, οὐ γὰρ πλείους ἐν κακοῖς. Id est. Plures esse malos. Et Cicero verissimè ait: Deteriorum magna natio est, boni verò singulares. Sed & Satyricus poëta malorum multitudinem & bonorum raritatem ijs versibus testatur.

Plut. in M. Antonio.

Laer. Dio.

Cicero.

& Catilinam

Quocunq; in populo videas, quocunq; sub axe,
Sed nec Brutus erit, Bruti nec adunculus vsquam.
Rari quippe boni, numero vix sunt totidem quot
Thebarum portæ, diuitis vel ostia Nili.

Iuue. Sat. 13. 14.

Sed & Plautus ait: Mores boni sunt intermortui, mores verò mali quasi herba irrigua succreuerunt vberrimè. Scribit Lucianus bonos & integros homines inuentu difficiles esse. οἱ ἀγαθοὶ δυσεύρετον χρῆμα, καὶ πᾶν τοὐναντίον τοῦ ἐπελειπτὸς ἐκεῖνος, οὗτος δὲ ὁ λυγκεὺς ἂν ἐξεύροι ῥᾳδίως, ἀμαυρὸν οὕτω καὶ μικρὸν ὄν· καὶ γὰρ οἱ ἀγαθοὶ ὀλίγοι εἰσίν. Id est. Boni, possessio est quę haud facile inueniri potest, vt quæ iamdudum è vita concesserit, adeò obscura atq; pusilla, vt illam vel Lynceus vixdũ inueniat. Sunt enim boni perpauci. ¶ Veneruntq; duo angeli Sodomam vespere, sedente Loth in foribus ciuitatis. ¶ Nemo fortasse vsq; adeo imperitus erit, neq; tam nullius ingenij, qui non magnæ significationis causa factum putabit, quod Abrahæ tres angeli, sed palliotenus viri sese obtulerunt, idque meridiana luce, & fulgentissimo iam sole, & Sodomam duo duntaxat veniunt, sed sub vesperam & primis tenebris intendentibus. Et Abrahæ quidem dignitatem commendat illud, quod diuinæ trinitatis quandam imaginem in tribus angelis perspexisse credatur, idq; clarissima diei luce. Est certè ternarius numerus ex omnibus perfectissimus, & hoc impari numero Deus gaudet, ut Vergilius canit. Atqui Sodomitis infausta & dira portendit angelorum hic numerus, nempe duo. Est enim hic dualis numerus, cũ ab unitate & trinitate recedat, sinister, & infœlix habitus necdũ apd ethnic. auct.

Plautus in Trinum.

Lucian. in Timone.

Genesis Cap. XIX.

Vergil. in Eucol.

verumetiam apud ecclesiasticos scriptores nõ per omnia bene audit. Quum iam Iudæorum res in deterius laberentur, & ad exitium & vastitatem omnia respicerent, & ob mortem Christi innocentissimam gens illa bellorum esset cladibus affligenda, quo alio signo magis hoc indicandum erat, nisi in Iudæorum pontifica tu in duo scisso? Et hoc est quod Christus patitur nõ sub vno pontifice, sed sub duobus pontificibus Anna & Caypha: quod Iudæis luctuosum & triste futurum erat. Sic etiam Sodomorum interitum, Deus duobus hisce angelis præfigurari volebat. Nec minus infaustum est, quod duo ij angeli Sodomam veniunt, non plena & meridiana luce, quod in Abraham factum legimus, sed sole in occasum declinante, & magna vmbra omnia inuoluente. Quid hoc aliud nisi finem & interitum significabat nefandæ Sodomorum genti instare. Talis interitus præsagium describit Homerus procis illis contigisse, quos Vlysses omnes interfecit, vt ante cædem sol occidere visus esset, & tenebris illorũ capita obtegerentur.

Homerus ὀδύσσ. Y.

εἰλίλουν δὲ πλέον προθύρου, πλεῖν δὲ καὶ αὐλὴ
ἠερόεν δ' ἐφέβη δὲ νεφὸς ζόφος ἠελίοιο δὲ
οὐρανοῦ ἐξαπόλωλε, λάκη δ' ἐπιδεύοντο ἀχλύς.

Id est.

Vestibulum & aula plena erat imaginum,
Quæ vagabantur, & profundæ tenebræ incumbebant
Sol cœlo deperijt, mala autem superincurrit nebula.

Cæterum à piorum numero neutiquã eximendus videtur Loth. Declarat certe pietatẽ eius, quod solus ex tot sceleratarum vrbium excidio, communi sit clade ereptus. Quinetiam angelos, in hominũ specie hospitio suscepit, quodq; etiã violentia atq; iniuria à nefanda Sodomorum libidine impetitus, illorum præsidio tutatus sit. Eo enim vsq; progressa fuit effrenis Sodomorum libido, vt ædes Loth, in quibus angeli conuiuabantur, impetu facto, oppugnarent, eosq; vi ex ædibus tractos nefandæ suæ libidini subijcerent. [Ingressiq; domum illius fecit conuiuiũ: coxit azyma & comederunt.] Veteres Theologi accuratè omnia ad allegoricum intellectũ retulerunt, quæ Abraham hospitibus angelis apposuit. Porrò azyma hæc, quæ Loth coxit & hospitibus apposuit, ab intellectu allegorico aliena non sunt. Quis non optimo iure miretur Loth vitæ in omnibus syncritatem, qui in tanta hominum vitiosorum colluuione degens, in nullo tamen ijs vicijs affinis erat, quibus Sodomitani immersi erant? Horribile erat quod illi designabant, neq; Loth clam esse poterat, tãtum in naturam ipsam perpetratũ scelus, vt iam mirum esse posset, quod vir pudici & honesti ingenij inter illos vitam agere destinasset, quos omnibus corporis membris conspurcatos esse non ignorabat. Sed ni fallor, diuinæ prouidentiæ decreto agebatur, quo liquescere omnibus, fortem & constantis propositi virum, nunquam aliorum vicijs à recto vitæ tramite dimoueri posse. Laudandus certè est qui inter innocentes innocẽtem agit vitam: lõgè verò laudabilior qui inter vicijosos immobili ad virtutem gressu contendit. Putabat Simo in Pamphilo filio hanc virtutem esse, & eum satis spectatum putabat, & magnum exemplum continentiæ. Nam qui cum ingenijs, ait, conflictatur eiusmodi, neq; commouetur animus in ea re tamen, scias posse habere iam ipsum suæ vitæ modum. Sed in Loth illud Platonis verum factum esse videmus, in ea gente quæ plurimum mala est, si quis bonus sit, eum esse quàm optimũ. Significant igitur hæc azyma syncritatem vitæ Loth. Quo enim alio argumento indicaret se à Sodomorum sceleribus alienum, nisi pane nullo fermento vciato: quos ad innocentiẽ suę testimonium, tanquam symbolum aliquod, mensæ, cui angeli accumbebant, intulit. [Prius autem quàm irent cubitum, viri ciuitatis vallauerũt domum illius, à puero vsque ad senem, omnis populus simul. Vocaueruntque Loth & dixerunt ei. Vbi sunt viri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc vt cognoscamus eos.] Video apud prophanos scriptores dubitatum, quibus auctoribus teterrima illa libido in masculos, originem habuerit. Sunt qui Persas execrabiles hos concubitus inuenisse putent, & hinc ἀῤῥηνοκοίτας vocari. Xerxes potentissimus ille Persarum rex, refertus omnibus præmijs doniſque fortunæ: non equitatu, non pedestribus copijs, non nauium multitudine, non infinito pondere auri contentus præ-

Terent. in Andria.

Plato.

Cic. li. 5. Tusc. qu.

premiũ proposuit, qui inuenisset nouam voluptatem, qua ipse inuenta non fuit cõtentus. Neq; enim vnquam finem inueniet libido. Sunt qui masculam hanc Venerem à Laio originem habuisse dicant, quod Athenæus sentire videtur, φασὶ δὴ τούτων ἐρώτων κατάρξασθαι Λαΐου γενομένου παρὰ Πέλοπι, καὶ ἐρασθέντα τοῦ ὑὸς αὐτοῦ Χρυσίππου, οὗ καὶ ἁρπάσαντα καὶ ἀναβιβάσαντα εἰς ἅρμα εἰς Θήβας φυγεῖν. Id est. Aiunt huiusmodi amores incœpisse Laium cum hospitio susceptus esset à Pelope. Eius enim filiũ Chrysippum cum diligeret, rapuit: & in currũ impositum, Thebas abduxit. Quàm verò familiare execrabile hoc vitium Græcis fuerit, declarat Athen. ὅλως δὲ τοὺς παιδικοὺς ἔρωτας τῶν τῶν τοῖς θηλείαις προσείνουσι πολλοί, πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις τοῖς δυνομαζομένοις πόλεσιν ἐν τῇ Ἑλλάδι πανταχοῦ τὸ τοῦτο τὸ ἔθος. i. Sũt multi qui puerorum amores longè præponunt mulierum amori. Certè in Græcia in multis bene constitutis ciuitatibus studiose hic mos exercetur. Et Πέρσας δὲ παρ' Ἑλλήνων φησὶν ἡρόδοτος μαθεῖν τὸ παιδίν χρῆσθαι. Id est. Herod. inquit, Persas puerorum amorem à Græcis didicisse. Constãs fama est tam Græcorum quàm Latinorũ scriptorum, teterrimã hanc libidinem, apud Thracas primum incœpisse Orpheũ antiquissimum vatem, quod Ouidius sic canit.

Athe. lib. 13. δεῖπν.

Athen. eodem libro.

Ouid. libr. 10. Meta.

Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem
In teneros transferre mares, citraq; iuuentam,
Aetatis breue ver, & primos carpere flores.

Sed neq; Iudæorum res dum olim populo & opibus florerent, expertes huius abominabilis sceleris erant. Cæterum vt sacra lingua turpia omnia verecundè significare solet, sic etiam libidinis huius masculæ auctores קדשים appellat. A quila interpretatur ἀνδρόγυνοι, id est, mutatos, hoc ostendere volens, quod suam naturam mutauerint, & de viris facti sint fœminæ. Nostra lectio habet, effœminati. Sunt huius portentosæ libidinis auctores, à piẽtissimis Iudæorum regibus, meritissimo supplicio affecti; & ne tantum malum latius serperet, prorsus extincti. Horret animus meminisse, & miratur tãtam olim in orbe fuisse infœlicitatem, vt sublimia ingenia, execrabile hoc peccatum, vel leue putarent esse, vel etiam risu dignum & condonandum. Putat Flaccus satius esse prodigiosam hanc libidinem committere, quàm in adulterium incidere. Nullus vnquam hominum Iulio Cæsare fuit animi magnitudine præstantior. Verum vir totius orbis domitor & tertor, hoc scelere prostratus & victus est. Gallico triumpho milites triumphantis currum sequentes scelera eius ioci loco cecinerunt. Est Curionis patris in Cæsarem dicterium: eum omnium mulierum virum, & omnium virorũ mulierem fuisse. Quid in Augusto ad summã fœlicitatẽ desiderari potuit? at in hoc vicio summè infœlix repertus est. Fuit cœna eius secretior in fabulis, quę vulgo ὀνοδοκοίτης vocabatur, eam, cum turpitudinis plena sit, explicare in animo non est. Omitto Tiberij Cæsaris, in recessu Caprensi, nefandam libidinem, Calígulæ & Neronis pederastiam referre non iubet, neq; operæ pretium est. In quæ libidinum monstra non iuerunt plebs populusq; cũ Imperatores ipsi tam horribilia flagitia designarent? Neq; iniuria Claudius Imperator laudandus est, quod solus è Cæsarum familia, expers in mares libidinis fuit. Fuit alioqui vir ad literas & eruditionẽ ingenio satis fœlici, cæterum ad rempublicam administrandam planè rudi & inepto. Verum hanc suam in Republica tarditatem, hac vnica sua castitate abundè pensauit. Omnem certè hãc ethnicorum cœcitatem, in qua caligabant, in hac teterrima libidine iudicanda planè discussit, & illuminauit Christi doctrina, quæ longè lateq; in orbe coruscante, sceleris huius atrocitatem patefecit. Laborabant hac infamia olim Galli, vt auct. est Ath. [illi τοὶ δὲ τῶν Βαρβάρων καυτοπαλλίσκας ἔχοντες γυναῖκας παιδικοῖς μᾶλλον χαίρουσιν, ὡς πολλάκις φίλους τοῖς ἀγραῖς μετὰ δύο ἑρωμένων ἀναπαύεσθαι. Id certè, Ex barbaris Celtæ, quamuis pulcherrimas mulieres habeãt, magis tamen puerorum amore gaudent, adeò vt frequenter aliqui cum duobus super stratum concumbant. Et Bardesanes ille Syrus vehementi vir ingenio, apud Eusebium tradit, apud Gallos pueros nubere solitos. Quod tamen scelus ita modo exhorrent Galli, idque Christianæ legis beneficio, vt nulla alia gens æquè. Legibus iam apud omnes Christianos comparatum est, teterrimæ huius libidinis conuictos à Sodoma Sodomitas appellari, & atroci ignis supplicio

Horat. in Sermon.

Sueton. in Cæsarib.

Ath. libro 13. δεῖπν.

Euse. Cæs. li. 6. Euan. præp.

cio affici. Tantum rigoris in hominum mores Christi doctrina inuehere potuit. Neq; iniuria in nefandos illos homines seuera hæc pœna decreta est, qui imbecillam ætatem, & præsidio indigentem, libidini suæ depopulandam, fœdandamq; substrauerint. Nõ potest hæc res pro magnitudine sceleris enarrari. Nihil amplius istos appellare possum, quàm impios & parricidas: quibus non sufficiat sexus à Deo datus, nisi & suum sexum profanè, ac petulanter illaudant. Neq; tamen negauerim complures apud ethnicos fuisse, qui natura duce, & ingenij fœlicitate, perspicere potuerũt, quàm graue scelus hæc mascula & prępostera Venus esset: idq́ue magis prauo mentis decreto & iudicio electa, quàm naturæ iure concessa. Romana illa seueritas Scatiniam legem promulgauit, quæ huic teterrimę libidini obuiam iret: suntq́ue complures apud Romanos hac lege damnati. Scatiniam hanc legem opprobrat Lauronia viris, & quæ exercenda in pædicones esset. Pudicitiã, scribit Cicero, cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marij propinquus eius imperatoris, interfectus ab eo est, cui vim afferebat: facere enim probus adolescens periculosè quàm perpeti turpiter malebat. Atq́ hũc ille vir summus, scelere absolutum, periculo liberauit. Execratur idem Cicero poëtam Alcæum, non aliam ob causam, nisi ob hunc puerorum amorem. Fortis vir in summa republica cognitus, quæ de iuuenum amore scripsit Alcæus: Aphranium togatarũ comœdiarũ scriptorem proscindit Quintilianus, ob nefandum hunc puerorum amorem. Aphranius, inquit, in togatis excelluit, vtinã nõ inquinasset argumenta, fœdis puerorũ amoribus mores suos fassus. Plinius hanc Venerem incessit ijs verbis. In hominum genere, ait, maribus diuerticula Veneris excogitata, omnia scelere naturæ. Idem Bardesanes de hoc vitio in hunc modum scribit. Ab Euphrate, ait, vsq́ ad orientalem Oceanum, cui furtum, vel cædes obijcitur, non magno mœrore torquetur, qui verò pudorẽ masculo eripuit, si res in lucem venerit; magnitudine ignominiæ, seipsum interficere cogitur. Scribunt veteres scriptores, Orpheum poëtam & huius libidinis auctorem, à mulieribus interfectum; quod puerorum amorem, suo prætulisset. Tantum scelus Thraicibus mulieribus. παιδερασία visa est. Sed iam sequentia videamus.

Iuu. Sa. 2.

Ci. pro Mi.

Cic. libr. 4. Tusc.

Quin. l. 10

Plin. l. 10.

Euseb. lib. 6. Eu. præpara.

Egressus ad eos Loth post tergum occludens ostium ait. Nolite quæso fratres mei, nolite malum hoc facere. Habeo duas filias, quæ necdũ cognouerunt virum. Educam eas ad vos, & abutimini eis sicut vobis placuerit, dummodo viris istis, nihil mali faciatis, qui ingressi sunt sub vmbra culminis mei. Magnum haud dubio animum Loth declarauit, qui vel corporis sui periculo, & domus suæ infamia, hospitum suorum existimationem tutabatur, nimirum vt ostenderet & posteritati exemplũ daret, hospitem non solum ab hospite tutum esse debere, sed etiam ab illo omnem propulsare debere iniuriam. Vt enim facile est iniuriam inferre hospiti, ita summum scelus est, intulisse. Monent quoq́ Græci hoc versu ab hospitum iniuria tẽperandum esse.

ξείνου ἀδικήσεις μηδέποτε καίριον λάβῃς. *i.*
Hospitem nunquam iniuria afficies, etiam occasionẽ nactus.

Scribit Homerus Priamum Regem Troianum supplicem in castra Græcorum ad Achyllem venisse, vt filium suum Hectorẽ ab Achylle singulari certamine interfectum, redimeret, & corpus ad sepulturã Troiam veheret. Miratur Achylles tantum audaciæ in Priamo esse, vt in hostilia castra veniret. Vertit tamen mox ferociam in clementiam, & Priamũ supplicem clementer tractat, ad mensam inuitat, & hospitem esse putat, non hostem. Deinde curat quomodo à reliquis Græcorum ducibus securus esse possit, qui ad Achillis castra ventitare solebant, nimirum declarans hospites ab omni iniuria vindicandos esse.

ἐκτὸς μὲν δὴ λέξον γέρον φίλε μήτις ἀχαιῶν
φθάσῃ ἐπελθήσει βουληφόρος οἵ τε μοι αἰεὶ
βουλὰς βουλεύουσι παρήμενοι ἠδὲ δίεμαι ὅς κ'
ἤν εἴ σε ἴδοιτο θοῷ ἐν χρὶ νύκτα μέλαιναν
αὐτίκ' ἀν' ἐξείποι ἀγαμέμνονι ποιμένι λαῶν
καὶ μὲν ἀνάβλησις λύσιος νεκροῖο γένηαι. *i.*
Vade senex, fessos dulcis sopor irriget artus,
Nec magis hic standum est, soliti nam sæpè venire
Huc Danaï: nostris & quid de rebus agendum
Consulti redeunt, quorum si visus ab vllo
Quæ tibi mens? sciet hoc populorum ductor Atrides
Nec tibi concedet referendos Hectoris artus.

Homerus Iliad. ω.

Refert T. Liuius post afflictam Cannensi pugna, rem Romanam, nobilissimam vrbem Capuã ad Annibalem defecisse. Vbi cum Annibal sumptuosissimo conuiuio, in ædibus Calauij prædiuitis viri epularetur, Calauij filius ferox iuuenis ad Punicum fœdus inclinari non potuit, sed contra clam gladio sub toga cingitur, vt in gratiam Romanorum, epulantem Annibalem obtruncaret. Quę vbi pater sensit, modis omnibus rogare & insitare, ne filius tam impium facinus designaret, & paternam mẽsam hospitis sanguine cruentaret, satis declarans pater in hospites sæuiendum non esse, sed contra, tuta omnia illis esse debere. Erat Romæ olim grauis conspiratio in Cæsarem Neronem inita, quæ Pisoniana ab historiographis vocatur. In hanc nomina dederunt complures senatores, equites, milites, fœminæ etiam, vt interfecto Nerone ad Pisonem imperium deferrent. Coniuratis placuit maturare cędem Neronis apud Baias in villa Pisonis: cuius amœnitate captus Cæsar crebro ventitabat, balneasq́ & epulas inibat omissis excubijs, & fortunæ suæ mole. Sed abnuit Piso, inuidiam prætendens, si sacra mensæ dijq́ hospitales cæde qualiscũq́ principis cruẽtarẽtur, adeò hospitalia iura tũ sacrosancta erant. Nota est crudelitas Mithridatis regis, qua vsus est cõtra hospites. Bellum suscepturus contra Romanos, sæuicia pro virtute vsus est. Epistolas enim per omnem Asiam misit, vt Romanæ ciuitatis homines, qui negotiãdi causa per Asiam dispersi erant, omnes trucidarentur. Erant autem supra octoginta milia ciuium Romanorum, quos regia illa crudelitas absumpsit, tum domus, templa, & aras, humana omnia atque diuina iura violauit, cũ tantę prouinciæ hospitales Deos iniusto, sed nõ multo cruore respersit. Est ergo optimus vir Loth meritò prædicandus, qui hospitalem necessitudinem summo studio hospitibus suis præstitit, vt etiam ipse capitis periculum subire, pro tuẽdis illis non subterfugerit. Sed iam Sodomorũ libidinosam violentiã audiamus.

T. Liu. li. 3. de pun. bello.

Corn. Tac. li. 15. An.

Vale. l. 9.

Eumq́; faciebant Loth vehementissimè. Iamq́; propè erat vt effringerent fores, & ecce miserunt manum viri & introduxerunt ad se Loth, clauserunt q́; ostium, & eos qui foris erant percusserunt cœcitate à minimo vsq́; ad maximum, ita vt ostiũ inuenire non possent. ¶ Hunc Sodomitarum in ædes Loth impetum, & frustra aditum quærentium, quippe cum fores vndiq́ essent occlusæ, & cœcitate etiam percussi, Gregorius ad allegoricũ intellectum refert: In homines obtrectandi studio occœcatos, qui nullum non lapidem mouent, quo bonis & inculpatis infamiæ labẽ aspergãt, semperq́ aduigilantes obseruãt, quid quis agat, & ansam captantes calumniæ, lustrant ac circũspiciunt vndiq́ vitã alicuius, vt obtrectandi causam habeant. Verum vndiq́ fores occlusas inueniunt, & aditũ inuenire nõ possunt, dum hunc, cui insidiæ struuntur, inimicitia compellit, vt in vita sobrius sit & vigilans, datq́ operam ut sit temperatus & cõtinens, ut uerax, ut humaniter, & æquè tractet eos qui secum habeant consuetudinem atque commercium. Sic igitur fit, ut cum sit undiq́ uigilantia & uirtutibus munitus, inimici nihil aliud proficiãt, nisi ut domum circumeant, quia inuidentes facta dictaque perscrutantur. Ex hac allegoria uerũ esse uidemus paradoxon illud, quod apud ethnicos etiam ualere scimus. Inimicos utiles esse posse. Hoc nempe fit, cum quis inimicum uiciosos suos mores captare perspexerit, tum uitam suã, moresque componit, uoluptates ex animo profligat, sicq́ paulatim ducitur in consuetudinem non peccandi, si modò uel paulum adiuuerit ratio. Adeo huic non obfuit inimicus, ut etiam plurimum profuerit. Itaq́ cæteris quidem satis est, si nihil accipiant ab inimicis mali, hos uerò qui sapiunt, Xenophon ait etiam utilitatem ex aduersarijs capere, πολέμιοι μὲν ἔν ἤδη ὅταν πολλοὶ ἀγαθοὶ ὄντες καταδουλώσωνταί τινας πολλοὺς δὴ βελτίους ἀνάγκαζον εὖ σωφρονεῖν σαντας, καὶ ῥᾷον βιοτεύειν τὸν λοιπὸν χρόνον ἐποίησαν. Id est. Hostes quidem cum etiam multi boni sint, cum in seruitutem aliquos redegerint, coëgerunt hos meliores esse & modestiores, & reliquum uitæ tẽpus melius uiuere. Hic iam spatiosus ille cãpus facile patere potest, ad tractãdum, quomodo hostium metus, & ab illis impendentia pericula, prudenti uiro bono esse poterunt; ut ad meliorem sese uitæ rationem transferat. In hoc argumento, nobis exemplo esse poterit urbs Roma, quæ bellis implicita, & Carthagine superstite, optimis semper moribus uitam transegit. Testatur hoc Salustius. Nã, inquit, ante Carthaginẽ deletam, populus & senatus Romanus, placidè modesteq́ rempu-

Greg. li. 6. Moral.

Xenoph. in Oecon.

Sal. in Iug.

rempublicam inter se tractabant: neque gloriæ certamen, neque dominationis, inter ciues erat: metus hostis, in bonis artibus ciuitatem continebat. Sed vbi illa formido à mentibus discessit, scilicet ea, quæ res secundæ amant, lasciuia atque superbia incessere. Idem sensit Scipio Nasica, optimus ciuis à tot Romanis ciuibus iudicatus: qui haudquaquam in senatu Romano cēsuit Carthaginem vrbem Romano nomini æmulam, a stirpe delendam, quod Cato Censorius fieri volebat: sed superesse, vt Romanis tātę vrbis metus terrorem inijceret, atque honestè et summa inter se pace vitam exigerent. Neque Nasicam sua fefellit opinio. Subuersa siquidem Carthagine, atqꝫ hostili metu liberati Romani, in omnes ciuiles discordias præcipites iuerunt. Mox enim cruētæ seditiones in vrbe fuerunt: deinde alia atque dissidia, mox ad ciuilia bella itum est, donec ad monarchiam res Romana deduceretur. Vsque adeò in officio continebat Romanos externorum hostiū metus. Huc spectat quod Satyricus poēta vere in hunc modum canit.

Iuu. Sa. 6. *Præstabat castas humilis fortuna latinas*
Quondam, nec vicijs contingi parua sinebat
Tecta labor, somniq; breues, & vellere Tusco,
Vexatæ, duræq; manus, ac proximus vrbi
Annibal, & stantes collina in turre mariti.

Neque hoc adeò mirandum in Scipione Nasica, quod bellicum terrorem, tanquam pædagogum quempiam populo Romano adhibedum volebat, cuius metu, in vitæ atque morum integritate perseueraret: egit idem Deus cum populo suo Israëlitico. Induxit hunc in Chananæorum terrā, cæsis prius incolis, & fortissimis gētibus occidione occisis, atqui neque à stirpe semel Chananæorum gentem exterminare volebat Deus, quo semper Iudaico populo, bellorum metus, & hostilis terror impenderet, atque in officio contineret, quod non semel Iudaico populo vsuuenisse scimus, vt bellis impetiti ad meliores mores, reiectis vicijs, traducerentur. Hunc esse bellorum vsum & fructum, nec Aristotelem fugere potuit, qui de bello sic scribit, ὁ μὲν γὰρ πόλεμος ἀναγκάζει δικαίους εἶναι καὶ σωφρονεῖν, ἡ δὲ τῆς τυχίας ἀπόλαυσις καὶ τὸ σχολάζειν μετ' εἰρήνης ὕβριστὰς ποιεῖ μᾶλλον. Id est. Bellum verò cogit esse iustos & modestè agere; fortunæ verò fruitio, & vacatio cum pace, petulātes magis facit. Fuerunt quoque non paucí, quos insignis aliqua clades, & rerū iactura, vel etiam aduersa corporis valetudo, meliores reddidit, atque ad fœlicio rem vitæ statum traduxit. Ferunt Zenonem philosophum, vbi nauigium suum fractum audisset, bene, inquit, fortuna, quum ad pallium nos compellis. Quę vnquam pestis nocentior fuit, vel quæ vnquam maiorem animarum iacturam intulit, quàm hæreses, quibus oppugnata est olim ecclesia, & negotia exhibuerunt cordatis & pijs viris. Sed hæc tam teterrima pestis, in bonum vertit ecclesiæ, & ingēs lucrum ex tam capitalibus hostibus, Christiano populo accessit. Hæresibus enim fæuientibus, eluxerūt clarorum virorum ingenia atque scripta, quibus illę oppugnatæ sunt: nec non varia scripturarum loca euoluta, quæ prius obscura, & paucis peruia erant. Multi enim sensus scripturarum sanctarum, ait Augustin. & paucis intelligētioribus noti sunt, nec asseruntur commodius & acceptabilius, nisi cū hæreticis respōdere cura compellit. Tunc enim etiam qui negligunt studia literarum, sopore discusso, ad audiendi excitantur diligentiam, vt aduersarij refellantur. Denique quàm multi scripturarum sanctarum sensus, de Christo Deo asserti sunt cōtra Photinum: quàm multi de homine Christo, cōtra Manicheum: quàm multi de trinitate, contra Sabelliū: quàm multi de vnitate trinitatis, contra Arianos, Eunomianos, Macedonianos; quàm multa de catholica Ecclesia to to orbe diffusa, & de malorum commixtione vsque in finem seculi, quod bonis in sacramentorum eius societate non obsint, aduersus Donatistas & Luciferianos, aliosque si qui sunt qui simili errore à veritate dissentiunt. Rursus alibi. Multi qui optimè possunt scripturas dignoscere, & pertractare, latebant in populo Dei, nec asserebant solutionem quæstionū difficilium, cum calumniator nullus instaret. Nūquid perfectè de trinitate tractatum est, antequàm oblatrarent Ariani? Nunquid perfectè de pœnitentia tractatum est, antequàm obsisterent Nouatiani? Sic non perfectè de baptismate tractatum est, antequàm contradicerent foris positi rebaptizatores. Multa enim latebant

Aristot. in Polit.

August. in Psal. 67.

August. in Psa. 54.

tebant in scripturis, & cum præcisi essent hæretici, quæstionibus agitauerunt ecclesiam Dei: aperta sunt quæ latebant, & intellecta est voluntas Dei. Hactenus Augustinus. Vnde rectè dictum est ab Antisthene, ad salutem & incolumitatem tuendam opus esse, aut amicis ingenuis, aut acribus inimicis: propterea φ illi dum admonent peccantes, hi dum maledicunt, reuocant à vicij. Et Hactenus paradoxon hoc, de vtilitate capienda ab inimico, tractauimus: cuius initiū ostendisse videtur Loth, qui in ædes eius inuadere conantibus Sodomitanis, ipse contra omni conatu illas munit, præsidioq; est, ne irrumpere valerent. Iam triste Sodomorum excidium in limine erat, & Loth partim Abrahæ merito, partim suo subtrahitur, fuissentq; generi eius, quibus filiæ Loth desponsatæ erant, communi clade exempti; si diuino imperio creduli essent voluisset. Loth igitur cum omni domo semel atqꝫ iterum ab vrbe exitum maturare iussus, sed cūctante eo & restitante, [Angeli apprehenderunt manum eius & manum vxoris ac duarū filiarum eius, eòquod Dominus parceret illi, eduxeruntque eum & posuerunt extra ciuitatem.] Credibile est pientissimum virum Loth cum familia, tacita mœstitia defixos esse, & non satis perspexisse, quid relinquerent, quid secum ferrent, nūc etiam in limine stetisse, nunc errabundos domum suam vltimum illam visuri, peruagatos, & larem, tectaq;, in quibus tot annos diuersati essent inuitos reliquisse. Sed vicit omnem rei familiaris iacturam, impendentis periculi metus. [Salua animam tuam, noli respicere post tergū, ne stes in omni circa regione: sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas.] Animam haud dubio vocat, vitam hanc quam viuimus, cui consulere Loth iubetur. Vsurpant & Latini animam pro præsenti vita: Satyricus poēta inquit:

Antisthen.

Iuuenalis. *I nunc & animam ligno committe dolato.*

Sed & procul se proripere ab infamibus vrbibus, & in montem ascendere iubetur: credo quum vrbes hæ mox sulphureis flammis arsuræ, in valle sitæ essent, ne fœtore & mephite incensarum vrbiū, vel extingueretur, vel certè affligeretur Loth; in montem ascendere iubetur, vbi quemadmodum ab incensis vrbibus longè abesset, ita etiā salubriorē auram captare posset. Cæterum Loth siue diffideret montibus, siue, quod verius videtur, vt saltem vnam ab interitu vindicaret, pro proxima vrbe preces suas interponit & ascensum in montem deprecatur ijs verbis. [Quæso Domine mi: quia inuenit seruus tuus gratiam coram te, & magnificasti gloriam, & misericordiam quā fecisti mecum vt saluares animam meam: nec possum in monte saluari: ne fortè apprehendat me malum & moriar. Est ciuitas hic iuxta, ad quam possum fugere parua: & saluabor in ea. Nunquid non modica est, & viuet anima mea? Et statim. Festina, inquit angelus, & saluare ibi: ga nō potero facere quicquam donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum est nomen vrbis illius Zoar.] Oppidum hoc prius Bela appellatum est, ijsdē vicijs obnoxium, quibus reliqua Sodomorum oppida. Verum Loth ad illud profugio, præsenti est periculo ereptum. Igitur oppidani vicinarum vrbium excidio territi, & Loth voce tanquam classico quodam increpiti, à nefanda libidine desiterunt. Oppido deinde nomen mansit צוֹעַר à Loth verbis, qui illud paruum appellauit. Paruum Hebræi vocant צְעִירָה Iosephus scribit oppidum hoc suo tempore etiam extitisse. Stephanus inter vrbes huius oppidi sic meminit. Ζόαρα ὀνόματος ἐστὶ κώμη μεγάλη φρούριον γὰρ παλεσίνης, ἐπὶ τῇ ἀσφαλτιδι λίμνῃ θαλάσσῃ δηλοῖ δὲ ἑβραϊκῶν φωνῇ τὸ μικρόν, ὅπου ὁ λωτ ἔφυγε, καὶ ἐσώθη ἀπὸ τῆς σοδομιτικῆς ὀργῆς. Id est. Zoara in neutro, pagus est magnus & propugnaculum in Palestina in Asphaltidi mari situm, Significat verò Hebræorum voce paruum, quo Loth fugit & saluatus est à Sodomitica ira. Hactenus ille. Quod Loth iussus in montem ascendere, sed renuerit, & in paruam ciuitatem diuertere maluerit, ibiq; desidere, Gregorius ad allegoricum intellectum refert de paruulis in Christo, qui suas vires metiri debeant, neq; sublimes dignitatum titulos affectare, neq; viribus suis impares functiones subire, sed seipsos cognoscere, & quid vires ferre valeant perspicere, deque se humiliter sentire. Quod hic sub allegoria docuit Loth, parua non sublimia eligens, nempe suarum sibi virium conscius, idem nō pauci ethnicorum scriptis suis docuerūt, & laconico hoc dicto γνῶθι σεαυτόν, quod

Stephanus Byzantius.

Greg. lib. 2 in Regum.

latinè dicitur, Nosce te ipsum. Fertur hoc præceptum Chilonis esse. Quod quidē adeò salutare visum est, vt in templo Apollinis Delphici literis aureis consecratum meritò fuerit, & ipsi Deo asscribatur, qui consulenti ad beatitudinem quo itinere peruenìret, Si te, inquit, cognoueris. Quàm verò rari sint qui seipsos cognoscant & in seipsos descendere velint, ostendit Plautus. In foro, inquit, vix decimus quisque est, qui ipsum sese nouerit, adeò pauci sunt qui nouerint semetipsos. Videtur tamen hoc dictum γνῶθι σεαυτὸν, primùm è sacris literis originem ducere, deinde ab ethnicis scriptoribus acceptum, & tanquam apud ipsos natum esset, suum ipsorum factum. Et Satyricus poëta inquit: E cœlo descendit γνῶθι σεαυτὸν. Satis indicans dictū esse diuinitus, nempe hoc esse quod Salomon scribit אִם לֹא תֵדְעִי לָךְ הַיָּפָה בַּנָּשִׁים Id est. Si non cognoueris te ô pulcherrima mulierū. Admonetur anima ex hoc Salomonis præcepto, vt noscat semetipsam, vt impleat Chilonis oraculum γνῶθι σεαυτὸν. Quis verò sit huius præcepti intellectus explcat Cicero. Præceptū, inquit, Apollinis, quo monet vt se quisque noscat, non præcipit, vt membra nostra, staturam, figuramq; noscamus, neque nos corpora sumus: sed quum dicit, Nosce te, hoc dicit, nosce animum tuum. Nam corpus quasi vas est animi aut aliquod receptaculum, ab animo tuo quicquid agitur, id agitur à te. Ad eundem modum Menander interpretatur.

Plautus in pseudolo.

Iuuen. Satyra 10.

Cicero. li. 1 Tusc.

Menander.

ὁ γνῶθι σαυτὸν δῆλον ἄρ' τὰ πρᾶγματα
ἴδ' ἅ τὰ σαυτοῦ, καὶ τί σοι πρακτέον.

Id est.

Hoc cognosce teipsum, est, si tua negotia
Videris, & quid tibi agendum sit.

Si igitur honoribus inhias, dignitates ambis, noscere, & dic tecum, nunquid sis dignus illis fascibus, ad quos tam scienter anhelas. Recordare id quod olim dixit Metellus Mario, quem ad consulatum festinantem, & ob id missionem flagitantem, monuit, ne supra fortunam animum gereret, non omnia omnibus cupienda esse, debere illi res suas placere. Nec minus in alijs rebus valere debet hoc γνῶθι σεαυτὸν, siue, vt Satyricus poëta inquit.

Coniugium quæras, vel sacri in parte senatus
Esse velis, nec enim loricam poscit Achillis
Thersites, in qua se traducebat Vlysses
Ancipitem, ceu tu magno discrimine causam
Protegere affectas, te consule, dic tibi quis sit,
Orator vehemens, an Curtius, an Matho, buccæ
Noscenda est mensura tuæ, spectandaq; rebus
In summis, minimis. Etiam cum piscis ematur,
Nec mullum cupias, cum tibi sit gobio tantum
In loculis.

Iuuen. Satyra 10.

Sic igitur Loth nolens in montem subire, sed in parua ciuitate desidere, hunc nobis allegoricum intellectum suppeditabit, vt quis seipsum noscat, & suo se pede metiatur, nec se altiora quærat, quibus par esse non poterit. ☾ Respiciensq; vxor eius post se, versa est in statuam salis. ☽ Hebræi, qui exactè omnia excutiūt, causam reddunt, cur vxor Loth, potissimum in statuam salis versa sit, nempe quod hospitibus angelis sal communicare noluerit. Sunt hic qui stultam & ridiculam causam hanc esse dicant. Cæterum vt dicam in hac re quid sentiam, salis nomen latius patet q̄ vt solum pro condimento illo homini inprimis necessario, accipiendum sit. Cibus omnis, & sodalitas, & conuictus, quibus inter se homines consuetudinem agunt, salis appellatione dicuntur. Æschines. ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τὸν ἀνθρώπου φθόνον ὑπερβάλλοντα, καὶ τοιαύτας ἐπιβουλὰς κατ' ἀνδρῶν συνιόντων καὶ συμπρήσσειν ἐς ὃν δὲ καθ' ἡμῶν ἐχθίστων τῆς ἐπιστοιήσαντο. τὸς γὰρ πόλεως ἅλας καὶ τὴν δημοσίαν τράπεζαν, πολὺ πλείστου δεῖν φασὶ ποιεῖσθαι, ὀκνοῦν ἐπιχώριον, ὅδε ἐγγενὴς ἡμῖν. Id est. Hinc videbitis insignem hominis inuidiam, & tales insidias contra hominum sodalicia, & legationis societatem, quas neque cōtra inimicissimos aliquis temerè faceret. Ipsos enim ciuitatis sales, & publicam mensam, magni pendere oportere inquit ille, qui neque ciuis noster, nec indigena est. Ciuitatis sales appellat conuictū & communionem, & sodalitatis necessitudinem. Et Aristoteles de stabili amicitia loquens, κατὰ τὴν παροιμίαν γὰρ, ὃν ἅλας σωαναλῶσαι. Id est. Iuxta enim prouerbium. Fieri non potest vt mutuo sese noscant, priusq; prædictos sales simul absumpserint. Sales vocat modesticum conuictum. Vlysses Antinoon Procum his verbis tenacitatis & auaritiæ insimulat.

Æschines

Aristo. li. 8 ethic.

ὁ συγ'

Homerus odyss. g.

ὁ συγ' ἄρ' ὀξὺ ὄιεσσω ἐπισσύτῳ ὀδ' ἅλα δοίης.

Id est.

Neq; tu è domo tuo præfecto, neq; salem dares.

Haud dubio victum intelligens. Fuit igitur vxor Loth mulier magis Sodomitico ingenio q̄ Israëlitico, & in hospites parum liberalis, vt quibus neq; victum suppeditasset si suo vti ingenio permissa fuisset. Quo igitur alio symbolo victus significari debet q̄ sale? cum, vt Plutarchus scribit, οἱ ἅλες τῶν ἄλλων ὀψου εἰσιν καὶ ἡδυσμα. Id est. Sales sunt aliorum opsoniorum opsonium & condimentum. In argumentum ergo inhospitalitatis & denegati hospitibus cibi, in statuam salis transformata est vxor Loth, quo cæteris documento esset, vt ne in hospites inciuiles esse vellent & deparci, neq; tetrica & caperata frōte suscipere, sed hilari & honesta verborum comitate & gratia tractare, quod ipsum & sal admonere æquè videtur, quoniam, vt Plutarchus auctor est, χάριτας ἔνιοι πολλαχοῦ φασι ἅλας, ὅτι τὴν τροφὴν ἀναγκαῖον ἡδὺν ποιοῦσιν. Id est. Aliqui sales appellant gratias, quoniam cibo necessariam suauitatem faciunt. Et hæc in Hebræorum gratiam dicta sint, ne illorum causa, cur in statuā salis transformata sit, ridicula esse videatur. Cæterum quid respectus vxoris Loth velit, & quomodo nobis intelligendus sit, princeps nobis Christus Dominus allegoricum intellectum aperuit, nimirum vt viam salutis, quam semel ingressi sumus, non cunctanter & timidè neque restitantes consiciamus, sed alacri animo & toto pectore cœptum propositum vrgeamus. Videre est plerosq; comperendinantes, & dubio animo vacillantes, & lentis cōsilijs viciorum fugam molientes, quíq; inter virtutes & vicia tanquam medij & dubij fluctuant, nec quo se vertant etiam incertum habent. Talis est Terentianus ille adolescens, qui inquit.

Plut. lib. 5. συμπο.

Plutar. in Symp.

Terent. in Eunu.

Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem
Quom adcersor vltro? an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias?
Exclusit. reuocat. redeam?

Sic deserenda est Ægyptus, ne quando redeas animo ad ollas carnium. Raptim ac semel tota deserenda Sodoma, nec est phas respicere. Ineidenda est longa viciorum cathena, quandoquidem explicari non potest, & hæc est facilis ad virtutes via, quod Ouidius his versibus testatur.

Optimus ille fuit vindex, lædentia pectus,
Vincula qui rupit, dedoluitq; semel.

Ouid. li. 1 de rem. amo.

Hunc scripturæ locū de respectu vxoris Loth, non dubito ab ijs tractatum, quos in Genesim priores scripsisse audio. Non possum tamen mihi temperare, quo minus afferam Augustini locum de votorum sanctitate, quæ vir ille reddenda esse diserte proclamat, idq; eo libentius etiam faciam, quod pseudeuangelici illi plurimum Augustino tribuant, & eius scripta tanquam sacrosancta suis calculis comprobent. Atqui clarum est eos Augustini laudes malignè & insyncerè prædicare, vt à cuius doctrina longè lateq; & ex diametro dissideant. Enumerat Augustinus varia votorum genera, virginitatis, coniugalis status ac vidualis. Hæc vota sancta illibata seruari & Deo reddi vult. Sed Augustinum loquentem auaudiamus. Quisquis quod vouere voluerit voueat, illud attendat, vt quod vouerit reddat. Vnusquisq; Deo quod vouet, si respicit retrorsum, malum est. Nescio quæ castimonialis nubere voluit: Quid vult? quod & virgo q̄libet. Quid voluit? quod & mater ipsius. Aliquid mali voluit? Male plane. Quare? quia iam vouerat Domino Deo suo. Quid enim dixit de talibus Apostolus Paulus, cum dicat, viduas adolescentulas nubere si velint? Sed tamen ait quodam loco: Beatior autem erit si sic permanserit secundum consilium meum. Ostendit beatiorem si sic permanserit, nō tamen damnandam si nubere voluerit. Quid autem ait de quibusdam quæ vouerunt & non reddiderunt? Habentes, inquit, damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Quid est, primam fidem irritam fecerunt? vouerunt, & non reddiderunt. Nemo ergo positus in monasterio frater dicat: recedo de monasterio. neq; enim soli qui sunt in monasterio peruenturi sunt ad regnū cœlorum, & illi qui ibi nō sunt, ad Deum non pertinent. Respondetur ei. Sed illi non vouerunt, tu vouisti, tu retro respexisti. De die iudicij cum Dominus minaretur, quid ait? Me-

August. in psalm. 75.

mentote vxoris Loth. Omnibus dixit. Quid enim fecit vxor Loth? Liberata est à Sodomis, & in via posita, retrorsum respexit. Hactenus Augustinus. Vellem vt huius nostri æui infœlices illi nuptiatores, hanc Augustini doctrinam audirent, qui tam clarè de votis & nũcupandis & reddendis præcipit. Si verè & ex animo loquuntur, se nouorum dogmatũ auctores esse nolle, neque committere, vt aliter sentiant quã veteribus Theologis visum sit, neq; veteris Ecclesiæ ritus immutare velle, quin hic oculos aperiunt? Sunt hic veteris ecclesiæ vestigia, sunt votorum vincula, quæ illis sacrosancta & inuiolabilia erant. Neq; virgo citra sacrilegium nubere poterat, & vidua, viduitatis voto nuncupato, damnationem suam agnoscebat, si nuptias repeteret. Et hæc quidem omnia nuptiatoribus nostris ignota non sunt, sed libidinis voluptate occœcati, ruptis pudicicíæ & pudoris vinculis, in vetitos ruunt thalamos, hircorum & suũm more in libidinem subant, sacrilegia sua coniugium vocantes; hoc enim prætexunt nomine culpam. Quàm verò coniugia illa apud reliquum vulgus, vt rata recepta sint, vel illud satis coarguit, quod nemo neque patricius neque plebeius, nuptiatoribus illis, neque filiam in matrimonium vnquam collocare dignatus est, neq; filiũ coniugij titulo dare, nisi si quẽ huc fœda egestas adegerit, vt liberis suis haud alia via consulere poterit. Ineunt ergo ipsi inter sese connubia, quorum inter ipsos nota vicia sunt, idq; ridente plebe, & prouerbium illud in eos iaciente: Cascum cascam duxit. Accedat huc Hieronymus locuples & ipse testis. tractat enim idem argumentum, quo votorum nuncupationẽ illibatam esse debere scribit. Si autem acceperis uxorem, non peccasti? Aliud est non peccare, aliud benefacere. Et si nupserit virgo, non peccauit. Non illa virgo, quæ semet Dei cultui dedicauit. Harum enim si qua nupserit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit. Si autem hoc de viduis dictum obiecerit, quanto magis de virginibus præualebit: cum etiam ijs non liceat, quibus aliquando licuit? Virgines enim quæ post consecrationem nupserint, non tam adulteræ sunt, quàm incæstæ. Sed quid prohibet tertium testem huc ascisceré, nempe Ambrosiũ, vt triumuiratus iudicio, causam nostram probemus. Est virginitas ipsa sæpe multorum scriptis prædicata, sed à nullo vnquam sublimius laudibus ornata est quã ab Ambrosio. Vicio verterunt nonnulli sanctissimo viro, quod virginitatis prædicatione, complures puellas à matrimonij instituto auertisset. Quod tamen adeò non metuit Ambrosius, vt etiam lubens agnoscat. Vtinam, inquit, conuincerer, vtinam tanti criminis probaretur effectus. Non vererer inuidiam, si efficaciam recognoscerem. Iniciatas, inquit, sacris mysterijs, & cõsecratas integritati puellas nubere prohibes. Vtinam potuissem reuocare nupturas. Vtinam possem flammeum nuptiale pro integritatis velamine mutare. An indignũ videtur, vt sacratæ virgines à sacrosanctis altaribus non abducantur ad nuptias? Et quibus licet sponsum eligere, non licet Deum præferre? Et rursus de Ioannis baptistæ martyrio inquit: Causa illius passionis hæc certè fuit, Nõ licet, inquit, tibi habere vxorẽ fratris tui. Si hoc de vxore hominis, quanto magis de virgine consecrata? Si hoc dictum est regi, quanto magis dicendum est priuatis? Quo in negotio etiam nos uocamur in culpam. Quam tandem? Quia nuptias prohibuimus illicitas? Vocent ergo in eandem culpam etiã Ioannem Baptistam. Liquet ergo ex hac tot classicorum Theologorum doctrina, votis fragorum nuptias incæstas esse & summenianas, & sceleratæ rei honestum vocabulum prætexere. Erat olim apud Romanos magno in honore Vestalium virginum sacerdotium: & priuilegia præter cæteros à populo Romano habebãt amplissima. Cæterum proditæ virginitatis supplicium erat atrox & sæuum, nempe viua ante portam Collinam humo obruebatur, mœsta vrbe, & raro alias tristiore. Porro virginis expugnator uirgis ad mortem usq; cędebatur. Senserunt tum Romani naturę ductu quantum scelus esset uirginitatem dijs sacratam temerasse, nec cõiugiũ uocabant uiolatæ uirginitatis pudorẽ, sed potius ut incæstum acri supplicio uindicabãt. Capiebãtur Vestales uirgines à summo pontifice à teneris annis, præ-

Hierõ. li. 1 cont. Iouin.

Amb. li. 3 de Virg.

præerãtq; sacerdotio triginta annis. Horum annorum primo decano sacrorum ritum discebant: altero fungebantur, tertio alias erudiebant. Hoc annorum spatio exacto, ius illis erat & liberum sacerdotio abire, & mutato vitæ instituto viro nubere. Atqui, vt Plutarchus scribit, λεγόντων δὲ ὁ πολλὰ τούτῳ ἀπαράδοξ τῷ ἄθεῳ, ὁ δὲ ἀπαλλαγμένοις χρησὰ πράγματα συντυχεῖν, ἀλλὰ μετανοίᾳ καὶ ἰατρείᾳ σωθῆναι τὸν λοιπὸν βίον, ἐμβαλεῖν τὰς ἄλλας εἰς δεισιδαιμονίαν ὥστε μέχρι γήρως καὶ θανάτου διατελεῖν ἐγκαρτερούσας καὶ παρθενευομένας. Id est. Dicuntur non multæ hanc immunitatem amplecti. Quæ verò amplexæ sunt, illis raro fœlicitatem contingere prædicant, sed in pœnitentia & mœstitia reliquum agentes vitam, alijs religionem inijciunt, & vsque in senectutem & mortem perseuerent continentiam & virginitatem seruare. Neque ab hoc alienum esse videtur illud quod Iosephus de Essæorum desertoribus scribit. ὁ δὲ ἐκπρι- β, ἀλώσ. θεὶς, δικτίσῳ πολλάκις μόρῳ διαφθείρετ. τοῖς γὰρ ὅρκοις καὶ τοῖς ἔθεσιν ῥιζόεν ἐμμένων, ὁ δὲ ἢ παρὰ τοῖς ἄλλοις τροφῆς δύνατται μεταλαμβάνειν, ποτφαγῶν δὲ καὶ λιμῷ τὸ σῶμα τηκόμενος διαφθείρετ. διὸ δὴ πολλὸς ἐλεήσαντες ῥιπτοῖς ἐρχάταις αὐαπνοαῖς ἀνέλαβον, ἱκανὼ ὢν τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν τὸν μέχρι θανάτου βάσανον ἠγόμενοι. Id est. Qui ab illorum sodalitio remotus est, is miserrimo fato interit, vt cum sit iuramentis & consuetudine irretitus. Neque poterit ab alijs cibũ accipere, sed herbas comedens inedia corpus tabescit. Propterea misericordia moti multos in extremo spiritu iacentes refecerũt, putantes eos ꝑ peccatis suis satis supplicij vsq; ad mortẽ passos. Scribit Valerius Maximus, Diomedõ vnum ex decem ducibus, qui eadem pugna Athenienſibus victoriam, sibi vero damnationem pepererunt, cum iam ad meritum supplicium duceretur, nihil aliud loquutus est, q̃ vt vota pro incolumitate exercitus ab ipso nuncupata, soluerentur. Hactenus de votorum religione. Quæ quidẽ q̃ sacra & inuiolabilia, Romanis, Græcis, Iudæis semper visa sint, exẽpla prædicta declarant. Si tanti vitrum, quãti margaritum? Turpe est Christianos non prestare vota Deo vero nuncupata, cum ethnici ipsi dijs suis vota persoluere nihil duxerint antiquius. Irenæus vxorem Loth in statuam salis versam, ad ecclesiam refert, eiusq; robur & firmitatem. est enim ecclesia columna & firmamentũ veritatis. Porro quod salis statua est, ad sapientiam & frugiferam doctrinam pertinet, quæ in ecclesia constanter & docetur & prædicatur, ibiq; insipientium hominum mentes sale sapientiæ condiũtur. Bonũ quippe est, ait Beda, Dei verbum audire, frequentius sale sapientiæ spiritualis cordis arcana condire, immo ipsum cũ Apostolis sal terræ fieri, id est, eorum quoq; qui adhuc terrena sapiunt imbuendis mentibus sufficere. Adeò necessariũ elementũ est sal, auctore Plinio, vt trãsierit intellectus ad voluptates animi quoq;. Et Terentianus parasitus laudat salem qui in milite erat, id est, sapientiam, & in agendis rebus dexteritatem. Est apud Suidam hoc prouerbium, ἅλσι διασμηχθεὶς ὄνομα· ἄμυστοσι, ὧν τῶν παραπαίοντων μετάφορικῶς ἐπὶ τῶν κεφαλῶν καὶ τὸ οἶνον, ὅσοι ἄλας βάλλοντες ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐξίσασθαι μὴ δὲ ὀξίζειν ἐυχερῶς. Id est. Qui sale fuerit purgatus, hic vtilis erit. Metaphoricè de insipientibus dicitur, à vasis & vino. His enim sal inijcitur, vt non facilè degeneret, neq; acida fiant. Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem à Domino de cœlo, & subuertit ciuitates has, & omnem circa regionem vniuersos habitatores vrbium, & cuncta terræ virentia. Sũt multa præclara in sacris literis prodita, quæ prophanis scriptoribus parum cognita fuerunt, eoq; etiam vt incredibilia, parum fidei meruerunt. Causa huius diffidentiæ non alia fuit, nisi quod illarum rerum vestigia nulla ad posteritatem peruenerunt. Ad harum vrbium atrox excidium, & pœna diuinitus immissa, prophanos auctores latere non potuit; idq; potissimum, quod tristis huius interitus recentia semper vestigia ad posteros perseuerant. Sed ne sic quidem omnia ad liquidum ab ethnicis perspecta sunt, qui vt harum vrbium incendium cognouerũt, ita causam, quod ob præposteram & masculam libidinem de cœlo tactæ sint, non sciuerunt; vel certè quod vero propius est, scire dissimulauerunt. Solinus locum illum de cœlo tactũ scribit, quod testatur nigra humus & in cinerem soluta. Duo ibi oppida Sodomum nominatum alterum; alterum Gomorrhum. Na-

Plu. in Numa Pomp.

Beda in Lucam.

Plin. li. 31.

Suidas.

Ioseph. lib.

Val. Max. lib. 1.

Solinus.

Irenæ. li. 4

ſcitur ibi pomum, quod licet habeat ſpeciem maturitatis, mandi tamen non poteſt. Nam fuliginem intrinſecus fauillaceam ambitio tantum extimæ cutis cohibet, quæ vel leui tactu preſſa, fumum exhalat, & fateſcit in vagum puluerem. Sed & Cornelius Tacitus harum vrbiũ excidium non ignorauit. Haud procul, inquit, inde campi, quos ferunt olim vberes magniſq; vrbibus habitatos, fulminum iactu arſiſſe, & manere veſtigia, terramq; ſpecie torridam vim frugiferã perdidiſſe. Nam cuncta ſponte edita, aut manu ſata, ſiue herba tenus, aut flore, ſeu ſolitã in ſpeciem adoleuere, atra & inania velut in cinerem vaneſcunt. Strabo ſcribit locum illum olim tredecim vrbibus habitatum, è quibus Sodoma metropolis adhuc ſexaginta ſtadiorum ambitum ſeruat. Stephanus auctor eſt vrbes has decem fuiſſe. Σόδομα, μητρόπολις ἦν τῶν δέκα πόλεων τῶν ἐν τῇ ασφαλτίτιδι λίμνῃ καταςραφεισῶν. Id eſt. Sodoma metropolis erat decem illarum vrbium, quæ in lacu aſphaltidi ſubuerſæ ſunt. Credibile eſt magnam partem camporum, in quibus ſceleratæ hæ vrbes conditæ erant, in vaſtum lacum longè lateq; ſtagnantem abiſſe, & vrbes incẽdio deletas aquis obruiſſe. Appellatur lacus hic Hebraice יַם הַמֶּלַח id eſt. Mare ſalis, ob ſterilitatem, quinetiam craſſam aquam adeò habet, vt vento non impellatur, ſed neque piſces, aut ſuetas aquis volucres patitur. Meminit huius lacus Ariſtoteles, ὃ παλαιστίνη τοιαύτην λίμνην ὅλην εἰς ἣν ἐάν τις ἐμβάλλῃ σωθῆναι αὐθρώπομὴ ἔχοι ὕγιον, ἐπιπλεῖν καὶ ὁ κατα λύεται κατὰ τὸ ὕδατος. λέγεται γὰρ τικρὰν ὅτως εἶν τὴν λίμνην καὶ ἄλμυραν, ὥστε μηδ' ἐνα ἰχθῦν ἐγγίνεσθαι. τὰ δ' ἱμάτια βυπτεῖν, ἐάν τις διαστέσῃ βρέξας. Id eſt. In Palæſtina talis lacus reperitur, in quem ſi reuinctus vel homo, vel iumentum proiiciatur, fluctuet, nec demergatur. Et illum ipſum ita amarum, ac ſalſum eſſe affirmant, vt nullum piſcium genus producere queat, veſtimentaq; inquinari, ſi quis ibidem proluat. De hoc lacu hæc ſcribit Ioſephus. ὅδε μὲν τικρὰ καὶ ἄγονος, τὸ δὲ λιπρότητος τὰ βαρύτατα τῶν εἰς αὐτὴν ῥιφέντων ἀναφέρει. καταδύεται δὲ εἰς τὸν βυθόν, ὅδε ἐπιτηδεύσαντα ῥᾴδι). ἀφικόμενος γὰρ καθ' ἱστορίαν ἐπ' αὐτὴν ὀυεσπασιανὸς ἐκέλευσε τινὰς ἐν νῆ

Cornel. Tac. lib. 21.

Strabo li. 16 geograp.

Stephanus.

Arist. lib. 8. meteo.

Ioseph. lib. 4. de bello.

ἐκ ἐπισαμένων δ' ἐλθόντας ὀπίσω τὰς χεῖρας δεδῆσθαι κατὰ τὸ βυθοῦ, καὶ σωιθῆν πάντας ἐπινήξασθαι καθάπερ ὑπὸ πνεύματος ἄνω διαζομένους. Id eſt. Eſt hic lacus amarus & ſterilis, ob leuitatem verò etiam grauiſsima in illũ proiecta ſurſum refert. mergi verò in profundum, neque data opera quid poteſt. Igitur hac fama permotus Veſpaſianus, iuſsit aliquos qui natare non poterant, vinctis poſt tergum manibus in profundum proiici, verum contigit omnes natare, tanquam à vento aliquo ſurſum iactatos. Vocatur hic lacus à Græcis & Latinis ſcriptoribus, Lacus Aſphaltides. Eſt Græcis ἄσφαλτος bitumen quod plurimum collígitur ex hoc lacu, ſed adeò tenax, vt nullo ferro ſcindi valeat, ſed tantum filo muliebri menſtruo polluto. Et de harum vrbium excidio hactenus. Scribit deinde ſacra hiſtoria Loth inceſtum, quod cum filiabus ebrius rem habuerit. Impulit hue filias eius non libido, ſed poſteritatis ſtudium. Simplices ſiquidem puellæ, quum totam Sodomitanam regionem, vaſto & continenti incendio collucere viderent, ratæ vniuerſum terrarum orbem, cũ omnibus mortalibus deflagraſſe, communicato inter ipſas conſilio patris concubitum ſuffurantur, ac prius quidem quod ſcirent patrem tantum ſcelus auerſurum, hilarius eum vino inuitant. Et hoc ſcriptura inquit

Manſit Loth in ſpelunca ipſe, & duæ filiæ eius cum eo. Dixitq; maior ad minorem. Pater noſter ſenex eſt, & nullus virorum remanſit in terra, qui poſsit ingredi ad nos iuxta morem vniuerſæ terræ. Veni inebriemus eum vino: dormiemuſq; cũ eo, vt ſeruare poſsimus ex patre noſtro ſemẽ. Dederuntq; itaq; patri ſuo bibere vinum nocte illa. Et ingreſſa eſt maior, dormiuitq; cum patre. At illa nõ ſenſit, nec quãdo accubuit filia: nec quãdo ſurrexit. Altera quoq; die dixit maior ad minorẽ: Ecce dormiui heri cum patre meo: demus ei bibere vinum etiam hac nocte, & dormies cum eo, vt ſaluemus ſemen de patre noſtro: dederuntq; etiam & illa nocte patri ſuo bibere vinum. Ingreſſaq; minor filia dormiuit cũ eo. Vix aliud qd eſt inter illa qbus humanũ corpus ſuſtinetur, quod in vtramuis partem perinde vſurpari poteſt atque vinum, vt ſi

ſi parcè & moderatè ſumptum fuerit, ingens animo bonum, & optimam corpori ſanitatem afferat; ſin intemperanter, & præter menſuram ingurgitatum erit, tum non ſolum corporis incolumitatem vitiat, ſed etiam animi vigorẽ, ingenijq; acrimoniam obtundit. Circunferuntur apud Græcos Theognidis ij verſus.

Theognid.

ὃς δ' ἂν ὑπερβάλλῃ πόσει μέζονι, οὐκέτ' ἐκεῖνος
ἐν αὐτῷ γλώσσης κρατερὸς ὁ νόος
μυθῶν δ' ἀπάλαμνα τὰ νήφοσι γίνεται ἀχρεῖ
αἰδεῖται δ' ἕρδων ὁ δὲ νῦν ὅταν μεθύῃ.

Id eſt.

Qui menſuram bibendi excedit, non amplius ille
Suæ linguæ potens eſt, neq; intellectus
Fabulatur friuola, quæ ſobrijs turpia ſunt
Verecundatur vero agens nihil quando ebrius eſt.

Neq; raro legimus, hoſtes cum ſuis viribus impares eſſent, aduerſariorũ temulentiam in ſuam victoriam vertiſſe. Refert Homerus prodigioſa de Cyclope, eiusq; voracitatem & iniuriam in ſocios Vlyſsis poëtice cantat. Vlyſſes prudentia ſua iam diffidens, neq; ſatis præſidij in illa reponens, niſi eam Cyclopis ebrietatem captaret. Igitur illum iam largius inuitatum, & ſomno vinoq; ſepultum, cum reliquis ſocijs aggreditur, & oculum, qui vnicus ei erat, acuminata trabe confodit, & hoc auſus eſt, vt Homerus cantat.

Homerus od. 1.

αὐτὰρ ἔπει λύκλωπα πόδι φρένας ἤλυθεν οἶνος.

Id eſt.

Poſtquam vinum venit in mentem Cyclopis.

Fuit olim Germanorũ fortitudo haudquaquam contemnenda, vt quæ Romano imperio ſemper metuenda erat & prima eius clades, tamen vt Tacitus ſcribit, nulla re perinde ſuperabiles erant atq; ebrietate. Si indulſeris, inquit, ebrietati ſuggerendo quantum concupiſcũt, haud minus faciſe vicijs quàm armis vicẽtur. Vtinam Taciti hoc non conuincerent verũ eſſe tot noſtro æuo exempla. Quod ſi noſtri huius æui exempla nõ ſatis tuta ſint, vt in medium afferamus: extant complura apud varias gentes, quibus ſatis clarũ atq; perſpicuum eſſe poterit, quãtum malum parere ſoleat ebrietas, atq; immodicus uini abuſus. Fabula forſitan erit Troiam captã atq; exciſam, dum Troiani hoſtiũ atq; belli oblíti, ad pocula verſi, Græcis vrbem ſuam prodidere. Nec omnino ineptè à fortiſsimis aliquot gentibus olim factum, quæ vinum ad ſe omnino importari non ſinebani: quod eo natiuam illam atq; genuinam pectoris fœrociam remitti putabant, atq; proinde ab hoſtibus facile ſuperari. Erant in hac opinione Sueui bellicoſiſsima Germanie gens. Idem etiam ſentiebãt Neruij Galliarum populus, clade ſua à Iulio Cæſare accepta; nobiles, qui vino quemadmodum Sueui abſtinebant, videbant hoc Satyri

Corn. Tac. de germ.

Iuuen. Satyra 15.

didis & bleſis, atq; mero titubãtibus. Extat Põtiani eulogiũ de vino, πάντ' τοῦτον ἐν τῷ δ' οἴνῳ μητροπόλιν τοῦ οἴνου. i. Vinum eſſe metropolim omnium malorum, δι' ὃν καὶ τὰς μέθας καὶ τὰς μανίας, ἔτι τὰς παροινίας γίγνεσθαι. Id eſt. Hinc oriri temulentiam, hinc inſaniam, hinc debacchationes. Nõ latebat filias Loth patris ſanctitas & mentis integritas, ſciebant patrem auerſurum nefandam cum filiabus Venerem, neque vllis vnquam precibus perpelli poſſe, vt vxoris in loco filias haberet. Aſtu ergo graſſandum putabant, & patris pudorem vino expugnandum credebant; & vino ſepultum, nullam ſapientiæ vnciam habiturum certò ſciebant. Vinum intemperantius hauſtum, hominis mentem mutat, furorem gignit. Hinc prouerbium il lud natum eſt: Sapientiam vino obumbrari. Græci quoq; idem teſtãtur, ὁ πολὺς ἀκρατος, μικρὸν ἀναγκάζει φρονεῖν. Id eſt. Multum merum pauca cogit ſapere. Quẽ verò latet immodicum uini vſum, & crapulam, perpotationesq;, veneris proluuiũ excitare? Ouidius de vino hæc canit.

Athen. li. 1. δίψαν.

Plin. li. 23.

Menand.

Ouidius.

Et Venus in vino, ignis in igne fuit.

Pulchre certè Ariſtophanes vinum appellat lac Veneris, quod illo Venus tanquam grandeſcat, & vegetetur.

Ariſtoph.

ἡδὺς τε πίνειν οἶνος ἀφροδίτης γάλα

Id eſt.

Vinum bibere ſuaue, lac eſt Cypriæ deæ.

οἱ πολλὰ πατοῦντες ἔνιοι παρανόμως ἀφροδισιῶν ὄρεξιν λαμβανουσιν. Id eſt. Qui plurimum uini exhauriunt, nonnulli in illicitæ Veneris concupiſcentiam ruunt. Quod in Loth quãuis ſene uidemus, quẽ multo mero ſtupidũ & ſepultũ temulẽtia in illicitos filiarum thalamos pertraxit,

Athen. lib. 1. δίψαν.

vbi pronuba Thesiphone vlulauit. Quã uerò ridiculum & ineptũ illud fuit, quod filiæ patrem ad pocula inuitarũt, quodq; filiarum personam exuentes scortorum mores assumpserunt, tandem madidum & vino blesum cubitũ suis manibus tulerunt. Hoc nempe est, quod Plato scribit, quod ὁ μόνον ὡς ἔοικεν ὁ γέρων δὶς παῖς γίνοιτ' ἀν, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθυόντες. Id est. Non solum vt videtur senex bis fit puer, sed etiam temulentus. Increscunt hic criminum & accusationum vndę contra Loth, quod incęstum iterare non dubitauerit, & iterum in eadem re peccare in animum induxerit, quod quidem turpe esse Græcus hic senarius testatur.

Plato libro α. νομ.

δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν ἀκχρὸν ἐσκηρύνειν λίθον.

Id est.

Bis ad eundem offendere lapidem, turpe est.

Nam primus ertor vel Græco adagio veniam meretur, iteranti culpam venia dari non solet. Extat apud Græcos.

δὶς ἁμαρτεῖν τοῦτον ἐκ παιδὸς σοφῶ.

Id est.

Non est prudentis viri bis idem peccare.

Refertur etiã à publio Mimographo lepidissima hæc sententia: Improbe Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit. Scipio sapienti ne semel quidem errare permittit, vt dicat ἐκ ὤμιλω, id est, non putabam. Venit hic in mẽtem prodigiosa illa continentia Xenocratis philosophi, quæ à Græcis & Latinis scriptorib. non tam admirata est quàm etiam literis celebrata. Fuit hic Xenocrates, auctore Laertio, Calcedonius, & à primis ferè annis Platonis auditor, tardus ingenio, vt Plato frequenter ei diceret, ξενόκρατες θύε τοῖς χάρισι. Xenocrates sacrifica gratijs. Ferunt hunc in primis castitati studuisse, & quum iam celebris apud multos eius continentia esset, iuuenes quidam molles & libidinosi castitatis eius periculum facere constituũt. Conuenit igitur inter eos vti in hac re Phryne nobili scorto, posito etiam pignore, an temperantiam Xenocra. expugnare posset. Iuuenes data opera, & affectata ira Phrynen iuxta ædes Xenocratis insectantur, implorat hæc philosophi fidem & mulierem intra suam domum recipit. Erat Xenocrati vnus lectulus, in hunc Phryne ascẽdit, & Xenocratem probè potum ad se inuitat. Mirum est quod hic traditur, illum neque formosissimæ meretricis cõtactu, neq; lepidissimis eius verbis ad voluptatem compositis, ad libidinem sollicitari potuisse, sed illam in suo sinu cubare passus est, & ad omnia tanquam columna rigida, meretriculam, infecta libidinis re à se dimisit. Incessunt deinde iuuenes meretricem risu, & depositum pignus poscunt, quod Xenocratem & senem & potum ad libidinis congressum sollicitare nequiuerit. Respõdit Phryne, pignus positum fuisse de homine, nõ de statua. Fuerit Loth in Deum pietate Xenocrate maior, certè castitate longè est inferior, qui semel atq; iterum ebrius, cum filiabus incęstè congressus est, quod Xenocrates ne cum scorto quidem facere sustinuit, quãtumuis temulentus. ¶ Conceperunt ergo duę filiæ Loth de patre suo. Peperitq; maior filium, & vocauit nomen eius Moab. Ipse est pater Moabitarum vsq; in præsentem diem. Minor quoq; peperit filium, & vocauit nomen eius Ammi. Ipse est pater Ammonitarum vsq; hodie. ¶ Non immeritò notatum est inter Loth filias impudentiorem fuisse maiorem natu, verecundiorem verò minorem; vt quæ patris incęstum honestè obtegere voluit magis quàm prædicare. At maior laudi etiam sibi ducere, quod patrem probè potum ad incęstum pellexerit, quinetiam criminis tanquam tropheum aliquod inperpetuum figere voluit, idq; nomine filij à patre concepti, quem Moab appellare sustinuit. Significat verò מואב à patre. Iunior filium à patre conceptum vocauit verecundè בן עמי filiũ populi mei. Hausit dubio procul maior filia è Sodomitanis moribus plusculum, vt quibus perquàm familiare erat, scelus adeò non obtegere, vt etiam iactantius prædicarent, quod Esaias de illis scribit חטאתם כסדם הגידו לא כחדו Id est. Et peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt, & non celauerunt. Quod quidem cum in omnibus vicijs deforme est, tum verò in Venere longè deformius, & supplicio dignum. Nullius siquidem vicij iactantia spurcius olet quàm libidinis, quam quidem vt opere natura ipsa celare iubet, ita etiam tantum abest vt laudi ducenda sit, vt etiam sermone referenda non sit. Monet hoc Isocrates, ἃ ποιεῖν αἰσχρὸν ταῦτα νομίζε μηδὲ λέγειν

Publ. Mimograph.

Laer. Dio. Val. Max. lib. 4.

Laer. Dio.

Esaiæ 3.

Isoc. ad Demon.

γειν ἐν καλῷ; Id est. Quæ factu turpia sunt hæc pura neq; dictu esse pulchra. Quo à alio argumẽto famosam mulierem, profligatiq; pudoris agnoscimus, nisi libidinis iactantia, illamq; verbis impudentioribus prædicare? Ouidius.

Ouid. li. 3. Amorum

Non peccat, quæcunq; potest peccasse negare:
Solaq; famosam culpa professa facit.
Quis furor est, quæ nocte latent, in luce fateri,
Et quæ clam facias, facta referre palam

Singuli ij filij Loth Moab & Ammõ, è singulis eius filiabus geniti, mirum est q̃ in validas gẽtes breui coaluerint, & quã in numerosum populum creuerint. Occuparunt ij magnam Arabiæ partem, in quam tanquam sentinam aliquam confluxerunt infœlicium aliquod gentium feces. Moabitarum metropolis Hebraicè vocata est עיר Meminit huius vrbis Esaias propheta בליל שדד ער מואב Id est. In nocte vastata est Ar Moab. Hieronymus auctor est, hanc vrbem suo æuo appellatam esse Areopolim, voce composita, ex Hebræo & Græco sermone. Ammonitarum vrbs fuit רבה Rabba. Constat hanc vrbem à Dauid rege excisam & depopulatam, ob perfidiam quam in seruos eius exercuerant. Volunt hanc vrbẽ postea dictam Philadelphiam. Stephanus vocat ῥαββαθαμμανα, πόλις τῆς ὀρεινῆς ἀραβίας. Id est. Rabbatammana ciuitas est montanæ Arabiæ. Igitur inter hos Loth nothos & Israelitas, tanquam inter ignobiles & generosos, pessimè semper conuenit. Auxit has inimicitias religionis quoq; diuersitas. Israelitæ vnius Dei cultores habebantur; Loth nepotes in veram religionẽ semper impij fuerunt. Et fuit quidem vt cum Israelitę veram religionem præuaricarẽtur, Moabitæ illos bello victos vectigales facerẽt. At qui cum Iudæorum res regio imperio administrarentur, Loth populus longè inferior erat. Saul primus Israelitarum rex, regni sui exordium, insigni Ammonitarũ clade nobilitauit. Dauid eandem gentem violatæ hospitalitatis ream, ferro igniq; persequutus est. Hic filiarũ Loth furtiuus cum patre ebrio cõgressus, & natorum in nocte & spelunca generatio, veteribus Theologis allegorizandi argumentum suppeditauit, nempe ad schismata & hæreses, quarũ omnis origo, de voluptate carnali & immunditia, de tenebris errorum siue scelerum, de priuatis conciliabulis, & non de publico sanctæ Ecclesiæ symbolo progenita est. Hieronymus explicãs illud Esaiæ. In sepulchris & delubris idolorum dormiũt; Quis autem, inquit, hereticorum non requiescit in memorijs, non dormit in specubus magistrorum? Qualis fuit Marciõ & Valentinus, & nuper Eunomius, mentis immũditiam leprosa carne contestãs: qui lumen sancti spiritus relinquentes, & cœnaculum, in quo Apostoli versabãtur, in diaboli tenebris commorantur, & spelũcas diligunt: quas Hieremias mystico sermone condemnat: Facta est hæreditas mea mihi quasi spelũca hyemis, quod animal semper cadauera persequitur, & viuit succo ac sanie corporum mortuorũ. Aduersus hos qui habitant in speluncis, & Habacuc lamẽtabili voce dicebat. Væ qui potum dat proximo amico suo potionis turbidæ, & inebriat eum, vt respiciat ad speluncas suas. Et hactenus Hieronymus. Suffuratæ sunt filiæ Loth à patre semen, quo geniti sunt incęsti filij, sic hæretici rectè fures scripturarum & adulteri sunt, & hæreticas sententias è sacra scriptura venantur. Hieronymus explicans illud Hieremiæ: Propterea ecce ego ad prophetas dicit dominus: qui furãtur verba mea vnusquisq; à proximo suo: Semper, inquit, imitatur mendacium veritatem: & nisi habuerit aliquam similitudinem recti, decipere nõ potest innocẽtes. Quomodo igitur in priori populo mentiebantur prophetę atq; dicebant; Hęc dicit dominus, Et, vidi dominum: Et verbum domini quod factum est ad illum, siue illum; Sic hæretici assumunt testimonia scripturarum de veteri & nouo testamẽto: & furantur verba saluatoris: unusquisq; à proximo suo, prophetis & apostolis & euãg. Hactenus Hier. At catholica Ecclesia non est in spelunca, neque in abscondito malignantium, ut Aug. inquit, sed in monte posita est, ut dominus ait in Euan. quæ abscondi nõ potest, nẽpe fidelium in toto orbe cõgregatio, quæ catholica dicitur. ¶ Profectus inde Abraham in terram australem, habitauit inter Cades & Sur, & peregrinatus est in Geraris. ¶ Hebręi, q laudes Abrahę studiose cõsectãtur, cãm huiꝰ profectionis à loco quẽ tot annis incoluit, hanc tradunt; quod nullam iam hospitalitatis

Stephanus

Hieron. li. 18. com. in Esai.

Hieron. li. 4. com. in Hier.

Aug. Epistol. 170.

Cap. XX. Genesis.

talitatis causam, cui vnicè studebat, habe ret. Subuersis enim Sodomitanis vrbib. & in vastum lacum versis, nemo iam peregrinus ad illas commeabat, quem tecto hospitioque susciperet vir pientissimus. Per me quidem vera sit hæc Hebræorum opinio, & tantum abest vt conuellere velim. Cæterum non leuis profectionis Abrahæ à veteri loco causa videri debet vicinitas iam lacus Asphaltidis, in quem incensæ vrbes redactę fuerunt, quem Abraham vitabundus, ob tetrum odorem, alio proficisci compellabatur. De huius lacus diritate & pestilēti natura hæc scri-
Strabo lib. 16. geogr. bit Strabo, μεσὴ δ' ὅλην ἀσφάλτου αὕτη, ὅ τοῦ καὶ ἀκφυσᾶ) κατὰ καιροὺς ἐπάκτους ἐκ μέσου τοῦ βάθους μετὰ πομφολύγων, ὡς ἂν ζέοντος ὕδατος κυρτουμένην δ' ἡ ἐπιφάνεια, λάφρα φαντασίαν παρεχό. συναφέρεται δὲ καὶ ἀσβόλῃ πολλὴ καπνώδης μὲν πόδι δὲ τὴν ὄψιν ἀδηλῶν. ὑφ' ἧς κατιόντα καὶ χαλκὸς καὶ ἄργυρος, καὶ πᾶν τὸ λιπανὸν μελχρῖ καὶ χρυσός. Id est. Plenus est bitumine, quod è medio fundo temporibus inordinatis cum bullis quasi feruentis aquæ efflatur. In summo autem incuruatus, montis speciem præbet, fauillæ multum emittit, fumosus, & aspectu ater, ærí & argento, & nitidis cæteris omnib. rubiginem inducit vsq; ad aurum. Scribit
Dio. Siculus. de hoc lacu eadem ferè Diodorus Siculus, addit quoque quod accolæ huius lacus breuis vitæ sint, & valetudinarij, nēpe ob grauem aërem & pestilentem. Cor
Corn. Tac. lib. 21. nelius Tacitus scribit halitu lacus inficiterram, corrumpi superfusum spiritum, eoq; fœtus segetum & autumni putrescere, solo cœloq; iuxta graui, & grauitate
Plin. l. 10. odoris accolis pestiferum. Plinius auctor est lacum hunc natura dirum esse, & Essenos ab occidēte habitare, sed fugere littora eius vsq; qua nocent. Liquet ergo ex ijs auctorum verbis, quid causæ sit quod Abrahā, relicto lacu Asphaltide, alio profectus sit, nimirum fugiens aërem pestilentem & noxium, qui à proximo lacu, magno sanitatis dispendio flare solebat. Vrbs Cades, cuius hic mentio fit, sita est in extremis Idumæorum finibus. Appel
Hero. li. 2. latur hæc ab Herodoto Cadytis. A Phœnice, inquit, vsq; ad mōtes Cadytis, quæ est vrbs eorum Assyriorū, qui nunc Palestini nominantur, Gerara metropolis fuit Palestinæ. Ab hac Geraritica regio
Strabo libro 16. nomen sumpsit. Huius vrbis Strabo ijs verbis meminit. Postea est via, quæ Pelusium defert, in ea sunt Gerra. Dixitq; de Sara vxore sua, soror mea est. Misit ergo Abimelech rex Gerare, & tulit eam. Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi. En moriris propter mulierem quam tulisti. Habet enim virum. Abimelech verò non tetigerat illā, & ait. Domine nunc gentem ignorantem, & iustam interficies? Nonne ipse dixit mihi soror mea est, & ipsa ait, frater meus est? In simplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc. ❧ Ingens hic argumentum esset ad ludicram declamationem, & laudem Saræ celebrādam, cuius facies vsq; adeò liberalis & honesta erat, vt semel atq; iterum formæ gratia appetita & adamata sit, idq; non à plebeis, sed à regibus, vt tum erāt, potentissimis. Extat Isocratis encomium de Helena illa argiua, quam illustri oratione prædicauit, quod ob faciem suam propemodum diuinam, & eximiam corporis pulchritudinem, semel atq; iterum rapta sit, primū à Theseo Ægæi Athenarum regis filio: deinde à Paride Priami Troiani regis filio, sed postea à tota Græcia magno bello repetita est, quod æquè Troianos Grę coscq; afflixit. Sed quis non miretur in Sara anu iam nonagenaria eam formam esse potuisse, quę regum oculos ad libidinem sollicitaret? Sunt qui in Sara eius q; pulchritudine, immobiles naturæ leges cessasse dicant; minimeq; illis fuisse obnoxiam. Est verò hæc naturæ lex, auctore Isocrate, quod λώβη μὲν γὰρ, ἢ χρόνῳ αὐξάνουσιν, ἢ νόσῳ ἐμάρανε. Id est. Pulchritudinem quidem vel tempus consumpsit, vel morbus languefecit. Ouidius quoq; has leges sic canit. *Isocrat. ad Demon. Ouid. li. 2. de art.*

Forma bonum fragile est, quantumq; accedit ad annos
Fit minor, & spatio carpitur illa suo.

Negant proinde annos in Saræ pulchritudinem quicquā iuris habuisse, neq; senectutis tempus frontem illius rugis arasse, neq; oculorum nitorem lippitudine maculasse; sed semper tāquam in puellari ætate perpetua floruisse venustate. Ferunt Alcibiadem Athenienſem eandem formæ dotem habuisse, vt omnes vitæ eius ætates, iuuenilē decorē imitarentur, q̄d Plu. tradit, περὶ ἣν δὲ Ἀλκιβιάδου, ὅδεν ἴσως δεῖ λέγειν πλεῖστα τῶν παίδων τῶν μεγάλων καὶ ὡραῖα πάσῃ συνανθήσαν τῇ ἡλικίᾳ καὶ ὥρᾳ τοῦ σώματος, ἐρώμενον καὶ ἐπιθυμητὸν ἀνθρώποις. *Plutarc. in Alcibiade* ἀλλὰ τοῦτο Ἀλκιβιάδου μετ' ὀλίγων ἄλλων δι' εὐφυΐαν καὶ ἀρετὴν σώματος ὑπῆρξε. Id est. De pulchritudine Alcibiadis nihil fortasse opus erit dicere, nisi quod illa in omni florens ætate & elegantia corporis, illum & puerum, & adolescentem, & virum, amabilem & suauem reddidit. Sed hoc Alcibiadi cum paucis alijs, ob corporis & habitudinem & firmitatem contigit. Hæc Plutarchus. Aperitur hic nobis fenestella cuiusdam allegorici intellectus de Sara & Abimelech rege, qui illam in puritate cordis sui, & munditia manuum suarum ambisse sese prædicat, & sibi liberali coniugio adiungere. Significatur igitur hoc figuræ inuolucro, Virtutem & sapientiam, cuius figuram Sara gerit, non nisi apud inculpatos & synceros homines, & integras mentes esse posse. Quamuis figura hæc non per omnia ad allegoriam quadrabit, cum Abimelech ipse Saram, quæ sapientiæ imaginem refert, contingere passus non sit, & ab eo mox distrahitur. Sed allegoria pulchrè ex parte constare potest. Igitur sapientia, & bonarum scientiarum peritia, non intrabit in mentem vicioſam, sceleribusq; obnoxiam; sed contra in piam, & à vicijs elutam
R. Moyses Ægypt. li. 1. Duct. sese insinuabit. Scribit hoc Moyses Ægyptius, nō expedire homini vt festinet, & extendat manum ad rationes istas nobiles, & excelsas in initio cogitatiōis suę, donec exerceat animam suam & depuret eam, & examinet mores suos vt sint mūdi, & extinguat concupiscentias suas, & desidera cogitabilia, nec prius extendat manus cogitationum suarum inprimis, ad comprehendendum secretum Dei: sed opus est ei vt erubescat & timeat accedere ad eum, donec se paulatim exerceat. Et propter hoc dictum est, Abscondit Moyses faciem suam: quia timuit aspicere dominum, & laudauit creator quod fecit, & largitus est munificētiam bonitatis suæ, sicut dictum est de eo, Speciē domini vidit. Et dixerūt magistri nostri, quod hoc fuit premium eius: quia abscōdit faciem suam ne aspiceret dominū. Sed seniores filiorum Israel festinauerunt in cogitationibus suis apprehendere dominum & nō apprehenderūt ipsum apprehēsione perfecta. Et idcò dictum est de eis: Viderunt Deum Israel; quia sententia versus est, quod illa visio imputata est eis in peccatum. Non enim dictū est vt sciretur quod viderunt, sed ostendit eos culpabiles super specie comprehensionis suę, eo quod cōmunicatū est in ipsa de potentijs corporalibus. Et hoc indicat scriptura quū inquit: Viderunt Deum Israel, & sub pedibus eius quasi opus lapidis saphirini, & quasi cœlum cum serenum est. Et hoc totū procurauit festinatio illa, cum specularentur ante perfectionem suam, ex qua debebatur eis finis vitæ, vnde & interierunt in quadraginta illis duabus mā sionibus. Ergo antecedentia acquirenda sunt, quæ mundant apprehensionem intellectus à pollutiōe sua, quę est erronea; & tunc appropinquabit vt speculetur illum statum spiritualem, sicut scriptū est: Sacerdotes qui appropinquāt domino, sanctificentur, ne percutiat eos. Salomō etiam præcepit, vt homo caueat sibi multum qui voluerit acquirere gradum illū, cum dixit: Custodi pedem tuum cum intraueris in domū domini. Hactenus Rabi Moyses. Hęc omnia eò spectant, vt intelligamus ad sacrarum scientiarum studium & perceptionem, opus esse mentis puritate, & morum integritate. Idē quoq; Dauid indicare videtur ijs versibus: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Beati qui scrutantur testimonia eius in toto corde exquirunt eum. Quàm pulcher ordo, inquit Ambrosius, *Ambro. in Psal. 118.* quàm plenus doctrinæ & gratiæ: non prius qui scrutantur testimonia eius dixit: potuit enim conuenire secundum literā: sed prius, beati immaculati in via. Ante enim vita quàm doctrina quærenda est. Vita enim bona, & sine doctrina habet gratiam; doctrina sine vita, integritatem nō habet. In maliuolam etenim animam non cadit sapientia. Ideoq; ait: Quærent me mali, & non inuenient: quia improbitate cœcatur mētis oculus, & caligāte sibi iniquitate, mysteria profunda inuenire non potest. Primū ergo exercēda est vitæ militia, corrigēdi mores: cū hæc instituerimus ad cursum debitū, vt sit offensionis correctio, puritatis gratia: tunc ad studia percipiendæ cognitionis veniamus, suo ordine & via. Prima igitur sunt moralia, secunda mystica, in illis vita, in his cognitio. Hęc Ambr. Huc pertinet, ni fallor, illud q̄d in celebrib. scholis frequētari videmus,

mus, vt literarum & Theologiæ candidatos prius festiuis conuicijs insectentur, & anteactam malè vitam publicitus frequenti corona traducant, quod deponere & describere vocant. Sic ergo ijs conuitijs à veteri & vitiosa vita tanquam à brutali mente expurgatos & expiatos, in literarum sodalitium cooptant. Refert Arrianus de Epicteto philosopho, quod ad hoc nostrum institutum facit. Nam cũ animaduerterat hominem pudore amisso, importuna industria, corruptis moribus audacem, confidentem lingua, cæteraq; omnia præterquam animum procurantem; istiusmodi hominem cum viderat, studia quoq; & disciplinas philosophiæ contrectare, & physica audire, & meditari dialectica, multaq; id genus theoremata suspicari sciscitariq́ue: inclamabat Deũm atque hominum fidem, ac plerunque inter clamandum ijs eum verbis increpabat: ἄνθρωπε ποῦ βάλλεις, σκέψαι σὰ λάθαρτ ἀγγεῖον, ἀν γὰρ εἰς τὶν οἶνον αὐτὰ βάλλυς, ἀπώλετο, λῦ ταχύ, οὖρον ἢ ὄξος γρύοιτο ἄν, ἤ τι τούτων χεῖρον. Id est. Homo vbi iam mittas, considera, nunquid purgatum vas sit. Nam si ad inanem opinionem ea inuergas, prorsum interierint. Sin computrescant, in vrinam aut acetum vertentur, aut si quid ijs ipsis est deterius. Nil profecto ijs verbis grauius, nil verius: quibus declarabat maximus philosophorum, literas atque doctrinas philosophiæ, cum in hominem falsum atque degenerem, tãquam in vas spurcum atque pollutũ influxissent; verti, mutari, corrũpi, & quod ipse mordacius dixit, vrinam fieri, aut si quid est vrina spurcius. Concinit ijs Horatianum illud.

Aul. Gell. lib. 17 no. att.

Horat. in Epistol.

Syncerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit.

Atqui non solum integra mens & manuum puritas, præstãda est honestarum scientiarum cãdidatis, verum etiam illis qui sacris & diuinis reb. operaturi sunt. Quod quidem in Christiana religione adeò indubitatum est: vt admonuisse superuacaneum videri debeat. Qualis verò mens esse debeat, quæ Christi mysteria confectura sit, Ambrosius hisce verbis significat. Oportet eã primo carere varia rum illecebris voluptatum, vitare internum corporis animiq́ languorem, vt corpus & sanguinẽ Christi ministret. Neq; enim potest quisquam peccatis suis æger minimeq́ sanus, immortalium sanitatũ remedia ministrare. Vide quid agas sacerdos, ne febrienti manu corpus Christi attingas, prius curare, vt ministrare possis. Si mundos eos qui ante fuerant leprosi, Christus iubet occurrere sacerdotibus, quanto magis mundum ipsum conuenit esse sacerdotem? Ad hanc mentis puritatem & significandam simul & admonendam, facit illud, quod sacerdos sacro astãs altari, & iamiam Eucharistiæ sacrificium confecturus; manus, præsente piorum cõcione lauat. Idem etiam apud Israelitas lege sancitum erat, vt ne Leuitici generis sacerdotes in tabernaculum testimonij ingrederentur, nisi manibus pedibusq́ lotis. Hinc apud Græcos prouerbialiter dicitur, ἀνίπποις χερσὶν καὶ ποσὶν, id est, Illotis manibus & pedibus, pro irreuerenter & imparatè, translatum à sacrorum puritate. Hesiodus vetat, ne quis Ioui libet vinum manibus illotis.

Amb. in li. de Vid.

Hesiodus πόδι ἡμέ.

μηδὲ ποτ' ἐξ νοῦς δυὶ λείβειν αἴθοπα οἶνον
χερσὶν ἀνίπποις μὴ δ' ἄλλοις ἀθανάτοισι.

Id est.

Nec vnquam mane Ioui vinum libaueris ardens,
Illotis manibus, neq; diuum præterea vlli.

Vnde χέρνιβον crebra mentio apud Homerum. Ea dictio sonat quasi dicas manuum lotionem, à qua antiquitus rem diuinam auspicabantur, quod Homerus sic testatur.

Lamprid. in Alex.

τοίσ' ὦνα θεῶν λειστὶν ἑκατόμβιν
ἐξείης ἐστῆσαν ἐυδμήτου πόδι βωμοῦ
λεβρνίψαντο δ' ἔπειτα καὶ οὐλοχύτας ἀνέλοντο.

Home. lib. α, ἰλιαδ.

Id est.

Socij sed protinus aris
Belle substrictis, admorunt sacra ferentes,
Hinc loti, salsæ sumpsere piacula frugis.

Quinetiam prophani scriptores crebro tradunt sacra ipsa obeunda esse à castis, & à Venerei rei proluuio puris, neque sacra illa dijs cordi esse, quæ à voluptarijs peraguntur. Admonet Hesiodus, vt sacra purè peragantur, & à cõgressu vxoris ne sacra accedas.

Hesiodus πόδι ἡμέ.

μὴ δ' ἀλοῖαι γόνυ πεπαλαγμένος ἐνδ' ὀδόν οἴκου
ἑστίν ἐμπελάσ' ἀν παραφαινόμεν, ἀλλ' ἀλέασθαι.

Hos Hesiodi uersus Tibullus sic expressisse uidetur, ubi ad sacra peragenda hortatur castos duntaxat præsto esse.

Tibu. lib.

Vos

Vos quoq; abesse procul iubeo, discedat ab aris,
Cui tulit hesterna gaudia nocte Venus.

Ouidius describit sacrũ quoddã quod Hercules & Omphale Lydiæ regina pariter peracturi erant, & quo purius sacris operarentur, secubuerunt.

Ouid. li. 2. Fast.

Sic epulis functi, sic dant sua corpora somno,
Et positis iuxta secubuere toris.

Idem poëta de Numa Pompilio parem religionem scribit, quod sacrum pro frugibus facturus, non solum Venere abstinuerit, sed etiam carnium esu.

Idem li. 4. Fast.

Vsus abest Veneris: nec fas animalia mensis
Ponere.

Alexander haud dubio inter optimos Imperatores Romani imperij ponendus est, dignus qui longiore vita vsus fuisset, dignior verò qui Mammeæ matris & Christianæ mulieris fidem imitatus fuisset. Et tamen, vt opinor, è materno lacte quædam pietatis rudimenta suxerat, quibus Christianos in vera pietate iuuare poterit. Viuendi vsum talem habebat. Primum, vt si facultas esset, id est, si non cum vxore cubuisset, matutinis horis in larario suo, in quo & diuos principes, sed optimos electos, & animas sanctiores, in queis & Appolloneum, & quantum scriptor suorum temporum dicit, Christum, Abraham, & Orpheum, & huiusmodi Deos habebat, ac maiorũ effigies rem diuinam faciebat. Et hæc quidem ethnicorum exempla tanquam vitrea censenda sunt, vt ab impijs, & in profundis ignorantiæ tenebris agentibus, edita: cæterum nobis Christianis in clarissima veritatis luce versantibus, documento esse debent, vt gemmea Christi sacramenta existimemus, eaq; tanquã veri Abrahæ Saram, cũ Abimelech, summa mentis puritate, & manuum mundicia tractemus. Igitur Abimelech vehementius à Deo increpatus, Abrahę dissimulationem agnoscit, & Saram non Abrahę sororẽ, sed legitimã eius vxorẽ esse intellexit. Neque Abimelech tantam Abrahæ dissimulationem æquo animo tulit, sed acrioribus verbis in hunc modum cum illo expostulat. ¶ Quid fecisti nobis? Quid peccauimus in te: quia induxisti super me, & super regnum meum peccatum grande? Quæ non debuisti facere fecisti nobis. Rursumq; expostulans ait. Quid vidisti vt hoc faceres? ¶ Video plane hunc Abimelech hominem esse haud quaquam malum, sed ciuilem, moderatũ, & quod in regibus rarum est, legibus obtemperantem, easq; metuentem; estq; istud optimæ institutæ reipublicæ simul & fœlicis argumentum, vt Plato scribit, si leges dominentur, & principes legibus obnoxij sint. εἰ μὲν μὴ γὰρ ἂν ἀρχόμενόν τε καὶ ἄκυρον νόμον, φθορὰν ὁρῶ τῆς τοιαύτης ἑτοιμῶν ὄψιν, εἰ δὲ ἄρα διεσπόσης τὴν ἀρχόντων, οἱ δὲ ἀρχόντες δοῦλοι τοῦ νόμου, σωτηρίαν καὶ πάντ' ὅσα θεοὶ πόλεσιν ἔδοσαν ἀγαθὰ γιγνόμενα λαβοῦν. Id est. In illa ciuitate vbi lex subdita est & abrogata, ibi video perniciem paratam esse; in qua verò lex domina est principum, & principes serui sunt legis, ibidem video salutem, & oia bona quæ dij ciuitatibus dederunt. Hæc Plato. Atqui parum sapiunt, qui illud præcipuum imperij bonum esse putant, quod nullius imperio subiaceant. Quis igitur imperabit principi? Nempe lex omnium regina, & mortalium & immortalium, vt ait Pindarus, non ista quidem lex foris in libris, aut ligneis scripta tabulis, sed viua illa insita ratio, semper conuiuens, ac familiaris principi, nec vnquam animum suo ductu, sua moderatione destituens. Cæterum immanissimi tyranni longè aliter fact itarunt. Cæsar Caligula omnium scelerum & tyrannidis exemplar, cum in omnes sæuitia & libidine grassaretur, monenti Antoniæ auiæ, tanquam parum esset non obedire, Memento, ait, omnia mihi & in omnes licere. Eandem crudelitatem spirat quod Nero contra Britannicum egit, quem cum veneno perdere statuisset, & Locustę veneficę negotiũ datũ fuisset, vt venenum coqueret, illa ad occultandam facinoris inuidiam parum efficax parauit. Tum Nero accersitam mulierem sua manu verberauit, & hac voce adiecta; Sane, inquit, legem Iuliam timeo. Erat enim lex Iulia contra veneficos lata, qua se teneri Nero tanquam princeps non putabat. Nota est scelerata vox Iuliæ ad Antoninum Caracallam priuignum suum, quem ad incæstas suas nuptias prouocare volebat. Quum enim esset pulcherrima, & quasi per negligentiam se maxima corporis parte nudasset, dixisseq́ Antoninus, Vellem si liceret. respondisse fertur: Si libet, licet: An nescis

Plato lib. 5. νόμων.

Sueton. in Calig.

In Nerone.

Spartianus in Caracal.

te Imperatorem esse, & leges dare, non accipere? Quo audito, furor inconditus ad effectum criminis roboratus est: nuptiasq; eas celebrauit, quas, si sciret se leges dare, verè solus prohibere debuisset. Atqui Abimelech hic noster, vt cordatũ & sapientem decet, leges in adulteros latas & agnoscit & pertimescit; eoq; cum Abraham acerbius expostulat, quod illius dissimulatione in illas penè ignorãs insciensq; incidisset. Qualis verò pœna decreta fuerit olim in adulteros, scribit Xenophon. μόνος γὰρ τοὺς μοιχοὺς νομίζουσι πολλαὶ τῶν πόλεων, ὑπτιοῦν ἀποκτείνειν δηλονότι οἷμαι τούτους, ὅτι λυμαντῆρας αὐτοὺς νομίζουσιν τῶν γυναικῶν φιλίας πρὸς τοὺς ἄνδρας ἐόντας. Id est, Sunt multæ ciuitates, q̃ putant adulteros solos impunè occidendos, videlicet quod putent ipsos corruptores esse amicitiæ vxorum erga maritos suos. Neque Dauid rex, tametsi adulterij & homicidij conuictus, formam boni principis amisit, sed pœnas adulteris sancitas pertimescit, & hisce verbis apud Deũ deprecatur חַיְּלֵנִי מִדָּמִים אֱלֹהִים אֱלֹהֵי תְשׁוּעָתִי Id est. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meę. Sanguines appellat capitale crimen, & pœnam vltimi supplicij, adulteris & homicidis decretam, a qua rex eruí petit. Sed haud scio an clarius aliquod exemplũ habeamus, quàm quod de Zaleuco Locrensium rege legimus. Hic lege sanciuit, vt quisquis in adulterio deprehenderetur, vtroq; oculo mulctaretur. Nec multo post filius, quem vnicum habebat, & regni successorem, adulterij conuincitur. Perstat iustissimus pater in lege à se lata, & filiũ vtroque oculo priuandum in publicum producit. Fit concursus & fremitus populi, indignantium, filium post patrem regnaturum, cœcum regem esse debere. Nec pater tamen quicquam à sua constantia remisit, sed inuicto animo legẽ à se latam exercere pergit. Tandem cum omnia ad seditionem spectare videret, cum popularibus suis hac conditione paciscitur, vt ipse altero oculo priuaretur, filius verò altero, vt lex sua duobus oculis effossis incolumis perstaret. Sic igitur Zaleucus præstitit vtrumq;, & iustissimũ iudicem, dum legem à se latam violare nolebat; & pientissimum patrem, dum filio videndi vsum non adimeret. Tantum potuit in iustissimo homine regina lex, quam vereri & pertimescere tanq; seruus operæ precium putabat. Non solum Abimelech legem in adulteros latam metuit, verumetiam ne eadem regno suo fraudi esset pertimescit. Quod quidem non semel factum legimus, vt adulteria à regibus commissa, euertendi regni causa extiterint. Notum est quid Dauid ludæorum regi vsuenerit, qui ob Vriæ vxorem à se adulteratam, à filio Absalon plusquam ciuili bello impetitus, regno suo exuitur, & tota Iudæa profugus agitur, & paulominus vitæ discrimen adisset, nisi Deus illum tot periculis diuexatum, in integrum restituisset. Vrbem Troiam & Priami regnum ob Paridis adulterium euersum & excisum nulli nõ cognitum est, quod Nercus sic futurum vaticinatur adultero.

Xenoph. in Cyro.

Psalm. 50.

Val. Max. lib. 6.

Li. 2. Regi

Horat. li. 1 Carmin.

mala ducis aui domum,
Quam multo repetet Græcia milite
Coniurata, tuas rumpere nuptias,
Et regnum Priami vetus.
Iracunda diem proferet Ilio,
Matronisq; Phrygum classis Achillei,
Post certas hyemes vret Achaicus
Ignis, Iliacas domos.

Quis ignorat Tarquiniorum familiam auito Romanorum regno depulsam, nisi ob adulterium à Sexto Tarquinio, Lucretiæ castissimæ Romanæ matronę per vim illatum? Sic enim Ouidius Sextum ob scelus perpetratum gloriantẽ, & tanq; ampla spolia referentem, alloquitur:

Ouid. li. 2. Fast.

Quid victor gaudes? hæc te victoria perdet.
Heu quanto regnis nox stetit vna tuis.

Et hæc quidem ob Abimelech regem dixisse satis sit, quem liquet adulterium exhorruisse, ne quod inde sibi ac regno suo incommodum impenderet. ¶Respondit Abrahã. Cogitaui mecũ dicens, Forsitan nõ est timor Dei in loco isto, & interficient me propter vxorem meam. Aliàs autem & verè soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in vxorem.¶ Inter multa & nefanda gentium vicia, quibus olim ante vel Mosaicam legem, vel euangelicam doctrinam volutabantur, erat hoc inprimis longè impudentissimum, quod sorores fratribus nubere citra dedecus putabantur. Erant olim Ægyptij vsque adeò idololatriæ dediti, vt etiam omnium

omnium superstitionum & libidinum inuentores fuerint. Hi igitur, vt Diodorus Siculus auctor est, hanc legem, præter communem omnium morem, sanxere, fas esse sororem à fratre vxorem capi. Execratur Euripides Tragicus tales nuptias, quæ inter necessitudinum gradus proxime coëunt.

Diodorus Sic. lib. 1.

Euripi. in Androm.

τοιοῦτον πᾶν τὸ βαρβάρων γένος
πατήρ τε θυγατρί, παῖς τε μητρὶ μίγνυται
λόγῳ τ' ἀδελφῷ.

Id est.

Tale est omne barbarum genus
Pater cum filia, filius cum matre miscetur,
Soror cum fratre.

Porrò Græci, vtpote ingenio & eruditione semper præstantissimi, tales nuptias tanquã incæstas & impuritate plenissimas, semper detestati sunt. Graue certè dedecus & perpetuam nominis sui ignominiã retulit Ptolomeus rex Ægypti, qui eò turpitudinis prolapsus est, vt contra Macedonum, atque adeò Græcorum omnium leges, etiam sororijs amoribus implicaretur. Sic enim de illo scribit Pausanias. ὅτι ὁ πτολομαῖος ἀρσινόης ἀδελφῆς ἀμφοτέρωθεν ἐραδθεὶς, ἔγημεν αὐτὴν, μακεδόσιν ἀδιαμῶς ποιῶν νομιζόμενα, αἰγυπτίοις μόνοις ὧν ἦρχε. Id est. Hic Ptolomeus Arsinoen ex vtroque parente sororem, dilexit, & in vxorem duxit, haudquaquam quæ Macedonibus consueta erant, agens; sed magis quæ Ægyptijs, quibus imperabat. Erat tamen ex Ptolomæi familiaribus quidam nomine Sotades, quem cõstat in vincula coniectum, quod de regijs nuptijs malè opinaretur, hæc enim verba illi excíderunt, Regem ἐς ὀχ ὁσίαν πρυμαλίαν λέν πρου ὠθεῖν. Id est. In non sanctum foramen aculeum adegisse. Dispicere hic non possum, quid in mentem venerit Theocrito poëtæ, qui incęstas hasce nuptias Ptolomei cum sorore carminibus celebrare sustinuerit, & eas Iouis nuptijs comparare, qui Iunonem in matrimonium duxerit. Sed in nulla non vicia adegerunt ethnicos, Deorum suorum exempla.

Pausan. in Atticis.

Theocritus idyl. 17.

ἐκ δυμᾶ ἱέργοιϲα λαϲίγνητον τε τάϲιντι
ὧν δὲ καὶ ἀθανάτων ἱερὸς γάμος ὀϲτελέοιτο
ὅς τίκετο λρείοιϲα βία βαϲιλῆας ὀλύμπου
ἐν δὲ λέχος σόρευϲιν ἰαύειν ζηνὶ καὶ ἥρᾳ.

Id est.

Ergo amat ex animo coniunx fratremq;, virumq;.
Taliter in thalamum quondam coire iugalem,
Quos Rheam genuisse ferunt, quibus omnia parent.
Sic se complexa fratrem soror, ille sororem,
Iuppiter & Iuno lectum venere in eundem.

Refert Aristophanes nuptias Macarei & sororis suæ Canaces, sed tanquam execrabiles & incestas, quod frater sororem ex eadem matre genitam nuptijs sibi copulauerit.

Aristo. in νεφέλ.

ἀλλ' ἐνθὺς ἢ σ' ἐξ ἐυγενοῦς ἐρῶσιν τίν', ὡς ἐκείνει
ἀδελφός, ὦ λεξίκακε, τὴν ὁμομητρίαν ἀδελφήν.

Id est.

Hic statim ex Euripide verbum protulit, quomodo sollicitauerit
Frater, ô Hercle, sororem suam ex eadem matre natam.

Putat Aristophanis interpres illicitum esse, fratrem ex eadem matre natam sororem in vxorem ducere, sed ex patre solum fas esse, ἐπειδὴ παρὰ ἀθηναίοις ἐξεϲὶ χαμαὶ πάϲ ἐκ πατέρων ἀδελφάϲ. Id est. Quoniam apud Athenienses fas erat sorores ducere ex patribus. Videntur igitur Abrahæ nuptiæ tales fuisse, vt Sara Abrahæ fuerit soror, ex Thare patre amborũ, quamuis diuersas vterq; matres habuerit. Atqui Isychius explicans Leuiticum negat hoc omnino sic esse, sicut habere putatur historia: nam eos qui ex Thare patre Abrahæ geniti sunt Moyses enarrans, nusquam Saræ mentionem fecit. Et Isychius quidem in hac opinione est, vt neget Abrahæ verba sic intelligenda esse, vt prima specie sese offerãt; interim nec ipse explicat q̃modo intelligi velit, neq; nos Abrahã mendacij arguere audemus. Certè nuptiæ hæ, quas Abraham habuisse videtur, sunt diuino iudicio postea interdictæ. Sic enim Deus sanciuit: Qui acceperit sororẽ sua filiã patris sui, vel filiã matris suę, & viderit turpitudinẽ eius, illaq; cõspexerit fratris ignominiã, nefariam rẽ operati sunt, occidentur in conspectu populi, eò quod turpitudinẽ suam mutuo reuelauerint, & portabunt iniquitatẽ suam. Sed & ciuilia iura tales prohibent nuptias. Sic enim Iustinianus loquitur: Sanè enim inter fratrem sororemue nuptiæ prohibitæ sunt: siue ab eodem patre eademq; matre natę fuerint, siue ex altero eorum. Sed si per adoptionem soror tibi esse cæperit: quamdiu

Isychi. li. 5 in Leuit.

Leuit. 20.

Libro 1. Insti. legal.

diu quidem constat adoptio: sanè inter te & eam nuptiæ consistere non possunt. Cum verò per emancipationem adoptio sit dissoluta: poteris eam vxorem ducere. Fieri ergo potuit, vt Sara Thare filia fuerit adoptiua, quam postea emancipatam ab adoptiuo patre, Abrahã legitimè ducere potuit. ¶ Tulit igitur Abimelech oues & boues & seruos & ancillas, & dedit Abraham. Reddiditq; illi Saram vxorem suam: & ait. Terra coram vobis est: vbicunque tibi placuerit habita. Saræ autem dixit: ecce mille argenteos dedi fratri tuo. hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum sunt, & quocunqne perrexeris, memento te esse deprehensam. ¶ Mirum est q̃ puerilíter Hebræi se hic torqueant in Abimelech hisce verbis ad Saram intelligendis, nec satis inter illos constat, quis sit horum verborum intellectus, & illorum interpretamenta nihil ad scripturæ mentem faciunt; & plus inuoluũt q̃ explicant. Certè Abimelech verba etsi castigatoria sint & concisius prolata; tamen sensum ex sese presiius intuenti, facilè suppeditant. Fuit Sara per omnes ætatum gradus eximia corporis specie, & liberali facie honestaq; : sed hæ tantæ formæ dotes sic in illa erant, vt magis alijs conspicuæ essent, quàm quod in se agnosceret, vel in fastum superbiæq; causam verterit; neque aliorum virorũ oculos forma sua sollicitare volebat, vt qui Abrahæ viri sui gratiam satis esse putaret. Cæterum in tam egregio corpore nemo inerat, & sine vicijs nemo est. Sara vt casta et sanctis moribus, certè tamen mulier, neque innato fœminis more, genuinisq; vicijs carebat. Quũ enim primũ in terrã Abimelech se cum Abraham habitatum contulisset, mox illa fœminea curiositate ducta, & nouæ regionis cognoscendæ cupiditate impellẽte, oculos quoquouersum imprudẽtius circumferre, & omnium in se aspectum vertit, Abimelechq; regem imprudens nolensq; in suum amorem pellexit. Cæterum ille dũ ardentius forma illius raperetur, à Deo increpitus, à nuptijs quibus illam sibi asserere parabat, destitit. Amplissimis tamen muneribus illam cumulauit, adiecto etiam mandato, quo in posterum meminisset, vt oculos contegeret, neque curiosius oia collustrare vellet; & viris cupiditatis facem accendere. Hic est Abimelech verborũ verus intellectus, quum inquit ad Saram: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum sunt, & quocunque perrexeris memento te esse deprehensam. ne scilicet secundo in eũdem impingeret lapidem, & per incuriam oculorum iterum adamari posset, cum satis sit illã semel esse deprehensam. Sed quid illud est, quod oculos tantopere velari in Sara, prouidus Abimelech velit? Est certe oculorum fulgor & color eximiũ facici decus, & natiuæ elegãtiæ verissima nota. Homerus Astinomẽ vocat ἑλικώπιδα, id est, μελανόφθαλμον, quasi nigros oculos habentem, & formosam proinde.

ὀδ᾽ ὄγε τῷ λοιμοῖο βαρείας χεῖρας ἀφέξει
τῷ γ᾽ ἀκὴ πατρὶ φίλῳ δ᾽ ὀμόσσαι ἑλικώπιδα λεύσσειν. *Homer. lib. α. ἰλιαδ.*

Id est

sed nec contagia morbi:
Tollet pestiferi, dextera capiente quietem,
Ante nisi charo reddatur filia patri.

Plautus quoque ab oculorum nigrore formosam mulierem describit. Ipsa ea est specie venusta, ore paruo, atque oculis pernigris. Sed de oculorum colore stultum fortasse erit scribere. Atqui hoc verissimum est, Oculos, vt Ouidius canit, in amore esse duces, & per illos tanquam per fenestras quasdam, omnium voluptatem illecebras in animum humanum irrepere, quod & Propertius hoc sibi contigisse scribit. *Plautus in Pœnul.* *Ouidius.* *Propertius.*

Cynthia prima suis miserum me cœpit ocellis,
Contactum nullis ante cupidinibus.

Apud Apuleium nouerca priuigni sui amore capta, Venerisq; telo saucia lecto decumbens; sic illum alloquitur. Causa omnis & origo præsentis doloris, & etiã medela ipsa, & salus vnica mihi ipse tu es. Isti enim tui oculi per meos oculos ad intima delapsi præcordia, meis medullis acerrimum commouent incendium. Extat Musæi vetusti poëtæ carmen amatoriũ de Herone & Leãdro scripum, in quo eadem ferè leguntur. *Apul. li. 10 de aur. Asi.* *Musæus.*

λαμπρὸν γὰρ πορίπτυον ἀμωμήτοιο γυναικὸς
ὀξύτερον μερόπεσσι τέλοι πηρόεντος ὀϊστοῦ
ὀφθαλμὸς δ᾽ ὅλῳ ἵεται ἐπ᾽ ὀφθαλμοῖο βολάων

ἑλκὸς ὀλιδάνει, καὶ ὦπι φρένας ἀνδρὸς ὀλέσσει.

Id est.

Pulchritudo enim celebris immaculatæ fœminæ
Acutior hominibus est veloce sagitta,
Oculus verò via est ab oculi ictibus
Vulnus delabitur, & in præcordia viri viat.

Inter Epistolas Heroides Ouidij est Acontij ad Cydippen vna scripta; in qua amoris incendium exortum refert ab oculis Cydippes.

Tu facis hoc, oculi tui, quibus ignea cedunt
Sidera, qui flammæ causa fuere meæ. *Ouidius.*

Quum ergo natura ipsa mulieribus pudorem inseuit, & sine eo nulla mulieris nomine digna videatur, certè illum tanquam dotem præclarissimam, etiam atq; etiam tueri debent, inq; maius prouehere tũ corporis ipsius statu & habitu; tum etiã verecundo & pudico prospectu, & summo oculorũ pudore. Extat huius oculorum cõtinentiæ exemplum in Hecuba Troianorum regina, quæ ait nullam mulierem aduerso aspectu, virum intueri debere. Sic enim loquitur ad Polymestorem Thracum regem: *Eurip. in Hecuba.*

αἰσχύνομαί σε προσβλέπειν ἐναντίον
λέκτρων ἅπερ λωπᾷμην προσβλέψω σ᾽ ὀρθαῖς κόραις
ἀλλ᾽ οὐ τόμοι δ᾽ ὑποσκιεῖν ἡγοῦμαι σέθεν
πολυμῆστορ. ἄλλως δ᾽ αἴτιον τι κἀμὸν
γυναῖκας οὐδ᾽ ἐῶν μὴ βλέπειν ἐναντίον.

Id est.

Ore intueri te quidem aduerso pudet,
Neq; te queo rectis tueri pupillis,
Sed ne putaris istud esse odio tui
Polymestor. atqui est quippiam in causa rei,
Vel lex recepta moribus mortalium
Aduersa ne qua fœmina spectet viros.

Hanc verecundiæ & pudoris legem, optimè seruasse facit Vergilius Didonẽ Carthaginis reginam, cuius licet viduitatem diuino suo poëmate, indignis modis polluerit; tamen matronalem in cõpellandis viris decorem eam seruasse canit. Quum enim Troiani dicendi finem fecissent. *Verg. li. 1 Æneid.*

Tum breuiter Dido vultum demissa profatur,
Soluite corde metum Teucri.

Contrà Satyricus poëta, vt impudentem & profligati pudoris mulierẽ significaret, in hunc modum canit. *Iuuen. Satyra 6.*

Cumq; paludatis ducibus, præsente marito
Ipsa loqui recta facie, strictisq; mamillis.

Non absurdè, ni fallor, hæc attulimus, quo Abimelech regis verba clarius intelligantur, quibus Saram admonuit, vt honestarum mulierum more, demissis ad terram oculis, in virorum præsentia, incedere meminisse vellet. Ex his Abimelech regis verbis, natum videtur prouerbium hoc, γὰ ὀφθαλμοῖς ἡ αἰδώς, id est. In oculis pudor. Sunt enim oculi in homine pudoris sedes. Pudor & verecundia, mulierum insigne est ornamentum, & nulla alia in corporis parte præfertur, nisi in oculis. Refertur hic versus ex Euripide. *Eurip.*

αἰδὼς γὰ ὀφθαλμοῖς γίνετ᾽ τίκτουσ᾽.

Id est.

Mea gnata in oculis nascitur hominum pudor.

Pudor hic non solum mulieres decet, verumetiam viris, maiestatem quandam cõciliare solet. Socrates apud Platonem de amore verba facturus, prius præ verecundia & pudore, oculos & caput veste contexit. Achilles apud Homerum incessẽs Agamemnonẽ, vocat illũ λωπήτην, quasi caninis & inuerecundis oculis, & apud eundem Achilles sic stomachatur. *Homerus ἰλιαδ. α.*

λωπὸς ὄμματ᾽ ἔχων.

Id est.

Canis habens oculos.

Ob impudentiam. Videmus pueros, quorum pudor insigne est, cum pudescunt, oculos tegere. ¶ Orante autem Abraham sanauit Deus Abimelech, & vxorem, ancillasq; eius & pepererunt. Concluserat enim Dominus omnem vuluam domus Abimelech propter Saram vxorem Abraham. ¶ Abimelech igitur rex dum cupidius q̃ consultius in Saræ concupiscentiam ferebatur, subito diuinitus graui morbo affectus est, et valetudine à medicis complorata, Saram Abrahæ, Deo id per somnium iubente, illibatam reddit. Neq; ipse solum Abrahæ supplicationibus morbo leuatus est, sed & vxori & ancillis cõgrediendi cum viris, concipiendi, pariendiq; facultas restituta est; vt iam ex hoc scripturæ loco perspicuum sit, quemadmodum sterilitas mulieribus à Deo pœnę loco infligit̃, ita fœcunditas & filiorum partio, magnũ diuinę benignitatis donũ censetur. Neq; hoc ethnicos latere valebat, sed magno errore, quod vnius & summi Dei munus est, in falsos Deos contulerunt. In tanto enim Deorum, populo Venus erat quã almam vocabant, quæq; etiã cunctarum

semina rerum possideret, & omniũ animantium fœcunditati præsideret. Hæc, vt Apuleius putauit, primis rerum exordijs, sexuũ diuersitatem generato amore sociauit, & æterna sobole humanum genus propagauit. Neque hac vanitate cõtenti erant, sed generandi & cõcipiendi Deos putabant esse Liberum & Liberam, in quorum potestate essent vires generandi. Sub Libero, vt Agustinus refert, vis & semẽ esset virorum, sub Libera mulierum. Sed has paganorum ineptias eo consilio huc adduxisse visum sit, quo summi Dei maiestas nobilius inclaresceret. ¶ Visitauit autem Deus Saram sicut promiserat, & impleuit quæ loquutus est. Concepitq; & peperit filium in senectute sua tempore quo prædixerat ei Deus. Vocauitq; Abraham nomen filij sui quem genuit ei Sara, Isaac. ¶ Non sum nescius q̃ locuples & copiosa materia allegoriarum, in hoc Abrahæ filio Isaac, veteribus Theologis præbita fuerit. Sed & Paulus non ignorabat q̃ magna mysteria in Isaac recondita essent, & sacramentorum plena sciebat hanc Isaac genituram, quæ non integra parentum ætate facta est, sed iam affecto vtriusque corpore & senio confecto, vt iam nulli non perspicuum sit Isaac natum non cõsueta & peruulgata naturæ via, sed diuina magis voluntate. Sed hæc omnia mysteria & gratiam adoptionis filiorum Dei repræsentabant. Quum enim humana natura in Adam protoplasto vicijs esset infecta, & proinde damnationis elogio obnoxia, quid tandem ab illa tã misere affecta sperandum erat, nisi omnia infœlicia & tristia? Et certe actum cum humano genere fuisset, perijsset q; in perpetuũ, nisi Deus fessis subuenisset rebus, & naturã suopte vicio sidentem, gratuita sua bonitate subleuasset. Ex hoc ergo tã misero humani generis coagulo, & afflicta ppagine, natus est populus adoptionis, & gratiæ filij, sed sola diuina gratia opitulante, tũ cõsequuti honorem. Neq; solũ Isaac pdigiosa sua natiuitate promissionis filios, sed diuina gratia in hũc ascitos honorẽ, significat: sed etiã natiuitate sua supra humanæ cõsuetudinis captum facta, Christi ex virgine nati mysterium confirmat. Ex quo enim alio armamentario validiora tela contra Iudæorum pfidiam depromimus, nisi è præsenti hac Isaac natiuitate? Risui est Iudæis si Christum è virgine natum prædicamus, nec sustinent eorum aures vocem contra legem militantem naturæ, & tamen æquis auribus audiunt Isaac æquè prodigiosè atq; adeò repugnante natura natũ. Vtrũ prodigiosius habendum est & Deo factu facilius, virginem ne pregnantem citra viri congressũ reddere, an senes exacta iã ætate, & marcidis membris generare posse? Certè diuinę virtuti, si modò id animo sederit, tam hoc q̃ illud facillimũ erit, neq; in has angustias tanq; Symplegadas aliquas diuina sese potentia compingi sinet, vt quod in senibus & mortuis membris facere potuerit, in virgine non possit. Sunt hæc vernacula Iudæorum documenta satis idonea ad ora illorum obstruenda, vt ne virginis partum discredere velint. Nec minus Deus ipse à natura exempla suppeditat, quæ illibatum virginis partum astruere possint. De vulturibus hæc scribit Basilius, τοὺς γύπας φασὶν ἀσωσὶ νόσως τὴν τῶν μακροβιώτατος ὄντας. ὅις γὰρ χρὶς ἑκατὸν ἐτῶν ὡς τὰ πολλὰ παραγίνεται ἡ ὁμίλια ζωή. τοῦτο μοι ἔχει πρὸς σεαυτὸν συσκιαζόμενον ἐκ τῆς ἔξω φύσεως ὄρνιθας ἱστορίας, ἵν' ἐπιδὰν ποτὲ ἴδῃς γελῶντάς τινας τὸ μυστήριον ἡμῶν, ὡς ἀδύνατον ὄντος καὶ ἔξω φύσεως παρθένον τεκεῖν, φὴς παρθενίας αὐτὴ, φυλαττομένης ἀχράντου, γνόμενης, ὅτι ὁ ἐνδοκιμήσας ἐν τῇ μορίᾳ λαμπρύνματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας, μυρίας ἐκ φύσεως ἀφορμὰς, πρὸς τὴν πίστιν τῶν πραγμάτων πολλαχῶν διατεθέλετο. Id est. Aiunt vultures & quidẽ longissimam vitã viuentes, vt quorũ vita ad centũ annos porrigitur, sine cõpari parere. Et hoc quidẽ ab auiũ historia significatum habe, vt si quando videris aliquem mysteria nostra ridere tanq; fieri nõ possit, & extra naturam sit, virginem parere posse, incolumi virginitate & impolluta, fac cogites, quoniam cui placuit in stultitia prædicationis saluare credentes, multas occasiones ex natura ipsa præbuit, q̃bus ad fidem impossibiliũ vteremur. Et Lactantius Mariæ virginitatem astruẽs, eodem vtitur argumento. Descendens, inquit, de cœlo spiritus ille Dei, sanctã virginem, cuius vtero se insinuaret, elegit. At illa diuino spiritu hausto repleta concepit, & sine vllo attactu viri, repente virginalis vterus intumuit. Quod si animalia quædam vento, & aura concipere solere omnibus notũ est, cur quisquam mirum putet, cum spiritu Dei cui est facile quicquid velit, grauatam esse virginem dicimus. Hactenus Lactantius. Neq; solum ad Mariæ virginitatem astruendam mira hæc Isaac partio valet, sed etiam ad tempus significandum, quo apud Iudæos Christus olim nasciturus erat. Natus est Isaac nõ integra parentũ ætate, neq; viribus iuuentute firmis, sed vterq; parens senectute annisq; obsitus. Nascitur Christus, non florentibus Iudæorum rebus, neq; statu ipsorum integro, sed in omnibus plurimum immutato & degeneri. Siquidem Christo nascente, Iudęorum res ciuilibus erant motibus concussæ. Asmonæi reges qui complures Syriæ & Arabiæ ciuitates armis domuerant, domesticis armis de regno inter se disceptabant. Aristobulus & Hircanus malorum omnium causa Iudæis fuerũt, & dum vterq; auitum regnum ad se trahere conatur; Iudæorum gentem in seruitutẽ tradiderunt. C. Pompeius profligato Mithridatico bello in Syriã diuertit, & arbiter inter Aristobulum & Hircanum factus, Iudæorum regnum Romani iuris fecit, & Syriæ Arabiæq; vrbes bello captas, Iudæis ademit. Tentauerat frustra Antigonus Aristobuli filius Iudaici regni libertatem instaurare, sed captus & bello victus ab Sossio Romano & Herode, Marci Antonij Triũuiri iussu Antiochiæ securi percussus est. Sic igitur Asmoneis à Iudęorum regno deiectis, Herodes Asmoneorum seruus, regnum, Romanis fauentibus, inuadit. Qui quidẽ cum Iudaici sanguinis non esset, & generis sui ignobilitatem obliterare vellet, cædibus & sæuitia in Iudæos grassatur, interfectis Asmoneorum regum reliquijs. Quinetiam sacerdotium, quo nihil apud Iudæos erat sacratius, ex vno in duo scissum erat; inauspicato futurorum presagio. Quũ igitur in hunc modum apud Iudæos & diuina & humana essent afflicta, omniaq; ad interitum & Iudęorum finem spectarent, tum in hoc eorum statu, Christus totius orbis salus, fœliciter apud eos nascitur. Et hoc est tempus illud quo Messias à Iudæis erat expectandus, quod Esaias hisce verbis vaticinatus est. Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini. Siue vt in Hebræo legitur וְיָהּ בְּאַחֲרִית הַיָּמִים Et erit in nouissimo dierum. Nec sum nescius quas hic nænias contra nos Iudæi confingant, nempe Christum dominum nostrum non posse esse Messiam, quod in nouissimo dierum nõ venerit, vt cum ab illius exortu tot iam annorum secula decurrerint. Sed nouissimum dierum apud Esaiam nõ est finis hominum & mũdi, sed secundi templi tempus & status, in quo grauissimis malis diuexati Iudæi sunt. Tandem ob scelus in Christum filium Dei ausum, primum à Vespasiano & Tito, deinde per Adrianum bellorũ cladibus domiti & in perpetuam seruitutem redacti. In hoc igitur vltimo dierum in lucem editus Christus verus Messias, tanquam verus Isaac ineffabile & nunquã terminãdum gaudium omnibus pijs attulit. Quale vero illud quod Ioannes Zachariæ filius, mortalem hanc lucem haud dum videẽs, sed intra materna viscera adhuc conditus, ingenti tamen lætitia affectus est, simulatq; Christum æquè intra virginei claustra vteri abditum, præsentem sensisset? Porro vbi iam eius salutaris natiuitas, mundo fœlix faustaq; affulsisset; tum uniuerso cœlitum & angelorũ populo ingẽs lętitia parta est, q̃ intra summa cœli templa sese continere non potuit, sed mellito cœlestiq; angelorum concentu, e sublimi ad terras vsq; personuit. Cœlestem hanc gloriam, omnium mortaliũ principes sensere pastores, qui sub ipsam horam qua mundi salutem uirgo mater editura erat, ob gregem suum à ferarũ insidijs tutandũ, in agro excubias agebant; quorũ quidẽ quanto inferior aliorũ sorte uita uidetur, ita etiam præ cæris maiore honore à Deo dignati sunt. Porro summũ & fœlicissimũ gaudiũ, q̃d ab hoc nostro Isaac Christo expectamus, est beata illa immortalitas, in qua inpetuũ cũ Deo sancta triade, beatisq; mentib. uicturi sumus. Sed iã singula quæq; uideamus. ¶ Visitauit autem Deus Saram sicut promiserat, & impleuit quę loquutus est. ¶ Erat Moyses scripturus haud dubio mira & paradoxa, & quæ uix fidẽ esset habitura, nẽpe decrepitorũ hominũ generationẽ. Abrahã em centum erat annorum: Sarã præter sterilitatẽ, etiã anni prohibebant cõcipere & uterũ ferre, ut q̃ 90. nata esset an. Sed nihil horũ diuinę uirtuti obstare potest. Deus em ut, pmittere oĩa potest, q̃ supra humani captum ingenij sunt, ita etiam implere potest. Hebræi suo more uocant certissimã fidẽ eorũ quæ Deus dixit & pollicitus est. Non cadere ad terrã

Apu. li. 11 de Au. A.

Aug. li. 4. ciu. Dei.

Cap. XXI. Genes.

Basilius

Lactã. li. 4 cont. gent.

Esaia 2.

Hieu à Deo delectus rex Israel, vt Achab regis impijssimi familiam à stirpe deleret, cum iam septuaginta filiorum eius capita ad se delata vidisset, vt tantæ cædis causam à se depelleret, sed magis Deo iubẽte factam significaret, inquit
רשע אמאבי לא יפל מדבר יהוה ארצה אשר דבר יהוה על בית אחאב Id est. Cognoscite hic quoniam nõ cadet à verbo domini ad terram, quod locutus est dominus super domum Achab. Homerus vt Ioui suo aliquam diuinitatis opinionem vendicaret, facit eum ἀξιοπιστον, id est, bonę fidei, vt quod pollicitus sit præstare etiam possit. Neq; enim fieri potest vt Deus sit, si illa quæ daturũ se pollicitus sit, exhibere non possit.

Homer. li. a. Iliad. τοῦτο γὰρ ὃ ἐμέθηκε μετ' ἀθανάτοισι μέγιστον
τελεῖται, οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδ' ἀπατηλόν
οὐδ' ἀτελεύτητον γ' ὅ, τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω.

Id est.

Hoc inter superos ex me non maius habebis
Signum vnquam, neq; cui maior tribuenda fides est,
Quippe meum nunquam veniet reuocabile verbum,
Nec manet infectum, sed ab omni fraude remotum est,
Si quod ego capitis nutu confirmo futurum.

Huic Homericę sententię, quam de filiis de Iouis canit, affine est illud quod Ouidius de superis eorumq; potentia scribit.

Ouid. li. 8. Fast.

immensa est, finemq; potentia cœli
Non habet, & quicquid superi voluere peractum est.

Nomen Isaac non dubium est quin à ridendo desumptum sit. Est enim Hebraice צָחַק latinè Risit. Hinc Isaac vocatus יִצְחָק quasi diceres, Ridebit. Et Sara inquit צְחֹק עָשָׂה לִי אֱלֹהִים כָּל הַשֹּׁמֵעַ יִצְחַק לִי id est. Risũ fecit mihi dominus, omnis qui audierit ridebit mihi. De nomine Isaac Suidas hæc scribit, ἐπὶ ξενωθεὶς ὁ θεὸς τῷ Ἀβραὰμ ἐπηγγείλατο τὴν ἐκ Σάρρας αὐτῷ παῖδα. ἡ δὲ ἐμειδίασε, καὶ Ἰσαὰκ τὸ γεννηθὲν προσηγορεύθη φερωνύμως τῷ μεθ' ἡδονῆς γέλωτι λαβεῖν τὴν ἐπαγγελίαν διάλεκτον. Id est. Deus hospitatus ab Abraham, promisit Sarram ipsi filium pariturã, Sarra verò risit. Porrò quod genitum erat appellatũ est Isaac, quod vero nomine iuxta Hebraicam linguam risum cum voluptate significat. Apud Græcos postea Democritus à ridendo cognomen inuenit, quoniam vt scribit Ælianus, κατεγέλα δὲ πάντων ὁ Δημόκριτος καὶ ἔλεγεν αὐτοῦ μαίνεσθαι, ὅθεν καὶ γελάσιμον αὐτὸν ἐκάλουν οἱ πολῖται. Id est. Ridebat omnes Democritus, & dicebat omnes insanire, vnde ciues vocabant ipsum Gelasinum. ¶ Quis auditurus crederet Abraham quod Sarra lactaret filium, quẽ peperit ei iã seni. ¶ Lac Hebraice vocatur חָלָב Græce γάλα. Est autem lac, auctore Aristotele, πεπεμμένον αἷμα ἀλλ' ὃ διεφθαρμένον, εἰς δὲ τὸν ἄνω τόπον καὶ οὗς μαστοὺς συλλέγεται διὰ τὴν ἀρχῆς τάξιν τῆς συστάσεως, Sanguis cõcoctus est, nõ corruptus, colligiturq; parte superna corporis, & mammis, propter ordinem primæ originalisq; constitutionis. Est lacidem sanguis nunc in vberibus, qui prius in vtero fuit, sed à spiritu multo & colore exalbuit. Qua in re naturę solertia euidens est, quod posteaquam sanguis ille opifex in penetralibus suis omne corpus hominis finxit, aduenta ante iam partus tẽpore, in supernas se partes profert, & ad fouenda vitæ atq; lucis rudimenta præsto est, & recens natis notum & familiarem victum offert. Suscepto siquidem fœtu, cum partus appropinquare iam cœpit, tum, vt scribit Lactantius, mulieri turgescentes iam mammæ dulcibus succis distenduntur: & ad nutrimenta nascẽtis fontibus lactis fœcundum pectus exuberat. Nec enim decebat aliud, quàm vt sapiens à corde alimoniam duceret. Idq; ipsum solertissimè cõparatum est, vt cãdens ac pinguis humor tenerituditnẽ noui corporis irrigaret, donec ad capiendos fortiores cibos, & dentibus instruatur, & viribus roboretur. Porrò quod ad lac attinet, quo infans alendus est, plurimum refert, cuius id lacte fiat. Scriptura hæc sacra refert Sarram filium suum Isaac suo lacte lactare velle, & tota integra mater esset filij sui, quod certè optimarũ matrum semper munus fuit. Refert A. Gel. Phauorinum philosophum contra delicatas has & dimidiatas matres egregia oratione peroratsse, quæ filios natos mox nutricibus mandant alendos; obiter etiam ostendens, non solum ad corporis virtutem plurimum valere, sed etiam in moribus inolescendis, magnam ferè partem ingenium altricis, & naturam lactis tenere. Quod est, inquit Phauorinus, hoc contra naturam imperfectum atque dimidiatum matrum genus, peperisse, ac statim ab sese abiecisse & aluisse in vtero sanguine suo nescio quid, quod nõ videret: non alere nunc suo lacte, quod videat iam viuentem, iam hominem, iam matris officia implorantem: Insuper quæ partus suos deserunt ablegantq; à sese, & alijs nutriendos dedunt, vinculum illud, coagulumq; animi atq; amoris, quo parentes cũ filijs natura consociat, interscindunt, aut certe quidem diluunt deteruntq;. Nam vbi infantes aliorsum dati facta ex oculis amolitio est, vigor ille maternæ flagrantiæ sensim atq; paulatim restinguitur, omnisq; impatientissimæ solicitudinis strepitus consilescit. Neq; multo minor amandati ad nutricem aliam filij, quam morte amissi obliuio est. Ipsius quoq; infantis affectio animi, amoris, consuetudinis, in ea sola, vnde alitur, occupatur: & proinde matris quæ genuit, neq; sensum vllum, neq; desiderium capit. Hæc & plura alia Phauorinus docte & erudite disserit. Atqui Sara matronarum decus filium vnicũ Isaac, vt vere ex Abrahæ viri semine cõcepit & peperit, ita etiã proprio suo lacte lactare volebat, q̃ simul & parentũ in filium amor vberior existeret, & filij in parentes flagrantior pietas perseuerare posset. Dido certè apud Vergil. insectatur Æneam tanquam degenerem, & moribus ferum & barbarum, idq; nutricatio nis vitio, vt quem à matre Venere educatum non putet.

Verg. lib. 4. Æneid.

Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus auctor
Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanæq; admorunt vbera tigres.

Neq; in hominibus id solum, sed in pecudibus quoq; animaduersum. Nam si ouium lacte hœdi, aut caprarum agni alerentur: constat fermè in ijs lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. In arboribus etiam & frugibus, maior plerunq; vis & potestas est, ad earum indolem vel detrectandam, vel augendam, aquarum atq; terrarum, quæ alunt, quam ipsius, quod iacitur, seminis. Ac sæpè videas, arborem lætam & nitentem, in locum alium transpositam, deterioris terræ succo deperisse. Atque vt ad lac maternũ regrediar, quod omnes infantes lactere debeãt. Augustinus ethnicus, adolescẽs, quum Ciceronis Hortentium legeret, mirè afficiebatur sermonis elegantia & facũdia, vnum tamen hoc in tam præclaro opere ei displicebat, quod nomen illud sacrosanctum Iesus, ibi nõ legeretur, cuius quidem amorem & veneratione cũ lacte matris Monicę infans imbiberat. Vtilissimum ergo, ut Plinius scribit, cuicq; lac maternum. Cõcipere nutrices exitiosum est: ij sunt enim infantes qui colostrati appellantur, densato lacte in casei speciem. Scribit Cornelius Tacitus Germanos olim dum mores apud eos incorruptiores essent, hunc seruasse morẽ, ut sua quemq; infantem mater uberibus aleret, nec ancillis ac nutricibus delegabantur, quod hodie reginæ purpuratæ nutricationis tedio faciunt. Permittit Plato vt aliæ mulieres infantem lactent, si mater suo lacte parum sufficiat, καὶ ἄλλας γάλα ἐχούσας ἐκπορίζοντες, ἐὰν μὴ αὕτη ἱκανὰ ᾖ. Id est. Alias mulieres quæ lac habeant præbebunt, si matres ipsæ sufficientes non sint. Aristoteles quoq; de lacte hæc scribit, τῶν δὲ γυναικῶν τὸ θηλυδρυότερον γάλα βέλτιον τοῖς θηλυκοῖς τοῖς τῆθευομένοις, καὶ αἱ μέλανες τῶν λευκῶν ὑγιεινότερον ἔχουσι. προθυμότατον μὲν ὂν τὸ πλεῖστον ἔχον τύρον, ὑγιεινότερον δὲ τοῖς παιδίοις τὸ ἔλαττον. Id est. Mulierum lac commodius lactẽtibus est quod liuorem trahit, quàm quod candidum est, & fuscæ salubrius habent, quàm candidæ. Est porrò ad alendũ validius, in quo plus casei est: sed infantibus salubrius quod minus casei cõtrahat. In hoc diuerticulum de lacte & infantiũ educatione nos deduxit Sara, quæ filium suum Isaac suo & materno lacte alere volebat, quo minus mirum sit Isaac parentũ suorũ pietatem retulisse, vt quorum semine & satus sit, & lacte educatus. Refert quoque scriptura Isaac patri suo Abrahæ natum cum centum esset annorũ. Apud ethnicos scriptores nõ rarò inuenire est, centũ, nõ pro exacto hoc numero accipi, sed pro multis, & eximia quadã & summa multiplicatione, quæq; etiã rei cui adiecta est singularem dignitatẽ & prestantiã indicet. Centenarius enim numerus, magnã in se perfectionẽ habet. Decẽ quippe decies ducta fiũt centũ, quæ iã figura quadrata est, & decẽ decadis æqualia latera habet, & quadræ formæ possidet firmitatẽ. Hom. vt nobilissimæ insulę Cretę potentiam & splendorem significaret, eã vocat ἑκατόμπολιν, quasi centũ vrbes habẽtẽ. Interp. glossographus, ἑκατὸν φησίν, ὁ τῷ ἀριθμῷ, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ πολλοὺς. i. Centũ dixit, non ipso numero, sed pro multis. Quod Homerus satis

Aristo. libro quarto Gener. Ani.

Lactan. de opific.

A. Gelli. 12. noct. att.

Aug. in l. Conf.

Pli. li. 28.

Corn. Tac.

Plato libr. 6. πολιτ.

Ari. libro 7. περὶ ζώων ἱστορ.

Homer. in Catalogo.

Homerus ὀδυσσ. τ.

Suidas.

Ælianus.

Homerus ὀδυσσ. τ. satis alibi declarat cum Cretam his verbis describit.

Κρήτη τίς γαῖα βαθεῖ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ
Καλὴ καὶ πίειρα περιῤῥύτη, ἐν δ' ἄνθρωποι
Πολλοὶ ἀπειρέσιοι. Id est.
Creta terra quædam est, sita in nigricanti ponto,
Fœcunda & fertilis, circumfluia, in qua homines
Multi & infiniti.

Homerus ἰλιαδ. ι. Rursus vt Thebas Ægyptias celebrẽ vrbem & maximam esse significaret, centum portas eam habere scribit, id est, multas.

Οὐδ' ὅσσαι θῆβαι
Αἰγυπτίαις, ὅτι πλεῖσα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται
Αἱ θ' ἑκατόμπυλοι εἰσι. Id est.
Nec quibus Ægypti Thebanæ censibus arces
Sunt celebres, vbi opum vis est immensa reposita,
Quarum centenis referantur mœnia portis.

In. Sa. 15 Satyricus quoq; poeta ad eundem modum Ægyptias Thebas celebrat. Atque vetus Thebæ centum iacet obruta portis. Musæus vetustissimus poeta puellæ Musæus. Herûs pulchritudinem & gratiam sic describit.

Οἶσθε παλαιοί
Τρεῖς χάριτες ψεύσαντο πεφυκέναι. εἷς δὲ τις ἡρῶς
Ὀφθαλμός γε λόῳ ἑκατὸν χαρίτεσσι τεθήλει.
Id est.
sed antiqui
Tres gratias mentiti sunt esse, alteruter vero Herûs
Oculus ridens centum gratijs pullulabat.

Quis hic non videat centum gratias, pro multis intelligendum esse? Neq; Græci solum ἑκατὸν, id est, centum, pro multum vsurparunt, sed etiam Latini scriptores. Vergil. de Venere eiusq; cultu quem apud Paphum Cypri vrbem habebat scribens, ait illum ibi habere centum aras, vt sit illam ibi exquisitissimis & maximis honoribus affici.

Verg. lib. 2. Æneid. *vbi templum illi, centumq; Sabæo*
Thure calent aræ, sertis q; recentibus halant.

Quanquam quid hic in ethnicis scriptoribus exempla inuestigamus, cum Christus pronuntiet. Centum pro præstantissimum & consummatissimum aliquod præmium, quod sibi seruientibus maneat. Sic enim inquit. Et omnis qui reliquerit domum vel fratres aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Centuplum intelligit Christus amplissimum illud præmium, quod pijs pro relictis caducis ac vilibus possessionibus & carnis affinitatibus cõfertur, nempe preciosum illud margaritum Euãgelicæ mentis, nullis huius mundi mercibus æstimandum. Ad eundem etiam modum in magno mysterio Isaac centesimo patris sui anno nascitur. In Isaac electi omnes atq; diuinæ promissionis filij intelliguntur, quos cẽtesimo anno nasci nihil aliud est, nisi singulari & magno Dei beneficio non solum in præsenti hac vita afficí, verumetiam post hanc longè fœlicissima immortalitate frui. ¶ Creuit igitur puer, & ablactatus est. Fecit Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius. ¶ Ablactauit Hebræi vocant גָּמַל Græci ἀπογαλακτίζειν, quod est, auctore Suida, ἀφίεσθαι ἀπὸ τοῦ γάλακτος. Id est. Desisto, & cesso à lacte. Seruabant Romani varias cęremonias, quum primum natos infantes lacte alere inciperent. Auctore Festo. Lactaria columna in foro oltorio dicebatur, quod ibi infantes lacte alẽdos deferebant. Scribit Suetonius C. Cæsarem Caligulam, filiam infantem Iuliam Drusillam appellatam, per omnium dearum templa circũtulisse. Mineruæ gremio imposuisse, alendamq; & instituendam commendasse. Ablactare Latini vocant iniciare. Dauus apud Terentium queritur de infœlicitate conseruí sui Getæ, quod feriretur alio munere, vbi erit puero natalis dies, vbi initiabunt. Antiquum est, cum dicimus pueros initiari, cum à lacte, & a cunis trãseunt, vt cibo firmiori alantur. Varro dicit: Initiari pueros Eduliæ, Potinę, Culę; deabus edendi, & potãdi, & cubandi: q̃d Verg. hoc versu indicauit. Nec Deus hũc mensa, dea nec dignata cubili est. Aiunt Hebræi Isaac statim vbi à lacte depulsus est, ad paternam mẽsam adhibitum. Sunt è veterib Theologis nonnulli, qui indignum esse putant, & maiestati sacrarũ literarum, & spiritui sancto, cuius afflatu scriptura condita est, minimè congruũ, si hęc literatenus solum intelligenda putemus, quomodo Isaac creuerit, & à lacte depulsus sit, & luserit. Tractant ergo hanc Isaac ablactationẽ & lac infantiæ eius ad allegoricum intellectum, vt lac sit prima quædam pietatis principia, & tanquam puerilia quædam rudimenta, quibus erudiuntur ad fidem imperitorum & simplicium mẽtes. Deinde vbi ijs principijs tãquam gradum aliquem fecerint, & viam sibi ad potiora munierint, tum altiora quędam dogmata ijs esse tradenda, tanquam qui in virilem adoleuerint ætatẽ, & fortioris cibi capaces sint. Hæc certè illorum interpretatio ad Apostolicam doctrinam quàm proximè accedit. Inuitat Petrus fideles suos tanquam modò genitos infantes, ad lac concupiscendum. Sed & Paulus Corinthios suos etiamnũ rudes & altiorum mysteriorũ haud dum capaces, lacte potat. Sed inter perfectos loquitur sapientiam. Nouerat certè Paulus tanquam sapiens architectus, non omni pede omnem esse induendum calceum, nec instar imperiti medici vno collyrio omnium oculos velle curare. Ii enim, vt Galenus scribit, ὅτε ζῶσιν ὅτε ἴδωσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν παροιμιῶν ἑνὶ λαλαπόδι πάντας ἀποδιδόασιν. Id est. Neq; sciunt, neque interrogant, sed iuxta prouerbium eodẽ calciamento omnes induunt. Sic igitur cum hoc infantiæ lacte intantum creuerint paruuli in Christo, vt iam illis hoc opus non sit, sed altiora posse mysteria cognoscere, tum ob illorum profectum ingens lætitia exoritur, & grande conuiuium instruitur. Cęterum hoc infirmorum & paruulorum lac, non modò in serijs ijs & grauissimis rebus, quæq; ad pietatem pertinent, fuisse video; sed etiam in scholasticis artibus & commentationibus. Perquàm enim ineptus & ridiculus esset pædotriba, qui nullo habito delectu & iudicio, quosuis scholasticos, ad omnes suas prælectiones admitteret, sed necesse est, vt prius cuiusq; ingenij captum diligenter exploret, & sic vt cuiusq; vires ad intelligendum sunt, sic etiam prælectiones suas attemperet. Erant olim scholæ in varias classes distributæ. Et Quintilianus scribit, non inutilem hunc morem à suis præceptoribus seruatum, qui cũ pueros in classes distribuerãt, ordinem dicendi secundum vires dabant, & ita superiore loco quisq; declamabat, vt præcedere profectu videbatur. Scribit Aulus Gell. Aristotelem philosophum suarũ artium, quas discipulis tradebat, duas species habuisse. Alia erant quæ nominabat ἐξωτερικά, id est, extraria. Conducebant hęc ad Rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, ciuiliumq; rerum notitiã. Has commentationes faciebat in Licio vesperi, & appellabat illas δειλινὸν περίπατον, id est, vespertinam deambulationẽ, easq; vulgò iuuenibus sine delectu dabat. Porrò alia appellabat ἀκροαματικά. In his philosophia remotior, subtiliorq; agitabatur, quæq; ad naturæ contẽplationes disceptationesq; Dialecticas pertinebant. Huic discipline, quam dixi ἀκροαματικὴν id est, auscultatoriam, tempus exercendę dabat in Licio matutinum. Nec ad eam quenquam temerè admisit, nisi quorum antè ingenium, & eruditionis elementa, atq; in discendo studium laboremq; explorasset. Huius igitur disciplinæ studiũ vocabat πρωίπατον ἑωθινὸν, id est: Matutinam deambulationẽ. Semper enim ambulans disserebat Aristoteles. ¶ Quumq; vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Isaac filio suo: dixit ad Abraham. Eijce ancillam hanc & filium eius. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. ¶ Puer Græcè vocatur παῖς, inde vox fit παιδία, id est, ludus, à verbo παίζω ludo, vt clarum sit puerum Græce à ludendo vocem habere. Nec mirum est si à re quod pueris familiarissimũ est, etiam ipsi vocabulum traxerint, cum nomina à natura ipsa rerum imponi debeant, & illis per omnia respõdere. Quid enim æquè pueris cordi est atq; ludere, et vt Flaccus de illis canit.

Ædificare casas, plostello adiungere mures,
Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Lucianus inducit Ganymedem puerum à Ioue raptum sollicitè quærentem quos habiturus sit quibus cum lusitet, ὦ δὲ παίζειν ἐπιθυμήσω, τίς συμπαίζεται μοι; οὐ γὰρ τῇ ἥδιστα πολλοὶ ἡλικιῶται ἐμοί. Ζεύς. ἐχεις καὶ τοιαῦτα τὸν συμπαιζόμενον σοὶ τοῦτον ἔρωτα, καὶ ἀστραγάλους μάλα πολλούς. i. Si verò ludere cupiam, quis colludet mecum? In Ida enim multi coëtanei eramus. Iuppiter. Habebis & hic collusorem tibi hunc Cupidinem & astragalos valde multos. Lusus hic puerorum, nonnunquam futuræ spei & optimę indolis significationem dare solet. Nec me offenderit lusus in pueris, ait Quintilianus, est & hoc signũ alacritatis: neq; illũ tristem, semperqũe demissum, sperare possum erectæ circa studia mentis fore, cum in hoc quoque maximè naturali ætatib, illis impetu iaceat.

Suidas. Festus Po. Sueton. in Calig. Terent. in Phorm. Vergilius Galenus. Quint. l. 1. orat. instit. A. Gel. lib. 20. no. att. Hora. l. 1. Serm. Lucianus. Quin. li. 1. orat. instit.

laceat. Sunt etiam nonnulli acuēdis puerorum ingenijs non inutiles lusus, cum positis inuicem cuiusque generis quæstiunculis æmulantur, mores quoque se inter ludendum simplicius detegunt. Ausonius scribit ad nepotem suū pueriles hos lusus à Musarum studijs haud quaquam abhorrere, sed ijs puerorum ingenia firmari & prouehi.

Ausonius

Sunt etiam Musis sua ludicra mixta Camenis,
Ocia sint mellite nepos, nec semper acerbi
Exercet puerum vox imperiosa magistri.

Arist. lib. 11. πολιτ.

Aristoteles describit hos puerorum lusus quamobrem illis concedendi sint, & quem in vsum spectare debeant, δεῖ δὲ τοσαύτης τυγχάνειν διανοήσεως, ὥστε διαφεύγειν τὴν ἀργίαν τῶν σωμάτων, ἣν χρὴ παρασκευάζειν, καὶ δι' ἄλλων πράξεων καὶ ἔργων παιδιᾶς. δεῖ δὲ καὶ τὰς παιδιὰς εἶναι μήτε ἀνελευθέρους μήτε ἐπιπόνους, μήτε ἀδεμελίας. διὸ τὰς παιδιὰς εἶναι δεῖ τὰς πολλὰς μιμήσεις τῶν ὑστέρων πρασσομένων. Id est. Motus solummodo quosdam suscipere debent pueri, quo pigritiam corporis euitēt, qui motus præparādi sunt illis, & per alios actus & per ludū. Ludi verò ipsi neq; illiberales, neq; laboriosi esse debēt, neq; remissi. Itaq; ludi vt plurimum tales esse debēt, vt sint imitatiōes eorū quæ postea seriò erunt facienda. Hactenus Aristoteles. Quum igitur hic ludēdi affectus adeò à natura ipsa pueris insitus sit, vt procul ab omni vituperatione sit, & futuræ virtutis quandam speciem præ se ferat, quis non miretur Saram cordatam mulierem, nullam ob noxam adeò exasperatā, vt Ismaelem puerilem oblusum cum Isaac filio suo, & abdicandū & exhæredādū cē fuerit? cum magis par fuisset, vt magnam Ismaeli apud Saram gratiam conciliasset, hic tam consentiens & concors cum filio suo Isaac animus. Sunt hic apud Hebræos maximi quidam verborum critici, qui ijs inspectis & diligenter pensitatis, Ismaelem putent iure paternis ædibus exactum, & abdicatum. Interpretantur enim verbum צחק lusit, pro צחק subsannauit, delusit, tāquam impius fuerit in Abraham & Saram, quos deriserit. Nā quod nos legimus eum lusisse cum Isaac, Hebraica veritas non habet, sed Septuaginta additio est. Et de literæ intellectu hæc dixisse satis sit. Cæterum Paulus tanquam rupto literæ cortice profunda mysteria & altiora sacramenta in Ismaele & Isaac inuidit. Neque minora archana amborum matres, Agar & Sara perfigurant nobis, vt idē Paulus auctor est. Duæ hæ matres adumbrant duo testamēta, vetus & nouum, quorum alterum edidit populum seruituti legis obnoxium; alterū populum per fidem liberum ab onere legis. Porrò Abraham, qui pater & princeps credentium fuit, duos habuit filios, quorum maiorem, videlicet Ismaelem, sustulit ex ancilla Agar: minorem Isaac, ex vxore legitima Sara. Sed & duo ij filij è tā disparibus matribus geniti, duo signant testamenta; alterum vetus, & alterum nouum. Et quemadmodum Abraham amborum filiorum Ismaelis & Isaac pater fuit: ita Deus duorum testamentorum, veteris & nouí auctor fuit. At qui Ismael ad terrenum regnum pertinet; Isaac ad cœleste. In veteri Iudæorum illo regno erant terrenæ pollicitationes, nempe illustres & claræ de cæsis & victis hostibus victoriæ, Iudaici regni termini lōgè lateq; propagati, numerosa filiorum soboles, frugum omnifariam copia. Verum omnia hæc spiritualiter intellígenda sunt, & nouum testamentum præfigurabant; cuius typum gestabat Isaac. In Ismaele igitur erat vmbra, in Isaac veritas; tenebræ in Ismaele, in Isaac lux. Circūcisio, sacrificia, cæteriq; in veteri lege ritus, figurabant baptismatis sacramentum, & vnicum illud & verum Christi sacrificium salutare. Cedant igitur veteris testamenti vmbræ, vbi nouæ legis & gratiæ iubar irradiauit; facessat seruitus, ubi libertas aduenerit. Hoc nimirum est, quod Sara censente Ismael cum matre Agar expellitur, ut sciamus legalia omnia antiquitata esse & abrogata, neque in Ecclesia Christi aliquid loci deinceps habitura; quod quidem cū ex multis alijs clarum est, tum uerò illud Pauli liquido ostēdit, ubi Galathas à Mosaicæ legis ceremonijs deterret, in primis à circumcisione, quæ tanquam pignus erat totius legis seruandæ. Ecce, inquit, ego Paulus dico uobis, quoniam si circūcidamini, Christus uobis nihil proderit. tanquam euangelio Christi & Mosaicæ legi nihil conueniat, nec in unis ædibus Iudaismus & Christianismus habitaturus sit. Neque tamen negādum est in nouo testamento inueniri posse Ismaelem & Isaac. Quisquis enim seruili timori obnoxius

Galat. 5.

obnoxius est, & suppliciorum metu, inuitus suo fungitur officio, Ismaeliticum quidpiam patitur; qui verò charitate extimulante & monente, optima quæq; cōsectatur, talis nimirum ad Isaac pertinet. Quinetiam illud quis non fatebitur verum esse, complures tempore quidem in veteri lege fuisse, cum tamen ad nouum testamentum gratia pertinerent, quales fuerunt patriarchæ, prophetæ, & filij prophetarum, & multi alij in Israēlítico populo electi & pij: Sed & in nouo testamento tempore quidem multi sunt, qui tamē conditione ad vetus pertinent. Hi sunt qui in ecclesia Christi terrenam fœlicitatem sectantur, cumulandis opibus inhiant, honoribus titillantur; & ad temporalia assequenda omnes neruos intendunt. Seruiunt ergo illi cum Agar & Ismaēle. Hoc nempe est quod Ezechiel propheta vidisse se scribit rotam in rota, vt sit complures sub veteri lege fuisse, qui tamen ad noui testamenti gratiam pertinebant, & multos in nouo esse qui tamen ad veteris seruitutem respiciunt, moribus videlicet parum Christianis professioni suæ respondentes. Et de Ismaēle & Isaac, quatenus ad mysticum intellectū deseruiunt, hæc dicta sint. Cæterum hęc Ismaēlis ab Isaac ablegatio, ad magnam vtilitatem morum rectè instituendorum accommodari poterit, nempe vt morum corruptelæ, & pessima exēpla, porro à puerorum conspectibus ableganda sint, ne simplex & rudis ætas & suopte vicio in deterius cerea; exemplis quoque pelliceatur. Et non solum in pueris hoc inprimis curandum est, sed etiam in omnibus ætatibus, ea est enim humani generis imbecillitas, & in vicia procliuitas. Quid magis hominem ad vicia sollicitare poterit, quàm malè faciendi occasio nusquam non obuia & exposita; sic contra nihil equè hominem purum & castum præstare poterit, atque occasionum omnium cauta & diligens fuga. Significat hoc Homerus, vbi Telemachū inducit gladium è triclinio procorū subducentem, ne ferro ad capiendum exposito, facilius in mutuum extium irruerent.

Homerus ὀδυσσ. π.

μὴ πως οἰνωθέντες, ἔριν στήσαντες ἐν ὑμῖν
ἀλλήλους τρώσητε, κατα χήνητε δὲ δαῖτα
καὶ μνηστῆρι, αὐτὸς γὰρ ἐφελκέται ἄνδρα σιδήρῳ.

Id est.

Ne quando ebrij, rixam inter vos cœperitis,
Et vulneretis vos mutuo, & dehonestetis comitium.
Et desponsationem. Ipsum enim ferrum incitat hominem.

Et Homeri Scholiastes ingt, πρόχειρον γὰρ ἀνὴρ πρὸς φόνον πυρακειμένου σιδήρου. Id est. Homo enim ad cędem facilis est, vbi ferrum præsens fuerit. Monet ergo Homerus tollendam esse mali occasionem. Fit enim non rarò, vt homo inculpatus & bonus, ad peccatum pelliceatur, occasione obiecta & præsente. Erat olim Paulus Samosatenus ob hæresim publico Episcoporum iudicio condemnatus, sed & arrogantia, superbia, auaritia, in eo suspecta erat, quinetiam libidinem cum propalam exercere non auderet; commento impudenti palliare aggressus est. Primus enim instituit mulieres, quas Antiocheni vocabāt συνεισάκτους. Sed & presbyteris & diaconis dogmatis sui affectatoribus auctor fuit, tales mulieres habēdi. Erant verò συνεισάκτοι mulieres quasi dicas subintroductæ, erant hæ neque legitimæ vxores, neq; concubinæ; sed tertium quoddam genus. Extat insignis Sermo Chrysostomi cōtra illos qui mulieres subintroductas habebant, in quo hæc de talibus mulieribus scribit, εἰσίν γάρ τινες οἱ γάμους τοῦ συνοικεῖν χωρὶς λόγου ἐπιφερόμενοι ἀνόμβνοι καλοῦσι οἴκοι διαπαντὸς, καὶ εἰς ἑκάστην γῆρας ἑαυτοῖς συγκατακλείουσιν, ὅτε μὴ παιδοποιίας, ὃ γὰρ φασὶν αὐταῖς συγγενέσθαι, ὅτε δὲ ἀκολασίας, λέγουσιν γὰρ αὐτὰς ἀκεραίους διατηρεῖν. Id est. Sunt enim quidam qui puellas innuptas absq; hoc quod opus nuptiarum cum illis exerceant, ducentes domi perpetuo collocant, & vsq; ad supremā senectam secum inclusas tenent: non liberorum procreandorum gratia, neq; enim aiunt se rem cum illis habere: neque causa libidinis, siquidem illas se dicunt incorruptas inuiolatasq; seruare. Hactenus Chrysostomus. Qui tales mulieres domi alebant, dicebant se hoc pietatis causa facere, vt puellis orbis & omnibus subsidijs destitutis, præsidio essent; cum tamen longè aliter esset, & voluptate non carerent. Fucatam hanc illorum pietatem efficacissimè refellit

Scholiast. Homeri.

Eusebius.

Chrysost.

Chrysostomus, & dehortatur penitus à consuetudine talium mulierum, cũ propter offendiculum, tum ob paratam ad peccandum occasionem. Neq; enim fieri potest, vt qui sinu prunas gestat, vestem seruet innoxiam, & nõ calescat qui propter ignẽ sedeat. Ouidius quoq; ad eandem sententiam canit.

Ouid. li. 2. de remed. Amo.

Non facilè esuriens posita retinebere mensa,
Et multam saliens incitat vnda sitim.
Non facilè est taurum visa retinere iuuenca,
Fortis equus visae semper adhinnit equae.

Hæ nimirum sunt Sirenes illæ quas diuinus Homerus sic ad Vlyssem canentes describit.

Homerus ὀδυσσ. μ.

δεῦρ' ἄγ' ἰὼν πολύαιν' ὀδυσεῦ μέγα κῦδος ἀχαιῶν
νῆα κατάστησον ἵνα νωϊτέρην ὄπ' ἀκούσῃς.

Sed has Sirenes his talibus vocibus cantillantes, haud ferè quisquam euasit, nisi qui ad similitudinem Vlyssis aures cæra obturauerit, & procul velis remisq; fugerit. Quam verò facilè fenestram ad peccandum aperiat occasio, documento nobis sunt Iudæi in veteri lege agentes: qui cum suapte sponte in idololatriam propensi essent, tum verò plurimum deprauati sunt à gentilibus quibuseũ viuebant. Iusserat quidem Deus, vt gentes omnes idololatras occidione occiderent, & à stirpe delerent, ne quod offendiculum illis in pietatis cultu nasceretur; sed in malum suum illis pepercerunt, & in idololatriæ cultum abducti sunt. Que-

Psal. 106.

ritur hoc Dauid tanquam maximam Iudaicæ infœlicitatis partem וַיִּתְעָרְבוּ בַגּוֹיִם וַיִּלְמְדוּ מַעֲשֵׂיהֶם וַיַּעַבְדוּ אֶת עֲצַבֵּיהֶם וַיִּהְיוּ לָהֶם לְמוֹקֵשׁ Id est. Est commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, et coluerunt idola eorum, quę fuerunt illis ad offendiculum. Verum est quod Senecea scribit:

Senec. li. 3 de ira.

Sumuntur à conuersantibus mores. Et vt quædam in cõtactis corpore vicia transiliunt, ita animus mala sua proximis tradit, Ebriosus, conuictores in amorem vini traxit. Impudicorum cætus, fortem, & si liceat, virum emollit. Auaritia, in proximos virus suum transtulit. Celebre apud Græcos prouerbium est.

χωλῶ πρὸς κεῖς λαβὲ ἐνὶ σκάζειν μάθοις.

Id est

Claudo vel vni si propinquius manseris,
Disces et ipse claudicare protinus.

Sunt apud Latinos varia prouerbia: Oscitare incipit qui viderit oscitantem, & micturiat qui meientẽ viderit. Balbutire incipit quisquis assiduè cum balbo viuit. Sed & Ouidius prouerbialiter inquit.

Ouidius

Dum spectant oculi læsos læduntur & ipsi,
Multaq; corporibus transitione nocent.

Et Hactenus quidem hæc attulimus, quò facilius intelligeremus hanc Ismaëlis ab Isaac ablegationem non abs re factam, quo nobis documento esset, malorum occasionẽ nobis fugiendam esse, & sceleratorum sodalitatem aspernandam. Ismaël igitur cum matre Agar, solum vertere, Sara iubente, cogitur. Abraham quidem vxoris iussum detrectat, parum id bonum patrem decere arbitrans, perstitisset q; in sua sententia, nisi diuino oraculo vxoris sententię subscribere iussus esset. Instructo igitur commeatu & omnibus ad conficiendum iter paratis in Arabiam filium in coloniam misit. Sunt tamen vterq; dum deserta pererrãt vehementer afflicti, partim ob iter incõmodum, partim ob æstum flagrantissimum. Cæterum diuino auxilio præsente, & pastorum cura opitulante, repente omnibus ijs malis defuncti sunt, & lætiora oĩa deinceps sucesserunt. Sustulit igit̃ Abraham ex vxore Ægyptia duodecim filiorũ prolẽ, à qbus numerosa Agarenorũ gens in Arabia prosata est, quod hoc græco carmine testatum est, vbi Agareni appellantur πολυαστέρεοι, id est, multi.

καὶ πολλία ζείοντα πολυαστερέων ἀγαρήνων
λογγίνου πάχυνων μαρτυρὲς εἴσι πόνων.

Fuerunt Agarenorum res adeò validæ, vt neq; à Traiano, neq; ab Seuero expugnari potuerint, qui magno Romanæ maiestatis nomine eos frustra adorti fuerunt. Igitur Ismael moratus est in solitudine, factusq; est iuuenis sagittarius. Ismaëlis studium scriptura subobscurè videtur indicare, venator ne fuerit, & feras sagittis agitauerit, an hominibus infestus fuerit, & prædando vitam exegerit. Et certè vtrunq; fieri potuit. Erat Ismaelis ingenium non in omnibus laudabile, sed parum quietum & alijs infestum. Plinius scribit arcum & sagittam Scythem Iouis filium inuenisse, alij sagittas Persen

Dion. in Traian.

Plin. lib. 7.

sen Persei filium inuenisse dicunt. Fuit arcus bellicum instrumentum orientalium populorum, quo Cretenses peritè semper vsi sunt. Celebratur Alcon Cretensis sagittarius, quem aiunt cum filium vidisset ab immani serpente circumplexum, adeo certo ictu & moderato serpẽtẽ interfecisse, vt sagitta ad filij corpus nõ puenerit, quod Vergilius subindicat cũ inquit. Aut Alconis habes laudes. Erant Parthi celebres arcubus & sagittis. Defecerunt hi primi à Macedonibus, nec cõtenti fuerunt propriam libertatem asseruisse, sed etiam maioris Asiæ partem magnã sibi subigere. Postea cũ Romanis varia bella gesserunt; aliquando victi, aliquãdo victores. Insignẽ cladẽ Romani à Parthis acceperunt, cum Crassus illis bellum contra fœdus intulisset, in quo Romani penè omnes sagittis à Parthis confixi sunt. Peculiare huic genti fuit, in medio prelij ardore fugam arte simulare, & hostes à tergo insequentes, ipsi post terga sua sagittis conficere, quod Vergilius hoc versu significat.

Vergilius.

Fidentemq; fuga Parthum, versisq; sagittis.

Et Lucanus.

Lucanus.

Ocyor & missa Parthis post terga sagitta.

Lentulus Consul Romanus, damnat apud Lucanum, hæc prælia quæ sagittis geruntur, tanquam parum fortes viros deceãt, sed meticulosos, magis laudat bella quæ gladijs geruntur tanquam virilia.

Lucan. li. 8 pharf.

Illita tela dolis, nec Martem comminus vnquam
Ausa pati virtus, sed longe tendere neruos,
Et quo ferre velint permittere vulnera ventis.

Extat apud Homerum certamen ludicrum, quod Penelope procis proposuit, vt qui Vlyssis arcum tenderet, & per duodecim securiũ ordine stantium foramina telum inoffense trajceret, is Penelopem vxorem duceret. Sic enim ait.

Homerus ὀδυσσ. φ.

θήσω γὰρ μέγα τόξον ὀδυσσῆος θείοιο
ὃς δέ κε ῥηϊτατ' ἐυτανύσῃ εἴσιν τε πελέκεων
καὶ διοϊστεύσῃ πελέκεων δυοκαίδεκα πάντων
τῷ λύε δὴ μ' ἑπόμην νοσφιζομένη τὸν ὃν δῶμα.

Id est.

Ponam enim magnum arcum Vlyssis clari,
Qui verò facillimè manibus neruum tetenderit,
Et traiecerit per duodecim omnes secures,
Hunc sequar relinquens meam domum.

Cunctantibus hic omnibus procis Vlysses propositum arcum tetendit & per securium foramina sagittam traiecit, & propositum certamen ex sententia Penelopes confecit.

Homerus eodẽ libro.

αὐτόθεν ἐκ δίφροιο λαθὼν ἵκε δ' ὀϊστὸν
ἑσταότα τιτυσκόμενος, πελέκεσσιν δ' ἐπέβραχε πάντων
πρῶτος σειλειῆς, δι' δ' ἀμπρὲς ἦλθε θύραζε.

Id est.

Ibi in sella sedens emisit sagittam
Aduersum feriens, non aberrauit ab omnibus securibus.
Et per primum foramen, vtrinq; foras egressa est.

Scribit Suetonius Cæsarem Domicianum nullo armorum, sagittarum vel præcipuo studio in dulsisse, adeò vt etiã quarundam ferarum capita figeret, ita vt duobus ictibus quasi cornua efficeret; idq; ex industria. Nonnunquam in pueri procul stantis præbentisq; pro scopulo dispansam dextræ manus palmam, sagittas tanta arte direxit, vt omnes per interualla digitorum innocuè euaderẽt. Est quoque nostro æuo inter ludicra, sagittarum certamen, quo se ociosi oblectant, idq; animi causa, nonnunq; etiam tenuiores ob compendium. Quæ hactenus de sagittarum studio adduximus, forsitan aliena ab hoc nostro instituto videri possent, sed in hoc diuerticulum deduxit nos Ismael hic, quem sacra scriptura appellat רַבַּת קֶשֶׁת magistrum arcus, quasi in sagittarum studio præcellentem. A Septuaginta vocatur τοξότης, id est, sagittarius. Eodem tempore dixit Abimelech & Phicol princeps exercitus eius ad Abrahã. Deus tecum est in vniuersis quæ agis. Iura ergo per Deum ne noceas mihi, & posteris meis, stirpiq; meæ, sed iuxta misericordiam quam feci tibi: facias mihi, & terræ in qua versatus es aduena. Sacra scriptura rursus nobis mẽtionem regis Abimelech infert, sed non sine magna eius laude. Quale verò esse putandum est, quod barbarus rex Abraham peregrinum tanto in honore virtutis ergo habuit, vt etiam regni sui interesse putaret, si cum eo amicitiam iungeret, fœdusq; percuteret. Arguit certè hoc Abimelech animum cordatum & prudentem esse, & qui virtutem in quouis homine suspiceret, & adamaret, quod qdem cõtra regum esse morẽ nemo nisi stupidus inficias ibit. Siquidem, vt ait Salustius, regibus boni q̃ mali suspectiores sunt, sem perq; his aliena virtus formidolosa est.

Sueton. in Domician.

Salustius.

Iulius Cæsar rerum potitus, & in summo imperij fastigio sedens, Bruti & Cassij virtutem suspectam inuisamq; habebat. Tiberius, Caligula, Nero Imperatores Romani ad sequitiam nati, & virtutem ipsam excindere cupientes, seuierũt in quosuis, quos vel virtus suspiciendos reddidit. vel dignitas metuendos, Verum certè fateamur necesse est illud quod Photinus apud Lucanũ loquitur.

Lucan li. 8 pharſ.

exeat aula,
Qui vult esse pius, virtus & summa potestas,
Non coeunt.

Sed apud hunc Abimelech regem erat virtuti locus, in honore habere optimos quosque nouerat. Solet interdum maxima virtus hospitibus inuidiam conflare, & vt scribit Polybius, αἱ γὰρ ἐπιφανεῖς καὶ πᾶσαδόξοι πράξεις, βαρεῖς μὲν τοῖς φθόνους ὀφλεῖν δὲ τὰς διαβολὰς γεννῶσιν, ἅς ὁ μὲν ἐγχώριοι διά τε τὰς συγγενείας, καὶ τὸ τῶν φίλων πλῆθος ὅσοι τάχ' ἀναφέρειν, οἱ δὲ ξένοι ταχέως ἐφ' ἑκατέρων τούτων ἡττῶντα καὶ διανυνεύσι. Id est. Preclara fascinora & res à quoquam egregiè gestæ, magnam plerunque inuidiam, & graues calumnias conflare solent: quibus ciues quidem affinium atque amicorum multitudine freti, facilè resistunt: hospites verò omnis præsidij expertes vtroque malo facilè cõteruntur. Abraham & priuatus & peregrinus gesserat res præclaras & inuidiæ plenas, cum potentissimos Assyriorum regulos bello supatos è Palæstina expulisset, sed apud Regem Abimelech illa Abrahæ virtus adeò inuidiosa non erat, vt etiam pro magno negotio haberet, cum illo fœdus inire. Declarauit Abimelech verum esse id quod Cicero semper sensit: Nemínem alterius, qui suæ confideret virtuti, inuidere. Mirum est qua animi moderatione Rex Abimelech priuatũ Abraham expostulantem sustinuerit, super puteo quem serui regis interuerterant, & qua ciuilitate satisfecerit. ¶ Et increpauit Abraham Abimelech propter puteũ aquæ, quem vi abstulerant serui eius. Responditq; Abimelech. Nesciui quis fecerit hanc rem. Sed & tu non indicasti mihi, & ego non audiui præter hodie. ❊ Annectit quoque scriptura ritum quem Abraham in iurando seruauit, nimirum quo firmius iusiurandum esset & à posteritate quoq; posset audiri. ¶ Et statuit Abraham septem agnas gregis seorsum. Cui dixit Abimelech. Quid sibi volunt septem agnæ istæ, quas stare fecisti seorsum? At ille, Septem, inquit, agnas accipies de manu mea, vt sint mihi in testimonium, quoniam ego fodi puteum istum. Idcirco vocatus est locus ille beer sæba, quia ibi vterque iurauit, & inierunt fœdus pro puteo iuramenti. ❊ Ratio huius fœderis & iuramenti inter regem Abimelech & Abraham initi, vt miram simplicitatem præ se fert; ita etiam plurimum roboris iuramento afferre videtur. Erant enim illa tempora tum pecuniosissima, id est, pecoribus, & armentis abundantia, erãtque tum charissimæ hominum opes bouum pecorumq; greges. Hinc etiam factum est, vt fœdera & iuramẽta eo putadant inuiolabiliora permansura, si his tanquam charissimis testibus præsentibus fuissent sancita. Non grauabor hic neq; forsitan alienũ videbitur, si aliarum gentium ritus & cæremonias, quas in fœderibus faciundis, vel in iureiurando obseruauerint, paucis reddamus. Scythę in sancienda amicitia, vel fœdere percutiendo, digitos, quos inter fœdus futurum erat, incidebant, & sanguinem deinde collectum sorbebant, sicq; fœdus erat sanctissimum, & nullo vnq; tempore violandum. Sic enim loquitur Toxaris apud Lucianum λάτωιδ' ἀν πθκριθεὶς τὶς ἥδη φίλῳ ἢ συμβῆ καὶ τὸ ἀφ' τότου καὶ ὅρκῳ ὁ μέγιστος ἢ μὴ μὴ καὶ βιώσεται μετ' ἀλλήλων, καὶ ἀποθανεῖται ἢν δ' ἐν τῶν τὸν ἑτέρα τοῦ ἑτέρου. καὶ ὄντω ποιεῖμεν. ἀφ' ὧν γὰρ ἐντεμόντες ἅπαξ οὖν δακτύλους, ἐνσταλάξομεν τὸ αἷμα εἰς κύλικα καὶ τὰ ξίφη ἄκρα βάψαντες, ἅμα ἀμφότεροι ἐπιχόμενοι πίομεν, ὃ τι ἐστὶν ὁ, τι τὸ μετὰ τοῦθ' ἡμᾶς διαλύσειν ἄν. Id est. Vbi quispiam electus fuerit vt amicus sit, tum fœdus deinceps & magnũ iuramentum est etiam, vt vnà viuant, & mori quoq;, si ita necesse est, alterum pro altero. Et certè sic facimus. Ex quo enim incidimus semel digitos, instillauimusq; sanguinem in calicem, & summos gladios tinximus, simulque vtriq; biberimus, fieri non potest, vt quis nos postea dirimat. Qualis verò cæremonia apud Romanos in iureiurando seruabatur, scribit Plutarchus de Cornelio Silla. Hinc quum bello ciuili Romanam Rempublicam sibi armis asseruisset, quo facilius illam inperpetuum contineret, suarum partium consulem designauit Lucium Cinnam, quem etiã ad

Polyb. li. 6. histor.

Lucianus in Toxari.

Cicero. Phil. 10.

iuramentum adegit. id quomodo iurauerit scribit Plutarchus, ὁ δὲ ἀναβὰς εἰς τὸ καπιτώλιον ἔχων ἐν τῇ χειρὶ λίθον, ὤμνυεν. εἶτα ἐπιφασκόμενος ἑαυτῷ μὴ φυλάττοντι τὴν πίστιν ἐκεῖνον ἔννοιαν ἐκπτοῖεν ἢ τῶν λεῴων ὥσπερ ὁ λίθος ἀπὸ χειρὸς, κατέβαλε χαμάζε τὸν λίθον ἐκ ὀλίγων πίπτοντων. Id est. Hic verò ascendens in Capitolium, habens in manu lapidem, iurabat, deinde imprecabatur sibiipsi si non seruaret erga illũ fœdus, vt è ciuitate excideret quemadmodum lapis ille è manu, & sic deiecit ad terram lapidem, præsentibus non paucis. Apud Græcos erant alij ritus, qui iurabat tres ignitos lapides adhibebat, quos deinde iureiurando confecto in mare proijciebat. Hoc iureiurando ter fidem suam obligasse videtur Macedonius quidam, cuius in Epigrammatum libro hæc verba leguntur.

Plutarchus in Sylla.

ὄμοσε τὴν δυσέρωτα κόρον, τρισὶν ὄμασε τῇδε μὴ ποτε μειλίχιοις ὄμμασιν εἰσιδεῖν.

Id est.

Iurauí, & quidem iurauí tribus petris, puellam in amore difficilem.
Nunquam aspicere velle suauibus oculis.

Tres hos ignitos lapides Sophoclis glossematarius sic exponit. ἐώθασι γὰρ οἱ ὀμνύοντες τοῦτο ποιεῖν. μύδρους γὰρ αἴροντες ἐπαρῶντ' μὴν ἃ τὰ ὅρκια ἕως αὐτοὶ φανῶσι, καὶ ῥίπτουσιν αὐτοὺς εἰς θάλασσαν, ὅπως ἀώνια τὰ ὅρκια ὑπάρχῃ. Id est. Consueuerunt ij qui iurant hæc facere. Ferra enim ignita leuabant, & precabantur iuramenta tantisper manere donec ipsa essent, & statim proijciunt ipsa in mare, vt iuramenta ipsa sempiterna quoque existerent.

Sophoclis glossemat.

Tale iuramentum describit Herodotus. πρὸς δὲ ταυτῃσι καὶ μύδρου σιδήρεου διατεπτὸν τρόπον καὶ ὤμοσαν μὴ πρίν ἐς φανερὴν ἥξειν, πρίν ἢ τὸν μύδρον τοῦτον ἀναφῆναι. Id est. Quinetiam candens ferrum mari merserunt, & iurauerunt non prius se in phocidem reuersuros, quàm candens hoc ferrum appareret. Sed & Plutarchus tale iuramentum describit. ὁ δ' ἀριστείδης ὤρκισε μὲν οὖν ἕλληνας, καὶ ὤμοσε ὥσπερ πρὸς ἀθηναίων. μύδρους ἐμβαλὼν εἰς πυρὶ πυῖς ἀρᾶς εἰς τὴν θάλασσαν. Id est. Aristides verò ad iuramẽtum adigens Græcos, & iurauit ipse pro Athenienſibus, simulq; cum imprecationibus inijciens in mare ferrum candens. Sed & hic mos veteribus erat, vt iurantes aram manu contingerent. Hinc paræmia illa Periclis Atheniensis, cum illum amicus rogaret: vt pro re caussaq; eius falsum deieraret, οὐ μὲ συμπρᾶξαι τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μὲ ἐπιβωμῶ τῶν θεῶν. Id est. Opus est me amicis opitulari, sed vsque ad aras Deorũ. Sed & Plautus ait: Tene aram hanc. Fuit quoq; mos apud Græos, vt si rem aliquam suffragijs confirmaturi essent, tum calculos suffragatorios ab ara sumebant, nimirum quo firmior & sanctior suffragatorum sentẽtia esset. Et hoc est quod apud Plutarchum semel atq; iterum legimus, δικασαὶ καὶ οἱ στρατηγοὶ ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τὴν ψῆφον ἔφερον. .i. Iudices & duces ab ara suffragia ferebant. Et hactenus quidem iuramentorum formas & cæremonias explicuimus occasionem nobis prębente Abraham, qui iuramenti & fœderis cum rege Abimelech initi monumentum esse volebat Beersæba. ¶ Abrahã verò plantauit nemus in Beer Sæba, & inuocauit ibi nomen Dei æterni. ❊ Non solum ex præsenti hoc scripturæ loco clarè videmus, sed etiam ethnici scriptores magno consensu affirmant, arbores fuisse numinum templa, & vt Plinius auctor est, prisco ritu simplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant. Nec magis auro fulgentia atque ebore simulachra, quàm lucos, & in ijs silentia ipsa adoramus. Talem syluam templi loco numinibus sacram Vergilius describit.

Plautus in Rudent.

Plutarchus in Pericle.

Plin. li. 12

Verg. li. 8. Æneid.

Est ingens gelidum lucus prope Cæretis amnem,
Relligione patrum late sacer, vndiq; colles
Inclusere caui, & nigra nemus abiete cingit.

Vetustum hunc morẽ seruabant olim Germani, apud quos nulla manu extructa templa erant, sed auctore Tacito lucos ac nemora consecrant, deorumq; nominibus appellant secretum illud, quod sola reuerentia vident. Extant vetusti illius moris etiamnum haud obscura indicia in Hercinia sylua. Huius syluæ optimi & maximi quicq; auctores cum Latini, tum Græci meminere. Germani tñ præclarã hanc syluam Deo Marti cõsecrarunt, quem præcipuè colebant. Itaq; Martis sylua vocata est, quam postea, vindicata ab idololatria Germania, paululum immutata voce Schwartzwald appellant, quasi dicas Nigram syluam. Somniant hic quidam syluam hanc aresina, quam Germani Hartz vocant, appellari,

Herodotus in Clio.

Corn. Tac. de mor. Ge.

pellari. Sed verius & simplicius est si illam Martis appellationem referre dicamus. Sed & postea cum iam Græci templa haberent, sine nemoribus perraro reperiebantur, quod scilicet adeuntibus sacrata loca religiosum quendam diuinumq; horrorem incuterent syluæ. Vocant Græci hæc sacra nemora ἄλση. Et Homerus ait.

Homer. in Catal. οὐχ ἱκάνω δ' ἱερὸν τοσεοῦ νέον ἀγλαὸν ἄλσος

Hebræi appellant אשל vt sit nomen vniuersale ad omnes arbores. Translatio nostra aliquando habet nemus, aliquando tilia. ¶ Quæ postquam gesta sunt, tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum. Abraham, Abraham. At ille respondit. Adsum. Ait illi. Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium quem monstrauero tibi. ¶ Tacito quodammodo consensu natura ipsa omnibus fere mortalibus indidit atque inseuit, virtutis amorem atque studium. Quod quidem vsq; adeò verum est, vt nemo, quantumcunque sit malus & comploratus; non virtutem diligat, & complectatur. Quinetiã hæc hoc solet impensius amari, quod ad ipsam beatitudinem, ad quam natura ipsa omnes feruntur, aditum & viam munire soleat. Beatus autem esse, auctore Cicerone, sine virtute nemo potest. Et Isocrates his verbis virtutem effert, ἀρετὴ δὲ κτῆμα σεμνότερον, οὐδ' βεβαιότερον. Id est. Nulla possessio, neque melior est, neque firmior, quàm ipsa virtus. Hinc igitur factum videmus, vt apud ethnicos quidã fuerint viri ingenio & literis præditi, qui singulari virtutis studio, Respublicas optimè institutas, suis scriptis commenti sint: & quæ nusquam gentiũ extabant, tamen literis suis tales pinxerunt, quales esse inter mortales desiderabant, & bonum cordatumq; principem talem finxerunt, qualem esse, è republica atqueè re ciuium esset. Hoc sanè concilio Xenophon Cyrum suum descripsit, non historica fide, sed principis instituendi ratione, & quo virtutis aliquod exemplar extaret. Cæterum diuina prouidentia, ne in hac parte cessasse videretur, inter ipsa ferè reparati humani generis exordia, ipsissimum virtutis exemplar, omnibus & conspiciendum & imitandum proposuit, in quod ceu in speculum intuentes, suam quisque vitam ac mores formare atque instituere posset. Is est Abraham patriarcharum decus & columen, in quem, tanquam Pandoram illam Hesiodicam, quicquid vsquam est virtutum Deus abundè & larga manu contulit, vt nullum sit vitæ genus vel institutum, quod huius vita non optimè ad virtutem instituat. Vidimus certè hactenus Abraham tanquam in amplissimo mundi huius theatro diuersantem, & in se omnium oculos vertentem, sed vbique sui similem, nec à recti studio digredientem. Paternam gentem & natiuos suos lares, Deo sic iubente, reliquit, patriam esse putans, vbi vir fortis sedem elegisset. Magnifica potitus victoria, & cæsis hostibus triumphandus incedens, nihil tamen ex hostili præda sibi vendicare sustinuit, vt satis habens nepotem suum Loth in libertatem postliminio restituisse. Magnum quoque & illud quod Regum amicitia prudẽter vti sciebat. Denique filio auctus fuit, quem in spem magnarum suarum opum & heredem adolescere videbat. Cæterum cũ in omnibus his magnum Abrahæ animum miramur, tum verò maximum in hoc videmus quod nobis scriptura hic refert, nempe quod prædilectum filium suum Isaac, iam primo ætatis flore pubescentem, tanquam hostiam Deo gratam aræ admouere iussus fuerit, & qui à tam acerbę Tragœdię spectaculo meritò sum mouendus erat, eum diuina obedientia coëgit cruentum sacrificium suis manibus conficere. Cedant hic omnes tragicorum cothurni & syrmata: Hic Sophocles & Euripides muti essent, neque argumento huic tã tragico, digna verba inuenirent. Inuenit tamen sacra scriptura, quæ spiritu sancto magistro condita est, digna verba, quibus ad posteritatis notiçiam hoc Abrahæ opus deferretur. Cõmodum se mihi offerunt hic sæuiciæ patrum contra filios proprios, & quæ à veteribus scriptoribus magni miraculi loco proditæ sunt. L. Iunius Brutus Romanæ libertatis vindex, & regum Tarquiniorum exactor, filios suos proditionem molientes, & Tarquinios in regũ reducere conantes; in forum duxit, ibiq; seipsos defendi potestatem fecit. Cumque ter interrogati fuissent à patre Consule,

Genes. cap. XXII.

Cicero li. 1 de nat. deo.

Isocrates ad Demo.

sule; ecquid ad crimina obiecta responderent, & sese purgarent: Tum Brutus ad lictores conuersus. Vestrum, inquit, opus iam erit. Mox illi iuuenes vestibus spoliant, & manibus pone tergũ ligatis, virgis cædunt, cæsos deinde securi percutiunt. Qui aderant oculos auerterunt, & supplicium adolescentum æquo animo spectare non poterant, solus pater Brutus filiorum suorũ supplicij spectator fuit, neq; oculos vnquam dimouit, neq; misericordia motus est, sed filiorum suorum sanguinem siccis oculis vidit; & in re præsenti fuit dum supplicium de illis sumeretur. Plutarchus grauissimo vir iudicio de hoc Bruti facto sic scribit, ἔργον ἐργασμένον, οὔτ' ἐπαινεῖν βουλομένοις ἀξιον, ὅ τε ψέγειν ἐπίκτον. Id est. Opus fecit quod possibile nõ est ut quis dignè laudare poterit, neque reprehendere. Sed erat apud Romanos ingens gloriæ sitis, & famæ auaritia, quæ illos transuersos egit, vt ne filiorum quidem sanguini parcerent; modo sibi ad posteros famam aliquam parerent. Neq; Vergilius hoc dissimulare poterat, qui de hoc Bruti facinore sic iudicabat.

Plut. in Public.

Vergil. li. 6. Æneid.

Consulis imperium hic primus, sæuasq; secures
Accipiet, natosq; pater noua bella mouentes
Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit
Infœlix: vtcunq; ferent ea fata minores
Vincet amor patriæ, laudumq; immensa cupido.

Sed in eadem nota est Manlius Torquatus, qui bello contra Latinos consul, filium iuuenem occidit. Causa cędis non alia erat quàm quod contra patris inhibitum, extraordinarie contra hostem pugnauerit. Eum tamen pater licet uictorem, & spolia ex cæso hoste referentem, securi percussit; tanquam militaris disciplinæ peruersorem. Sed hæc Manlij in filium sæueritas à Cicerone reprehẽsa est. Patrem enim suum à M. Pomponij Tribuni plebis violentia eripuit, & idem in filiũ acerbè seuerus fuit. Increuit postea hæc patrum in filios sæueritas apud Romanos, vt multi essent qui filios priuato suo iudicio, ob peccatũ aliquod, ad mortem adegerint. Sed erant Romani præter cæteras gentes gloriæ auidi, eoq; nihil pensi habebant, modo illam assequerentur, vel filiorum suorum cæde & sanguine. Cæterum vt ad Abraham nostrũ reuertamur, nihil in illo tale quid fuisse videmus, sed contrà animus illi erat à vanæ gloriæ cupiditate liber, & purissimi mentis affectus, solamq; pietatem spectans, vt qui soli Deo obsequi atq; seruire constituisset. Atq; in hoc Abrahae facto recte intelligi videtur Platonica illa ὁσιότης, id est, Sanctitas. ἡ δὲ δὴ ὁσιότης τε καὶ εὐσέβεια θεῶν ὦ εὐθύφρων. Id est. Hæc sanctitas & pietas circa deorum cura versatur, λέγω τοίνυν, ὅτι τὸ μὲν ὅσιον ἐστι τοῦτο ἐγὼ νῦν ποιῶ, τῷ ἀδικοῦντι, ἢ πρὸς φόνους, ἢ πρὸς ἱερῶν κλοπὰς, ἢ τι ἄλλο τῶν τοιούτων ὁμαρτάνοντι ἐπιεῖναι, κἂν τε πατὴρ ὢν τυγχάνῃ, κἂν τε μήτηρ, κἄντε ἄλλος ὁστισοῦν, τοῦ μὴ ἐπιεῖναι, ἀνόσιον. .i. Sanctũ quidẽ dico illud qd ipse nũc facio, nẽpe eũ qui iniustè agit, vel circa cædes vel sacrilegia, vel aliud huiꝰ generis, iniudiciũ trahere, seu pater, siue mater, siue quiuis alius deliquerit. Impium verò est nullo iudicio noxios persequi. Si ergo sanctum est quod filius patrem vel matrem impiè agentes reos agit, cur nõ sanctum erit si pater filium Deo sic iubente, hostiam mactauerit? quandoquidem vt idẽ Plato scribit, ὅσιον καὶ ἡ ὁσιότης δὴ ἐστιν μὴ τὶς τοῖς θεοῖς τε καὶ θύχεσθαι. Id est. Sanctũ & sanctitas scientia quædam est precandi & sacrificandi. Sed iam singula quæq; verba pẽsitemus. ¶ Tentauit Deus Abrahã. ¶ Non semel à doctis animaduersum complura esse in sacris literis prodita, quæ deinde ad prophanos auctores translata videamus. Legimus hic Deum Abrahæ mandasse, vt filium suum vnigenitum & prędilectum Isaac ad mactandum produceret, eumq; tanquam holocaustum Deo gratum incenderet, sed hoc nunquam in diuina mente fuit vt adolescẽtis sanguis funderetur, neq; enim diuina clementia humano gaudet sanguine fuso, sed Deo longè alia mens erat, nempe vt Abrahæ animum pertẽtaret, si filiũ Isaac, suo prącepto potiorẽ duceret. Nec dissimile est illud, quod in Ioãnis Euangelio legimus, Christum quũ vidisset magnam hominũ multitudinem, ad Philippum dixisse. Vnde ememus panes vt manducent ij. Sed hæc illum longè alio animo dixisse quàm verba sonabant, diserte pronũciat Euangelista, nempe vt Philippi mentem pertẽtaret. Hoc imitatus videt Hom. quãdo Iouẽ inducit spem iniicere Græcis capiundi Ilij, & Agamemnoni per Somnium

Plato in Eutyphro.

Plato in Eutyphrone.

Liu. lib. 8. ab vrbe cõ.

Cic. libr. 3. Offic.

to hostium sanguine fuso, regnum recuperauit. Dederat tamen ducibus suis in prælio exeuntibus, in mandatis, vt parta victoria, omne belli ius à filio abstinerent, adeò rex pientissimus in filium hostem, paternum animum gessit. Cæterũ contrà quàm Dauid præceperat, Absalon in bello perijt, tribus hastis à duce Ioab confixus. Eam filij necem Dauid pater adeò molestè & dolenter tulit, & eum ter ijs verbis deplorauerit בְּנִי אַבְשָׁלוֹם בְּנִי אַבְשָׁלוֹם בְּנִי Id est. Fili mi Absalon, Absalon fili mi. Ad Græcos deinde hæc consuetudo venit, & apud Homerus sic legitur.

Hom. li. 1. ὀδυσ.

οὐ δ' ἄρα μοὶ πρότερον νῆες λίον ἀμφέλισσαι
πρὶν τίνα τῶν δ' ἑλόων ἑτάρων πρὸς ἕκαστον ἀῦσαι
οἳ θάνον ἐν πεδίῳ λιπόνων ὑποδινήσαντες.

Significat Vlysses se non prius naues recepisse, quàm socios suos, qui in prælio contra Ciconas occubuerunt, ter voce vocasset. Sed & Vergilius inquit: Et manes ter voce vocauit Et alibi.

Vergilius.

Vergil. lib. 11. Æneid.

Ter circum accensos, cinctis fulgentibus armis
Decurrere rogos: ter mœstum funeris ignem
Lustrauere in equis, vlulatusq; ore dedere.

Hic mos ethnicorum, vt in tenebris agẽtium, vera ratione carere potest, neq; recto intellectu, quid hic ternarius funerum numerus sibi vellet, intelligebant. Cæterum apud Christianos omnia vera & apostolica traditione constant, quę ad nos vsq; per tot seculorum gradus decurrit. Christianorum defunctorum parentalia, hoc ternario numero fiunt. Primo enim die simulatq; è vita emigrarunt, deinde septimo die; tandem trigesimo ab obitu die. Cęterum Apostolicũ hunc morem, pseudeuangelici illi, vt Apostolica omnia abrogarunt, sed de ijs commodior alibi erat mentio. ¶ Pergebant ergo pariter, & venerunt ad locum, quem ostenderat ei Deus, in quo ædificauit altare, & desuper ligna cõposuit. Quumque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum, extenditque manum, & arripuit gladium, vt immolaret filium suum. ¶ Quod nos legimus, vt immolaret filium, in Hebræo legitur לִשְׁחֹט בְּנוֹ id est, vt mactaret filium suum. Est enim Hebræis verbum שָׁחַט mactauit, idem quod victimis cæsis sacrificauit. Sic in Leu. legimus וְשָׁחַט אֶת בֶּן הַבָּקָר לִפְנֵי יְהוָה *Leuit. 1.* Id est: Et mactabit vitulum armenti coram domino. Quod nostra translatio sic legit: Immolabitq; vitulum coram domino. Græci etiam verbum σφαγιάζομαι, id est, macto, pro hostijs cæsis immolo sur pant. Plutarch. Θεμισοκλῆς δὲ πρὸς τοὺς ναυαρχίδας τριήρη σφαγιαζομένῳ. πρὸς τοσοῦτον χθονίους ἀχμάλωτοι. Id est, Themisto. dum in prætoria naui sacrificaret, siue hostias mactaret, tres captiui adducti sunt. Vergilius quoq; frequenter vsurpat mactare provictimis sacrificare: Thaurum ingentẽ mactabat ad aras. Et

Plutarc. in Themist.

Verg. l. 4. Æneid.

mactat enum lectas de more bidentes
Legiferæ Cereri, Phœboq;, patriq; Lyæo.

Sic etiam præsens hic scripturæ locus intelligendus est, quod Abraham arripuerit gladium, vt mactaret filium suum, pro, vt eum Deo immolaret. Monent hic nos veteres Theologi, ne perfunctoriè, vel surdis auribus audiamus, neq; summis labijs legamus, verum summa mentis admiratiõe, & maximo animi stupore videamus; quomodo patertam dilectũ filium vincire sustinuerit, arsura strue imponere, ad hæc fulgentem ensem stringere, & vnici filij sui ceruicibus intentare. Nihil hic ad Abrahæ exemplum faciunt, complura illa tam Grecorum quàm Romanorum exempla, qui filiorũ mortem vel contempserunt, vel certè contemnere sese simulauerunt. Celebre est exẽplũ Horatij Puluilli, & tanquam summã pietatem spirans, quod dedicans ædem Iouis, Iunonis, Mineruæ, ac nunciata sibi filij morte, ita contempsit; vt mortuum insepultum abijci mandaret, ne ab incœpto opere auocaretur. At Abraham diuinum præceptum adeò inuicto & forti animo capessere operæ pretium putauit, vt etiam viuentem, prę diuino amore cõtemneret filium. Xenophon Socratis discipulus, cum solenne sacrificium perageret, è duobus filijs maiorem natu nomine Gryllum, apud Mantineã in prælio cecidisse cognouit; nec ideo institutũ deorum cultum omittendum putauit, sed tantummodo coronam deponere contentus fuit, quam ipsam, percunctatus quonammodo occidisset, vt audiuit fortissimè pugnantem interijsse, capiti reposuit. Cæterum sors Abrahæ in filio longè durior Xenophontis fuit. Facilis enim consolatio extincti filij est, quem vel fatum rapuit, vel prælium, fortiter pugnantem, absumpsit; quandoquidem

T. Liu. li. 2. ab. vrb. cond.

V al. Max. lib. 5.

dem, vt ait Cæsar, Errant qui in bello omnes secundos rerum euentus expectant. Distrahebant certè pium Abrahæ animum in diuersum, hinc filij vnici miseratio, illinc diuinum præceptũ, & iussum; eratq; vt Euripid. scribit, οὐ θέλων τε κοὐ θέλων. Id est, Volens, & non volens, vicit tãdem humana omnia, eximia in Deum pietas. Quis è veteribus illis & summis pictoribus hoc Abrahæ sacrificium, suis depingeret coloribus, quis tum fuerit Abrahæ vultus color, quæ faciei forma, quis totius corporis status, cum exerto brachio fulmineum ensem vibraret, & qua ceruicem parte feriret, circumspiceret? Tragicum illud sacrificium Iphigeniæ filiæ Agamemnonis regis Euripid. descripsit, quod cum referret, facit omnes Græcorum duces, partim mœstos, partim clamantes, partim lamentantes aspicere: at Agamemnon pater, vt vidit filiam immolari.

Li. 7. Gal. belli.

Euripid. in Hecuba.

Euripid. in Iphigenia.

αὐτεύναζε, κἀμπαλιμ κρύψας κάρα
πάκρυα πρὸς γυῖ ὀμμάτων, πεπλῳ προθείς.

Id est.

Gemitum profundo ducit altum pectore,
Retroq; flexo vultu, amaras lachrymas
Profudit oculis, ora velis obtegens.

Sed quid est quod Græcorum ducib. mœrorem clarè testantibus, solus pater Agamemnon velo caput inuoluit, nisi quod summi mœroris acerbitatem satis dignè exprimere non potuit Tragicus, sed animis hominum existimandam reliquerit. Certè Abrahæ habitum iam gladium expedientis, & sacrificare filium volentis, nullus vnquam satis dignè, & efficaciter assequi potuerit. Sed quid de filio Isaac existimandum putabimus? an hunc supplicij & mortis pauidum degeneri timore trepidasse credendum erit, & restitasse, subducereq; sese voluisse? Sed credere par est, pietatissimũ filium à patre neutiquam degenerasse, & illius obedientiam, in hoc sacrificio, non minus spectatam fuisse quàm patris; neq; enim mortis metu contremuit, & tum florentis ac primę ætatis florem ingressus, eam tamen animo vim, & tantum mentis robur induerat, vt nõ modò se vinciri sustinuerit, verum etiam collum lubẽs volensq; paterno subdiderit gladio, gloriosum simul & plausibile reputans Deo iubente, mortem oppetere. Si Tragicis credere libet, intrepido & constanti animo ad mortem pro totius exercitus salute iuerunt, regiæ puellæ; oraculis impulsæ. Iphigenia immolanda apud Euripidem hæc loquitur.

Euripid. in Iphigenia.

τοῦ μὸν δὲ σῶμα ἐν ἐμῆς ὑπὲρ πατρὰς
καὶ ἐν ἁπάσης ἑλλάδος γαίας ὑπὲρ
θῦσαι δίδωμ' ἑκοῦσα πᾶσι βωμοῦ θεὰς
ἄγοντας εἰς πόν δὴ θέσφατον τόδε.

Id est.

Et hoece corpus pro salute patriæ,
Proq; vniuersa Græcia trado volens,
Vt immolandum hinc ad dicatas numinis
Ducatis aras, quando diuiim oracula
Ita canunt.

Si ethnicæ puellæ superstitionib. obnoxiæ, mortem, ob vanam gloriam captandam, contempserunt, cur non magis nobilissimum iuuenem Isaac credẽdum est, ob veram pietatem astruendam, capitis diserimen non refugisse? Certè, Iosepho auctore, vbi se aræ destinatum à patre intellexit, διέκειτο πᾶς πολυλὼ οὐ λόγος, ὃ φήσας ὡς ὁδὲ γεγονέναι τῆ ἀρχαιῶν δίκαιος εἰ θεοῦ καὶ πατρὸς μέλλοι λείσιν ἀπωθεῖσθαι ὃ μὴ παρέχοι αὐτὸν τοῖς ἀμφοτέροις βουλήμασιν ἑπόμενος, οὔτε καὶ μόνον, τὸν πατρὸς τοῦτο προσευρομένου μὴ ὑποκούσῃ ἄδικον ὧν. ὥρμησεν ὑδὲ τὸν βωμὸν καὶ τὸν σφαγιῶ. Id est. Cum voluptate sermones suscepit, & ad aram & sacrificium festinauit; addens etiam se indignũ fuisse vitæ initio, si Dei & patris iudiciũ reprobaret, & non promptè se amborum voluntati præberet, quando quidem si solus pater ita cẽseret, iniustum esset, si nõ obediret. Sic igitur vterq; affectus erat, vt & pater filium Deo condonaret, & filius ob diuinum iussum, sanguinem profundere suum paratus esset. Sed vt scribit Euripides.

Ioseph. lib. 2. αρχαι.

Euripid. in Iphig.

ἀπροσδόκητα δὲ βροτοῖσι τὰ τῶν θεῶν
σώζουσιν, οὓς φιλοῦσι.

Id est.

Inopina diuiim fata, quosq; diligunt
Seruant.

Abraham igitur dum capulo manum admolitur, subitò diuina voce à filij cæde reuocatur. Fieri certè nõ potuisset, vt hęc Isaac immolatio lachrymis caruisset, inter tot Abrahæ amicos & necessarios. Sed diuina pietate, sacrificij huius epitasis planè luctuosa & lachrymarũ plena futura, in iucundã & gaudij plenã catastrophen cõuersa est, & Isaae paterno gladio sub-

tur. Satis pulchrè & allegoricè virtutis studium ob oculos ponit, quod primo aspectu duriusculũ videri solet, sed mox nullam non voluptatem pollicetur. Sic ergo Abraham quemlibet figurare potest, q virtutis iter aggrediẽ, quod primo quidem difficile videtur, tanquam Isaac immolatio: mox tamen diuina aspirãte gratia, facile fit, tanquam arietis mactatio. Ex hac Isaac immolatione Theologi aliam quoque allegoriam exculpunt, sed accommodam, & sacra scriptura dignam. Interpretãtur Isaac rem quampiã inprimis charam & honestam, in quam omnem animi sui voluptatem collocant, & à qua distrahi quis æquo animo non fert. Tale quippiam est literarum studiũ, quo nihil, neque iucundius, neque gratius libero homini contingere potest; vt quod est suauissimus quidam animi pastus, quodq; etiã nõ solũ in summa vitæ tranquillitate iucundissimum est, sed etiam in afflictis rebus. Credendum do-
Quint. li. 6 ctissimis hominibus ait Fabius, qui vnicum aduersorum solatium literas putauerunt. Literis adeò addictus fuit Pli-
Plinius. nius, vt vix somnum, cibum caperet, & omne perire tempus arbitrabatur, quod studio non impartiretur. Fuerunt etiam in Christiana religione viri pientissimi, qui diuinarum rerum cõtemplationi adeo erant addicti, vt illam tanquam Isaac filium vnicum adamarent. Cæterum euenit, si quando id proximi charitas postularet, vel communis vtilitas inuitaret, vt omissa exacta diuinarum contemplatione rerum, tanquam immolato Isaac prædilecto filio, etiam alijs inseruire non detrectarent. Egit hoc Martinus Turonensis Episcopus, quem verè Silenum Alcibiadis appellare possumus, qui inuitus ad Episcopi munus extractus, cum iam remissius cõtemplaretur, quod nec ipse dissimulabat, populi quoque vsibus familiabatur. Denique exacto vitæ huius munere, cum iam suos complorantes videret, & se tali pastore orbari molestè ferrent, miseratus Martinus illorum lachrymas, Deo se paratum defert, nec aliquos deprecari labores, si ita populi sibi commissi vtilitas ferret.
Bernhar. in Serm. de S. Mart. Hãc eius animi promptitudinem Bernhardus sic effert: Obtulisti plane Isaac, vnicum illum quem diligis, quod in te est iugulasti, immolasti singulare gaudium tuum pia deuotione: paratus redire iterum in pericula, innouare certamina, denuo subire laborem. Quis hic dubitare velit, hoc Abrahæ opus, quo filium, Deo iubente, sacrificatum duxit, non ingentem viri animum & virtutem præferre? sed neque minora nobis ad bene viuendum magisteria præbere poterit, vt cogitemus quanta celeritate, si pietatis negotium ita ferret, opes omnes nobis abiũciendæ essent, denique & capitis periculum, forti animo adeundum, si ille tam prædilectum filium, Deo sic iubente, aræ necisq; destinabat. Cæterum nihil est vsq; adeò inculpatum & sanctum, vt non in deterius à prauis torquere possit. Ex ijsdem siquidem floribus apes *Quin. l. 10. Orat. instit.* poplite mella rapiunt, & araneæ venena sugunt. Scribit Fabius de imitatione, quæ futuro oratori necessaria sit, monetq; vt circa hãc studiorum partem, exactissimo iudicio omnia examinentur: vt non solum vicios os non imitemur, sed etiam in ipsis quos elegerimus, quid sit ad quod nos efficiendum comparemus, videamus. Est ergo primum, vt q̃d imitaturus est quisque intelligat, & quare bonum sit sciat, tum in suscipiendo onere consulat suas vires. Abrahæ hoc opus, & filij eius immolatio, ad imitationem quidem proposita est, sed vtinam non inuenisset prauos imitatores, neque error hinc in humanum genus serpsisset lõge pestilẽtissimus. Monemur hac Abrahæ obediẽtia, stare nos diuinis p̃ceptis debere, neque rem aliquam quamuis eximiam & charam, Deo potiorem ducere debere; huc respexit diuina vox ad Abraham loquens, non quod cæde & humano sanguine gauderet, & innoxiorum supplicio afficeretur. Cæterum ethnici instigante illos cacodæmone, cui seruiebant, humanas hostias inuenerunt, & Deos suos cædibus placare studebant. Non immerito certè inter maximas humani generis infœlicitates, quibus olim ante salutarem Christi aduentum afflictabatur, humanas hostias ponendas arbitror. Neque aliundè hoc malum in orbem irrepsit, nisi à dæmonum cultu, qui non minus animarum quàm sanguinis auidi, harum crudelitatum hominibus auctores fuerunt. Idcirco inquit Lactantius: Dij humanas hostias excogitauerunt, ipsi hostes humani generis, vt quàm plurimas deuorarent animas. Neque Græci, gens prudentissima, ab hac sęuitia alieni erant. Lacedæmonij Marti hominem sacrificabant. Salaminij Cretenses Rhodij, Messenij dijs suis homines sacrificare soliti erant. In Aphrica, Thracia, Scythia, Phœnicia, Ægypto, Syria, Arabia, tam animalium quàm hominum cæde, & turpissimis pollutionibus perniciosissimos dæmones placabant. Erant olim hac execrabili superstitione obnoxij Galli, qui ad iniuriam religionis, vt Solinus inquit, humanis litabant hostijs. Nam vt auctor est Cæsar, qui apud illos grauioribus erant affecti morbis, aut qui in prælijs periculisq; versabãtur, p uictimis hoīs immolabãt, aut se immolaturos vouebãt, administrisq̃ ad ea sacrificia Druidib⁹ vtebanẽ, q̃ pro vita hominis, nisi vita hominis reddatur: non posse Deorum immortalium numen placari arbitrabantur, publicęq; eiusdem generis habent instituta sacrificia. Horum sacrificiorum ritum & crudelitatem Strabo sic describit. καὶ γὰρ λαστοτοξεύομ τίνας καὶ ἀνεσταύρωω ὀῦ τοῖς ἱεροῖς, καὶ κατασκευάζοντες κολοσσὸν χόρτου καὶ ξύλου ἐμβαλόντες εἰς τοῦτο, βοσκήματα καὶ παντοῖα θηρία καὶ ἀνθρώπους ὁλοκαύτωω. καὶ ἄνθρωπον κατεπαισμένον παίζοντες εἰς νῶτον μαχαίρᾳ, ἐμαντεύοντο ἐκ τοῦ σφαδασμοῦ ἔθνομ δὲ ὑπάνω θρυϊδῶν. Id est. Quosdam sagittis configunt, & intra sacras ædes patibulo suffigebant. Magnam etiam è fœno chordo statuam apparantes, eiq; lignum iniectãtes, pecoraq; & varias immittentes beluas atque homines, holocaustum faciebant. Sed & hominem diuinationi destinatum in tergo ferientes, ex ipso impatientiæ afflictandiq; modo, vaticinium capiebant: Immolabant autem Druidis præsentibus. Etiam vetustissimi Itali in hac sacrificiorum immanitate fuerunt, non quidem vt homo in aram impositus mactaretur, sed vt è ponte in Tyberim præcipitaretur. Ferunt Herculem hunc morem sustulisse, & docuisse mitiorem sacrificandi ritum, nempe vt symulachra quædam pro viuis hominibus in flumen proijceretur. Cæcutiuerunt igitur per vniuersum terrarum orbem hac prodigiosa superstitione, tot gentes, imò in profundis errorum tenebris egerunt, vt homo in hominem tanta crudelitate grassaretur, idq; in falsorum Deorum gratiam, quibus gratificari sese tanto effuso sanguine putabant. Cæterum in tanta miseriarum caligine, non defuit tamen vel exigua veritatis scintilla, quæ ab ipsis ethnicis exorta est. Horret animus anthropophagorum immanitatem, at Plinius scribit, hominem *Plin. lib. 7. c. 30.* immolari paulum à mandendo abesse. Romanorum quoque grauitas huius sceleris atrocitatem rectè inuidit & seuerissimè censuit hominum immolationem abolendam. Igitur sexcentesimo quinquagesimo vrbis anno, Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Crasso Coss. senatusconsultum factum est, ne homo immolaretur, palamq; in tempus illud sacra prodigiosa celebrata. Sed & Claudio *Sueton. in Claudio.* Cæsare imperante Druidarum religio apud Gallos diræ immanitatis, & tantum ciuibus Romanis sub Augusto interdictam, penitus abolita est. Ita paulatim & quasi pedetentim mundus aperire oculos cœperat, & à dæmonum præstigijs resipiscere. Tandem Imperatore *Euse. Cæs. li. 4. Euan. præpar.* Adriano, cum iam Christi Euangelium longè latęq; personaret, nefandus hic immolandorum hominum mos, per totum terrarum orbem publico edicto vetitus est, & inperpetuũ abrogatus. Tantum lucis potuit Christiana doctrina mundo inferre, vt quod prius praua hominum persuasione sacrosanctum erat, iam incestum & prophanum omnium iudicio probaretur. Cæterum consummato iam Abrahæ sacrificio, incolumi quidem Isaac, sed ariete tantum prosecto, & Abrahã promptæ suæ voluntatis ſã manifestus, minimeq; diuinũ imperium detrectans, Deus cumulatissimè in eum benedictiones congerit. [Vocauit autem angelus Domini Abraham secundo de cœlo dicens. Per memetipsum iuraui dicit Dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me: Benedicam tibi & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam quæ est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicẽtur in semine tuo omnes gentes terræ.]

Solinus. Cæs. lib. 6. Gallici. bel.

Strab. li. 4 geograph.

Lact. li. 2. diuin. in.

Lact. lib. 1 cont. gent.

ἐντεῦθ' ἀπελθεῖν, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα
τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν.

Id est.

Sinite modo terra tegi mortuos,
Et vnde quodq; corpus venit,
Illuc etiam redeat, spiritus quidem in æthera,
Corpus verò in terram.

Non iniuria igitur terram pientissimę matris appellatione dignati sunt mortales, vt quæ hominem fato functum, sepulchro tanquam sinu suo complectatur. Cæterum fuerunt quidam in matrem hãc ingratissimi filij, qui à placidissimo hoc elemento desciuentes, corpora defuncta, non terra obruere vellent, sed flammis exurere instituerent. Apparet hunc morem humanorum corporum exurendorum, peruetustum fuisse. Nam Troianis temporibus illum fuisse, Homerus testis est, qui Appollinem in Græcos pestilentiam immisisse canit, qua cum multi extincti essent, corpora ipsorum igni cremabant.

Homer. li. α. ἰλιαδ. Βάλλ' ἀεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.

Id est.

Crebris ergo rogis ardebant funera nigræ,
Missa neci.

De Cijs apud Græcos legimus. κίοι οὗ ἀποθανόντας κατακαύσαντες, καὶ ὁσολογήσαντες, ᾧ ὅλμῳ τὰ ὀστᾶ καταπίπτουσι, εἶτα ἐνθένδε εἰς πλοῖον καὶ κώπιον λαβόντες ἀνάπλεουσιν εἰς πέλαγος, καὶ πρὸς τὸν ἄνεμον ἀποδιάζουσιν ἄχρις ἂν πάντα ἐμφυσηθῇ καὶ ἀφανὴ γένηται. Id est. Cij mortuos comburunt, deinde collecta ossa in mortario pinsunt, & nauigio imponunt, cribrumqúe simul accipiunt, & in pelagus nauigant: tandem contra ventum cursum tenent, donec cineres omnes efflati fuerint & dispersi. Quinetiam & hunc morem seruabant, quod rogo incensi cadaueris vinum infundebant, & restinguebant, quod Homerus testatur.

Homer. li. ψ. ἰλιαδ. πρῶτον μὲν κατὰ πυρκαϊὴν σβέσσαν αἴθοπι οἴνῳ
ὅσσον ἐπιφλόξ ἦλθε βαθεῖα δὲ κάππεσε τέφρη.

Id est.

Dixerat, expediunt cineres extinguere vino
Argolici heroes quantum Vulcanus obibat.

Sed & Vergilius hunc morem obseruat in funere Miseni Troiani, quem in litore Troiani flebant & curabant. Verg. li. 6. Æneid.

Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit
Reliquias vino, & bibulam lauere fauillam.

At qui vt Plinius scribit, ipsum cremare, apud Romanos non fuit veteris instituti: terra condebantur. At postquam longinquis bellis obrutos erui cognouere, tunc institutum. Et tamen multæ familię priscos seruauere ritus: sicut in Cornelia, nemo ante Syllam dictatorem traditur crematus. Idque voluisse, veritus talionem, eruto C. Marij cadauere. Perseuerabat hic mos apud Romanos, sed cum ingenti luxuria. Siquidem cadauera vrebantur cum odoribus Arabicis. Scribt Plinius, non ferre Arabiam tantum annuo fœtu, quantum Nero princeps nouissimo Poppeę suae die concremauerit. Maximi quoque Imperatores Romani de republica bene meriti vrebantur, & statim à rogo in Deorum numerum allegabantur. Iulius Cæsar in cãpo Martio extructo rogo crematus est maximo ciuium Romanorum conuentu, & certatim in ignem preciosissima quæque iactantium Augustus extinctus, senatorum humeris in campum delatus est, & crematus. Exoleuit hic mos apud Romanos, & Macrobij tempore nullus erat. Tandem nostro æuo adeò in desuetudinem apud omnes gentes venit, vt ignominiosum & dedecoris plenum sit à morte cremari, quod solum tanquam pœna ijs infligitur, qui sibiipsis necem consciuerunt. Obseruant igitur nunc omnes à natura comparatum morem, & corpora sepulchro cõdunt, & terra obruunt. Nam vt Cicero scribit, priusquam in mortuos iniecta gleba est, locus ille vbi crematum est corpus, nihil habet religionis; iniecta gleba tumulis, & humatus est, & sepulchrum vocatur, ac tum denique multa religiosa iura complectitur. Cæterum vt de sepulchris aliquid tradam. Apparet olim sepulchra, aut nulla, aut certe perrara in vrbibus fuisse. Nam Solonis axones nullum in vrbem sepulchrum admisere. Hinc Seruius Sulpicius ad Ciceronem. Ab Athenienſibus locũ sepulturæ intra vrbẽ vt darent impetrare

Plin. li. 7.

Plin. li. 12

Suetonius.

Cicero li. 2. de leg.

Cicero li. 3 Epist.

re non potui, quod religione si impediri dicerent, nec tamen id antea cuiquam cõcesserãt. Apud Sicyonios erat idem mos vt scribit Plutarchus, νόμου δὲ ὄντος ἀχαίου μηδένα θάπτεσθαί τεχῶν φύτος, ἰσχυρᾶς δὲ τοῦ νόμου διισταμένας πρόσοψης, ἔπεμψαν εἰς Δελφοὺς ὑπὲρ τούτων ἐρησόμενοι τὴν πυθίαν. Id est. Erat lex vetus, nullum sepeliri intra muros. Quum igitur superstitio lege valeret, miserunt in Delphos sciscitatum de ijs rebus Pythiam. Quinetiam apud Romanos eadem consuetudo seruabatur, vnde in duodecim tabulis lex est: Hominem mortuum in vrbe ne sepelito, neue vrito. Etiam à pontificum collegio, vt Cicero scribit, decretum erat, non esse ius in loco publico fieri sepulchrum. Erant tamen nonnulli clari viri in vrbe sepulti, quibus hoc ante legem virtutis causa tributum erat; vt Publicolæ, & Tiburto, quod etiam eorum posteri iure tenuerũt. Existimarunt forte veteres, si intra pomerium cuiusque tumulus foret, huiusmodi feralibus cõtaminari sanctum municipiorum ius, polluiq; vrbis genium, aut tetro cadauerum odore pestilenti aëre affici. Iis ergo opinionibus cum pleni essent ethnici, sepulchra in vrbibus non habebant, sed procul ab aspectibus suis amandarunt, & in agris habebant. Quale verò agrum in sepulchrorum vsum delegerint, clarè Plato ijs verbis scribit, θήκας δ' εἶναι τῷ χωρίῳ ὁπόσα μὲν ἐργάσιμα μηδαμοῦ ἄδε ἡ χώρα πρὸς τοῦτ' αὐτὸ μόνον φύσιν ἔχει τά τε τελευτήσαντα σώματα μέλισσα ἀλυπήτως τοῖς ζῶσι δεχομένη λεύπειν, τοῦτο τὰ ἐκπληροῦν. τοῖς δὲ ἀνθρώποις ὅσα προφὶ μήτηρ οὖσα ἡ γῆ πρὸς τοῦτο πέφυκε βούλεσθαι φέρειν, μήτε ζῶν μήτε τὶς ἀποθανὼν κερέσθω τῶν ζῶντ' ἡμῶν. Id est. Illa loca conuenit esse sepulchra, quæ coli non possint, sed quæ natura agri tantummodo efficere possit, vt mortuorum corpora sine detrimento viuorum recipiat: ea potissimum compleatur. Quæ autem terra fruges ferre, & vt mater cibos suppeditare possit, eam ne quis nobis minuat neue mortuus. Athenienses, auctore Cicerone, sepulchrorum terram frugibus obserebant, vt sinus & gremium quasi matris mortuo tribueretur: solum autem frugibus expiatum, vt viuis redderetur. Lycurgus ille seuerissimus Lacedæmoniorum legislator longè aliter de sepulchris statuit. Nã vt Plutarchus auctor est, πρῶτον μὲν γὰρ αὐτῶν ἀπηλλάγη δαιμονίας ἅπασας, ᾗ τοῦ πολεμεῖν θάπτειν οὐ νεκρούς, καὶ πλησίον ἐχειν τὰ μνήματα τῶν ἱερῶν οὐκ ἐκώλυσε, σωφροσύνας ποιῶν τοῖς τοιαῦταις ὄψεσι καὶ σωφήθεις οὐ νέους, ὥστε μὴ παρέπεσθαι μὴ δ' ὀρρωδεῖν τὸν θάνατον, ὡς μιαίνοντα τοὺς ἀψαμένους νεκροῦ σώματος, ἢ δεῖν τάφῳ δι' ἐλθόντας. Id est. Inprimis Lycurgus sustulit omnem superstitionem, & sepelirí mortuos in vrbe, & monumenta iuxta templa esse non prohibuit, vt ijs aspectibus iuuenes condocefaceret, & assuesceret, vt ne mortem pertimescerẽt; tanquã hæc inquinaret illos, qui vel mortuum corpus contingerent, vel per sepulchra transirent. Hanc Lycurgi de humandis corporibus legem, Christianis veteribus placuisse certum est, qui corpora intra cuiusq; municipij & oppidi conseptum, terra condenda piè instituerunt. Neque quemuis locum in hunc vsum delegerũt sed semper aream illam consecrato templo vicinam. Porrò locum illum humandis corporibus destinatum, vocabãt κοιμητήριον, id est, dormitorium, voce plena pietatis & fide. Nulla certè alia voce resurrectionis fidem clarius testificari poterant, nisi hac qua mortuos non inperpetuum extinctos significabant, sed dormientes. Magnum certè hoc simul & fidei ipsorum argumentum erat, simul & diuinæ potentiæ præconium; quæ tam facilè in vitam reuocare possit defunctos, quàm quiuis homo excitare à somno dormientes. Etiam parum visum erat nonnullis pijs mentibus, in commune hoc omnium Christianorum πολυάνδριον post mortem inferri: sacratius quoddam sepulturę genus ambiebant, nempe si fide suorum talis ipsorum corporibus locus prouideretur, in quo opitulatio sanctorum quæsita esse videretur. Egit hoc, vt Augustinus scribit, religiosissima matrona Flora, quæ filium suum defunctum, in basilica sancti Felicis confessoris, sepulchro inferri curauit. Quod quidem vt in literas suas retulit, ita etiam comprobare videtur. Cæterum Christianum hoc & vetus institutum, & tot seculorum consuetudine nobis per manus traditum, conuulsere, vt multa alia pseudeuangelici, & corpora suorum lõge auehenda curant, ne videlicet mo-

Plutarc. in Arato.

Cic. libr. 2. de leg.

Plato libro 13. de leg.

Cic. libr. 2. de leg.

Plu. in Lyc.

Aug. de cura pro mor.

numentorum conſpectus, triſtitiam anxietatemque, & mortis metum iniſciat, pauorque moriendi ſuboriatur. Et in Euangelica quidem doctrina, ſcilicet, tantum prouecti ſunt, vt mortem pertimeſcant, quam ne gregarius quidem miles, modo largo donetur ſtipendio, magnipendit. Sed peſtilentiæ metus obtenditur, ne putreſcentium cadauerum fœtor morbum vulget, & aërem tabefaciat. Atqui iam vſu edocemur, poſt translata alio ſepulchra, peſtilentiam haud aliàs inclementius graſſari; vt iam nihil ſit quod in ſepulchra contagionum originem reijciamus. Sed condonemus hoc humanæ imbecillitati, & mortis pauori, qui tamẽ in ſublimia illa pectora, & euangelica doctrina tantopere firmata, cadere non deberet. Sed quis non execretur tragica illorum ſcelera, idque eo indignantius, quod illa euangelij titulo adumbrare condidicere. Non enim ſatis habent ab orthodoxa & pia auorum fide deſciuiſſe, niſi etiã ſepulchra illorum impio conatu violent. Vſque adeò iam ſcelera increuerunt, vt ab omni re lucri bonus odor ſit, nõ templis parcitur, in rapinam cedunt templorum donaria, & conſecrata vaſa. Neque iis contenti homines impij, ſacrilegas etiam manus mortuis iniijciunt, ſepulchralia ſaxa & columnas tanquam bellorum rapinas haſtæ ſubijciunt, vſque adeò nullus iam auaritiæ pudor eſt, neque tantopere mirandum, quod Achilles exanime corpus Hectoris auro vendiderit, cum talia ſcelerũ monſtra, euangelica illa pectora pariant. Immane nimirum ſcelus eſt, maiorum cineres & quieſcẽtes fauillas violare, quod Vergilium non latuit, qui canit Æneam è Polydori ſepulchro haſtilia euellere aggreſſum, ſed vt quodque euulſit, mox etiã ſanguis ſequutus eſt, tandem vox è ſepulchro audita eſt:

Verg. libr. 3. Æneid.

Quid miſerum Ænea laceras? iam parce ſepulto,
Parce pias ſcelerare manus.

Hanc in parentes pietatem optimè ſeruant Scythæ, longè perſonatis illis euangelicis ciuiliores. Scythæ, vt Herodotus ſcribit, præter cætera illud diligentiſsimè ſeruant, vt ſepulchra parentum, quæ voluerũt habere communia, intacta, inuiolataque permaneant, quæ non minus venerantur quàm ſacra deorum. Quum igitur Darius rex Perſarum, armatis ſeptingentis milibus hominum, aduerſus Scythas duxiſſet exercitum, illi autem in loca tuta ſe recepiſſent; legatos miſit Darius, qui nunciarent, vt ſibi pugnandi copiam facerent, illi reſponderunt non facturos, niſi neceſsitate compulſos: neceſſitatem autem intelligebant, ſi ad violanda parentum ſepulchra veniſſent, tum intellecturum Darium an ſcirent auderẽtque Scythæ cum hoſte pugnare. Darius igitur eo duxit exercitum: quod vbi ſenſerunt Scythæ, tanto impetu irruerunt in hoſtes, vt cæſis amplius octoginta milibus hoſtium, Darius trepidus domum refugerit. Audiunt quidem male Scythæ ſæuitiæ nomine, ſed tam pio in parentum monumentis tuendis animo, ab omni ſeſe feritatis crimine redemerunt. Mortui & ſiti olim ſacri habebantur, quorum ſacra etiam erant ſepulchra, nec illa mouere fas erat. Hinc Euripides.

Herodot.

Eur. in Ice.

ἢ χωρὶς ἱερὸν ὡς νεκρὸν θάψαι θέλεις.

Id eſt.

Nanquid ſeorſum, tanquam ſacer mortuus ſepeliri vis.

Et alibi νόμιμον θ' ἱερόν, Id eſt. Sepulchrũ vocat ſacrum. De ſepulchris apud Solonem eſt, auctore Cicerone, ne quis ea deleat, neue alienum inferat: pœnaque eſt, ſi quis buſtum (nam id puto appellari tymbon) aut monumentum, aut columnam violauerit, deiecerit, fregerit. Fuerunt olim Imperatores Romani, qui non tam hac ethnicorum ſanctimonia de ſepulchris non violandis moti, quàm etiam ipſa pietate ad omnem veritatem inſtructi; ab hac ſepulchrorum violatione, mirum eſt quàm abhorruerunt, quàm ſacrilegam illorum temeritatem execrati ſint, quinetiam graues pœnas in huius ſceleris conuictos decreuerint. Pergit audacia, inquit Iuſtinianus, adbuſta defunctorum, & aggeres conſecratos, quum & lapides hinc mouere, & terram euertere, & ceſpitem euellere; proximum ſacrilegio maiores ſemper habuerunt. Sed & ornamenta quædam triclinijs atque porticibus, aufferri de ſepulchris. Rurſus. Qui ſepulchra violant, domos, vt ita dixerim defunctorum:

Cic. lib. 2. de legibus.

Iuſt. lib. 9.

rum: geminum videntur facinus perpetrare, nam & ſepultos ſpoliant deſtruendo, & viuos polluunt fabricãdo. Si quis igitur de ſepulchro abſtulerit ſaxa vel marmora, vel columnas, aliamue quamcũque materiam fabricandi gratia, ſiue id fecerit venditurus, decem pondo argenti cogetur fiſco inferre. Rurſus: Si ſeruus in demoliendis ſepulchris fuerit deprehẽſus, ſi id ſine domini ſcientia faciat, metallo adijciatur, ſi verò domini auctoritate facit, vel iuſsione vrgetur, relegatione plectetur; & ſi fortè detractum aliquid de ſepulchro ad domum eius villamque prouectum fuerit: villa ſiue domus, aut ædificium quodcunque erit fiſci iuribus vendicetur. Hactenus Cæſarum & quidem Chriſtianorum decreta in ſepulchrorum violatores lata recenſuimus. Vellem equidem quod ad hanc rem pertinet, vt quæque pars ſuo fungeretur officio. Sordent Euangelicis põtificum & eccleſiæ decreta; Cæſarum & principum leges vt ſacroſanctas adorant, iis omnibus ſtãdum eſſe, bonis lateribus vociferantur, & non modò capitale eſſe iis fraudem feciſſe; ſed etiam æternę ſalutis negotium in illis vel obſeruatis vel neglectis verſari. Quod ſi verè & ex animo ita ſentiunt, cur Cæſarum leges, quibus ſe deuotos eſſe ſimulãt tam liquido præuaricantur, vt lippis omnibus & tonſoribus obſcurum eſſe nõ poterit? Certè cum iam hic illorum ſacrilegium luce clarius ſit, reliquum eſſet, vt Cæſarum leges vigilarent, & in tales fucatos Euangelij hiſtriones, omnem ſuam vim exererent, illosque meritis ſupplicijs afficerent. Sed ſilent iam in Germania non tam Cæſarum leges quàm etiam Euangelij, & ſuo quiſque arbitratu ſibi fingit, quod vel credere libet vel diſcredere; & nihil tam ſacrum proauis fuit, quod iã nepotibus non prophanum videatur. Cęterum vt de ſepulchrorum iniuria quereremur, fecit Saræ obitus & funeratio, quam maritus Abraham in ſpeluncam duplicẽ iuſto funere extulit. Spelũca hęc duplex Hebraice vocatur מְעָרַת הַמַּכְפֵּלָה ſpelũca duplicitatis, quaſi מְעָרָה בְּתוֹךְ מְעָרָה ſpelunca in medio ſpeluncæ. Gregorius duplicem hanc ſpeluncam, quę in agro erat, ad geminam vitam allegoricè trahit, quæ in quouis homine eſſe poterit, ſiue illa ſit quæ in rerum actu verſatur; ſiue illa quæ honeſto ocio contenta ſibi canere ſatis habet. Vtrunque hoc vitæ genus Theologi appellant, vitam actiuam, & vitam contemplatiuam. Sunt hæ geminæ vitæ vſque adeò ſibi inuicem amicæ & germanæ, vt altera alterius opem deſideret, & altera alterã prouehat; & altera ſine altera manca & imperfecta ſit neceſſe eſt. Neque enim ſic rerum actui inuigilandum eſt, vt cõtemplationis ſtudium extinguat, nec cõtra ſic mens ſummarum rerum contemplatione ſuſpendenda eſt, vt nullum rerum actum attingere uelit; ſed ſic utraque uita moderanda eſt, vt in quieta contemplatione illa haurienda ſint, quæ poſtea in frequenti hominum concione opere exhibenda. Geminæ huius uitæ magiſterium in ſe exhibuit Chriſtus dominus noſter, qui interdiu quidem diuinæ ſuæ uirtutis opera faciebat, cum leproſos mundaret, cœcos illuminaret, claudis gradiendi facultatem reſtitueret, mortuos in uitam reuocaret: noctu uerò in montem conceſsit, inque eo pernox, omne tenebrarum tempus orando trãſmiſit. Porrò hæc bipartita vis qua homini omnia agenda ſunt, ne ethnicos quidem homines latere potuit, & Saluſtius ait. Omnis noſtra vis in animo & corpore ſita eſt, quod quidem ſatis declarauit Homerus in duobus illis ſuis diuinis operibus, Iliade & Odyſſea. In Iliade Achillis robur, & corporis fortitudinem, bellicasque eius adoreas, diuino ſuo ingenio, æternę hominum memorię conſecrauit. Hinc frequẽs eſt apud Homerum πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς. Id eſt. Achilles pedibus valens, & celer. In Odyſſea, vt Flacci verbis vtar, Homerus.

Gregorius li. 9. Mor.

Saluſt. in Catilin.

Horat. lib. 1. Epiſt.

Rurſus quid virtus, & quid ſapientia poſſit,
Vtile propoſuit nobis exemplar Vlyſſem.

Et apud Homerum in Odyſ. frequens eſt πολύμητις ὀδυσσεύς, Id eſt, Prudens, & conſilio plenus Vlyſſes. Atqui vtraque hæc vis tametſi ab Homero ſeparatim in Achille & Vlyſſe celebrata ſit, tamen in vno eodemque homine ferè inueniri debet. Eſt, vt Cicero tradit, & decernendi ratio, & decertandi fortitudo. Sed ſi quis fortunatus Imperator eſſe velit, tũ priuſquam incipiat conſulto opus eſt, & vbi conſuluerit maturè facto opus eſt. Quid? an non vtraque hæc vis & corporis & animæ, plurimum in vna repu-

Cic. libr. 1. Offic.

blica

blica valere poterit, & si altera ab altera destituta fuerit, tum omnia collabi & perire necesse erit. Parua enim sunt foris arma, inquit Cicero, nisi est consilium domi. Themistocles Atheniensis nobilissimam ex Persis apud Salamin insulam victoriam retulit, estq; nomen eius celebre & decantatum historiographorum omnium monumentis, sed plurimam huius victoriæ partem participat Solon Atheniensis legislator, qui Areopagitas constituit, qui plurimum Themistoclem adiuuerunt. Est enim bellum gestum cõsilio senatus eius, qui à Solone erat constitutus. Licet eadem dicere de Pausania Lysandroq;, quorum rebus gestis imperium Lacedæmonijs dilatatum putatur; tamen ob Lycurgi leges & paratiores habuerunt exercitus & fortiores. Extant in republica Romana complura id genus exempla. Neq; enim plus Romanum Imperium auxit Pompeius, subacta Asia & Oriente, bellica virtute; quàm Cicero cõsilio & prudentia, quum Catilinam Roma fugere coëgit, vt iam verum sit Romanum imperium non armis solum creuisse, sed etiam toga. Vt de hac duplici hominis vi, quæ corpore & animo constat disseremus, fecit spelũca hęc duplex, in quã illata est Sara. Gregorius, vt supra visum est, ad duplicem vitam allegoricè interpretatur. Tradit post hæc sacra scriptura nuptias Isaac, quibus Rebeccã neptem, Nachor patrui sui duxit vxorem, quum iam in virilem adoleuisset ætatẽ, annos natus quadraginta, centesimo & quadragesimo anno vitæ Abrahæ patris, triennio à morte Saræ matris suæ. Ad has nuptias conciliandas, tanquam pronubus in Mesopotamiam ab Abraham missus est Eliezer seruorum eius longè charissimus, cum decem camelis, cæteroq; iusto comitatu, qui præsentem Abrahæ fœlicitatem, non sine diuina laude declarãs, quinetiam vasa aurea & argentea fœlicitatis testes, in medium proferens; facilè quod voluit impetrauit, vt Rebecca in manus Isaac absentis, matrimonij lege veniret. Et hoc scripturadeinceps sic refert.

Cicer. eodẽ libro.

Gene. Cap. XXIIII. CErat autem Abraham senex dierumque multorum, & dominus in cunctis benedixerat ei. Dixitque ad seruum suum seniorem domus suę, qui præerat omnibus quę habebat. Pone manum tuam subter fœmur meum, vt adiurem te per Deum cœli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito: sed ad terram & ad cognationem meam proficiscaris, & inde accipias vxorẽ filio meo Isaac.]

Hæc Isaac sponsalia à solo Abraham patre fieri iussa, magnum nobis in nuptijs facundis dogma præfiniunt, nempe vt parentes in filiorum nuptias omne ius habeant, & quas contrahere non debeãt, parentibus vel inuitis vel inscijs, quinetiam filiorum nuptias ratas esse putandum non est, nisi parentum fuerint & consilio initæ & calculo comprobatæ. Et Abraham quidem hoc dogma princeps orbi ostendisse videtur, filios parentum suorum arbitrio in illorum nuptijs statuẽdis, stare debere. Ab hoc tam pio decreto, immane, quantum dissideant huius nostri æui nuptiæ. Nihil filiorum nuptias parentum referre putant, atq; id solum filijs liberum esse clamant, parentibus inuitis nuptias inire. In hoc paradoxo sunt luriscõsulti, & Theologorum centuriæ, qui ineptæ huic opinioni frigidam, vt aiunt suffundunt, cum illorum partium esset corruptas plebis affectiones, & in vicium propensas, ad veterum Theologorum normam exigere & dirigere, neq; adolescentibus & puellis honestarum nuptiarum specie ad libidinandum fenestram aperire. Quale verò sit matrimonium, quod Christianum & ritè cõtractum existimari debeat, explicat Tertullianus ijs verbis. Vnde sufficiam ad enarrandam fœlicitatem eius matrimonij, quod ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsignatum angeli renunciant, pater ratò habet? Nam nec in terris filij sine consensu patrum, ritè & iure nubent. Aurea hæc & verè bracteata sententia est, planeq; digna vt præ foribus omnium templorũ scriberetur. Raptus virginum iureconsultorum prudẽtia seuerè prohibitus est. Quid obsecro clandestinæ hæ nuptiæ, quæ inconsultis parentibus, coëunt: à raptu discrepant? Vbi lasciuus iuuenis simplicem puellam, non modo auri montes pollicens, verbis lactat, & omnem cum illa nuptiarum rem agitat: interim & gloriæ sibi ducẽs, quod imprudentem in nassam pellexerit. At qui vt canit Ouidius.

Tert. li. 2. ad vxorẽ.

Ouid. in epist. Heroi.

Fallere.

Fallere credentem non est operosa puellam
Gloria, simplicitas digna fauore fuit.

Vnde tot infœlicia matrimonia esse putamus, nisi quod inconsultis parentibus iuuenes inter se matrimonia temerè ineunt, nulla habita ordinum & fortunæ ratione. Credere certè par est, hac talium infœlicium matrimoniorum calamitate, Deum contemptorum parentùm iniuriam vlcisci velle. Cæterum vetustissimorum hominum nuptias semper parẽtum arbitratu, contractas inuenimus. Ismael Abrahæ ex Agar ancilla filius vxorem duxit, sed quam à matre delectam accepit, quod scriptura testatur וַתִּקַּח לוֹ אִמּוֹ אִשָּׁה מֵאֶרֶץ מִצְרָיִם Id est. Et accepit ei mater eius vxorem de terra Ægypti. Apud Euripidem idem ferè legitur.

Gen. 21. c.

Euripid. in Iphig.

καλὸν τεκοῦσαν τ' αἰδεῖν ἐκδιδοῦναι τέκνα.

Id est.

Pulchrum est matrem quæ peperit, etiam locare filios.

Sed & apud Græcos Naumachij nomine feruntur ij versus.

Naumac.

ἔσω σοὶ πόσις οὗτος ὃν ὧν κείνωσι τοκῆες
κοὐ μὴν ἐν πωνυτὸς σὺ μακαρτάτη. εἰ δὲ κεῖν'
ἄλλως.
αὐτὰρ μοιρήσαιο, φέρειν καὶ τοῦτον ἀνάγκη.

Id est.

Sit tibi maritus hic quem parentes iudicauerint,
Si quidem prudens erit, tu es beatissima, sin aliter
Virum fueris sortita, ferre quoq; hunc necesse erit.

Canit Catullus in Epithalamio Mallij & Iuliæ, patrem & matrem, in filijs nuptui locãdis, duas partes obtinere, filios verò vnam duntaxat, & proinde parentum arbitrio stare debere.

Catullus.

Non æquum est pugnare, pater cui tradidit ipse,
Ipse pater cum matre, quibus parere necesse est.
Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est,
Tertia pars matri data, pars data tertia patri.
Tertia sola tua est, noli pugnare duobus:
Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.

Quid? an nõ idem docet Comœdia speculum humanæ vitæ, filium iniussu patris vxorem ducere nõ debere? Simo ille Terentianus senex, homo mirè simplex, & in manifestarijs criminibus minimè suspiciosus, vt tandem Pamphili filij cum Glycerio furta comperit; ira inflammatur, & tragico delitigat ore, fremens q; contra patris voluntatem vxorem duxerit filius.

Terent. in Andria.

Adeon' impotenti esse animo, vt præter ciuium
Morem atq; legem, & sui voluntatem patris,
Tamen hanc habere studeat tum summo probro?

Rursus cum Pamphilus ingenui animi adolescens dixisset: Mi pater. Tum indignabundus Simo inquit:

Quid? mi pater, quasi tu huius indigeas patris.
Domus, vxor, liberi inuenti inuito patre.

Rursus in alia Comœdia tragicè stomachatur Demipho senex, quod Antipho filius iniussu suo vxorem duxerit.

Terent. in Phorm.

Itáne tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo?
Nec meum imperium, age, mitto imperium, non simultatem meam,
Reuereri saltem? non pudere? ô facinus audax.

Sic ergo Abraham, in Isaac filij sui nuptijs conficiendis, paternam sibi auctoritatem vendicat, quo posteritati clarescere filiorum nuptias parentum auctoritate conciliari debere, nec tanti momenti negotium, temerè iuuenibus committendum. Quæ hactenus ex varijs auctoribus de nuptijs citra patris voluntatem non coëundis, huc asciui, non eo animo mihi factum, quod nuptias damnem, quæ hodie inconsulto patre fiunt: sed magis vt sæueram antiquitatem, in nuptijs faciundis, imitãdam monerem, quàm huius nostri æui præcipitantiam. [Pone manum tuam subter fœmur meum, vt adiurem te per dominum Deum cœli & terræ.] Fœmur Hebraicè vocatur יָרֵךְ Græcè μηρός. Est verò fœmur pars pedis. Et auctore Polluce, τὸ μὲν τῇ κοτύλῃ συνηρμοσμένον τροχηλόν ὀστῦν μηροῦ κεφαλὴ καλεῖται. μηρὸς δὲ τὸ ἄχρι πόδος μέχρι γονάτων μέρος. Id est. Os illud rotũdum quod acetabulo adaptatur, principium fœmoris vocatur, & inde hæc pars vsq; ad genua fœmur est. Vsurpant Hebræi fœmur pro carnali propagine, qua filius à patre generatur, & non per adoptionem ascisciturſ: sic legimur יעקב מרך id est, Fœmur Iacob, pro familia Iacob ex eo prosata. Hinc Ouidius canit.

Iulius Pol.

Pœnitet & fœmori conseruisse fœmur.

Ouidius.

Græci quoq; fœmur vsurpant pro genuino partu, quo filius à patre proseminatur. Sic Euripides poëtico inuolucro scribit Dionysium è fœmore Iouis natum, cum eum verum Iouis filium significare vellet.

Euripid. in Bacch.

λοχίοις δ' αὐτίκα νιν
δὲ ἔφατο θαλάμοις κρονίδας Ζεὺς
κατὰ μηρῷ δὲ καλύψας
χρυσείαισιν συνερείδει
πόρπαις κρυπτῶν ἀφ' ἥρας.

Quod

Quod ad hunc attinet locum, quo seruus Abrahæ iurauit manu sua fœmori Abrahæ applicita: variè intelligunt Hebræi. Aben Ezra scribit hunc iurãdi modum in Syria, maximè verò in India tum obseruatum. Quod si verum est, certè cõstat, Indos ob honorem Dionysij sic iurare. Hic enim in India bella gessit, & vrbem Nyssam condidit iuxta mõtem qui appellatus est μηρὸς, id est, fœmur. Ferunt Dionylium in hoc mõte à nymphis educatum. Diodorus Siculus scribit Dionysium dum bellum in India gereret, graui pestilentia cum exercitu suo afflictum: statim verò cum in montẽ μηρὸν, qui Græce fœmur interpretatur, ascendisset; ob salubrem aërem à pestilẽtia liberatũ. Hinc fortasse originem apud Indos habuit, vt manu fœmori admota superstitiose iurarent, nempe ob Dionysij honorem quasi ex fœmore Iouis natum. Sed quis credere sustinebit, pium virum Abraham cum Assyriorum suorũ impietatem sequi nollet, Indorum superstitionem in iurando imitari velle? Neq; hoc fieri potest, vt hic iurandi mos tum fuerit Syris familiaris, quũ ipsum Abraham antehac, longè aliter iurasse legamus. Cæsis siquidem ab eo Assyriorum regulis, & omni ab illis direptarum vrbium præda recuperata, rex Sodomorum capta corpora duntaxat sibi restitui petijt, reliquam verò prædam Abrahæ victori donabat. Hic Abraham regis liberalitatem aspernabatur, & nihil illorum quæ sua essent sese vel contingere velle profitebatur. Quod quidẽ etiam iureiurando hisce verbis confirmabat: Leuo manum meam ad dominum Deum excelsum, possessorem cœli & terræ; quod à filio subtegminis, vsq; ad corrigiam caligæ, nõ accipiam ex omnibus quæ tua sunt. Hic nulla mentio fœmoris fit, sed sublatis in cœlum manibus Abraham iurat, consuetudine haud dubio à patribus accepta, quæ in hunc vsq; diem perseuerat. Quod verò hic iusiurandum Abraham exigit à seruo, manu illius fœmori suo admota, facit noua illa pollicitatio, quam nuper à Deo acceperat futurũ, vt omnes gentes se in suo semine benedicerent. Intellexit pius senex non vulgare hoc semen posse esse, sed humano augustius; & quod communem mortaliũ sortem excelleret. Neq; enim fieri potest, vt omnes gentes vnius hominis beneficio beatifiant, nisi præstantius quiddam ei accedat, quod omnibus humanis rebus sublimius sit. Quum igitur huius seminis fidem ex se nascituri haberet Abraham, fœmur illius arę vice erat, quod seruus iuraturus cõtingere iubetur. Semen ergo hoc Christus est dominus noster, qui post aliquot seculorum volumina ex Abrahæ fœmore per humanam propagationem nasciturus erat. In hac sententia sunt Christiani omnes, & theologorum princeps August. qui de iureiurãdo hoc sic scribit. Fœmur tangebat seruus, & per Deum cœli & terræ iurabat. Non errabat beatus Abraham, quando hæc fieri imperabat, sed quia prophetiæ spiritu plenus, nouerat de semine suo Christũ cœli & terræ dominum nasciturum: ideo quando seruus suus fœmur illius contingebat, nõ per carnale membrum, sed per Deum viuum & verum iuramenta præstabat, quia Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, Iacob genuit Iudam, de cuius semine Christus dominus noster natus est. ¶ Tulitque decem camelos de grege domini sui, & abijt: ex omnibus bonis eius portans secum. ¶ Quod in Hebræo sic legitur וְכָל טוּב אֲדֹנָיו בְּיָדוֹ id est. Et omne bonum domini sui in manu eius. Dictio כָּל id est, Omnis, non vniuersitatem semper significat; sed etiam singula comprehendit, & aliquoties partẽ multitudinis. Et hoc significato hic intelligitur, vt sit quod seruus secum extulerit de omnibus bonis domini sui, quod etiam nostra lectio sic habet. Tales loquendi modi reperiuntur etiam in nouo testamento, & Paulus de Deo inquit, quod velit omnes homines saluos fieri. Et Ioannes: Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum. Interpretatur Augustinus, vt intelligamus omnes homines significare omne humanum genus per quascunq; differentias distributum, reges, priuatos, nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, doctos, indoctos, integri corporis, debiles, ingeniosos, tardicordes, fatuos, diuites, pauperes, mediocres, mares, fœminas, infantes, pueros, adolescentes, iuuenes, seniores, senes: in linguis omnib. in moribus omnibus, in artibus omnibus, in professionibus omnibus, in volũtatum & conscientiarũ varietate innumerabili constitu-

Aug. Sermon. 75.

1. Tim. 2.
Ioann. 1.

August. in Enchirid.

constitutos, & si quid aliud differentiarum est in hominibus. Isto loquutionis modo & Dñs vsus est in Euãgelio, vbi ait Pharisæis: Decimatis mentam & rutam & omne olus. Neque enim Pharisæi & quæcunq; aliena & omnium per omnes terras alienigenarum, omnia olera decimabant. Sicut ergo omne olus intelligitur omne genus olerum: sic etiam hic seruus Abrahæ portat secum omnia bona Domini sui: vt sit ex omnibus bonis Domini sui. ¶ Quumq; camelos fecisset accũbere extra oppidum, iuxta puteum aquæ vespere, eo tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam: orauit Dominum dicens: Domine Deus domini mei Abraham, occurrere obsecro mihi hodie, & fac misericordiam cum Domino meo Abraham. Ecce ego sto prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella cui dixero, inclina hydriam tuam vt bibam, & illa responderit: bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipsa est quam præparasti seruo tuo Isaac, & per hoc intelligam quod feceris misericordiam cum Domino meo Abraham. ¶ Natura ipsa haud dubio graue est, seruitus, sed hæc longè grauior fit, si stolido & sæuo Dño quis seruire cogatur, quod Carion apud Aristophanem hisce verbis queritur.

Aristoph. in Pluto.

ὡς ἀεγαλεῖον πρᾶγμ' ὀδὺν ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ
δοῦλον γένεσθ' ἠδαφρονοῦντος δεσπότου.

Id est.

Quàm difficile negotium est ô Iuppiter & dij,
Seruum fieri Domini insipientis.

Sed econtrario non raro vsuuenisse compluribus legimus, maximo bono fuisse, seruitutem seruisse bonis & prudentibus heris. Quis dubitauit Tyronem Tullium Ciceronis seruum, & postea libertum, plurimum & eruditionis & eloquentiæ, ex patroni sui consuetudine hausisse? Quum sapientia Salomonis in toto oriente celebris esset, Regina Saba ipsa re tantam sapientiam experiri volens, Hierosolymam, magna stipata caterua, contendit, quumq; paucorum dierum consuetudine omnia eximia & sapientia plena in Solomone vidisset, his eũ verbis affatur אשרי עבדיך אלה העמדים לפניך תמיד השמעים את חכמתך Id est: Beati serui hi tui qui stant in conspectu tuo semper, & audiunt sapientiam tuam. Verum proinde esse confiteamur necesse est illud quod Aristoteles ex Theognide refert, γένοιτο δ' ἂν καὶ ἄσκησις τὶς φύσει ἐσθλὸν, ἐκ δ' ἀσκοῦντος τοῖς ἀγαθοῖς, καθάπερ καὶ θεόγνις φησὶν ὅιον ὡς λέγει.

Regum 3.

Arist. li. 1.

ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλὰ διδάξεαι, ἢν δὲ κακοῖσιν
Συμμίξεις ἀπολεῖς καὶ τὸν ἔνοντα νόον. .i.

Fit quædam exercitatio virtutis cum quis bonis conuiuit, quemadmodum Theognis ait: Bona quidem à bonis disces, sin malis te admiscueris, perdes etiã mentem quæ in te est. Est cerè apud Terentium sententia hæc, tametsi à stolido milite prolata, verissima: Domini similis es. Quemadmodũ em̃ in speculo contra intuentium facies apparet, sic in seruis dominorũ mores elucent, si Dominus corruptam in priuatis suis ædibus vitã agit, referre necesse est & seruos corruptos mores; sin castus, pius, sobrius, certè has virtutes non obscurè in seruis videas. Et licet horum nulla alibi exempla extarent, certè hic Eliezer Abrahæ seruus, magnum nobis documentum dabit. Quis non statim Abrahæ seruum agnosceret, domusq; illius religionem non intelligeret, cum videret seruum eius tanta pietate ad Deum preces emittere, & vbi humana desunt præsidia, ad diuinam opem confugere? Sed hausit hanc pietatem seruus Eliezer, ex Abrahæ Domini sui conuictu, qui non solum filijs suis ad omnem pietatem facem præferre solebat; sed etiam seruis vitæ magisteria tradere assuetus erat. Captabat igitur Eliezer omen à puellis aquatum ab oppido exeuntibus, sed citra vllam superstitionem, qua tum omnes fere gentes implicitæ erant. Erat omen apud ethnicos vox aliqua quæ excidebat vel ignorantibus, vel etiam temerè quid loquentibus, ex qua futurarum rerũ euentum vel fœlicem vel sinistrum accipiebant. Nam vt Cicero scribit, non solum Deorum voces Pythagorei obseruauerunt, sed etam hominum, quæ vocant omina, quæ quia valere censebant; idcirco omnibus rebus agendis, quod bonũ, faustum, fœlix, fortunatumq; esset, præfabantur. Extant huius superstitionis apud ethnicos varia exẽpla. Celebre est illud Pauli Æmilij consulis Romanorũ. Cum ei bellum, vt cum rege Perse gere-

Terent. in Eunu.

Cicero li. 1 de diuin.

ret obtigisset, & ea ipsa die domum ad vesperum redijsset, filiolam suam Tertiam, quæ tum erat admodũ parua osculans, animaduertisset tristem, quid est, inquit, mea Tertia? quid tristis es? mi pater, inquit, Persa perijt. tum ille arctius puellam complexus, accipio, inquit omen mea filia. erat autem mortuus catellus eo nomine quem in delicijs habuerat filia. Et pater quidem hoc omine in spem erectus, cum Perse Macedonũ rege conflixit, & viuum cœpit, & in triũpho duxit. Cæterum Eliezer nulla superstitione obnoxius, sed prius Abrahæ verbis in bene gerendæ rei spem adductus, omen nuptiarum à Deo petijt, vt illa potissimum Isaac nuptijs esset destinata, quæ ipsi & camelis eius affatim aquam ad potandum suppeditasset. Talia nempe diuina sunt omina, humanis longe & potiora & certiora. Dedit & Deus olim Constantino Cæsari futuræ victoriæ omen. Quum enim iam Christianæ religionis esset candidatus, nondum tamen eius mysterijs initiatus, & bellum contra Maxentium, qui Romam occupauerat, pararet; pauensq; bellorum semper ancipitem aleam, crebro in cœlum suspexit, & diuinam opem implorabat. Vidit deinde per quietem, in orientis regione, victoriosum Dominicę crucis signaculum, grato fulgore corruscare, & angelos se affantes: In hoc Constantine vince. Hoc igitur tanquam verissimum victoriæ suæ omen accipiens, ingenti animo Maxentio bellum infert, & victoriã adeptus; illum vita simul & imperio priuauit. Sed iam ominis huius euentum videamus. ⌈Necdum intra se verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur filia Bathuel filij Melchæ vxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriam in scapula sua, puella decora nimis, virgoq; pulcherrima, & incognita viro ⌉ Tacite Moyses indicare videtur, q̃ fœlix hoc sit matrimonium futurum, quod inter virgines coit, vt neq; mulier alterum nouerit virum, neq; vir alteram mulierem; sed pares inter se hac in vna re matrimonij vinculo copulentur. Sic enim fiet, vt mutuus inter ipsos amor castè perseueret; vt qui nunquam incestis amoribus fuerit constupratus. Ipsa virginitas pulchritudinis est gratia, in puella omni dote videtur esse potior, non sic prædia, & pecunia dotalis virũ afficit, vt in desponsata vxore virginitas, quæ à marito primum libata, vt deinde restituí nõ potest, ita summum amorem in illo generare solet. Plurimum ergo in muliere refert, vtrum ad liberale coniugium virginitatem marito offerat, & an prius illa, per incęstos amores, amissa: nuptias auspicetur. Sic enim nuptiarum amor, qui vnicus esse debet, in geminum sese scindit. Magis, vt Hieronymus scribit, se vnicis viris applicant fœminæ: & nihil aliud nosse, magnum arctioris indulgentiæ vinculum est. Extant huius rei complura exempla. Dido Tyria Sicheo virgo nupsit, & primos suos amores illi seruare sese protestatur. Sic enim apud Vergilium loquitur.

Ille meos primus qui me sibi iunxit, amores
Abstulit: ille habeat secum, seruetq; sepulchro.

Interrara coniugalis amoris exempla refertur Portia M. Catonis filia Bruti vxor, quæ cum apud Philippos victum & interemptum virum audisset, quia ferrum non dabatur, ardentes ore carbones haurire non dubitauit, & mortuo marito superesse noluit. Causam tam ardentis huius amoris nullam aliã putat esse Hieronymus, nisi quod Portia Bruto virgo nupserit. Si Cornelio Tacito credere libet, erant olim Germanorum mores seueri & pſancti, & longè incorruptiores q̃ hodie sunt Et par quidẽ fuisset, vt Christianæ religionis beneficio lõgè sanctiores mores induissent q̃ olim habuisset ethnici adhuc. Cæterũ res in cõtrariũ cessit, & nihil hodie moribꝰ illorũ est corruptius, idq; factionis huius, quã ipsi Euãgelium vocant, vicio. Hæc certe, quod ne ipsi quidem dissimulant, optimos, Germanorum mores pessimos reddidit; omniaq; pudoris & honestatis vincula dissoluit, & in mala studia præcipites egit. Sed hæc à nobis deplorari possũt, emẽdari nõ possũt. Germanorũ castitatẽ arguit, q̃d Tacitus scribit, fuisse ciuitates in Germania, in q̃bus virgines tantũ nubebãt, & (vt ipse ait) cũ spe voto q; vxoris semel transigitur. Sic vnum accipiunt maritũ, quomodo vnum corpus, vnamq; vitam, ne vlla cogitatio vltra, ne longior cupiditas, ne tanq; maritum, sed tanq; matrimonium ament. Tale matrimoniũ inijre

Ecclesi. hist. lib. 9.

Hieron. li. 1. cõt. Ion.

Vergil. li. 4. Æneid.

Val. Max. lib. 4.

Cor. Tacit. de moribus Germ.

Rebecca,

Rebecca, quum virgo castissimo iuueni Isaac nupsisset; sed & connubiũ hoc fœliciter inceptum, ad vltimum vsq; vitæ terminũ perseuerauit. Sed quid hac tautologia opus fuit, vt diceret scriptura: ⌈Virgo pulcherrima & incognita viro.⌉ An non satis fuit dicere, Virgo pulcherrima, nisi etiam adderet: incognita viro? Si virgo est, certè viro incognitam esse necesse est, nam hoc ipsa vox virgo significare videtur, nam omnes virginem esse putant illã quæ venereæ rei expers sit. Cæterum vox ipsa Virgo non semper integritatem à re venerea significat. Nam etymologia nominis hoc exprimit. Est enim virgo dicta à viridiori, hoc est, validiori ætate. Sic Vergilius hanc vocem vsurpasse videtur, loquens de Pasiphae Minois regis Cretensis vxore, quæ iam trium filiorum mater erat.

Pasiphae niuei solatur amore iuuenci,
Ah virgo infœlix, quæ te dementia cœpit

Vergilius Eclogã 6.

Seruãt etiamnum hũc morem inferioris Germaniæ populi, vt nobiles matronas quamuis multorum filiorum matres, virgines appellent; neq; plebeiam puellam quamuis incorruptam & castam, virginem appellant, cum virginis appellatio magis nobilitatem præferat quàm corporis animiq̃ integritatem. Deniq; sunt & virgines, sed titulo tenus, quæ vestitu, virginali filo, & habitu obambulant, & serta capitibus gestantes, passisq; capillis, virorũ oculos animosq; sollicitant. Ex harum numero fuit Hero illa Sestia Leandri amasia, de qua Musæus hæc canit.

ἡρὼ δ' ἑλκεσίπεπλος ἑοὺς λάθεσκε τοκῆας
παῤθένος ἡματίη νυχίη γαμετή.

Musæus.

Id est.

Asti Hero longa induta veste suos latens parentes,
Virgo diurna, nocturna mulier fuit.

Canit Ouidius Calistonem virginem vnamè Dianę comitibus fuisse, quæ à Ioue uiciata ignorante Diana est. Iubet illa ut cũ cæteris nymphis in fonte lauaret.

Hic, ait, in sylua virgo Tegeæa lauemur,
Erubuit falso virginis illa sono.

Ouid. li. 2. Fast.

Et paulò post.

Luna nouum decies implerat cornibus orbem,
Quæ fuerat virgo credita, mater erat.

Appellantur hi tales filij, qui à putatiuis uirginibus nascuntur, Partheniæ, ut scribit Pollux. παρθενίας λέγεται, ὅστις ἐκ τῆς δοκούσης εἶναι παρθένου, νόμῳ συνοικήσας ἐποίησατο. Ὁ σκότιος, ὅν τις γεννήσειεν τὶς λαθὼν ἢ ἔτεκε λαθεῖσα εὐθέως ὁ κωμικὸς τὸ λαθριδίου γέννημα κατ' ἀγελάστου παρθένου ἀπόσυρμα εἶπε. Id est. Parthenias uocatur quem quispiam generat, cũ lege cõcessa apud illã habitat, quæ uirgo habetur. Scotius, id est, obscurus uocatur, quẽ uir quispiam latenter uel mulier occultè generat. Eubulus uerò comicus ridiculè latẽtes hos partus, uocat uirginis pudẽda. Poterant hæc quæ hactenus adduximus satis declarare Rebeccã uirginem fuisse, nõ solum fama & uulgi opinione, uerum etiam ipsa ueritate, ut quam uir non inijsset. Cæterum sunt tot prodigiosa uiciorum monstra, quæ castitati insidiãtur, ut nihil ferè tutum esse possit, ad uirginitatem sanctè riteq; seruandam, & spinthriarum execrabilis astutia in uaria libidinum diuerticula humanum genus induxit. Nec iniuria mihi hic uenia præfanda est, ne castas aures prodigiosæ alicuius libidinis mentione offendam. Est apud Iudæos primi nominis Rabi Salomon, cui Hebræi plurimũ tribuunt. Hic rationem reddit tautologię huius, cur nõ satisfuerit Moysi dixisse Rebeccam uirginem fuisse, nisi etiam aderet, à uiro incognitam, obscurè subindicans esse corpore quidem uirgines, quæ tamen à uiris subactæ essent, per auersam uenerem, & corollarium. Atqui Rebecca talis non erat: sed uirgo erat, & incognita uiro, scilicet per uiam non rectam. Quoniam filiæ gentium custodiebant quidem corpus suum in loco uirginitatis, prostituebant autem illud in alio loco. Sed ex hoc scripturæ loco liquet Rebeccam mundam fuisse in toto, hoc est, omnino incognitam, & intactam. Scelestam hanc libidinem longè scelestiorem facit quod infamia eius in Christianorum mores irrepserit. Sunt Cypriani Epistolæ nõ minus eloquentiæ laude cõspiciendæ, quã etiam pietate Christiana venerabiles. Est tamen vna quæ tanq; carbo niger, inter fulgentissimas gemmas censetur, in qua huius execrabilis libidinis mentionẽ facit. Erant tum virgines quædã, quarum virginitas in dubium venerat, ob suspectam cum viris consuetudinem. Inficiabãtur illæ rem grauiter, & obstetricibus offerebant se conspiciendas. Negat Cyprianus hoc argumento veritatem satis

Rabi Salomon.

Iulius Poll. li. 3. ὀνομ.

Cyprian. li. 1. Epist.

deprehẽdi posse, cum & manus obstetricum, & oculi sæpe fallãtur. Et si, inquit, incorrupta inuẽta fuerit virgo ex ea parte sui, qua mulier potest esse, potuerit tamen ex alia corporis parte peccasse, quæ corrumpi potest, & tamen inspici nõ potest. Mirandum simul & dolendum, inter Christianos talium turpitudinum suspiciones nasci potuisse. In hæresibus hoc minus mirandum est, si dogmatum suorum peruersitatem, turpissimis vicijs testentur. Horret animus meminisse Gnosticorum obscœnitatem. Missam facio impiam interpretationem qua hæc Pauli verba peruertebant: Hæ manus mihi sufficerunt & alijs. Quales verò fuerint illorum virgines, & quæ sint veræ virgines, Epiphanius his verbis describit. ἐκείνας δὲ φασὶν εἶναι παρθένους τὰς μηδεπώποτε μὲν κοσμικῷ μίξει γάμου κατὰ φύσιν καὶ σωματικὴν γενομένας, ἕως καταβολῆς σπέρματος, ἀλλὰ μιγνυμένας μὲν ἀεὶ καὶ πορνευούσας, πρὸς δὲ τὸ ἀπαρτιθῆναι τὴν ἡδονὴν ἀφισώσας τὸν πονηροποιὸν αὐτῶν καὶ κοινωνίας φθορέα, καὶ λαμβανούσας τὴν παθεκμένην ἀκρότητα εἰς ἐπιδωδήν, ὡς κατὰ τὸ ὅμοιον τοῦ σπέρματος πρὸς τὴν θάμαρ κακοτροπίας, ἀλλὰ ἀεὶ παρθένας τὴν τέχνην ταύτην ἐπανειρημένας, τῷ φθείρειν μὲν, μὴ ποιεῖν χειρὶ καὶ φθορὰς τὴν μίξιν καὶ τὴν ἀποβόλαν. Hactenus Epiphanius Gnosticorum virgines depinxit. Sed ego aurium honori cõsulens, hanc tantam verborum obscœnitatẽ vertere latinè supersedeo. Sed vt ad Moysen reuertamur. Voluit Rebeccam significare virginem illibatam & quouis modo intactam, quum inquit: Erat virgo pulcherrima, & incognita viro, Sed iam sequentia videamus. Eliezer igitur cum iã sui esset voti compos factus, agnosceretq; Rebeccam ipsam illã esse, q̃ diuino omine Isaac esset sponsa destinata: ¶ Protulit inaures aureas appendentes siclos duos, & armillas totidem pondo siclorum decem. ❦ Asiæ & Indiæ mulieres inaures & armillas inter mundum habebant, neque hæc solum mulierum erant ornamenta, verum etiã viri decorum putabant inaures & armillas gestare. Erant inaures vniones & lapilli ab auribus perforatis dependentes. Plinius de auribus loquens sic inquit: Nec in alia parte fœminis maius impendium, margaritis dependentibus. In oriente quidem & viris aurũ gestare eo loci decus existimatur. Hoc indicat Satyricus poëta hoc uersu.

Epiph. li. 1. con. hær.

Plin. li. 9.

Iuuen. Sat. Prim.

Natus ad Euphratem, molles quod in aure fenestræ
Arguerint.

Molles in aure fenestras vocat infimæ auriculæ foramen, unde aureis filis gemmæ & lapilli dependebant. Cleopatra ultima regina Ægypti, nulla alia re nisi libidine & luxuria, ueteribus scriptoribus celebrata, duos uniones possedit per manus orientis regum sibi traditos, gerebat auribus hos uniones, cum maxime singulare illud, & uerè unicum naturæ opus. Horum alterum, aure detractum & aceto immersum, tabefactumq;, in gratiam M. Antonij absorbuit, ut sexcẽties sestertium unica cœna absumpsisse diceretur, quod Antonio non fieri posse, videbatur. Scribit Curtius Indos quoq; hunc seruare morem. Lapilli ex auribus pendent, brachia quoq; & lacertos auro colunt, quibus inter populares aut nobilitas aut opes eminent. Rursus de cultu Sophitis regis Indiæ scribens, Lacerti quoq;, inquit, & brachia margaritis ornata erant. Pendebant ex auribus insignes colore & magnitudine lapilli. Clara est inter orientis mulieres Zenobia, & quæ hoc nomine vel clarissima existimatur, quod optimè mulier imperauerit, cum Galienus Romanus Imperator pessimè ageret. Proditum est hãc vestem habuisse limbo purpureo, gemmis depẽdentibus per vltimam fimbriam. Hic tãtus gemmarum luxus, in mores quoque Romanos inuasit, atq; id ꝓpagato iã per vniuersum terrarum orbem Romano imperio. Scribit Plinius vidisse se Lollíam Paulinam, Caij principis matronam, mediocrium sponsalium cœna, smaragdis margaritisq; opertam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo, manibus digitisq;, quæ summa quadringentes H. S. colligebat: ipsã confestim paratam nuncupationem tabulis probare. Inuasit postea hic luxus plus nimio Romanorum mores, vt Plinius satyricè sic loqui compulsus sit. Habent fœminæ aurum in armillis digitisq; totis, collo, auribus, spiris, discurrũt catenæ circa latera, & inserta margaritarũ pondera, è collo dominarum auro pendent, vt in somno quoq; vnionum cõscientia adsit. Execratur Plinius execrabilẽ hanc humani generis auaritiam, qua fit vt homini non satis sit habere quod supra terras est, sed etiam quæ natura ipsa in

Plin. lib. 9.

Plin. lib. 9.

Plin. li. 33.

Q. Curt. li. 8. et 9. res. gest. Alex.

interræ visceribus, & alto maris fundo occultauit, & demersit, effodere atq; erere gestiat; nec satis sit quod terræ metalla, & maris margaritas vestis vice habeamus, sed etiam quod corpori infodiamus. Parum scilicet fuerat in gulas condi maria, nisi manibus, auribus, capite, totoq; corpore à fœminis iuxta virisq; gestarentur. Quid mari cum vestibus? Quid vndis fluctibusq; cum vellere? Plinij hæc criminatio leuis videretur, nisi etiam sanctus Paulus apostolico spiritu hanc morum vitæq; corruptelam incesseret. Quales enim esse debeant mulierũ vestes sic præscribit. ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας, ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτὰς, μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυσῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ, ἀλλ' ὃ πρέπει γυναῖξὶν, ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν δι' ἔργων ἀγαθῶν. Id est. Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & pudicitia ornantes semetipsas, nõ tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste preciosa, sed quod decet mulieres profitentes pietatem per bona opera. Scribit Ambrosius Deum cum corpus liberum fecerit exhorrere; cum illud metallis onustum viderit. Naumachij quoq; hi Græci versus circumferuntur.

Plin. lib. 9

1. Tim. 2.

Ambros.

Naumach.

μὴ σύ ποτε χρυσῷ πρεμαίνου, μήθ' ἅλι λειρῆς
πορφυρέην ὑάκινθον ἔχης ἢ χλωρὸν ἴασπιν.

Id est.

Neq; ob aurum insanias, neq; in collo
Purpureum hyacinthum habeas, neq; viridem iaspem.

Scribit quoq; Plutarchus in præceptis nuptialibus, verè aureum hoc præceptũ, ostendens quæ sint verè mulierum ornamenta. κόσμον δὲν ὡς ἔλεγε κράτης τὸν κόσμοῦν, κόσμεῖ δὲ τὸν κόσμιωτέραν γυναῖκα ποιοῦν. ποιεῖ δὲ τοιαύτ' ὅτε χρυσὸς ὅτε σμαραγδ', ὅτε λόκη· ἀλλὰ οὐκ σεμνότητ', ἐντάξιας, αἰδῆς ἐμφασιν πορίτιθησιν. i. Ornatus est id quod ornat, vt dicebat Crates. Ornat verò q̃d mulierem ornatiorẽ reddit, talem verò facit, non aurum, non smaragdus, neque coccus, sed quęcunque in illa demõstrant, verecundiam, modestiam, pudicitiam. Quid verò in muliere faciat hæc lapillorum & vnionũ suppellex, & margaritæ è collo & auribus dependentes, satis ostendit Satyricus poëta his versibus.

Plutarch.

Iuuen. Satyra 6.

Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil,
Quum virides gemmas collo circumdedit, & cum
Auribus extensis magnos commisit elenchos.

Cæterum aurea hæc inaurium & armillarum dona, neutiq; corruperunt castissimam virginem Rebeccam, quam vt accepisse hæc dona legimus, ita nunq; vsam fuisse credibile est, Siquidem erant inaures hæ & armillæ maximarum virtutum quędam symbola & significationes. Sed iam sequentia videamus. Igitur cum Rebecca in ædes suas paternas Eliezer inuitasset, & à necessarijs eius summmo esset honore susceptus, in illorum conuentu tanq; pronubus inter Rebeceã & Isaac futuras nuptias his verbis conciliare studebat. ¶ Si facitis misericordiam & veritatem cũ Domino meo indicate mihi: sin autem aliud placet, & hoc dicite mihi vt vadam ad dextram siue ad sinistram. Responderũt Laban & Bathuel. A Domino egressus est sermo. Non possumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum. En Rebecca coram te est. Tolle eam & proficiscere, & sit vxor filij Domini tui, sicut locutus est Dominus. ❦ Hic est vetustissimus illius æui mos, in faciundis sponsalibus, qui miram quandam simplicitatem præfert. Nullæ hic cautiones exiguntur, non literarum & breuiũm monumenta, inter vtranq; partem imperantur; sed summa verborum fide, sponsalia, inter maximos homines Isaac & Rebeccam decernũtur. Ad eundem ferè modum etiam in Latio olim sponsalia fiebant. Nam vt apud A. Gellium est, qui vxorem ducturus erat, ab eo vnde ducenda erat stipulabatur eam in matrimonium ductum iri, qui daturus erat, itidem spondebat. Is contractus stipulationum sponsionumq;, dicebatur Sposalia. Horum sponsalium frequens mentio est apud Iureconsultos. Et Florentius inquit: Sponsalia sunt mentio & repromissio futurarum nuptiarũ, & Vlpianus: Sponsalia dicta sunt à spõdendo. Nam moris fuit veteribus stipulari & spondere sibi vxores futuras. Vnde & sponsi sponsæq; appellatio nata est. Et. Sufficit nudus consensus ad constituenda sponsalia. Deniq; constat & absẽti absentem desponderi posse. Et. In spõsalibus cõstituendis parui refert, an per se & corã, an p nunciũ, vel p epistolã, an per aliũ hoc factũ est. Hactenus Iureconsulti. Desponsare Hebraicè vocatur ארש. חתן Spõsus חתן Sponsa בעל Sponsalia חתנה Has voces Pollux sic Græce describit ὁ μὲν

A. Gell. li. 4. noct. at.

Digestorũ lib. 23.

Iulius Poll. li. 3. Ono.

μὲν τοίνυν ἀνὴρ, πρὶν μὲν τὸν γάμον μνηστὴρ καὶ μνώμενος, καὶ τὸ ἔργον, μνηστεία, καὶ μνηστευόμενος καὶ μνηστὴ, ἡ νυμφη, ὡς ὅμηρος. γῆμε δ' ἄλοχον μνηστήν. Id est. Vir quidem antequam nuptias celebrat, vocatur spōsus, Opus verò ipsum Sponsalia, & desponsare; puella, Sponsa; quēadmodū Homerus inqt: Duxit puellā spōsam. Hæc spōsalia facta erāt à parē-
Matth. 1. tibus Mariæ virginis cū Ioseph, vt Matthæus scribit: μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσήφ. Id est. Quum esset desponsata materIesu Maria Ioseph. Sed
Lucæ 2. & Lucas refert Ioseph in Bethlehem Iudæ concessisse, ἀπογράφεσθαι σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικὶ, οὔσῃ ἐγκύῳ. Id est. Vt describeretur cum Maria desponsata sibi vxore pregnante. Erant hæc sponsalia, haud dubio à parentibus Mariæ facta, filia (vt tum consuetudo erat) inscia. Cæterum Maria, perpetuam virginitatem (spiritu sancto sic illi dictante) nuncupauerat, quod quidem cum clam parentib' esset, ab illis viro Ioseph despōsata erat. ¶Quod cum audisset puer Abrahā procidens adorauit in terram Dominum, prolatisq; vasis argenteis & aureis ac vestibus dedit ea Rebeccæ pro munere. Fratribus quoq; eius & matri dona obtulit.¶ Dona hæc, quæ à viro sponsæ dabantur, Græci vocant τὰ ἐπαύλια. Eadem etiam appellantur αὐλακαλυπτήρια,
Suida. quæ sunt, auctore Suida, δῶρα οἷς ὀμνύουσι τοῖς νύφαις παρὰ τοῦ αὐλητοῦ καὶ τῶν οἰκείων καὶ φίλων τὸ πρῶτον αὐλακαλύπτειν τὴν αὐλειάσιν ὁρᾶσθαι. Id est. Dona dicuntur, quæ vir & domestici atque amici sponsæ contribuebant, quum primum retectam visen-
Plutar. in Timoleon. damq; se præberet. Sic Plutarchus Siciliam appellat αὐλακαλύπτηριον, quod donata sit à Plutone Proserpinæ, quæ in illa rapta sit. ἐπεὶ καὶ τὰ πεδία τὴν ἁρπαγὴν, αὐτόθι μυθολογοῦσι γενέσθαι, καὶ τὴν νῆσον γὰρ τοῖς γάμοις ἀναπαλυπτήριον αὐτῇ δοθῆναι. Id est. Quoniam quę ad Proserpinæ raptum attinēt, ibi facta esse fabulantur, & ipsa Insula ipsi donata muneris loco esse creditur, cum ad Plutonis nuptias rapta esset. Erant olim Germani ad omnem animi corporisq; fortitudinem creati, & minimè voluptatum deliciarumq; amatores. Animi eorum celsitudinem & ferociam declarant bellica adorea, & Romanum Imperium, cum sub Augusto Cæsare in toto orbe esset florentissimum, afflictum; tandem etiam continentibus bellis in toto occidente ab illis subuersum, & prouinciæ à Germanorum gentibus occupatæ. Hanc vitæ & morum prestantiam, cum in alijs multis rebus, tum in connu-
Corn. Tac. de morib. Germ. bijs ineūdis declarabant. Dotem enim, vt Tacitus scribit, non vxor marito, sed vxori maritus offerebat, Munera hæc erant non ad delicias muliebres quęsita, nec quibus noua nupta comatur; sed boues & frenatum equum, & scutum cum framea gladioq; maritus sponsæ offerebat. Hoc maximum uinculum, hæc arcana sacra, hos coniugales Deos arbitrātur. Ne se mulier extra virtutum cogitationes, extraq; bellorū casus putet, ipsis incipientis matrimonij auspicijs admonetur, venire se laborum periculorumq; sociam, idem in pace, idem in prælio passuram ausuramq;. Hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denunciāt. Sic viuendum, sic pereundū. accipere se quæ liberis inuiolata ac digna reddat, quæ nurus accipiant, rursusq; ad nepotes referant. Hi tum erant Germanorum mores; Cæterū hodie ad delicias composita sunt omnia. Dona sponsæ à viris accipiunt, purpuram, serum vellera, peregrini muris olentes pelliculas, serta lapillis & auro distincta, reliquūq; luxuriæ apparatum; quo admonetur, nihil nisi molle & delicatum cogitare debere & morum corruptelam munera ipsa satis declarant. Sed nos sequentia videamus. Cōfectis igitur sponsalibus inter Isaac absentem & Rebeccæ necessarios, Eliezer, assumpta Rebecca, in Syriam ad herum suum Abraham proficisci parat. ¶Igitur Rebecca & puellæ illius ascensis camelis sequutæ sunt virum, qui festinus reuertebatur ad Dominum suum. Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam quæ ducit ad puteum, cuius nomē est viuētis, & videntis. Habitabat autē in terra australi, & egressus fuerat ad meditandū in agro inclinata iā die. ¶Quod nos legimus ad meditandum, in Hebræo legitur לשוח; Significat verbū שוח mētis suæ sensa verbis expromere & significare velle; idq; in rebus serijs & neutiq; vulgaribus, ad quod haud dubio meditatione op' est. Et Esaias inqt דורו מי ישוחח. Id est. Generationē Esaie 53.
eius qs enarrabit, id est, præmeditatè & compositè secundum mentis suæ conceptum eloquetur. Et in Psalmo centesimo decimooctauo frequēs est: Meditabor

tabor in mandatis tuis, in iustificationibus tuis meditabor. Septuaginta verterunt ἀδολεσχήσαι, quod verbum in sacra scriptura in laude ponitur, vt testatur Sui-
Suidas. das ἀδολεσχία δὲ παρὰ τῇ γραφῇ ἡ συνεχὴς μελέτη. καὶ ἀδολεσχήσω αὐτὶ τοῦ δι' ἰσυχίας μελετήσω. Id est. ἀδολεσχία. Id est, meditatio in scriptura est continua quædam exercitatio,
Plat. in Cratylo. & , meditabor, pro cōtinuo exercitabor. Plato etiam in bonam partem vsurpat, ἀδολεσχεῖν. λυδιαδοῦσι δ' οἱ πρῶτοι τὰ ὀνόματα τιθέμενοι, ἀ φαῦλοι εἶεν, ἀλλὰ μετεωρολόγοι καὶ ἀδολέσχαι τινές. Id est. Haud dubio qui primi rebus nomina imposuerunt, nō viles fuerunt, sed de sublimibus rebus meditabantur. Sed postea in vanitatis & garru-
Synesius. litatis significationem venit. Synesius αὐτὸν πόνου ἀδολεσχούσης ἐπιστολῆς. Id est. Sustine igitur epistolam garrientem. Hanc
August. in Psal. 118. vtranq; verbi significationem dum parū obseruat Augustinus, in Psalmo, quod nos legimus. In mādatis tuis exercebor, ipse legit, in mandatis tuis garriam, quāuis suæ interpretationis ratio illi non desit. Sed quod ad Isaac vespertini crepusculi inambulationem attinet, constat illum in agrum exisse ad meditādum, certè res pias & diuinas, & ad dei cultum pertinētes; vt qui pietatis hæreditatem à patre Abraham acceperat, à quo etiam ad omnem pietatem instituebatur. Hebræi ferè omnes שיח intelligunt pro orare, quod à Isaac pietate nihil alienum videtur. Sunt hi miri quidam somniatores & futuli, qui Isaac ad primā facem in agrum exisse putant, vt syderum ortus & obitus, & cœli horoscopū specularetur; nempe vt Astrologicæ rei peritum, quam à patre didicerat. Et hinc Astrologi bellā sibi huius artis successionē cōminiscūtur, vt Astrol. primo fuerit Adæ prothoplasto diuinitus data, deinde ab illo ad filios suos, & Noe vsq; ad Abrahā deuoluta, quā ille filio Isaac, tanq; diuinā artē per manus tradidit. Sed absit à pientissimis viris huius vanitatis superstitio, vt rudi adhuc illo seculo Astrologiā calluerint, quę ne nostro quidē æuo ad liquidū explorata est, & certo cognita. Nō cōstat inter Astron. de planetarū motu, an ab occid. in oriētem proprio motu rotētur, & an tardationis sit motus respectu octauæ spheræ, cuius rapiditatē planetæ sequi nō possint. De octauæ spheræ motu ęquè nō cōstat, cū illā duplici motu circūagi deprehēsum sit, & diurnus omnib. quidē patet, alter ignoratur, cuius respectu is fiat. Sunt qui hic nonā spherā quādā fabricare cōpulsi sunt, alij hui' motus causam respectu inferioris alicuius spheræ fieri putēt, vt interim taceā de ecētricis spheris, et hemicyclis. Quis igitur credere vellet primigenios illos homines vnam Astrol. incertissimā scientiam apprehendisse, omissis alijs artibus longè magis vtilioribus. & ad vitam hāc agēdā magis necessarijs? Cōsentaneū ergo est illos nunq; cœlorū plagas superstitiosè fuisse perscrutatos, sed q̄d antepedes est prudēter semper spectasse, & Homerus illud longè ante meditatos in illo seculo. ὅτι τοὶ γὰρ μέγαροισι κακὸν καὶ ἀγαθὸν τε πέτυκται. i. Homerus Odyss.
Ædibus in nostris quæ prana aut recta gerantur.

Isaac igitur ad omēm pietatē à patre Abrahā institutus, quo quietius diuinis vacaret, secessum subinde captabat, & relicta numerosa paternæ domus familia, rurū sese abdere solebat; quo minus mēs eius cœlestib. suspensa cogitationib. à perstrepente famulicio, interturbareē. Videtur Isaac hūc secedendi modū princeps ostendisse mortalib. quē deinde sequuti sunt, nedū sacrosancti viri cōplures, verūetiā clarissimi ethnici viri. Ii certè si quid mente sublimi' agitādū esset, & de re quapiā pressius acutiusq; dispiciendū, ab hoīm sese remouerūt cōsortio, & pcul ab vrbiū strepitu & tumultu, in solis & desertis locis agebāt; quo viuidius & efficacius mēs contēplationis studio frueretur, & tota in hoc esset. Ioan. Zach. filius, præcursor Christi futurus, à puero inter feras in de-
Luc. 3. serto vitā agit, & vbi iā prædicādi Euāg. tēpus appetebat, tū, ut Euang. refert, ἐγένετο ῥῆμα θεοῦ ἐπὶ Ἰωάννην τὸν τοῦ Ζαχαρίου υἱὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Id est. Factū est verbū domini super Ioann. Zachariæ filium in deserto. In deserto igitur à Spiritu sancto tātus mox
Exod. 3. ppheta futurus eruditur. Moyses ut prēesset populo Iudæorū 40. an. eruditur in eremo, & dum in penitam solitudinem pecus agit, diuinæ illius visionis gloria dignus censetur. Theb. solitudines olim plenę erāt monachorū turmis, quorū vita etsi procul hoīm aliorum cōuictu ageretur, tū celebris longè lateq; apud oēs habebatur. Sed quid humanis exēplis tā topere vtimur, cū Christi vita abundè no
Math. 4. bis solitudinem cōmendet? A baptismo enim

enim suscepto in desertum secessit, vt inde paulo post, tanquam e ludo, totius orbis magister inopinus existeret. Solitudinis amator fuit Hieronymus, in quam amantissimos suos sodales, doctissimis suis scriptis inuitauit. Viderint quid alij sentiãt, inquit. Vnusquisq; enim suo sensu ducitur. Mihi oppidum carcer, & solitudo paradisus est. Rursus ad Heliodorum, in peroratione sic de solitudine exclamat. O desertum, Christi floribus vernans. O solitudo, in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi ciuitas magni regis extruitur. O eremus familiarius Deo gaudẽs. Quid agis frater in seculo, qui maior es mundo? Quandiu te tectorum vmbræ premunt, quandiu fumosarum vrbium carcer includit? Hanc tantam solitudinis & soli loci commoditatem fructumq; optimè viderunt ethnici quoq;, qui musea & ædes literarum studijs destinatas, procul ab hominum strepitu semouerunt, & si quid quem torqueret, mox id se percepturum sperabat, si in solitudinem cogitaturus concederet. Lõga est apud Platonem disputatio, πόλιτο καλοῦ, Id est, De pulchro. Post multa igitur verba ultra citroq; habita sic Soc. inquit, ἀλλὰ μὴ τοί σ' ἐταῖρε, μὴ πῶς γε αὐῶμεν αὐτὸ. ἔτι γὰρ τίνα ἐλπίδα ἔχω ἐκφανήσεσθαί τι πότερον ἐστὶ τὸ καλόν. ΙΠ. πάντως γε δὴ πῶς ὦ Σώκρατες. ὁ δὲ γὰρ χαλεπὸν ἂν εὑρεῖν, ἐγὼ μὲν οὖν εὖ οἶδ' ὅτι εἰ ὀλίγον χρόνον εἰς ἐρημίαν ἐλθὼν σκεψαίμην πρὸς ἐμαυτὸν ἀκριβέστερον αὐτὸ σοὶ εἴποιμι ἂν ἀπόστης ἀκριβείας. Id est. Cæterum ô amice, nondum dimittamus, neq; enim omnem abieci spem, quid sit pulchrum inueniendi Hipp. Omnino sperandum ô Socrates, neq; enim inuentu difficile: mihi quippe cõscius sum, quod si paulisper ad me ipsum in solitudinem me recipere, exactè quàm exprimi possit, tibi id explicarem, vt nihil vltra requireres. Celebris est ob Platonis nomen villa Academia, in qua docebat, semotus ab urbe Athen. Post longam enim peregrinationẽ Athenas reuersus, auctore Laertio, διατριβὴν ἐν ἀκαδημείᾳ, τὸ δ' ἔστιν γυμνάσιον περίπατον ἀλσῶδες ἀπό τινος ἥρωος ὀνομαδὲν ἀκαδήμου. Id est, Diuersatus est in Academia. Est verò hoc gymnasiũ quoddã suburbanũ arboribus vmbrosum, ab heroa quodã Academo sic appellatum. Hunc secedẽdi morem sequuti sunt etiã aliquot ciues Rom. viri præstantissimi, qui requiescentes à reip. pulcherrimis munerib. otiũ sibi sumebãt aliquando, & à cœtu hominũ frequentiaq; interdum tanquam in portum se in solitudinem recipiebãt, & in ocio de negotijs cogitabant, & in solitudine secum loqui solebãt, vt neq; cessarent vnq;, & interdũ colloquio alterius non egerẽt. In ijs vnus erat Cice. qui impijs armis & vi a Repub. forensibusq; negotijs prohibitus, otium persequebatur, & obeã causam vrbe relicta rura peragrans sæpè solus erat. Sed hæc Cic. solitudo, neutiquã ociosa erat, sed apprimè negotiosa, vt quemẽtis agitatiõe & inuestigatiõe earũ rerũ cõstabat, quas cogitando cõsequebatur. Idẽ etiã Dauid propheta docuit nos, tanq; in ampla domo deãbulare in corde nostro, & conuersari cum eo tanq; cum bono cõtubernali, vt ipse sibi diceret, & loqueretur secum, vt est illud: Dixi, custodiã vias meas. Salomon quoq; filius eius ait: Bibe aquã de tuis vasis, & de puteorũ tuorum fontibus, hoc est, tuo consilio vtere. A qua enim alta cõsiliũ in corde viri. Nemo, inquit, alienꝰ particeps sit tibi, fons aquæ tuæ sit tibi proprius. Et certè sacrosancti illi viri, quos nobis tã vetus testamentũ dedit, quã etiã nouum; hauserunt sacrũ spiritũ in solitudine, vel certè ab hominũ frequẽtia semoti. Sed vt à pijs viris ad prophanos reuertar. Erãt apud ethnicos poëtæ, sanctitatis nomine cohonestati, unde Ennius poëtas suo iure uocat, sanctos, neq; iniuria, ut qui diuinũ illum & poëticũ furorẽ, à diuino beneficio hausissent. Erant igitur ijs deserta loca maiorẽ in modũ grata, montes, & fontes suauiter susurrantes ad habitandũ elegebãt, neq; alibi musas amœnè cãtantes audire poterãt, nisi in auijs montib. & in solitudinis recessu. Hesiod. canit se poëticen à Musis didicisse, sed in mõte Helicone dum agnos pasceret, satis poëtico hoc figmẽto declarans solitudinẽ ingenij suscitabulũ esse.

Hesiodi uersus ij sunt.

αἳ νύ ποθ' Ἡσίοδον καλὴν ἐδίδαξαν ἀοιδὴν
ἀρνας ποιμαίνοντ' ἐλικῶνος ὑπὸ ζαθέοιο.

In tragico cothurno summã laudẽ adeptus est Euripides, quem constat in insula Salamine tragœdias suas scriptitasse in spelunca tetra & horrida, quã A. Gell. se vidisse scribit. Horatius negat se Romæ poëmata pangere posse.

Hieron. ad Rustic.

Ad Helio.

Cic. libr. 3. Offic.

Psal. 38.

Prouer. 5.

Plato in Hipp. mau.

Laer. Dio.

Hesiod. in Θεογονίᾳ.

Romæ me ne poëmata censes
Scribere posse, inter tot curas, totq; labores?
Tu me inter strepitus nocturnos, atq; diurnos
Vis canere, & contracta sequi vestigia vatum?
Scriptorum chorus oïs amat nemus, & fugit vrbes.

Horat. lib. 2. Epist.

Et hactenus de clarorum virorum secessu nobis dictũ sit, occasionẽ nobis præbẽte Isaac, quẽ scriptura refert exisse in agrum ad meditãdum post solis occasum, haud dubio ad piarum rerum contemplationem, Sed ad reliqua veniamus.

Quumq; eleuasset Isaac oculos, vidit camelos venientes procul. Rebecca quoq; conspecto Isaac descendit de camelo, & ait ad puerum Quis est ille homo qui venit per agrũ in occursum nobis? Dixitq; ei. Ipse est dominus meus. At illa tollens cito pallium suum operuit se. ¶ Sunt in sacra scriptura complura memoriæ prodita, quæ simplicioribus, & parum attendentibus, parua, & nullius momenti putantur, vt tanquam fortè fortuna gesta sint; cæterum prudẽtioribus, magna morum documenta, & vitæ bene rectèq; instituendæ disciplinæ putantur. Quale est illud, quod hic scriptura refert de Rebecca Isaac sponsa, quæ eminus videns Isaac camelo desiliens caput velo obnupsit. Nullam hic scriptura rationem huius velationis reddit, sed prudenti lectori æstimandam relinquit, & non temerè factam esse tacitè dictat. Igitur Paulus Apostolus, hanc Rebeccę velationem, quam scriptura per transennam ostendit, vberius & latius tractat. Sequuti deinde Apostolũ sunt, Apostolici viri cum primis eruditi & eloquentes, qui argumentum hoc, de habitu mulierum, de velandis virginib. deq; earum cultu, nõ minus eruditè quã etiam piè prosequuti sunt. Latuisset certè hoc morum magisterium, & indifferens esse putaretur mulierum cultus & mundus, & cuiusq; arbitratu sumendus, nisi apostolicæ literę, & apostolicorum virorum scripta, tam accuratè de ijs cauissent. Est muliebre genus, vt Hieronymus scribit, φιλόκοσμον, id est, ornatum diligens. Cæterum non sic illis indulgendum, vt mundus prodigiosa nouitate conspiciendus, virorum oculos in sese conuertat, sed vt frugalis & parabilis nedum oculos, sed etiam caput & capillitium ab hominum aspectu abscondat. Sara Rebeccæ socrus tegendorum oculorum exemplum, à rege Abimelech admonita, ædidit. Sed ne putaretur mulieri phas esse nudo vertice propalam obambulare, Rebecca Sarę nurus, capititis capillicijq; tegendi legem promulgauit, tanquam libidinis & impudicitiæ incitamenta hinc prodire soleant, & vitiorum illecebra sit, caput mulieris nudum & pulchrè depexum. A contius ille non aliunde amoris flammam exarsisse clamat in Cydippen, nisi ab intecto illius capite.

Hoc faciunt flaui crines, & eburnea ceruix
Quæq;, precor, veniant in mea colla manus.

Ouidius in Epist. Heroic.

Inter seuera Romanæ grauitatis exempla, refertur apud Valerium Maximum horridum Sulpitij Galli maritale supplicium. Nam vxorẽ repudio dimisit, quod eam capite aperto in publicũ processisse cognouerat; & caput quod in gratiã mariti domi nonnunquam nudandum erit, omnium oculis publicitus conspiciendum prostituisset. Viderunt olim prudẽter Germani libidinis incentiua & adulteria hinc proficisci, si matronæ intecto capite foras prodirent, fuitq; adulterarũ pœna capitis dehonestamentum, & vnde vicium exortum fuisset, ibi potissimũ vindicta sæuiret. Nam, auctore Tacito, si qua vxor in adulterio deprehensa fuisset, eam statim maritus accisis crinibus, coram propinquis nudatam, expellebat domo, ac per omnem vicum verbere agebat. Sic ergo adulterium primo in capite lasciuè aperto vindicatum est. Cæterum mirum est quã ab hoc instituto modò in Germania degeneratum sit. Intecta iam sunt mulierum capita, nephas putant virginem alio argumento cognosci debere, nisi capillis per terga fusis & auræ impulsu temerè iactatis, neque id in priuatis ædibus solum agitur, vbi maior talium vanitatum indulgẽtia videri posset, sed propalam in sacris conuentibus, concionibus, in cõpitis & angiportis, in nuptiarum officijs & commessationibus, virginitas hæc ostentatitia & capita nundinatitia atq; triobolaria, nulli non promercalia prostituuntur. Quod si ethnicorũ auctoritas apud illos sordeat, valeat saltem sacrarum literarum sanctitas, polleat Apostolicorum virorum dignitas, quibus hæc in mulieribus capitum nuditas execrabilis semper & prophana visa est. Sũt inter mulieres patricias & virgines nobiles, qui summũ capitis uerticẽ

Hieron. ad Gaudent.

Tac. de mo rib. Germ.

Val. Max. lib. 6.

vittis auro & gemmis distinctis, aut si hę ob inopiam defuerint, linteolis pellucidis auriumtenus & cerebrotenus velent, vt iã longè impudentiores sint, tã vafrè sic velatę, q̃ si simpliciter nudo vertice essent. Sic olim virginum Vestalium capita ad pompam & ostentationem tecta erant, quod Symmachus ijs verbis significat: Vt vittæ earum capiti decus faciunt, ita insigne ducitur, sacrificij vacare muneribus. Atqui Ambrosius Symmacho respondens, & Christianas virgines efferens: Non vittæ, inquit, earum capiti decus faciunt, sed ignobile velamen, vsui nobile castitatis: non exquisita sed abdicata lenocinia pulchritudinis. Develamis huius disciplina, post A postolicas literas scripsit Tertullianus, monẽs & mulieres & virgines, vt ne sine velamine caput vnquam sit, obiter etiam declarans quid in muliere caput sit. Sciant, inquit, quia totum caput mulier est. Limites & fines eius eousq; porriguntur, vnde incipit vestis. Quantum resoluti crines occupare possunt, tanta est velaminis regio, vt ceruices quoq; ambiantur. Ipsæ enim sunt quas subiectas esse oportet, propter quas potestas supra caput haberi debet, velamen iugum illarum est. Denique alloquitur mulieres in hunc modum. Oro te siue mater, siue soror, siue filia, virgo, secundum annorum nomina dixerim, vela caput: si mater propter filios: si soror, propter fratres: si filia propter patres: omnes in te ętates periclitantur, indue armaturam pudoris. circumduc vallum ue recundię, murum sexui tuo struc, qui nec tuos emittat oculos, nec admittat alienos. Referunt qui ex nostris in Syria & Arabia fuerunt, mulieres ibi miram in uelando se curam habere, & non solũ caput, sed etiam faciem uelo contegere, uix exigua quadã rima relicta, per quam iter dirigunt. Hunc uelãdi capitis morem in mulieribus ubiq; seruauit Homerus. In Penelope finxit pudicitiæ & uerecundię exemplar, sed coram procis semper tecto capite stetisse induxit.

Symmach.

Amb. cont. Sym.

Tertull. de veland. virg.

Homer. li. π. ὀδ'νσ.

ἀλλ' ὅτε δὴ μνηστῆρας ἀφίκετο δῖα γυναικῶν
σῆρα κὰ κεφαλὴν κεκαλυμμένη τέγος οἴκου
ἄντα παρειάων, χαμαὶ λιπαρὰ κρήδεμνα.

Id est.

Sed quando venit ad procos illustris matrona,
Stetit ante postem ædificij firmiter facti,
Ante genas habebat peplum rude.

Idem poëta ad eundem modum describit Circen, quam ubi omnes uestes induisse canit, ultimo capiti calyptram imposuisse describit.

Homer li. κ. ὀδ'νσ.

αὐτὰρ δ' αὐγάφεον φαεὸς μέγαν ἐνδυτο νύμφη
λεπτὸν καὶ χαρίεν. περὶ δὲ ζώνην βάλετ' ἰξυῖ
καλὴν καὶ χρυσέην κεφαλῇ δ' ἐπέθηκε καλύπτρην.

Id est.

Hæc nympha induit pallium splendidum
Tenue & pulchrum, zonam verò lumbis circumdedit
Pulchram & auream. capiti verò imposuit calyptram.

Quinetiã Orpheus antiquissimus poëta idem ferè scribit de Circe, quam facit cum Medeam uidisset, genas uelasse.

Orpheus. ἀργ.

αὐτὰρ ἐπεὶ μήδειαν ἐσείδετο φαιδρὸν ὀφθαλμοῖσιν
λίτι καλυπτομένην ἑανῷ δ' ἀμφεχε παρειὰς
αἰδομένη-

Id est.

Vbi verò Medeam vidit oculis
Tenui veste vestitam, statim genas obtexit
Rubore suffusa.

Nec dissimile est ijs quod Musæus æquè uetustissimus uates canit, de Hero, quam fingit cum uerecundia humeros uiste contegisse.

Musæus.

παρθενικὴ δ' ἀφθογγος ὑπὸ χθόνα πῆξεν ὀπωπὴν
αἰδοῖ ἐρυθιόωσαν ὑποκλέπτουσα παρειὴν
καὶ χθονὸς ἐξεῦν ἄκρον ἐπ' ἴχνεσιν αἰδομένη δὲ
πολλάκις ἀμφ' ὄμοισιν ἑὸν ξωνύεγε χίτωνας.

Id est.

Virgo autem muta in terram fixit aspectum,
Pudore rubefactam abscondens genam,
Et terræ rasit summitatem in vestigijs, cum pudore autem
Sæpe circa humeros suam contraxit vestem.

Hactenus quidem satis dictum uideri posset de capite ceruicibusq; uelandis, cuius exemplum Rebecca ostendisse meritò existimatur, & nihil porrò in uerecundiæ uirtute desiderandum. Cæterum uerecundiæ limites in has angustias sese cõpingi non sinunt, ut in capite duntaxat spectandi fuerint, uerum in omnibus fœminini corporib, membris locum sibi uẽdicant. Porrò si qua mulier metiatur uerecundiam in solo capite uelando, & nõ in omnib. corporis mẽbris, q̃ liciter spectãda omnib. pstituere uellet, nõ min⁹ stultè aget q̃ quod de struthiocamelo legit. Hic cum

Pli. li. 10. cum immani sit corpore, & proceris cruribus, cum se à venatoribus vrgeri videt, caput solum inter fruteta condit, & sic se latere putat, sed immani reliquo corpore intecto, venantibus proditur & capitur. Tota ergo mulier velanda est, neq; est aliquid in muliere quod non pudorem deceat, & ex æquo velanda est. Hoc optimè seruasse tradit Euripides Polyxenam filiam Priami regis Troianorum, quæ dũ ad sepulchrũ Achyllis à filio Pyrrho immolaretur, & lethali vulnere affecta esset, tamen curauit vt honestè caderet, & se velaret.

Euripid. in Hecuba.

ἡ δὲ καὶ θνήσκουσα, ὅμως
πολλὼ πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν
κρύπτειν θ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών.

Id est.

At illa iam moriens, tamen
Sollicita mirè est, condecenter vt cadat
Cæletq; quæ cælare decet oculos virũm.

Oui. li. 13. Metam. Ouidius quoq; hunc pudorem seruasse Polyxenam canit, nempe vt iam animã agens sese velauerit.

Illa super terram defecto poplite labens,
Pertulit intrepidos ad fata nouissima vultus:
Tunc quoq; cura fuit partes velare tegendas
Cum caderet, castiq; decus seruare pudoris.

Mirum hic videri possit de Polyxena, quam Euripides canit, moribundam, & in vltimo vitæ articulo, partes velasse tegendas, cum idem poëta, eandem ad huc mentis cõpotem, faciat parum verecundiæ memorem, partesque velandas adeò non texisse, vt etiam publicitus viris ostenderit. Nam vbi Græcorum decreto se immolandam cognouit, nihil illa mortem metuens, sed ad cruentum sacrificiũ corpus promptè obtulit, &

Euripid. in Hecuba.

λαβοῦσα πέπλους ὀξὺ ἄκρας ἐπωμίδος
ἐξῆκε λαγόνος εἰς μέσον παρὰ ὀμφαλὸν
μαστοὺς τ' ἔδειξε σεμνὰ ὡς ἀγάλματος
λάμπρισα.

Id est.

Summo prehensos pectore, scidit manu,
Ad ombelicum, ventris ad medium, peplos,
Sinumq; monstrat, & velut statuæ ad modum
Mammas decentes.

Sed vt ad alia veriora pudicitiæ & verecundię exempla veniam. Lucretiæ Romanæ matronæ pudicitia & verecundia satis latinis scriptorib. celebrata est, cui cum Sextus Tarquinius regius iuuenis per vim vicium obtulisset, in conuentu necessariorum iniuriam conquesta est, et in vitionem violatæ pudicitiæ omnes accendit, tandem gladio se transegit, & inuitum scelus, spõtaneo sanguine diluit, sed tamen, vt Ouidius canit.

Ouid. li. 2. Fastor.

Tum quoque iam moriens, ne non procumbat honestè,
Respicit, hæc etiam cura cadentis erat.

Scribit Plutarch. Clenomenem Lacedæmoniorum regem cum multis viris & mulieribus in Ægyptum, ex Græcia fugisse, eos omnes Ptolomæus rex Ægypti occidit, sed mulierum mors eo clarior habetur quod cum summa non constantia solum, verumetiam cum magno verecundiæ exemplo, mortem obierint. Ex ijs vna erat Pantei vxor, hæc summa verecundia, aliarum mulierum, cum occiderentur, corpora curauit, & texit, tandem interfectis omnibus, ipsa ad mortẽ sese parauit, & vestem sibi circundedit aptè, vt nihil post mortem in corpore appareret, tandem nihil è nudo corpore carnificib. ostendit, nisi iugulum, quo lethale vulnus acciperet. Adeò pudicis & cordatis mulieribus verecũdia & corporis sui tegendi cura semper cordi fuit. Quid vecordius, imò quid magis impium & stultius excogitari potuit quàm Canduli Lydorum regis factum? Hic cum vxorem haberet speciosam, & liberali forma prędita, non contentus fuit tacita voluptatum suarum conscientia, sed contra vxoris suæ bona in vulgus ebuccinabat, & Gygi sodali verbis illius non satis credulo, nudam ostendit, idq; illa ignorante. Quæ cum statim tantam ignominiam cognouisset, iusto dolore in mariti regis cædem adigitur, & Gygi sese cum regno dedit, cũ prius Candulẽ regem, multere eius sic iubente, interemisset. Libet hic coronidis vice adijcere quæ de viris & mulierib. ex æquo in aquis mersis Plin. tradit, vt clarũ sit, naturã ipsam pudorẽ mulierib. tanq; proprium cõtribuisse. Virorũ, inquit, cadauera supina fluitant, fœminarũ prona: velut pudori defunctarũ parcente natura. Hæc sunt quę de mulierum verecundia & pudore huc adduxisse visum sit, cũ argumentũ nobis præbuerit Rebecca, quæ procul viso Isaac caput calyptra operuit. Sic emẖ vox Heb. צעיף vertenda fuerat, quã quod nos legimus, pallium. Est autem calyptra, linteum quo mulieres caput velãt, vt scribit Pol. καλύπτρα δὲ ἐπίβλημα τῆς γυναικός. i. Calyptra est operi-

Plutarc. in Clenomen.

Plin. lib. 7. cap. 17.

Iul. Poll.

operimẽtum mulieris, capitis videlicet.

Ꝓ Seruus autem cuncta quæ gesserat narrauit domino suo Isaac. Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ, & accepit eam vxorem. Et in tantum dilexit eam, vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat, temperaret. ꝝ Principio illud inprimis arguit Isaac verecundiam simul & castimoniam, quod cum puella matrimonio copulari sustinuerit, quam neq; prius viderat, neq; familiarem vel amicum sermonem miscuerat vnquam. Per omnia certè dissimilis Isaac fuit adolescentibus ijs, qui nostro hoc æuo ambiunt nuptias. Hos certè videmus per annos aliquot prius procos agere, quàm maritos. Non desunt hic Ouidij de arte amandi magisteria. Ante ædes amatarũ, pomparum ferculis similes obambulãt, & illarum oculos sollicitãt; sed & noctur nis horis bubonum instar circũuolitant, & ineptis cãtilenis puellarum somnium interpellant, cum adamata lusus agitant & iocos, pascunt oculos, neque prætextatis abstinent sermonibus. Quis dubitabit omnia hæc non honestarum nuptiarum initia esse, sed lupanarium rudimenta merito censenda? Et miramur si tot infœlicium matrimoniorum plena sint omnia, cum ad ea non luno cæstum afferat, sed Venus. Iustè ergo violatæ matrimonij tædæ, in suos auctores, non sine magno ipsorum damno retorquentur. Cæterum Isaac connubium suum, à castissimo igni auspicatus est, eoq; cum sua consorte Rebecca, & summa concordia pariq; fœlicitate, in multos annos consenuerunt. Dilexit igitur Isaac Rebeccam, sed non paucorum dierum amore & lasciuo, sed cordato & casto; vt secum communium filiorum parentem futuram. Et de Rebeca hactenus dictum sit, quomodo ab Abraham è Mesopotamia in Palęstinam, filio suo Isaac matrimonio iungenda, euocata fuerit. Cæterum veteres Theologi totum literę huius ordinem etiam allegoricè interpretantur ad ecclesiæ Christianæ vocationem; quæ è longinquo aduocata est. Abraham igitur Dei patris imaginem repręsentat, qui filio suo Isaac, nẽpe Christo, Rebeccam, Ecclesiam è longinquo accersendã curauit, illamq; Christo firmo stabiliq; coniugio dicauit. Porrò seruus hic pronubus & cuius opera potissimum hę nuptiæ confectæ sunt, sermo est propheticus & apostolorum prędicatio, qui longè lateq; per totum ferè orbem dissipati, & nusquam non concionabundi, ex intimo hellenismi recessu, gentilem populum, ad Christi agnitionẽ inuitarũt. Hoc nẽpe est quod Esaias vaticinatur חִנּוֹ גוֹי לֹא תֵדָע תִּקְרָא גוֹי לֹא יְדָעוּךָ אֵלֶיךָ יָרוּצוּ Id est. Ecce vocabis gentem quam ignoras, & gentes quæ te non cognouerunt ad te current. Hoc prophetæ vaticinium impletum ostendit Paulus, quum ad Ephesios sic scribit, μνημονεύετε ὅτι ὑμεῖς ποτὲ τὰ ἔθνη ἐν σαρκί, οἱ λεγόμενοι ἀκροβυστία, ὑπὸ τῆς λεγομένης περιτομῆς ἐν σαρκὶ χειροποίητου, ὅτι ἦτε ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ χωρὶς χριστοῦ ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ ἰσραὴλ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, ἐλπίδα μὴ ἔχοντες, καὶ ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ. νυνὶ δὲ ἐν χριστῷ ἰησοῦ ὑμεῖς, οἵ ποτε ὄντες μακρὰν, ἐγγὺς ἐγενήθητε ἐν τῷ αἵματι τοῦ χριστοῦ. Id est. Memores estote quod aliquando vos qui gentes eratis in carne, qui dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manufacta, qui eratis illo in tempore sine Christo alienati à conuersatione Israel, & hospites testamẽtorum promissionis, spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo: nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longè, facti estis propè in sanguine Christi. Non iniuria igitur Christianus populus vocatur עַם סְגֻלָּה id est, populus peculiaris. & Petrus eum vocat λαὸν εἰς περιποίησιν, Id est, populum in acquisitionem, quem vt Paulus, inquit, περιποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος, acquisiuit per proprium sanguinẽ. Quinetiam illud magnum mysterium arguit, quod Rebecca diuinitus Isaac destinata vxor, ad fontem inuenitur; sic etiam ecclesia è gentibus congregata, baptismi lauacro admota, à viciorum sordibus emaculatur. Porrò inaures & armillæ dona puellaria Rebeccæ donata, à mysterio aliena non sunt. Inaures igitur significant promptam expeditamq; obediendi voluntatem; & optimis quibusque auscultandi lubentiam. Cæterum piorum obedientia, nõ à seruili metu proficisci debet, sed à charitate promanare; hinc est quod inaures illæ non è ferro fabricatæ sunt, sed planè aureæ. Auro siquidem charitas optimo iure comparatur, vt præstãtissima virtus, optimo metallo æquetur. Quisquis igitur ad virtutis

Esaiæ 55.

Ephes. 2.

1. Petri 2.

Act. 20.

tis mentionem gaudio exhilarescit, quisque salutari euangelicæq; doctrinæ aures prębet, is nimirum inaures aureas habet; quas quidem habere non omnibus datum est. Has inaures aurium nomine Christus vocat, Qui habet, inquit, aures audiendi audiat. Hæ aures siue inaures aureæ, ne poëtas quidem latent, qui attentam & paratam mentem, appellant purgatas aures. Et Plautus.

Plautus. *Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus.*

Horatius. Horatius.

Est mihi purgatam crebro qui personet aurem.

Persius. Persius etiam cornutum præceptorem suum efferens, inquit, Purgatas inferis aures, Fruge Cleantea. Armillæ, vt

Varro. Varro auctor est, ab armis dictæ sunt. Antiqui verò humeros cum brachijs armos vocabant, vnde arma ab ijs dependentia sunt vocata. Sunt verò armillæ aureæ, quas viri militares, ab imperatoribus donati gerunt. Habebant Ægyptij armillam inter hieroglyphicas literas,

Suidas. vnde Suidas ex Æliano allegat, de Rege quodam Ægyptio, παρ' ὃν ἐν ὁπλῳ θέμενος τῶν ἱερῶν γραμμάτων συμβολὴν ὅπερ ὄμοια δήπου τοῦ ἡλίου τοῦ βασιλεῖ τῶν αἰγυπτίων ἐκ τοῦ νόμου πεφοίτητο, ἀνασείλων τῶν ἀδικημάτων. Id est. Contempsit verò armillam quæ est symbolum inter literas hieroglyphicas. Hæc ex lege Regi Ægyptiorum affixa erat, vt eum ab impietate reuocaret. Sed & Theologi nostri armillas ad opera bona referunt. Refert postea scriptura Rebeccam quæ Ecclesiam figurat, camelo vectam ad Isaac venisse. Est camelus animal ἀχθοφορὸν, quasi onera ferens. Hinc prouerbium illud ortũ est, κάμηλος ἀ ψωριῶσα πολλῶν ὄνων ἀναστίθησι φορτία. Id est. Camelus vel scabiosus multorum asinorum onera portat. Est quoq; camelus animal tortuosum & deforme. Hæc animalis natura ad Ecclesiam ex gentibus collectam alludit. Erant Ethnici ante susceptum Christi euangelium, varijs vicijs obnoxij, scelerum & impietatũ onera longe grauissima baiulantes, quibus vsque adeò deprimebantur, vt illud psalmistæ necesse haberent dicere: Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Nouerat hic camelus viciorum oneribus grauari, saltare non nouerat. Cecinerant iam legis & prophetarum vaticinia, in laudem Dei tot piorum veteris legis ora cantauerant; cæterum bruta gentilitas & tarda, neq; moribus neq; operibus, his tantis cantilenis, respondere poterat; sed immobilis, vicijs prægrauata, perstitit. Necessarij sunt hi cantores Ecclesiæ qui suaui & modulatu sacrarum scripturarũ cõcentu perstrepant, quo Christianus populus, illorum dictata auribus hausta, vita etiam exprimat. Tales cantores sibi fecit verus rex Salomon, qui toto spiritu inquirendo cognitionẽ diuinitatis intenderent, ne psallentes deessent ecclesiæ suæ, quorum cantu nequam spiritus fugaretur. Qui ad horum cantum non mouetur, sed cameli in morem rigidus stat, audire meretur à Christo: *Lucæ 7.* Cantauimus vobis & non saltastis. Verum Rebecca Ecclesia gentium, insidens animali torto & deformi, ad Isaac Christum deducitur & procul viso illo texit se. Quod gentium Ecclesia velasse sese scribitur, verecundiæ & pudicitiæ insigne est; quæ in rebus pudendis parumq; honestis desiderari soleat. Fuerunt apud ethnicos crimina permulta, & ritus parum decori minimeq; laudabiles; quos tamen illi etiamnum cæci, non satis intelligebant reprehensione dignissimos. Celebrantur veteribus scriptoribus ludi gladiatorij, siue munus gladiatorium. Erant hi ludi crudelitatis pleni. Ibi gladiatorum multa paria in mutuum funus armabantur; & Romano populo spectante, alternis vulneribus conficiebantur. Mira hæc infœlicium hominum laniena maiorem in modum cordi erat Romanis, spectabantq; cruentum hoc spectaculum non solum plebes, sed etiam Imperatores, senatus, matronæ, virgines quoque vestales, quibus honoris ergo locum in theatro dedit Augustus Cæsar. Neque solum voluptatis animiq; causa hi ludi gladiatorij agebantur, sed etiam diuinæ rei gratia celebrabantur. Nam primum gladiatorium munus Romæ dedit M. *Val. Max. lib. 2.* Brutus, funebri memoria patris sui cineres honorando. Refert Suetonius de Cæsare Caligula sæuissimo Imperatore, *Sueton. in Calig.* quod votum exegerit ab eo, qui pro salute sua gladiatoriam operam promiserat. spectauerit q; ferro dimicantem, nec dimisit nisi victorem, & post multas preces. Sed egit tum in altis ignorantiæ te-

nebris Romanus populus, eoq; etiã hæc tam immania spectacula, quæ sanguine & cædibus constabant; & licenter spectauit, & diis suis grata existimabat, Cæterum Ecclesia ex gentibus congregata, hanc tantam crudelitatem, & effusi humani sanguinis licentiam exhorruit, eoq; etiam oculos texit. Nã vbi Romani Imperatores Christum agnouissent, tũ gladiatoria hæc spectacula publico interdicto prohibita sunt, & capitale erat hanc operam in scœna nauasse. Ingens enim scelus visum est, ob hominis oculorũque voluptatem, hominem occidisse. Erant quoq; scenici ludi, & circenses, erant venationes ferarum, aurigationes, & factiones de quatuor aurigarum coloribus; quibus toties orbis victor populus, miro studio inter sese dissidebat. Spectabãtur hi ludi magno morum detrimento, q̃ si bonus quis imprudens accessisset, mali contagionem referebat, sin malus, peior discedebat. Atqui Ecclesia è gentibus camelo ad Isaac Christum aduecta, erubescit vanissimas has vanitates spectare, & suis ciuib⁹ inhonestas esse decernit. Huc enim pertinet quod Dauid canit: Salua nos Domine Deus noster, & congrega nos de nationibus. Quinetiam Apostolus Christianis scribit: Nolo vos socios fieri dæmoniorum. Dæmonia, inquit Augustinus, delectantur canticis vanitatis, nugatorio spectaculo, turpitudinibus varijs theatrorum, insania circi, crudelitate amphitheatri certaminibus animosis eorum qui pro pestilentibus hominibus lites suscipiunt, pro mimo, pro histrione, pro pantomimo, pro auriga, pro venatore. Ista facientes quasi thura ponunt dæmonijs. Nolite, inquit Paulus, effici participes eorum. Quid loquar de nefanda pederastia? quæ semper ethnicis vt puerile peccatũ & leue visa est. Cæterum simulatq; gentiũ Ecclesia Christum fide aspexit, vsq; adeo uicium hoc erubescit & execratur, ut ne nominari quidẽ phas putet, & silentio magis damnandum q̃ uerbis eloquendum. Hoc nimirum est, quod Paulus Christianis scribit: Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis. Refert postea scriptura, Quod Isaac intantũ dilexerit Rebeccam, vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat, temperaret. ¶ Video in filio Isaac, quod prius in patre Abraham factum legimus. Luxit maritus pijs lachrymis charissimã vxorem Saram morte sibi ademptam: agnosco Isaac genuinum Abrahæ filium, quandoquidẽ eandem suam matrem obisse, ut filium par erat, mœsto tulit animo. Quinetiã summã cordati viri prudentiã in illo video, vbi dolorem miti & mãsueto humanoq; animo susceptum, ratione deponit, neq; vltra q̃ sapientem decuit, sese mœstitiæ ac luctui dedit. Idem hoc Satyricus quoque poëta monet.

Ponamus nimios gemitus, flagrantior æquo
Non debet dolor esse viri, nec vulnere maior. — *Iuuen. Satyra 13.*

Nihil certè æquè hominem exedit & tabefacit, vt tristitia, quæ humanum cor lancinat & diuellit; quod etiam sacræ literæ clarè docent, παρακλήθητι λύπης ἕνεκα, ἀκὴ λύπης γὰρ ἐκθαίνει θάνατον, καὶ λύπη καρδίας κάμνειν ἐποίησεν. Id est. Consolare te à tristitia, à tristitia enim egreditur mors, & tristitia cordis fortitudinem flectet. Et Homerus canit, tristitiam superuacaneã esse, neq; alicuius frugi. — *Eccle. 38.*

ὁ γὰρ τις ὠφελίης οὐ μέλεται κρυεροῖο γόοιο. — *Homerus Iliad. ω.*

Causam verò cur à tristitia temperandum sit, reddit Phocylides hanc, quum inquit.

μηδὲ πόθοις χρόμενοισιν κάκοις πρόσχετε νοῦν ἄκρον, ἔτι γὰρ δ' ὠάτατα τὸ τετυγμένον εἶν ἀτυκτον. — *Phocylides.*

Id est.

Neq; præteritis malis affligas cor tuum,
Non amplius enim potest factum esse non factum.

Sed quid ageret Isaac noster? vel cuius consolatione animi dolorem mitigaret? non hoc fiebat aleæ lusu, vel insano venandi studio, sed honesta p̃dilectæ vxoris consuetudine; quæ facilè animũ dolore affectum serenauit, & se sibi restituit. Nec illud solũ in dolore fit, vt mariti animus vxoris consolatione subleuetur, verumetiam in capitali discrimine factum legimus, vt vxores maritis suis mortis solatium fuerint. Celebris est apud veteres scriptores Arria illa nobilissima mulier. Erat hæc vxor Cecinnæ Peti, q̃ marito & solatium mortis, & exemplum fuit. Huius siquidẽ mulieris vox æternæ hominũ memoriæ cõmendata est: Vulnus quod feci non dolet: Sed quod tu facies hoc mihi Pete dolet. Neq; minus solatiũ mortis cõstãter & philosophicè obeundæ accepit Seneca, cum vxorem suam Pom-

Augustin. — *Rom. 6.* — *Plin. li 3. Epist.* — *Corn. Tac. lib. 15.*

Pompeiam Paulinam, prompto ac parato animo ad secum moriendum vidisset. Scribit Basilius de vxore cuiusq; hũc in modum, γυνὴ σωεκληρώθη σοι κατὰ τὴν κοινωνίαν τοῦ βίου, πᾶσαν ἡδονὴν σοι κατὰ τὸν βίον παρεχομένη, εὐθυμίας δημιουργὸς συμπαθείαις προσεχομένη, καὶ χρηστὰ σωαυξοῦσα, καὶ τοῖς λύπαις ὁ πλεῖστον μέρος τῶν ἀνιαρῶν ἀφαιρουμένη. Id est. Vxorem sortitus es ad vitæ tuæ cõmunionẽ quæq; etiã voluptatem tibi in vita præbet, alacritatis & gaudiorum cõciliatrix, augens delectabilia, in tristitia, plurimã dolorum partem adimens. Hæc Basilius. — *Basilius.*

¶ Abraham verò aliam duxit vxorem nomine Cethuram, quæ peperit ei Zamram & Iecsan & Madan & Madian, & Iesboschetsue. Iecsan quoq; genuit Saban & Dadan. Filij Dadan fuerunt Assurim & Lathusim & Laomi. At verò ex Madiam ortus est Epha & Epher & Enoch & Abida, Heldaa. Omnes hi filij Cethuræ. ¶ Refert Eusebius Cæsariensis veteres illos patres, qui Moysen antecesserũt, nõ minus Deo vero seruisse atq; nos Christianos, qui Moysen longo interuallo sequimur. Verũ hic cultus, & hęc amborũ religio, nõ nihil diuersitatis in vtrisq; habebat, cum tñ in eũdem scopũ Deum vtriq; respexerint. Et nos quidem Christiani iã sub gratia noui testamẽti, arctiora castitatis vincula agnoscimus. Vxorũ pluralitatẽ repudiamus, & singuli singulas habemus, neq; phas esse ducimus quouis tẽpore, beluarum in morem ad coitum subare, & liberis operã dare; sed certis diebus, & stato tempore à cõgressu, diuinæ rei gratia, abstinendum, & precationibus sacrarumq; rerũ studio indulgendũ. Quinetiam si quem fatum à cõpari suo diuulserit, tum monogamiam p̃dicamus, eiq; suademus vt celebẽ agat vitam potius, q̃ vt rursus nuptias iterare velit. Quod quidem etsi Christianum hominem nõ ita astringat, vt nefas sit secũda inijsse cõnubia; tamẽ Paulus hoc tãq; sacrosanctum aliquod vinculũ clero inijcit, vt vnis duntaxat nuptijs cõtenti sint. Hinc illud Pauli decretũ quo Episcopũ & Diaconos constituit μιᾶς γυναικὸς ἄνδρας. Id est. Vnius vxoris viros esse præcipit. Nempe vt hi ad ministerium Dei eligantur, qui non sunt egressi constitutum Dei. Homini enim vnam vxorẽ decreuit Deus, cũ qua benedicatur. Nemo enim cum secunda benedicitur. Quãuis secundam numero vxorem nõ sit habere prohibitũ, vt tamen quis dignus ad Episcopatum sit, etiam licita debet spernere, ꝓpter sublimitatem ipsius ordinis, quia cęteris melior debet esse, qui cupidus est sedis illius. Hactenus Ambrosij verba recensuimus. Erat apud ethnicos magna monogamiæ laus, & quã Romanorum aliquot familiæ seruarunt. Scribit enim Hieronymus ad Furiam. Habes, inquit, generis tui grande priuilegiũ, quod exinde à Camillo, vel nulla, vel rara vestræ familiæ scribitur secundos nosse concubitus: vt non tam laudanda sis, si vidua pseueres, q̃ execranda, si id Christiana nõ serues, quod per tanta secula gentiles fœminæ custodierunt. Causa verò quur hęc castitatis regula sic in arctum contracta sit, Eusebius ex Paulo affert, nempe quod res iam interire ac desinere atq; ad extremum finem tendere credantur: quando planè dicitur, ante vitæ consummationẽ, Euangelicam in foribus adesse doctrinã: & renouatio ac generatio alterius seculi, quod breui instat futurum, denunciatur. Hoc est quod Paulus clamat: Hoc autem dico fratres, tẽpus breue est: reliquũ est, vt & qui habent vxores, tanq̃ non habẽtes sint: & qui flent, tanq̃ non flentes: & qui gaudent, tanq̃ non gaudentes: & qui emunt, tanq̃ non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanq̃ non abutentes; Præterit enim figura huius mundi. Volo autem vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est, solicitus est de ijs quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino. Qui autem cum vxore est, solicitus est de his quę sunt mũdi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et mulier innupta, & virgo cogitat quę Domini sunt, vt placeat Domino vt sit sancta & corpore, & spiritu; quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Et noui quidem testamenti populus, in hac castitatis parte, Deo ritè & piè seruit, Cæterum vetustissimi illi patres, qui vel ante cataclysmum fuerunt, vel postea, præter mentis pietatem, etiam in prolis generatione Deo seruiebant, idque tum potissimum, cum diuinum illud præceptũ adhuc uigeret: Crescite & multiplicamini, & replete terram; Tum illi magna cum cura, sobolis incrementum quærebant, quum per illud tempus, & numerus hominum

Gnes. cap. XXV. — *Euseb. Cæs. li. 1. Euã. demonst.* — *Hieron. ad Furiam.* — *Euseb. li. 1 Euang. de.* — *Ambros.* — *Ad Tim. & Titum.*

minum augescceret, & multiplicaretur, atque indies robur acciperet genus humanum. Neq; solum ob humani generis multiplicationem liberis operam dabant vetustissimi illi, sed erat etiã in hoc quidam pietatis respectus. Inter innumeras totius orbis gentes, soli erant Iudæi, unius ac veri Dei cultores, sed angustis terminis vndiq; circumsepti. Ob hanc iuam pietatem ab alijs gentibus crebro armis impetebantur, erantq; præ cæteris populis mundo inuisi. Vt igitur Iudæi facilius & fortius idololatrarum uim propulsarent, & diuinum cultum sibi assererent, necesse habebant vt expedita iuuentute, & ad bellum prompta abundarent. Igitur non solum ob hominum multiplicationem liberis operam dabant, sed etiã pietatis ergo. Hic igitur pietatis respectus Abraham ad secundas pepulit nuptias, ne quis illum exacta iam ætate lasciuisse suspicetur. Videbat siquidem vir prudentissimus, omnes ferè sua ætate gentes, in mala abire studia, diuinorũ ignorantiam, & pietatis neglectum nusq; non subcrescere, vitam quoque suam & pietatem, quę omnibus exemplo esse posset, contemptum iri. Vt igitur pia aliqua gẽs in mundo existeret, quæ veri Dei religionem agnosceret, eã ipse ex se nasci optabat. Et quamuis hoc ipsum in Isaac filio futurum confidebat, tamen quo validius eadem gens & in immensum crescceret, atque propagaretur, vberem filiorũ messem sibi nasci optabat: vt sic doctor atque magister propriorum liberorum existeret, quippe qui posteris successores pietatis propriæq; virtutis hæredes relinquere, pulchrum & honestum iudicaret. Hoc igitur pio consilio Abraham secũdis nuptijs sibi Cetburam compulauit, ex qua numerosam prolem fœliciter sustulit. Cæterum non est vt quis miretur, si nuptias pio consilio iniri pose dicamus, & nullo voluptatis respectu contrahendas, sed magis augendæ ciuitatis causa, & publico reipublicæ bono. Plato mulctam irrogat ijs qui dedita opera & nulla iusta causa nuptijs abstinebant. μὴ πειθόμενος δὲ αὖ, μὴ δὲ γαμῶν ἔτη πρὸς τοῖς πεντήκοντα γεγονὼς ᾖ πέντε, ζημιούσθω μὲν κατὰ ἐνιαυτὸν τόσον, ᾧ τόσον ἵνα μὴ δόξῃ τῶν μονοπολίαν οἱ κέρδεσι ᾧ

Plato li. 6. νόμων.

φασύνην φέρειν. καὶ μὴ μετεχέτω δὲ τιμῶν ᾧ οἱ νεώτεροι γὲ τῇ πόλει οὐ πρεσβυτέρους αὐτῶν τιμῶσιν ἑκάστοτε. Id est. Qui verò legi non paruerit, & iam natus annos quinque & triginta, non nupserit, puniatur per singulos annos vsque adeo, vt non videatur ei solitaria vita lucrum vel ociũ afferre. Neque verò illis honoribus gaudeat, quibus iuuenes in ciuitate seniores se honorant quotidie. Rursus. ἀγαθὸν μὲν ἀρετῆς μὴ πείθηται ἑκών, ἀλλότριος δὲ αὐτοῦ καὶ ἀκοινώνητος γὲ τῇ πόλει ἔχει, ᾧ ἀγαμος ὢν γένηται πέντε καὶ τριάκοντα τὰ, ζημιούσθω κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον, ὁ μέγιστον μὲν τίμημα λεκτημόνων, ἑκατὸν δραγμᾶς. ὁ δὲ τὸ δεύτερον, ἑβδομήκοντα. τρίτον δὲ ἑξήκοντα. ὁ δὲ τὸ τέταρτον τριάκοντα. τοῦτο δ' ἐστὶ πρὸς ἱερόν. ὁ δὲ μὴ ἐκτίνων κατ' ἐνιαυτὸν, δεκαπλάσιον ὀφειλέτω. πρασπίεσθω δὲ, ὁ ταμίας τῷ θεῷ. μὴ ἐκπράξας δὲ, αὐτὸς ὀφειλέτω. τιμᾶς δὲ πρὸς τῶν νεωτέρων ἄτιμος πάσης ἔστω, καὶ μηδεὶς ὑπακούετω μηδὲν αὐτῷ ἑκὼν τῶν νέων ἐὰν δὲ κολάζειν τίνα ἐπιχειρῇ, πᾶς ὁ ἀδικουμένω βοηθέτω καὶ ἀμυνέτω. μὴ βοηθῶν δὲ ὁ τραγμόμενος, δειλὸς τε ἄμα καὶ κακὸς ὑπὸ τοῦ νόμου πολίτης εὖ λεγέσθω. Id est. Quod si quis sponte legi non obediuerit, & tanquam alienum se & incommunicabilem in ciuitate præstiterit, & cum triginta quinque annos natus fuerit adhuc cœlebs fuerit, puniatur quotannis illa mulcta quæ maxima putatur, nempe centum dragmis. secunda erit septuaginta, tertia sexaginta, quarta, triginta. Hæc mulcta cedet Iunonis phano. Si verò singulis annis non dissoluerit, duplo debeat. Exigat verò, deæ questor. quod si non exegerit, ipse debeat. A iuuenibus verò nullum honorem habeat, neq; iuuenum quis ei sponte obediat. Quod si punire quempiam aggressus fuerit, tum omnis auxilio & præsidio sit ei qui iniuria afficitur. Quod si quispiam defuerit, & opem non tulerit, tum talis à lege meticulosus & malus ciuis dicatur. Hactenus Plato, Quintiam cœlebs vita apud Romanos nullo in honore erat, sed magis ignominiosa & mulcta digna. Erat apud Romanos dudum lex, auctore Sozomeno, in vigesimo quinto anno non habentes vxores prohibens à priuilegijs habentium coniuges, sed & alia multa iubens, vt nihil

Plato lib. 5. νόμων.

Hist. Trip. lib. 1.

nihil de testamento lucrarentur, licet generis proximitate cõsisterent. Qui verò filios non habuissent, medietatem relictorum sibimet amittebant. Posuerunt autem has leges antiqui, volentes vrbem Romam esse populosam, omnemq; subiectam terram, & quia non multum ante has leges, plurimos in ciuilibus bellis amiserant. Hinc etiam est quod vxoriũ pependisse dicaturis, qui quod vxorem non habuerit, æs populo dederit. Cæterum has vxorias leges rescidit Imperator Constantinus neophytus, in gratiam illorum qui Christianæ religionis ergò, cœlebem amplecterentur vitam. Si ergo ob Reipublicæ causam, tam apud Græcos q̃ apud Romanos, citra vicium aliquod ad matrimonium adigebantur omnes, quur non Abrahæ hoc connubium reprehensione carebit, quod cum Cethura contraxit liberorum ergò, vt essent, in quos fidei & pietatis suæ hæreditatem, si quid ei humanitus accidisset, transferret? Sic ergo Abrahæ hoc cum Cethura coniugium, nulli reprehensioni patet. Huius tamen matrimonij nõ desunt commodæ allegoriæ. Abraham magno natu & exacta ætate vir, Cethuram duxit vxorem. Cethura prudentiæ & sapientiæ speciem quandam præferre videtur, quæ in senibus esse solet. Senectus siquidem prudentem exhausto mentem robore defert, vt poëta quidam recentior inquit. Ad hanc interpretationem facit vox Cethura. Est enim קְטֹרֶת & קְטֹרֶת incensum, thymiama, à verbo קִטֵּר adoleuit, suffumigauit. Vt igitur suffimẽ grato suo odore omnes afficit et delectat, ita sapientia necesse habent omnia administrari, vt Phocylides hoc versu testatur.

Festus Põ.

ἀγεῖ καὶ πόλιας σοφία καὶ νῆας κυβερνᾷ.

Id est.

Agros & ciuitates, Sapientia, et naues gubernat.

Quod hic de Abraham legimus, quod Cethuræ senex matrimonio iungitur, vt sit Sapientiam senibus accedere: idem etiam de Dauid rege scriptura refert. Tepebant longæui regis membra, & rigore senile corpus tremiscebat, neque calorem addere poterant, neque stragulæ, neque vestes dormiturienti iniectæ. Frigidus enim obstabant circum præcordia sanguis. Aulicum famulicium gelido regis corpori cõsuluit, nempe, vt eximia specie puella Abisac, in toto Israëlitico regno quęsita; regem amplexibus foueret, & calefacerat. Omnem hanc rem Hieronymus ad allegoriam trahit, alioquí Atellanarum ludicro simílem futuram. Abisag hæc sapientiam figurat, quæ seniores comitari & cõuiuere solet. Sed & ipsius nominis Abisac sacramentum, sapientiam senum indicat ampliorem. Interpretatur enim, pater meus superfluus; vel patris mei rugitus. Verbum superflui ambiguum est, sed in præsenti loco virtutem sonat, quod amplior sit in senibus, & redundans, ac larga sapientia. In alio autem loco superfluus, quasi non necessarius ponitur. Abisac autem, id est, rugitus propriè nuncupatur, cum maris fluctus resonat, & vt ita dicam, de pelago veniens fremitus auditur. Ex quo ostenditur abundantissimũ, & vltra humanam vocem diuini sermonis in senibus tonitruum commorari. Refert idẽ ferè Strabo de Anthenodoro Tarsensi sene, quem Cæsar illius vrbis moderatorẽ, & Reipublicæ constitutorem dederat. Quum enim sapientissimus senex corruptos vrbis mores asperioribus verbis castigaret, & optima quæq; ad imitandum iuuenibus proponeret, atque etiam quosdam minus dicto audientes in exilium ageret; iuuenes venerandum senem conuicijs proscíndunt, atque in ædium pariete hunc versum cõscribunt.

Hieron. ad Nepot.

Strabo lib. 14. Geog.

ἔργα νεῶν, βουλὰς δὲ μέσων, πορδὰς δὲ γερόντων.

Id est.

Res iuuenum, consulta virum, crepitus seniorum,
Quod ille in iocum accipiens asseribi iussit, tonitrus seniorum.

Et certè si omnium gentium literarum monumenta, quæ ad posteritatem venerunt, excutere volumus, haud dubio inueniemus senioribus plurimum honoris semper habitum, eisq; tanquam sapientia præter cæteros prædítis, rerum omnium tam diuinarum q̃ humanarum arbitrium permissum. Et vt initium à sacris literis faciam. Quum Moyses Israëliticum exercitum in deserto ductaret, tũ ne vnus Moyses tãti populi mole opprimeretur, Deus negotium dedit illi, vt

Nume. 11

Septuaginta æquo maturos, & senio venerabiles, sibi adiutores eligeret. Ad hos & omnes legis ac fidei difficultates, & dubia referebant, eratq; illorum munus, vt perplexa & ambigua omnia dissoluerent, & illorum sententijs omnes stare cogerẽtur. Vocabantur hi סַנְהֶדְרִין Sanhedrin, quos nos iudices ordinarios appellare possumus, dicebatur etiam מְחוֹקְקִים scribæ siue legumlatores. Durauit Synedriũ hoc apud Israëlitas multos annos. Nec minus cordatè Græci quoq; senserunt seniores sapientia pollere, eoq; etiam illos in rerum omniũ administratione primos esse volebant. Hinc est quod apud Homerum sæpe legimus.

Homer. li. B. ἰλιαδ. βουλὴν γὰρ πρῶτον μεγαθύμων ἵξε γερόντων.

Id est.

Consilium enim primum locauit magnanimorum senum.

Senes vocat magnanimos, vt quorum vox non ex ore tantum & labijs labitur, vt in iuuenibus fieri solet, sed è pectore & corde proficiscatur, quod sapientum est. Hinc Homerus de sapiente canit.

Homerus. ἀλλ' ὅτε δὴ ὄπατε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει.

Id est.

Ast vbi iam magnam fudit de pectore vocem.

Notum est quid Roboam Salomonis filio euenerit. Constat hunc magna auiti regni parte mulctatum, ob despectum senum consilium. Prætulit enim iuuenũ consilium seniorum prudentiæ, quod ei minuendi principatus causa fuit, quẽ incolumem posteris suis, sicut ipse à maioribus acceperat, relinquere potuisset, si seniorum consilio stare voluisset. Sunt certè, vt Græci aiunt,

Menander. γνῶμαι δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν γεραιτέρων.

Id est.

Sententiæ seniorum, semper meliores sunt.

Hunc seniorum conuentum Græci vocant γερουσίαν, id est, senatum: à senibus deducta voce. Sed & Senatores, auctore Festo, à senectute dici satis cõstat, quos initio Romulus elegit centum, quorum consilio Rempublicam administraret. Itaq; etiam Patres appellati sunt. Quis animi magnitudine Alexandrum Magum superauit? Affectabat hic semideus totius orbis imperium, at hercle quàm paruis copijs instructus erat, ad tanti belli molem sustinendam? Sed ad tam periculosum bellum, vt scribit Iustinus, exercitum legit, non iuuenes robustos, nec primo flore ætatis, sed veteranos, plerosq; etiam emeritæ militiæ, qui cum patre patruisq; militauerant, elegit, vt non tam milites q̃ magistros militiæ electos putares. Ordines quoq; nemo nisi sexagenarius duxit, vt si principia castrorum cerneres, Senatum te alicuius priscæ Reipublicæ videre diceres. Liquet proinde Senes apud omnes ferè gentes magno in honore habitos, vt quorum arbitratu diuina atque humana omnia trãsigerentur. Neq; hic mos apud Christianæ religionis auctores alienus vnquam esse videbatur, quo minus sacrorũ antistites, à seniorum vocabulo muncuparent, presbyteros, licet vocis ratio longè alia sit q̃ vulgo accipiatur. Neque enim presbyteri quasi seniores appellantur ob annorum multitudinem, & prouectam ætatem; sed quia primo loco positi sunt, & omnibus colendi, inprimisq; censendi, præter alios Christianos, tanquam potior Domini portio. Nec Timotheus prædilectus ille Pauli apostoli discipulus, ob annorum multitudinem presbyter quasi senior erat, cum Apostolus dicat, μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω. Id est. Nemo tuam adolescentiam contemnat, sed quia in sublimi dignitatis loco constitutus, eoq; illo honore colendus, qui senectuti olim exhibebatur. Neque negauerim οὐ πρεσβυτερὸς, Græcè etiam dici ætate antiquiores, sed Ecclesiæ presbyteri ab honore, quo præ cæteris honorandi sunt, nomen adepti sunt. Græcum enim verbum πρεσβευω, à quo πρεσβύτερος venit, significat honore prosequor, primo loco pono. Plato. ἀρξομαι δὲ ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς, ἵνα καὶ πρεσβεύωμεν τὴν τέχνην. .i. Initium verò faciã à medicina, vt interim hanc artem primo loco ponam. Sed & Plutarchus. ὑπὸ πλούτου καὶ τρυφῆς καὶ καλλωπισμὸς ἀτιμάζοντα, αἰδοῦς δὲ καὶ εὐκοσμίας πρεσβεύοντα. Id est. In qua vrbe diuitiæ & deliciæ & elegantia ignominia afficiũtur, verecũdia verò & honestas, inprimis censentur. Hinc πρεσβύτερος, q̃d potiore honore dignũ videtur, & altius colendũ. Herodotus, τὰ γὰρ θεῶν πρεσβύτερα ἐποιεῦτο, ἢ τὰ τῶν ἡρώων. id est. Digniora faciebat illa quæ deorum erant, quàm quę hominum. Latini quoq; imitantur eandem significationem in voce Antiquius, quæ nõ solum significat vetus, sed etiam pro meliore, præstantiore, potiore, accipitur. Hinc apud Ciceronẽ legimus: Antiquiorem in senatu dicendæ sententiæ locum: pro, honorabilem. Et alibi. Nihil mihi antiquius nostra amicitia est, pro, charius: Sic etgo & Græci πρεσβύτερους, id est, seniores, pro, potiores, & digniores, appellant, non ad annorum multitudinem respiciẽtes. Duxit nos in hunc locum vt de senum simul & dignitate & sapientia disseremus Abrahæ cum Cethura nuptiæ. Porrò Cethura θυμίαμα, id est, incẽsum, odor bonus, interpretatur, quo sapientia figuratur, quæ nusquam non se spargit, & in omnibus rebus adhibenda est. Nunc sequentia videamus. Dedit-que Abraham cuncta quæ possiderat Isaac: filijs autem concubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo dum ad huc ipse viueret ad plagam orientalem. ❑ Demosthenes putat tria esse genera mulierũ, quæ cum viris cõsuescunt: nempe, meretrices, pallacas, vxores, τὰς μὲν γὰρ ἑταίρας, ἡδονῆς ἕνεκα ἔχομεν: τὰς δὲ παλλακὰς, τῆς καθ' ἡμέραν θεραπείας τοῦ σώματος: τὰς γε γυναῖκας, τοῦ παιδοποιεῖσθαι γνησίως, καὶ τῶν ἔνδον φύλακα πιστὴν ἔχειν. Id est. Meretrices quidem voluptatis causa habemus. Pallacas verò ob quotidianam curam quæ corpori necessaria est. Vxores vt legitimè liberis opera detur, & illa quæ in ædibus sunt fideli cura asseruentur. Hactenus ille. Concubina Hebraicè vocatur פִּלֶגֶשׁ Graeci appellãt παλλάκην, quã vir cœlebs citra nuptiarũ ceremonijs & scripto domi alit. Volunt enim pallacam esse illam quæ apud virũ cœlibem, uxoris loco, sine nuptijs sit, cuius tamen filij hæreditatem non adeunt, quod in ijs Abrahæ contigisse filijs videmus. Nam vbi Hebraicè legimus לְבְנֵי הַפִּילַגְשִׁים נָתַן מַתָּנוֹת Id est. Filijs concubinarum dedit munera: Septuaginta verterunt, τοῖς υἱοῖς τῶν παλλακῶν ἔδωκεν δόματα. Id est. Filijs pallacarum dedit dona. Ope præpretium facturus videor, si de filiorum generatione huc adduxero, quæ Homeri Scholiastes tradit, αἱ γὰρ παιδοποιΐαι τῶν ἐξ ἀλλοδαπῶν γενῶν. Id est. Filiorum procreationes apud Homerũ quadrupliciter dicuntur. Hic vocatur γνήσιος, id est, legitimus, hic verò νόθος filius est, id est. Illegitimus. Hic σκότιος est, id est, occultus, Alius παρθενίας. γνήσιος μὲν ὃν καλεῖται ὁ ἐκ νομίμων γάμων. Id est. Legitimus quidem vocatur, qui natus est ex legitimis nuptijs. Nothus vocatur qui ex pallaca genitus est. Sic Homerus Democoõtem appellat.

Ci. in Ver.

Demosth. κατὰ νεαιρ.

Homerus ἰλιαδ.

ἀλλ' ἤτοι πριάμοιο νόθον βάλε δημοκόωντα.

Id est.

Democoonta nothum Priami grauis hasta repressit.

Scotius est hic qui patrem suum ignorat. Talem describit Homerus, fuisse Bucolionem filium Laomedontis.

Homer. lib. ζ. ἰλιαδ.

βουκολίων δ' ὦ υἱὸς ἀγανοῦ λαομέδοντος πρεσβύτατος γενεῇ, σκότιος δὲ ἐγένετο μήτηρ.

Id est.

Bucolion verò erat filius clari Laomedontis,
Maximus natorum, quem mater genuit occultum.

Explicat Scholiastes, quur scotius vocetur, ἐκ λαθραίας μίξεως λάθρα γεγενημένος, καὶ οὐκ ἐκ τῆς κατὰ νόμον γαμηθείσης. ἢ δὲ καθ' ἡχήτων γαμῶν. Id est. Ex latenti congressu clam genitus, & non ex muliere legitimè nupta, & ex nuptijs sine facibus. Faces enim ardentes legitimis nuptijs preferebantur, παρθένιος, id est. Virginius vocatur ὁ ἐκ παρθένου ἔτι νομιζομένης γενόμενος. Id est. Qui natus est ex illa quæ ad huc virgo credita est cum nuberet, & quæ fœtum gerens, nuptias, virginali filo exornata, celebrat. Extat apud Germanos festiuus iocus de huiusmodi parthenijs, vt dicatur in parentum nuptijs pulmenta comedisse. Cæterum gemini filij Abrahæ, Isaac & Cethuræ filij, commodam allegoriam etiam preferunt. Isaac primarius filius Abrahæ, ex asse hæres à patre instituitur, Cethuræ filijs legata obuenerunt. Vtriq; tamen Abrahæ filij sunt, & ex semine eius prosati, dignitate tamen longè dispares. Ad eundem etiam modũ Christi doctrina quam Apostoli circumtulerunt, in geminas sese formas scidit. Sunt enim, vt Euseb. scribit, in Ecclesia Dei duo viuẽdi modi instituti: alter quidem naturam nostrã, et cõmunem homi-

Iu d. ἰλιαδ.

Euseb. Cæ. lib. 1. Eua. domest.

num vitæ rationem excedens!, non nuptias, non sobolem, nõ substantiam, non opum facultatem requirẽs, totus autem prorsus à communi & consueta cunctorum hominum vita abhorrens, & solo diuino cultui, ex immenso rerum cœlestiũ amore addictus. Qui hunc modum amplexi sunt, quasi ab hac mortali vita seiũcti, ipsumq; duntaxat corpus in terra gerentes, cogitatione verò atq; animo in ipso cœlo degẽtes, quasi quidam cœlites, reliquorum hominum vitam despiciũt: quippe qui pro vniuerso genere, supremo omnium Deo sacrati sint, idq; nõ bouum mactationibus, non cruoribus, non libationibus, aut nidore vllo, neq; fumo, aut ignis deuoratione cõsumptione corporum, sed rectis veræ pietatis sentẽtijs, & purgati animi affectione. Ad hæc operibus quoq; ac verbis, quę à virtute proficiscantur, quibus rebus diuinitatem ipsam placãtes, suum & pro seipsis, & pro alijs, qui eiusdem sint generis, administrant sacerdotium. Et talis quidem existit in Christianismo perfectus vitæ modus. Alter verò remissior atq; humanior. Hic modesto cõiugio, & sobolis procuratione implicatur, & rei familiaris curam assumit, & iustè militantibus, quæ sint agenda describit: agros quoq;, & mercaturam, aliumq; magis ciuilem viuendi morem, adiuncta religione, nõ negligit. Iis autem, qui hunc modum elegerunt, & exercitationum tempora, & discendi, verbumq; diuinum audiendi, certi dies assignati sunt, & ijs quidem secundus pietatis attributus est gradus, dum aptã huic ipsi generi vitæ præbet vtilitatem, vt nullus planè ab aduentu salutari separetur, sed omne genus hominum tam barbarorum, quàm Græcorum, Euangelicæ doctrinæ fructum percipiat. Hactenus Euseb. Duo ij viuendi modi, siue duo Christianismi gradus, ne ethnicos scriptores latere potuerunt, sed illos clarè manifesteq; exponunt. Est enim, vt Cicero scribit, bipartita officiorum diuisio. Nam & medium quoddam officium dicitur, & perfectum. Perfectum officium rectum (opinor) vocemus, quod Græci κατόρθωμα, hoc autem commune officium καθῆκον vocant, atque ea sic definiunt: vt rectum quod sit, id perfectum officium esse definiant. Medium autem officium id esse dicunt, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit. Est autem κατόρθωμα opus virtutis, id est, rectum officium & perfectum, & actio per se expetenda, à verbo κατορθόω, id est, egregie & cum virtute facio aliquid. Cicero interpretatur κατόρθωμα rectum factum, & κατόρθωσιν rectã effectionem. Porrò καθῆκον, vt etiam Suidas inquit, ἔστι καὶ γὰρ τοῖς μέλοις τι, ὡς ἐν τῷ θεῷ δεῖ πᾶσι τοῖς παιδαγωγοῖς. Id est. Commune officium est quippiam quod medium cẽsetur, vt est si pueri pædagogis obtemperent. Extant Diui Ambrosij libri tres, quibus titulum vertit, de Officijs, eodem argumento & numero, quo Cic. suos de Officijs scripsit. Sed quod Ci. de Officijs, philosophicè disserit, hoc Ambrosius pie Theologicè tractat, & è sacris literis prosequitur. Igitur omne officium in duo diuidit, aut enim medium est, aut perfectũ, quod æquè scripturarũ auctoritate probari potest. Habemus enim in euangelio dixisse dominum: Si vis in vitam æternã venire, serua mandata. Dicit ille: Quę? Iesus autem dixit illi: Non homicidium facies, Non adulterabis, Non facies furtũ, Non falsum testimonium dices, Honora patrem & matrem, Et diliges proximum tuum sicut teipsum. Hæc sunt media officia, quibus aliquid deest. Deniq; dicit illi adolescens: Omnia hæc custodiui à iuuẽtute mea, Quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus, Si vis perfectus esse, vade bona tua uende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni, sequere me. Et supra habes scriptũ, vbi diligẽdos inimicos, & orandũ dicit pro calũniantib. & persequentibus nos, & benedicere maledicentes. Hoc nos facere debemus, si uolumus perfecti esse, sicut pater noster qui in cœlo est, qui super bonos & malos solem suum iubet radios suos effundere, & pluuia & rore terras vniuersorũ, sine vlla discretione pinguescere. Hoc est igitur perfectum officium, quod κατόρθωμα dixerunt Græci, quo corriguntur omnia, quæ aliquos potuerunt lapsus habere. Rursus alibi. Hoc enim κατόρθωμα, quod perfectum & absolutum officium est, à vero virtutis fonte proficiscitur. Cui, secundum est commune officium, quod ipso sermone significatur, nempe καθῆκον, non esse arduæ virtutis ac singularis, quod potest plurimis

Cic. libr. 3. de Finib.

Suidas.

Ambros. lib. 1. Offi.

Cic. libr. 1. Offic.

Ambros. lib. 3. Offi.

mis esse commune. Nam pecuniæ compendia captare familiare multis, elegantiori conuiuio, & suauioribus delectari epulis vsitatum est. Ieiunare autem & cõtinentem esse paucorum est, & alieni cupidum non esse rarum est. Contra autem detrahere velle alteri & non esse contentum suo. Nam in hoc cum plerisq; consortiũ est. Alia igitur prima, alia media officia. Prima cum paucis, media cum pluribus. Hactenus Ambrosius. Prima ergo & ardua illa officia, quæ cũ paucis sunt, in solo Isaac figurantur, qui ex asse hæres relinquitur: Media, quæ cũ plurib. sunt, in Cethuræ filijs significantur, qui legatis donantur. Horũ κατόρθωμάτων exẽpla existunt aliqua, in viris plerisq; pientissimis, plane admiratione digna. Si aõ excelso inuictoq;, & supra communem mortalium sortem elato, humana omnia despexerunt, non aurum, non opes, non honorum ambitio, nõ Venus, non vinum, sublimia pectora fregit, sed tanquam alie nati à sensibus omnibus, & mortaliũ rerum strepitum non exaudientes, in cœlestibus vitam exigerũt. Sunt ex veterib. Theologis qui hoc Abrahæ testamẽtum aliter intelligunt. In Isaac figurari dicũt, electos quosq;, quos ad æternæ vitæ hæreditatem Deus destinauit. Porrò filij cõcubinarum carnales & vicios os significant, quorum bona, si quæ fortè egerint, Deus tẽporali aliquo munere pensat. In hanc sententiam illud Euangelicum clarè accipitur, cũ Abraham diuiti cõmessatori ait: Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. Ista fratres mei, inquit Gregorius, sententia pauore potius indiget, quã expositione. Nam si qui estis qui in hoc mũdo exterioris boni aliquid accepistis, ipsum, vt ita dicam, donum exterius pertimescere debetis, ne vobis pro quorundam vestrorum actuum recompensatione sit datum: ne iudex qui hic bona exteriora restituit, à retributione boni intimi repellat, ne honor hic vel diuitię, nõ adiumentum virtutis, sed remuneratio sint laboris. ¶ Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ centũ septuaginta quinq; anni. Et deficiens mortuus est in senectute bona, prouectæque ætatis, & plenus dierum, congregatusq; est ad populum suum. ¶ Celebris est apud Aristotelem, & nulli γ. καθῆκον, non decantata hæc de morte sententia, φοβερώτατον δ' ὁ θανάτου. Id est: Terribilissimum est mors. Quod quidem vsq; adeò verum est, vt etiam videamus, non solum homines, verumetiam cuncta animãtia, tacito quodã naturæ sensu mortem perhorrescere. Quis est enim, vt Cicero ait, aut quotusquisq;, cui mors cum appropinquet:

Non refugiat timido sanguis, atq; exalbescat metu?

Adeò naturæ interitum perhorrescũt omnia. Quinetiam fati huius sæua necessitas, adeò omnibus impendet, & ineuitabilis est, quemadmodum Homerus diuino suo ingenio canit, vt

ἀλλ' θεοί τῷ
καὶ φίλῳ ἀνδρὶ δύνανται ἀλαλκέμεν. Id est.
Neq; dij ipsi
Ab amico viro possint remouere mortem.

Cæterum in hac tam dura mortis necessitate, Ciceronis consilium sequi debemus, quod ille dedit in malis eligẽdis. Sic, inquit, ab hominibus doctis accepimus, non solum ex malis eligere minima oportere, sed etiã excerpere ex ijs ipsis, si quid inesset boni. Sic etiã nobiscum morte agendum est, vt talem nobis paremus, vel certè optemus, quæ illius necessitatem nobis faciliorem reddat, minimeq; tristem. Optima mortis consolatio est, ante actæ vitæ synceritas, & cum dignitate ad metam vsq; deducta. Profectò, ait Cicero, mors tum æquissimo animo opperitur, cum suis se laudibus vita occidens cõsolari potest. Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectę perfecto functus est munere. Alexander magnus etiamnum iuuenis, & bellicis adoreis iã clarus, haudquaquam vitã diuturnã bonum putabat; sed cum gloria actã, quantumuis breuis esset. Ego me metior, inquit, non ætatis spatio, sed glorię; non annos meos, sed victorias numero, si munera fortunæ bene computo, diu vixi. Talis ergo vita, per summã laudem & bene acta opera gesta, mortẽ ipsam faciliorẽ reddit. Talium certe virorum mortalitas, magis morte finitur quàm vita. Inter eximios viros certè Abraham censendus videtur, si animi corporisq; dotes perspexeris, numeris omnib. perfectus existimabit, & vita semp summa innocentia, nec minore pietate transacta; mortem etiam minimè formidabilem, sed potius exoptandam fecit.

Greg. Omi. 40. Domi. euang.

Aristot. li. γ. καθῆκον.

Homerus ὀδυσσ. γ.

Cice. lib. 3. Offic.

Cice. lib. 1. Tusc. q.

Qu. Curt. lib. 9.

Hoc

Hoc certè scriptura subindicare videtur, vbi Abraham plenus dierum. Pro plenus, Hebraicè legitur שָׂבֵעַ satur. Viuendo enim saturatus fuit, nec præteritos annos sibi referri optabat. Sunt enim omnium ætatum studia quædam quorum satietas hominem capere solet. Sunt pueriæ studia, sed ea non desiderant adolescentes, vt scribit Cicero. Sunt & ineuntis adolescentiæ, sed ea iam constans ętas non requirit, quę dicitur media; sunt etiam huius ætatis, ne ea quidem in senectute quæruntur. Sunt autem extrema quędam studia senectutis. Ergo vt superiorum ætatum studia occidunt, sic occidunt etiam senectutis, quod cum euenit, satietas vitæ, tempus maturum mortis affert. Neque illud à mortis fœlicitate alienum esse videtur, ne quis inter vitam & mortem afflictum exigat ævum, dum inter sæuos cruciatus, & morte ipsa atrociores, viuere non libet, nec ętiam mori datur, quandoquidem morbus hauddum lethalis, morte afferre non potest, sed tantum affligere. Et igitur hęc mors optanda quæ clementi & leui pœna, atq; somni in morem subrepens hominem è vita tollat. Talis certe Abrahæ mors fuisse videtur. Nam quod nos legimus: Deficiens mortuus est, in Hebræo legitur וַיִּגְוַע וַיָּמָת id est. Et expirauit & mortuus est, Hebræi exponunt גָּוַע pro lenta expiratione, quam non præcedit prælongus languor, & גְּוִיעָה talis mors est. Hec expiratio in electis vocatur somnus. Talem facilem exitum Augustus Cæsar appellare solebat εὐθανασίαν. Nam auctore Sueton. fere quoties audisset, citò ac nullo cruciatu defunctum quempiam, sibi & suis εὐθανασίαν similem (hoc enim & verbo vti solebat) precabatur. Talis ferè est senum mors quæ à natura ipsa fit, eoq; etiam minore cruciatu decedunt quàm iuuenes, quorum mors violẽtior est, quod Cic. hac eleganti similitudine ostendit. Itaq; adolescentes mori mihi sic videntur, vt cũ aquæ multitudine vis flãmæ opprimitur; senes aũt sicut sua sponte nulla adhibita vi cõsumptus ignis extinguũt. Et quasi poma ex arboribus si cruda sunt, vi auelluntur: si matura & cocta, decidunt; sic vitam adolescentibus vis auferit, senibus maturitas. Hæc Cicero. Et de Abrahæ εὐθανασίᾳ hactenũ. Porro Isaac

Cic. de Se.

Sueton. in Augusto.

Cic. de Sen.

& Ismael filij Abrahæ, patrem iusto funere in duplicem speluncam extulerunt, illam siquidem ipse sibi & posteris suis, in sepulchri vsum destinauerat. Mortuo Abraham refert scriptura. Deus Isaac benedixit, habitauitq; iuxta puteum nominé viuentis & videntis. ❑ Alebat Isaac patris sui Abrahæ familiam vsq; adeò numerosam, vt etiam vico implendo satis esse posset. Habet Syria aquas potabiles nõ admodum multas, eò etiam fiebat, vt frequentes rixas factas in Genesi legamus, ob puteorum possessionem. Ad puteum igitur habitabat Isaac, quo potus largè suppeteret familiæ & pecoribus. Est enim aqua, vt Pindarus canit, ἀρίστον μὲν ὕδωρ. Id est. Aqua est optima, vt quæ inter quatuor elementa principatum obtinet. Germani, vt Tacitus auctor est, olim ad fontes habitabant. Colunt, ait, discreti ac diuersi, vt fons, vt campus, vt nemus placuit. Erat olim, auctore Cæsare, Sueuorum gẽs, inter Germanos maxima & bellicosissima, centum habens pagos. Sed sunt ij pagi non vici, vt vulgus putat, sed fontes, Græci enim πηγὴν fontem dicunt, & dorice πᾶγὰν. Inde latinis dictus pagus, cuiusq; fluuij tractus, & vtrinq; secundum flumen habitationes. Addit hic scriptura interitum quoq; Ismaelis filij Abrahę, qui relicta duodecim filiorũ prole obijt. CFacti sunt autem anni vitæ Ismael centum triginta septem: deficiensq; mortuus est, & appositus est ad populum suum. Habitauit autẽ ab Eiula vsq; Sur quæ respicit Ægyptum introeuntibus Assyrios. Coram cunctis fratribus obijt. ❑ Pro obijt in Hebr. legit נָפַל cecidit, vt sit: Coram cunctis fratribus cecidit. Credibile est Hebræos vsurpare נָפַל id est, cecidit, pro mori, quemadmodum Latini; & apud Ciceronem legimus: In acie cadendum fuit, pro, moriendum. Ab hoc igitur tam numeroso filiorum & nepotum grege (nam hos scriptura fratres appellat) & à tot nuribus Ismael magno iam natu, sepulchro illatus est; & omniũ lachrymis defletus. Si filiorum & nepotũ multitudine vitæ huius fœlicitas æstimanda esset, equidem Ismaelem fœliciorẽ fuisse dicerem, cui à filiorum & nepotum populo, supremum officium persolutum est; cũq; Metellum Macedonicum, quem in hac fœlicitatis nuncupatione celebrem fuisse, Latina historia decantat. Plinius auctor est hunc Metellum Macedonicum sex

Pindarus.

Corn. Tac. de moribus Ger.

Cæs. com. A. gall. bel.

Cicero.

Plin. lib. 7.

sex liberos reliquisse, vndecim nepotes, nurus verò generosq;, & omnes qui se patris appellatione salutarent; viginti septem. Ab hac tam numerosa cohorte, supremo tempore, humeris eorum ad sepulchrum latus est. Cæterum multorum filiorum messis eatenus fœlix censetur, si ad optima studia, & liberales mores affecti erunt, alioqui si in contrarium recíderit: tot erunt calamitatum occasiones, quot filiorum fuerint capita. Sed hæc πρὸς ἡμᾶς dicta sint. Nunc sequentia videamus. ❑ Hæ quoque sunt generationes Isaac filij Abraham. Abraham genuit Isaac: qui cum quadraginta esset annorum duxit vxorem Rebeccã filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia sororem Laban. ❑ Quid hic causæ subesse dicam, quod Moysen non piguerit annos exprimere, quibus Isaac nuptias inierit: an vt solum pręteritam rem fideliter tradat, vt verum historiographum æquum est; vel potius vt posteritati tacitè quid intelligendum daret? Equidem vtrunq; in causa fuisse confido, vt & præteritam rem fideliter narret, & posteritati celebrandarum nuptiarũ annos subindicare videatur. Est tamen quod hic mirari possimus Isaac castimoniam, qui adolescentiæ flore transacto, & annis iã decedentibus, nuptiarũ vinculis innecti sustinuit, nisi fortè credibile sit homines qui tum erant vt multo plures viuebant annos, quàm modo nos viuimus, ita etiam ętatum gradus longiores habuisse. Vtut sit, certè Isaac nuptiæ quadragesimo ætatis suæ anno contractæ, suggillant multas æui nostri nuptias, nimio præproperas, immaturas, & alienis annis infœliciter factas. Hic est libidinosus furor, & furiosa libido; quę puellas nondum nubiles ad libidinem venatur, & vt Flaccus canit, quæ

Hora. li. 2. Odyss.

Nondum subacta ferre iugum valet
Ceruice: nondum munia comparis
Æquare: nec tauri ruentis
In venerem tolerare pondus.

Nec minus hæ nuptiæ intempestiuæ sunt, vbi Priamus quispiam iam Nestore annosior, Astinomen quampiam matrimonio sibi sociat. Quid ni libido hæc suspecta esset, quę, vt Satyricus canit, Venerem affectat sine viribus. vel si conetur, iacet exiguus cum ramice neruus. Hinc stulti mariti zelotypia oritur, & crebræ noctesq; diesq; suspitiões, infœlicem senem insomnem agitãt. Necq; iniuria. Scit vxorem suam nuptã esse & viduam. Mirabatur Plautinus miles, quo pacto nupta & uidua eadẽ esse posset, tum seruus ait. Quæ adolescens nupta sit cum sene. Nec mirum hoc sit, cum in Ecclesiaste legamus præter cætera senectutis incõmoda, etiam hoc accedere quod תָּפֵר הָאֶבְיוֹנָה id est. Dissipabitur capparis. Iam verò quis tam agelastus est, qui non continuò Democritus fieret, cum uiderit Hecubã quampiam Narcisso nubẽtem? Si amborum facies spectabis filium apud matrem esse putabis, nulla hic coniugij suspitio animũ subire poterit. At qui molles ij mariti, & ab prurientibus aniculis in cubiculum rapti, testamẽta, ut Satyricus poëta canit, merentur.

Plautus in Milite.

Eccles. 12.

Iuu. Sa. 1.

Noctibus, in cœlum quos euehit, optima summi
Nunc vtia processus, vetulæ vesica beatæ.

Hæc tam deformis in coniugibus dissimilitudo, ut qui tempore ætatis longè à se dissideant, & gignendi potentia maiorem in modum dispares sint; eth nicis legislatoribus merito improbatur, inprimis Aristoteli, qui de ijs ita censet. πρῶτον μὲν ἐπιμελητέον πρὸς τοῦ σύζευξιν, πότερα ποίους τινὰς ὄντας χρὴ ποιεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους τῶν γαμικῶν ὁμιλίαν. δεῖ δ' ἀποβλέποντας νομοθετεῖν ταύτῃ τῶν κοινωνίαν, πρὸς αὐτούς τε καὶ τὸν τῆς ζῴου χρόνον, ἵνα συγκαταβαίνωσι τοῖς ἡλικίαις ἀδῆ τὸν αὐτὸν καιρόν, καὶ μὴ διαφωνῶσιν αἱ δυνάμεις, τῷ μὲν ἔτι δυναμένου γεννᾶν, τῷ δὲ μὴ δυναμένης, ἢ ταύτης μὲν, τῷ δ' αὐξήσας μὴ, ταῦτα γὰρ ποιεῖ καὶ πάσεις πρὸς ἀλλήλους ἐν διαφοραῖς. ἔπειτα καὶ πρὸς τῶν τῶν τέκνων διαδοχῶν. δεῖ γὰρ οὔτε λίαν ὑπολείπεσθαι τοῖς ἡλικίαις τὰ τέκνα τῶν πατέρων, αὐδυνατοῦ γὰρ τοῖς μὲν πρεσβυτέροις ἡ χάρις πρὸς τῶν τέκνων, ἢ παρὰ τῶν πατέρων βοήθεια τοῖς τέκνοις, οὔτε λίαν παρεγχρὺς εἶν, πολλῶν γὰρ ἔχει δυχερείαν, ἥτε γὰρ αὐδιὼς ἥδιον ὑπάρχει τοῖς τοιούτοις ὥσπερ ἡλικιώταις, καὶ πρὸς τὴν οἰκονομίαν ἐγκληματικὸν τὸ παρεγχρὺς. Id est. Legislator primo quidem circa coniugia prouidere debet, qua ætate & cuiusmodi existente, sint in matrimonium copulandi. Hoc autem instituet legispositor, inspiciens ad ipsos, & ad vitæ tempus, ut ætatibus in idem concurrant, nec discreper gignendi potentia. Viro enim adhuc generare potente, si mulier ipsa concipere non possit, uel muliere quidem ad conci piendum

Aristot libr. 7. πολιτ.

Iuue. Satyra 10.

piendum apta, si vir ipse non possit; lites & discordiæ inter eos oriuntur. Ad filiorum quoq; susceptionem est inspiciendum, ne nimis distent ab ætate paterna, quoniam nec ipsi senioribus gratiam referre vllam possunt; nec parẽtes filijs adiumenta præstare. Nec etiam nimis proximi ad ætatem paternam accedere debent filij. Habet enim hoc turbationem non paruam, cum neque tanta sit reuerẽtia huiusmodi filijs erga genitores, vtpote quasi æqualibus, & circa gubernationem domus, querelæ ex ista quasi paritate soleãt prouenire. Idem philosophus improbat quoq; immaturas illas nuptias, quibus adolescentes inuestes, & nondum adulto corpore, cum puellis imbecillibus congrediuntur, & causas has reddit, μὲ χρὴ μὲν ὧν πρῶν ἡλικίας ἐπιβαίνειν, τὸ μὲν πρῶτον ἄγονα τὰ σπέρματα ὄντα, ἔπειτα γόνιμα μὲν, μικρὰ δὲ καὶ ἀτελῆ γεννῶσι καὶ οἱ νέοι καὶ αἱ νέαι, ὥσπερ καὶ ἤδη πρῶν ἄλλων ζώων πλείσων. συλλαμβάνουσι μὲν ὧν αἱ νέαι θᾶττον, ἐὰν δὲ συλλάβωσιν, γῆ τοῖς τόκοις πονοῦσι μᾶλλον, καὶ τὰ σώματα δὲ αὐτῶν ἀτελέστερα γίνεται ὡς ἐπὶ πολὺ, καὶ γηράσκει θᾶττον τῆ ἀφροδισιάσει κῶν ἀῤῥένων ἢ τῆ γυναικῶν τῆ τοῖς τόκοις χρωμένων πλήσει. i. Semen profecto infœcundum vsq; ad bis septimum annum est, mox prolificum quidem est, sed exigua imperfectaq; generant iuniores, & mares & fœminæ, vt in cæterorum quoq; animalium genere plurimis euenit, concipiunt quoque facilius natu minores, sed laborãt in puerperio vehementius corpore etiam minus magna ex parte perficiuntur, & senescũt celerius mares salaces, & mulieres quæ frequentius pariant. Hactenus Aristoteles. Erant olim apud Germanos incorrupti & tetrici mores ac longè meliores q̃ hodie videmus. Valebant enim apud illos, vt Tacitus auctor est, plus boni mores quàm alibi bonę leges. Erant tũ Germani homines eximia corporis statura, & pari robore, artus illorum ac corpora Romani tum mirabantur. Credibile est illos hanc corporum vastitatem & eximias vires adeptos esse à Veneris continentia, & è nuptiarũ sero contractarum beneficio. Erat, vt Tacitus scribit, apud Germanos sera iuuenum Venus, eoque inexhausta pubertas, nec virgines festinabantur eadem iuuenta, similis proceritas, pares validæque miscentur, ac robora parentum liberi referunt. Idem ferè de Germanis scribit Cæsar. Qui diutissime impuberes permanserunt, maximam inter suos ferũt laudem. Hoc ali staturam, ali hoc vires, neruosq; confirmari putãt. Intra annum verò vigesimum fœminæ notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus: cui' rei nulla est occultatio, quod & promiscuè in fluminibus perluuntur, & pellibus, aut paruis rhenonum tegumentis vtũtur, magna corporis parte nuda. Hæc Cæsar. Porrò quod sit tempus illud maturitatis ad nuptias, vel in fœminis vel iuuenibus, inter scriptores nõ satis constat. Tertullianus ludæorum sequitur institutum, penes quos illicitum erat virginem ad virum tradere, nisi post contestatam sanguine maturitatem: ita ante hunc indicem acerba res est. Intelligit haud dubio Tertullianus profluuium illud quo mulieres quot mensibus exonerari soleant. Quando verò hæc menstrua potissimum in mulieribus profluere cœperint, ostendit Aristoteles, τὰ ἄλλα ταμιλλία γίνεται τῆς πλείσας, ἤδη πρῶν μεσῶν πόδι ζώων ἤδη δύο δακτύλους ἡμιμόριον, καὶ ἡ φωνὴ δὲ καὶ ἰσος. ii. τῆς ἡλικίας μεταβάλλει πόδι τὸν χρόνον τοῦτον ἤδη τὸ βαρύτερον. Id est. Menstrua tum plurimis puellis fiunt, cũ iam vbera ad duos digitos prominent, & vox eodem tempore puellarum mutatur in grauiorem. Est apud Terentium inter Parmenonem seruum, & Cheream adolescentem sermo de virginis ætate qua viro matura esse possit. CH. Color verus, corpus solidum, & succi plenũ. Par. anni? C. anni? sexdecim. P. Flos ipse. Declarans 16. annum in puellis iam esse nubilem. Atqui Aristoteles paulo aliter nubentium ætatem præfinit, διὸ τὰς μὲν ἀρμόττει πόδι τῆ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ἡλικίαν συζευγνύναι. οὗτοι δ' ἐπὶ τὰ καὶ τριάκοντα, ἢ μικρόν. γὰρ τούτῳ γὰρ ἀκμάζουσι τοῖς σώμασιν σύζευξις ἔσται, καὶ πρὸς τῆ παῦσαν τῆ τεκνοποιίας συγκαταβήσεται τοῖς χρόνοις εὐκαίρως, Id est. Quapropter puellas quidẽ circa ætatem decem & octo annorum nuptui tradere congruit, masculos autem circiter annorum ætatem sex & triginta. In hoc enim tempore, & vigentibus corporibus coniungentur, ac procedente tempore simul desinent aptè procreare posse. Plato nonnihil variat in ijs ann. φρίπτει γὰρ, λῶ δ' ἐγὼ. τὸ δ' ἐφ' ἑξῆς διέλθωμεν ὃ προθυμούμεθα, ἔφαμεν γὰρ δὴ δὲ ἀκμαζόντων

Aristotel. πόδι ζώων isoq. ii.

Tertull. de vel. Virg.

Aristotel.

Ter. in Eun.

Aristot. lib. ii. πολιτ.

Corn. Tac. de morib. Germ.

Plato. libro ii. πολιτ.

ζόντων δ' εἶν τὰ ἔγκονα γίγνεσθαι. ἀληθῆ. ἆρ' οὐ ξυνοῖσθ' ὅτι μέτροις χρόνῳ ἀκμῆς, τὰ εἴκοσι ἔτη γυναῖκι, ἄνδρι δὲ τὰ τριάκοντα; τὰ πρῶτα αὐτῶν ἔφη γυναῖκι μὲν ἢν δ' ἐγὼ ἀρξαμένῃ ἀπὸ εἰκοσαετοῦ μὲχρι πεντεκαιτριακονταετοῦ, πίκτειν τῇ πόλει, ἄνδρι δὲ, ἐπειδὰν, τῶν ὀξυτάτῃ δρόμον ἀκμῶν πρῶτ, ἀπὸ τούτου γεννᾶν τῇ πόλει, μέχρι πεντε καὶ πεντηκοντα ἐτοῦς. ἀμφοτέρων γοῦν ἔφη αὕτη ἀκμὴ σώματος τε καὶ φρονήσεως. Id est. Æquum est, dicebam ego, vt deinceps disseramus de hoc quod instituimus, dicebamus enim quod filij nasci deberent à parentibus adhuc florentibus. Verè. Nunquid tibi quoq; videtur cõmodum tempus esse vigoris, cum mulier viginti annis nata est, vir verò triginta. Qualia verò illorum dicis? Mulier verò, dicebam ego, incipienti à vigesimo anno, vsq; ad quadragesimum, parere ciuitati: viro verò, vbi celerẽ ætatis vigorem transierit, ab hoc generare incipere, vsq; ad quintum & quinquagesimum annum. Amborum igitur inquit, hic vigor est, & corporis & intellectus. Est quoq; apud Hesiodum præceptum de coniugio ineundo, quo monet virum vt tempestiuè ducat vxorem, dum adhuc vires integrę sunt & florent, nõ in extrema senecta, quando effœtæ frigent in corpore vires.

Hesiodus πόδι ἔργ.

ὡραῖον δὲ γυναῖκα τεῦ ποτὶ δίκην ἄγεσθαι
μήτε τριηκόντων ἐτέων μαλα πολλ' ἀπολείπων
μήτε ἐπιβεὶς μάλα πολλὰ γάμον δὲ τοι ὥριος οὗτος. Id est.

Tempestiuus autem vxorem tuam ad domum duc,
Neq; valde iuuor quàm triginta annos, neq; valdè maior,
Hæ enim nuptiæ tum tempestiuæ erunt.

Deprecatusq; est Isaac Dominum pro vxore sua, eo quod esset sterilis, Qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ, sed collidebantur in vtero paruuli. Quæ ait. Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere. Prægnantibus mulieribus vsuenire solet, vt à partu motus in vtero sentire soleant, fiuntq; hi vel in dextero latere vel in sinistro, prout fœtus sexus fuerit, vt Aristoteles scribit, ὧν μὲν τῆ ἀῤῥένων ὡς ἀδιστοπλὺ γὰ τῷδε ἐξ ἰῶν μᾶλλον πόδι τὰς τεσσαράκοντα γίνεται ἡ λίνησις. τῶν δ' θηλειῶν δὴ θεῖ ἀριστερῷ πόδι γόνενήκοντ' ἡμέρας. ὁμὴν ἀλλ' ἀκρίβειαν γε τούτων ἀδιεμίαν ἀπολιπεῖν. πολλᾶς γὰρ θηλυτοκάζεις ἡ λίνησις γὰ δεξιῶν γίνεται, καὶ τοῦς γὰ τῷ ἀριστερῷ ἀῤῥένων. Id est.

Aristot. lib. ii. πόδι ζώων.

Mares fœtus magna ex parte circa quadragesimum diem, dextro potius latere mouentur: fœminę sinistro, circiter nonagesimum. Nihil tamẽ certi in his affirmari licet, multis enim ferentibus fœminam, motus agitur in dextro; & contrà in sinistro, gerentibus marem. Hæc Aristoteles. Hic motus, & hæc fœtuum in vtero agitatio, quæ non sine molestia contingit, solet puellis primo iam prægnantibus terrori esse, & ob rei nouitatem mirari quoq;, quod & Rebeccæ euenisse legimus. Miratur & Canace apud Ouidiũ prægnantium molestiam, quum inquit.

Nescia quæ faceret subitos mihi causa dolores,
Et rudis ad partus, & noua miles eram.

Ouid. in ep. heroid.

Quinetiam Rebecca prodigiosa hac nouitate permota, ad diuinum oraculum super hac re consulendum profecta est. Perrexitq; ait scriptura, Rebecca, vt consuleret Dominum. Hęc Rebeccę profectio non tam diuinæ rei gratia suscepta fuisse videtur, q̃ quod prægnantibus commoda soleat esse corporis quædam agitatio & ad diuorum sacra, profectio. Sollicitè fuerunt in hac re veteres legumlatores, vt inter prægnantium dietas, etiam profectionem aliquam necessariam esse putarent. De hac Aristoteles sic scribit. χρὴ δὲ καὶ τὰς ἐγγύους ἤδη μελεῖν τῆ σωμάτων, μὴ βαθυμοῖσας, μὴ δ' ἀραιᾶς τροφῆ χρωμένας. τὸ δὲ ῥᾴδιον τοῦ νομεθεῖν πῶς ἔχειν, πρὸς τὰ ἔχειν ἐκεῖ ἡμέραν τιν ἀ ποιεῖν πορείαν πρὸς θεῶν ἀρβεραπείαν, τῆ ἐλπὶ χότων τῶν πόδι τῆ γενέσεως τιμῶν. τῶν μὲν τοι δ' ἀένοιαν τουναντίον, τῶν σωμάτων βαθυμοτέρως ἀρμόττει δ' ἀάγειν. ἀπλαούντα γὰρ φαίνεται τὰ γενόμενα τ' ἐχόσης ὥσπερ καὶ τὰ φυόμενα τῆ γῆς. Id est. Prægnantes quoq; mulieres, curam habere corporum oportet, non pigrescentes, neq; subtili vtentes alimonia. Hoc autem facilè est legum positori prouidere, si iubeat singulis diebus, iter quoddam facere debere ad Deorum sacra mulieres qui sortitæ sint concipiendi honorem. Mens tamen contra quàm corpus, in tranquillitate est traducenda: Fieri enim videmus vt fœtus illorum reddant naturam ex quibus nascuntur, vt fruges terrę ingenium. Hæc Aristoteles. Porrò Rebeccæ hæc sors diuinitus data est. Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex vtero tuo diuidentur,

Aristot. lib. ii. πολιτ.

populusq; populum superabit, & maior seruiet minori. ⌉ Si scripturæ huius superficiem aspexeris, haud dubio de Iudaica & Idumæa gentibus intelligitur. Iudæi enim à Iacob posteriore Isaac filio originem sumpserunt; Idumęi ab Esau priore prosati sunt. Porro res Iudæorum si vnquam aliàs, certè Dauid rege erant florentissimæ, & finitibus gentibus sane quàm formidabiles. Subleuauit rex fortissimus res Iudæorum fessas & prostratas, & finitimas gentes ferè omnes bello subegit, inter quas erāt Idumæi, qui à meridiana parte Iudęis obtendebanť, & adeò vicini, vt auctore Hieronymo, vix septuaginta quinque milibus à Hierosolymis abessent. Seruiuit hæc gens sub Iudaico iugo, donec Dauid & Salomoni filio Israëlitico regnum incolume esset. Tandem Roboam Salomonis filio rege, cum res Iudaicæ domestico essent bello implicitæ, Idumæi temporis occasionem speculati, à Iudaico regno defecerunt; & sese in libertatem asseruerunt. Manserunt deinde Idumæi inter Syriæ & Arabiæ gentes obscuri, donec post Babylonicam captiuitatem Asmoneorum regnum apud Iudæos inualesceret. Hircanus igitur Asmoneus idem summus sacerdos etiam Idumæos bello lacessere incipit, neque ausis fortuna abfuit. Bellum hoc Idumaicum Iosephus sic describit. ὑρκανὸς δὲ καὶ τὴν ἰδουμαίας αἱρεῖ πόλεις ἄδωρα καὶ μάρισσαν, καὶ ἅπαντας οὓς ἰδουμαίους ὑπὸ χειρίους ποιησάμενος ἐπέτρεψεν αὐτοῖς μένειν ἐν τῇ χώρᾳ εἰ περιτέμνειν τε τὰ αἰδοῖα καὶ τοῖς ἰουδαϊκοῖς νόμοις χρῆσθαι θέλοιεν. οἱ δὲ πόθῳ τῆς πατρίδος γῆς καὶ τῶν πόλεων καὶ τῶν ἄλλων τῶν βίου μίαν ὑπέμειναν τὴν αὐτὴν ἰουδαίοις ποιήσασθαι. ἐκεῖνος αὐτοῖς χρόνος ὑπῆρχεν, ὥστε εἶναι τὸν λοιπὸν ἰουδαίους. Id est. Hyrcanus verò etiam Idumææ vrbes capit Adorā & Marissam, etiam omnes Idumæos sibi subditos fecit, permisit tamen vt in regione manerent si genitalia circumciderent; & Iudaicis legibus vti vellent. Hi verò desiderio patriæ soli circumcisionem, atque alia quæ apud Iudæos sacra sunt, susceperunt. Et ab illo tempore Idumæi Iudæi esse inceperunt. Hæc Iosephus. Sic ergo vterque populus Iudaicus & Idumaicus, in vnam gentem coaluerunt, vt altera pro altera vsurpetur. Plinius scribit nobilissimam & victoriæ argumentum, arborem palmam, in Iudæa nasci: Iudæa, inquit, inclyta est, vel magis palmis, at Vergilius palmas appellat Idumæas.

Hieron. ad Dardan.

Ioseph. lib. 13. Antiq.

Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas. — *Verg. li. 3. Georg.*

Vespasianus Imperator, priuatus tamen adhuc contra Iudæos à Nerone Cæsare missus est, qui varijs prælijs nec minoribus victorijs Iudaicam rem afflixit; perdomitamq; Galilęam filio Tito securam prouinciā reliquit, vt ipse Hierosolymam oppugnaret; Silius tamen, nescio ex quo vaticinio, canit Vespasianum Indumæam domiturum.

Silius.

Palmiferamq; senex bello domitabit Idumen.

Idumen haud dubio Iudæam intelligit, quam Vespasianus armis domuit. Causa est vtriusq; gentis in ijsdem ritibus consensus. Ammonius quoque scribit Iudæos ab Idumęis differre, quod Iudæi sint qui ab vetusta origine & natiuitate prognati sint. Idumæi verò sint nō ipsa origine, sed Phœnices & Syri, qui bello à Iudæis victi, circumcisionem cæteraq; Iudaica sacra susceperunt. Hæc de duobus populis dicta sint, qui haud dum in lucem æditi, futura tamen inter ipsos bella, in vtero matris Rebeccæ, luserunt; nec inter ipsos conuenire poterat, quamuis essent ijsdem parentibus geniti. Fortasse ad præsens hoc negotium attinuerit, si gemini hi etiamnum intra materna viscera conditi, & mutuo sese incessuerunt, vnitatis nobis laudem prędicauerint. Dualis numerus vt infaustus ethnicorum scriptis suggillatus est, vt de diuinis literis taceam. Huius infœlicitatis exempla sunt, vbi duo in vno regno, vel republica, ex æquo principatum ambiunt; tum necesse erit omnia exitiabilibus dissidijs conflictari. Nam vt scribit Cicero, quicquid eiusmodi est, in quo non possunt plures excellere, in eo plerunq; fit tanta contentio, vt difficillimum sit sanctam seruare societatē. Regum certè est in quo vnus excellere & dominari amat, neq; potentiæ suæ consortem, ne fratrem quidem germanum habere sustinet. Clarū est Thebanum bellū non solum historiographorum scriptis, verum etiam Tragicorum cothurno. In Hoc duo fratres Polynices & Etheocles, regnandi libidine occœcati, in mutuum armantur exitium. Polynices cū Adrasto socero cæteris q; belli socijs contra Etheoclem arma infœliciter mouent, & afflictis rebus socijs q; exercitibus profligatis, frater fratrem ad monomachiā prouocat, atq; mutuis vulneribus conciderunt. Sicq; qui vnis parentibus progeniti erāt, vno regno cōtentiesse non poterant. Ferunt Græcorū & Latinorum scriptores, quū horū interemptorū corpora rogo essent iniecta, flammam quoq; in duas diuisam fuisse partes. Neq; Romæ vrbis exordia fœliciora auspicia fortita sunt, sed fraterna cæde ob regnandi cupiditatem fœdata fuerunt. Nulli non cognitum est, quur Remus à fratre Romulo interfici iussus sit. Potuit enim duobus fratribus vnus ad generationē vterus satis esse, ad regnandum vnum regnum duobus satis esse non potuit. Hinc est quod Lucanus elegātissimè, & sapientissimè, regni nullam sanctā societatē, nec fidem esse canit.

Ammonius de nominū differentia.

Lucan. li. 1. Pharf.

Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas
Impatiens consortis erit: nec gentibus vllis
Credite, nec longe fatorum exempla petantur,
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Nec minus impia est illa regnandi cupido, quæ socerum & generum ad funesta arma impellere potuit. Creuerūt olim in immensum Romanorum opes; quibus totū ferè terrarum orbē imperio premebant. Cesserat in Romanorum regnum Europa, Aphrica, & Asiæ magna pars: Neq; tamen tanta regnorum & terrarum latitudo duos capere poterat Pompeium & Cæsarē, socerum & generum. Pompeius à tribus orbis terræ partibus tres clarissimos retulit triumphos, & nominis sui fulgore terras omnes ac maria perlustrauerat. Cæsari stimulos addiderunt Galliæ decennali bello perdomitæ, & in Romani nominis seruitutem redactæ. Vterque igitur alteri esse suspectus, & vt Lucanus inquit,

Cic. lib. 1. Offic.

Lucan. li. 1. Pharf.

Nec quenquam iam ferre potest, Cæsariue priorem
Pompeiusue parem.

Magna tum erat populi Romani maiestas, quæ in vltimas terrarum oras, atque vsq; ad Indos, nō sine terrore penetrauerat, cæterum tam immensæ populi Romani opes, & vt Lucani versibus vtar, populiq; potentis

Lucan. li. 1. Pharf.

Quæ mare quæ terras, quæ totum possidet orbem,
Non cœpit fortuna duos.

Quum igitur duobus potentissimis his ciuibus, in vno Reipublicæ tanq; in vtero quodam conceptis, tam malè conuenisset, mutuo sese odij atq; ambitionis stimulis impetiuerunt, tandem in manifestum bellum exarserunt, & ciuili sanguine totum terrarum orbem inundauerūt. Nullum hic in alterutrum delictum est, sed solum, vt Lucanus eloquentissimus poëta canit:

Lucan. eodem lib.

socerum depellere regno,
Decretum est genero; partiri non potes orbem
Solus habere potes.

Non igitur mirum est si ex Rebeccæ vtero duo dispares inter se populi nati sint, cum in vno regno, & vna republica inter germanos fratres, inter socerum & generum bellorum dissidia exarserint. ⌈ Iam tēpus pariendi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius reperti sunt. ⌉ Gemini Hebraicè appellātur תאומים a singulari תאום Græcè δίδυμος. Hic scripturæ locus tacitè nobis indicare videť, cur Thomas Apostolus Didymus, semel atq; iterū à Ioanne Euāgelista sit appellatus, sed neq; Apostolus binomius fuit, vt Thomas Didymus vocaretur, neq; ob credendi difficultatem Didymus quasi dubius appellatus est. Euāgelista ergo Ioannes interpretis vice functus est. Geminus igitur, Hebraice vocatur תאום Thom, quod dicitur δίδυμος Græcè: Sic Rebecca in vtero habebat gemínos תומים id est, Thomim, quos Græcè vocāt δίδυμοι. Est enim δίδυμος, vt Suidas scribit, ὁ μεθ' ἑτέρου τεχθεὶς ἐν μιᾷ συλλήψεως. Id est. Didymus est qui natus est cū altero ex vno conceptu. Vocantur autē fratres qui ex vno patre generati sunt, ὁμοπάτριοι, & ὁμοπάτορες. Qui verò ex vna matre nati sunt, ὁμομήτριοι καὶ ὁμομήτορες. & ὁμογαλάκτας δὲ τούτους, καὶ ὁμογαστρίους καὶ ὁμογάστορας, καὶ ὁμογενεῖς ὁμογένους ὀνόμαζον. ⌈ Qui primus egressus est rufus erat, & totus in morē pellis hispidus, vocatumq; est nomen eius Esau: protinus alter egrediens, plantam fratris tenebat manu, & idcirco appellauit eum Iacob. ⌉ Hic locus sacræ scripturæ clarè oculatis ostendit, quæ sit animalium hominis superbissimi origo, & qualis in luctuosam hāc vitā primus ingressus. Hominis tanq; prora & puppis est caput & pedes. Capite in hunc mundum afflictionum omnium officinam, nascitur, & hic nascendi mos maximè naturæ ritu fieri putatur, quod etiā Aristoteles fatetur, ἡ γένεσις δὲ ἡ κατὰ φύσιν πᾶσιν ἐκ κεφαλῆς. Id est. Partus secundum naturā omnibus fit in caput. Et

Suidas.

Pollux.

Arist. li. 7. animal.

ἐκάλεσε, ἐυθὺς ἂν ἐπίσαιο, ὥσε καὶ ἄλλου εἰ βούλοιο διδάσκειν. Id est. Atqui ô Socrates haud quaquam est cum agricolatione quemadmodum cum reliquis artibus, quas necesse est prius magno cum studio vt quis dicat, antequam quid operæ pretium efficere poterit. Atqui agricolatio haudquaquam difficilis est ad discendum, sed partim videns agricolantes, partim verò audiens, statim certè disceres, vt etiam alium, si velles, docere posses. Hactenus Xenophon. Scribit quoque Aristoteles agricolationem omnium artium esse iustissimam, vt quæ citra cuiusquam

Arist. lib. œcono. iniuriam exerceri poterit. ἡ δὲ γεωργικὴ μάλιστα ὅτι δικαία. ὁ γὰρ ἀπ' ἀνθρώπων οὐθ' ἑκόντων ὥσπερ λαπηλεία καὶ αἱ μισθαρνίαι, οὐτ' ἀκόντων ὥσπερ αἱ πολεμικαί. ἔτι τε καὶ τῶν κατὰ φύσιν. φύσει γὰρ ἀεὶ ἡ μητὴρ ἃ προφιτεύει ὀνῆ, ὥσε καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀρ' ἡ γῆς. Id est: Agricultura præcipuè iusta est. Non enim ab hominibus, nec volentibus vt cauponaria & mercenariæ, nec inuitis quærit, quemadmodum bellicæ artes. et est earum rerũ quæ sunt secundum naturã. Natura eñ omnis educatio est à matre, quare & hominibus à terra. Fuit quoque Esau Evir gnarus venandi, I siue vt in Hebræo legitur איש יודע ציד vir sciens venationem. Venationis studium fuit olim adeò in precio, vt huius inuentores non

Xenoph. in Cynny. alios esse putarent, nisi ipsos Deos. Nam vt scribit Xenophon, ὁ μὲν ἔυρημα θεῶν ἀπόλλωνος καὶ ἀρτέμιδος, ἄγραι καὶ κύνες. Id est: Venationes & canes, inuentum est Deorum Appollinis & Dianæ. ἐδόξαν δὲ καὶ ἐτίμησαν τουτω χέιρωνα, διὰ δικαιότητα. Dederunt verò honorauerunt q̃ illo Chironem propter iustitiam. Quinetiam vt

Aristoph. interp. Aristophanis interpres auctor est, ἔθος ἦν τοὺς θηρῶντας τίνα ἄγραν, μέρος τι τοῦ θηρευθέντος κεφαλὴν ἢ πόδα πρὸς πλεῖν παστάλω ἢ τινος δένδρε εἰς αὐτὴν τὴν ὕλην, πρὸς τιμὴν τῆς ἀρτέμιδος. Id est. Mos fuit venatoribus vt si quando feram cœpissent, tum partem aliquam, siue caput, siue pedem, affigere clauo alicuius arboris siluæ ob honorem Dianæ. Hic significare volebat Vergilius, cum Euryalum lunam suspicientem & voce sic precantem inducit.

Verg. li. 9 Æneid. *Astrorum decus, & memorum Latonia custos,*
Si qua tuus vnquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi,
Suspendíue tholo, aut sacra ad fastigia fixi.

Sed & omnis cibus, qui diuina largitate homini suppeditari solet; venationis nomine in Hebræo interdum vocari solet. Hinc illud quod nos in psalmo legimus; Cibaria misit illis in abundantia: *Psalm. 78.* Hebraicè legitur צֵידָה שָׁלַח לָהֶם לְשֹׂבַע id est. Venationem misit illis ad saturitatem. Sed & in alio psalmo, vbi nos perperam *Psal. 132.* legimus: Viduam eius benedicens benedicam: in Hebræo legitur צֵידָהּ בָּרֵךְ אֲבָרֲכָה Et Septuaginta rectè verterunt, τὴν θήραν αὐτῆς εὐλογῶν εὐλογήσω. Id est: Venationem eius benedicens benedicam. Causa erroris est, quod interpres noster hallucinanter vocem θήραν, id est, venationem, pro χήραν, id est, viduam vidit, & vtraq̃ vox admodum affines videntur. Porrò commoditates quas venationis studium hominibus afferre putetur, tradit Xenophon. ὠφελήσονται δ' ὅτι τὸ *Xenoph. in Cynny.* πιθυμήσαντες τούτου τοῦ ἔργου πολλὰ. ὑγίειαν τε γὰρ τοῖς σώμασιν ἐπιδεικνύουσι καὶ ὁρᾶν ἃ ἀκούειν μᾶλλον, γηράσκειν δὲ ἧττον. τὰ δὲ πρὸς τὸν πόλεμον μάλιστα παιδεύει. πρῶτον μὲν τὰ ὅπλα ὅταν ἔχοντες πορεύωνται ὁδὸς χαλεπὰς, οὐκ ἀπορήσειν, ἀνήξονται γὰρ οὐ πόνους δίκα ἐθέλοντες μετὰ τούτων αἱρεῖν τὰ θηρία. ἔπειτα ἐυνάμεθά τε σκληρῶς διαιατοὶ ἔοντα, καὶ φύλακες εἶν ἀγαθοὶ τοῦ ἐπιτεταγμένου. ὃν δὲ τοῖς πρεσβύτοις τοῖς πρὸς οὐν πολεμίους, ἅμα δίοι τε ἔοντα ἐπίεναι, ἃ τὰ πρὸς ἀγωνιζόμενα ποιεῖν, εἶτα ὅτω καὶ αὐτοὶ αἱρεῖν τὰς ἄγρας. τεταγμένοι δ' ὃν τῶν πρόσθεν, ὁ λείψουσι τὰς τάξεις εἶτα ὁ κρατεῖν διώκειν. ὃν φυλῇ δὲ τῶν πολεμίων ὀρθῶς καὶ ἀσφαλῶς διώξονται οὐ ὃν ἀντίους, ὃν παντὶ χωρίῳ εἶτα σωνθέειν. δυσυχήσαντος ὁ οἰκεῖος στρατοπέδου, ὃν χωρίοις ὑλώδεσι καὶ ἀπρόσβατοις, ἢ ἄλλοις χαλεποῖς ὅσοι τ' ἔοντα αὐτοὶ σώζειν μὴ ἀεχρῶς καὶ ἑτέρους σώζειν. Id est. Qui venandi studium affectant, multam vtilitatem ex illo assequentur, inprimis verò corporis sanitatem sibi parabunt, quinetiam vt magis videant, & audiant, atque minus senescant. Porrò quæ ad bellum pertinent, magis venandi studium docet. Primum quidem cum armati per difficiles vias proficiscuntur, non deficient: sustinebunt enim labores, propterea quod assueti sint cum illis capere feras; deinde etiam facilè sudinebunt, vt

vt durè cubent, & boni custodes sint eorum quæ ipsis commissa sunt. Si verò necesse fuerit vt contra hostes eundum sit, tum illi facilè in eos inuadent, & iussa facient, propterea quod sic ad venationes accingebantur. Quod si in prima acie collocati fuerint, non relinquent ordines, eo quod sustinere possint. In fuga verò hostium bene & tuto ipsi persequetur aduersarios in omni loco propter cõsuetudinem. Quod si illorum exercitus laborauerit, in locis paludinosis, & præcipitijs, atq̃ difficilibus, tum ipsi non indecore euadere possunt, & alijs opem ferre. Hæc & multa alia commoda venationis Xenophon prosequitur. Cæterum an ardens hoc venationis studium semper sit præliorum progymnasma, vt continuò eximius bellator sit, qui insignis fuerit venator, non facilè dixerim. Ipsa enim natura, hominum non solum corpora verumetiam animos sui dissimiles finxit, vt sæpenumero vnus idemq̃ homo non modo in rebus diuersis, hic quidem fortiter, ille segniter se gerat: sed in similibus quoque rebus modò inauditam celeritatem, alias incredibilem ignauiam ostendat, & aliquando quidem fortissimus, nonnunquam verò timidissimus videatur. Extat huius diuersitatis in uno eodemq̃ homi-

Polyb. libr. 8. ne exemplum, quod Polybius de venatoribus dat, τινὲς μὲν γὰρ ἐν ταῖς κυνηγίαις εἰσὶ τολμηροὶ, πρὸς τὰς τῶν θηρίων συγκατασάσεις, οἱοὶ αὐτοὶ πρὸς ὅπλα καὶ πολεμίους ἀγεννεῖς, καὶ ἡ τε πολεμικῆς χρείας ἡ κατ' ἄνδρα μὲν καὶ κατιδίαν. ἐν χερεῖς καὶ πρακτικοὶ, κοινῇ δὲ καὶ μετὰ πολεμικῆς ἐνίων σωτάξεως ἄπρακτοι. Id est. Multos in venationibus cernimus aduersus sæuissimas feras audacissimos esse, quos si ad arma, hostesq̃ trãstuleris, ignaui, socordesq̃ apparebunt. In rebus verò bellicis, plerique singulari certamine accerrimi sunt, qui in acie nullius pretij forent. An Polybiana hæc sententia vera sit, certè complura æui huius nostri exempla dubitare nõ sinunt. Iam enim lõgo rerum vsu vidimus insanum hoc venandi studium, nihil ad bellicas res conferre, sed potius contrarium vsuuenire, & quisq̃ vt maximè venationibus gaudet, ita in bellicis negotijs esse ignauissimum. Fuit tamen hoc venandi studium olim Germanis maximè cordi, & illorũ

Cæsa. com. 6. Gal. bel. vita omnis, vt Cæsar scribit, in venationibus erat, quod quidem studium ne hodie quidem apud Germanos exoleuit, sed si vnquam alias in precio fuit, certè modò maiestatis plenum est, & dignitatẽ quandam singularem præferre, videtur. Olim venandi ius omnibus promiscuũ & liberum erat, at hodie principes, in totum hoc ius sibi vendicarunt, ipsas quoque feras cum omnibus syluis, sibi à condito orbe, natas existimant. Itaq̃ quemadmodum olim luci deorum nominibus appellabantur, sic modò syluæ principum venationibus destinatæ sunt; in has plebeium ingredi venandi causa, principis maiestatem læsisse est. Feras quoq̃ ipsas tanquam sacrosanctæ essent, à plebeis occidi capitale est. Hominum cædes facilè pecuniaria mulcta transigitur, cæterum ferarum cædes, atroci supplicio luitur; neq̃ has segetes depascentes, ab agris depellere agricolis phas est, sed vim omnẽ abstinere ab illis, tanquam ab agrestibus quibusdam numinibus, & nymphis syluestribus, monticolisq̃ Syluanis, iubentur; tãquam satius sit hominem inedia ringi quàm feras, ob hominis commodum, iniuria affici. Mirum est quas tragœdias excitet inter magnates, hoc venandi ius, & quod malorum causa sit, fera in alterius saltu per errorẽ, vel etiã dedita opera, capta; quàm hic omnia ad arma spectare soleant, & quàm ægrè in concordiam redeant. Fabulosum apud Vergilium esse

Verg. li. 7. Æneid. nõ putabis, quod furia illa infernalis Alecto bellum concitauit inter Rutulos & Troianos, ob ceruum quem Ascanius sagitta transfixit; fuitq̃ fera hæc Troianis in Italia belli causa, & innumeros dedit Rutilis Troianisq̃ dolores. Quam verò Germaniæ principes huic uenãdi studio addicti sint, uel illud satis arguit, q̃d ferijs omnib. non raro omissis, huic vni uacãt; & præ ferarũ uenatu omnia contẽnunt. Magnã uenaticorũ canum uim agricolæ suo sumptu alere cogunt, uenatores principũ aulas implent, & cum ad cætera oia nauseant, canũ tñ excrementa cũ odorantur, cinnamomũ illis uidetur, & canũ latratus, omni uocum & tibiarum symphonia iucundior. Ad hanc tam in insigniter crudelẽ uenationẽ, & qua miserorũ agricolarũ sudores & labores exhauriũtur & dissipãtur, silent noui isti pseudeuangel. & cum ad cleri uicia carpienda picis ipsis

loquacíores ſint; ad magnatum tamen mores inceſſendos, bouem in lingua habent, & anginam vel verius argentanginam patiuntur. Sed fortaſſe res ipſorum ita ferũt, vt magno cõmodo ipſis ſit principum amicitia, quos ſi iratiores haberẽt, mox in malam crucem eſſent ſuffigendi. Cæterum Eſau venationes minus noxię fuerunt, neq; cum agrorum frugumq; clade fiebant, ſed potius ingenuo labore, vt qui familiarem focum, & domeſticam patris ſui menſam eſculentioribus quotidie dapibus opulentaret. ¶ Coxit autem Iacob pulmentum. Ad quem cum veniſſet Eſau de agro laſſus, ait. Da mihi de coctione hac rufa, quia oppido laſſus ſum. Quam ob cauſam vocatũ eſt nomen eius Edom. Cui dixit Iacob. Vende mihi primogenita tua. Ille reſpondit. En morior. Quid mihi proderũt primogenita. Ait Iacob. Iura ergo mihi. Iurauit ei Eſau & vendidit primogenita. Et ſic accepto pane & lentis edulio comedit & bibit & abijt, paruipendens quod primogenita vendidiſſet. ¶ Apud omnes ferè gentes, idq; etiam à condito orbe, plus ſemper valebat, & in maiore dignitate habebatur, qui inter multos fratres primogenitus erat. Hunc ceu præſtantiorem & ampliori authoritate pollentem, omnes fratres obſeruare & potiorem ducere, habebãt. Valet hoc primogeniti ius etiamnum plurimum apud principes & reges, qui, etſi multam prolẽ habeant, filiorum tamen natu maximum principatus & cognominis ſui ſucceſſorem relinquunt, tanquam germanum partum; cæteros ceu nothos parum agnoſcunt. Hoc præcipuum ius maximi filij, ius primigenium, vel primigenia dici poteſt. Hebræi vocant בכורה Græci appellant πρεσβεῖον, quo ſignificatu apud Demoſthenem accipitur· ὥς᾽ οὐ τῷ χρόνῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ δικαίῳ πρεσβεῖον ἔχοιμ᾽ ἂν ἐγὼ τὴν νόμαι τοῦτο εἰκότως ἐγώ. Id eſt. Itaque ius illud primigenium, nomenq; illud meritò ego haberem, non ſolum temporis ratione, ſed ob iuſtitiam etiam. Suidas etiam πρεσβεῖον ſic vſurpat, ὁ δὲ πρίανδρος ὁ κυψέλλου υἱὸς τοῦ βασιλέως κορίνθου, τὴν βασιλείαν λαβὼν πρεσβεῖον λαμβάνει. Id eſt. Periander filius Cypelli regis Corinthi regnum iure primigenio accepit. Demoſthen. alibi πρεσβεῖον vſurpat pro legato præcipuo, quod pater maximo filio dat aut maiori, ὅταν ποίνιον τὴν διαθήκην ἀρνῆται, ἐκ τίνος τρόπου πρεσβεῖα λαβὼν, τὴν συνοικίαν λαβὼν τὴν διαθήκην ἔχει, τοῦτο ἐρωτᾷ τι αὐτόν. Id eſt. Quod ſi ipſum teſtamentum inficiari auſus fuerit, tum illum interrogate quomodo ex eodem teſtamento legatum habeat, vt cohabitare poſsit. Cæterum primigenium hoc ius, cuius hic ſcriptura meminit, erat maximi momenti apud vetuſtiſsimos illos patres, nec etiam à diuina re alienum fuit, ſed cum ſacerdotio aliquo coniunctum, vt religioſa ſucceſsione per manus traderetur; & primogenitus ſemper ſacerdotio fungeretur. Quo quidem munere tam ſacro, quid optatius apud pios eſſet, certè nemo cordatus ambigeret. Sed vt plenum erat dignitatis hoc primigenium ius, cum ſacerdotio iunctum, ita ſumma execratione dignus cenſetur Eſau, qui illud promercale fecit, & quum potuiſſet illud, ſicut ipſe à maioribus acceperat, ita etiam poſteris ſuis tradere, tamen fratri ſuo Iacob, cui honeſtius donare potuiſſet, ob ventris ingluuiem ſatiandam vendere ſuſtinuit. Quo quidem crimine, nullum ab ingenuo homine committi potuit illiberalius. Sugillant certè Apoſtolicæ literæ ſordidam hanc Eſau gulam, & Paulus in epiſt. ad Hebræos ſic de Eſau ſcribit, μὴ τὶς πόρνος ἢ βέβηλος ὡς ἡσαῦ, ὃς ἀντὶ βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ. Id eſt. Ne quis fornicator aut prophanus ſicut Eſau, qui pro vno cibo vendidit primogenita ſua. Eſt autem βέβηλος ἀνὴρ auctore Suida, ὁ ἀμύητος καὶ μιαρός. Id eſt. Prophanus vir eſt, qui ſacris initiatus nõ eſt, & impurus. Profanus latinis idem ſignificat quod nihil habens religionis, à religione remotum, ſacris non initiatum, qui fanum intrare non poterat: vel quod ex religioſo, aut ſacro in hominum vſum conuerſum eſt, quaſi porrò à fano. Eſau igitur quid ni prophanus diceretur, qui cum genituræ ſuæ beneficio, primigeniũ ius cum ſacerdotio ſortitus eſſet, tamen tanquam prophanus & à cura diuinarum rerum alienus, ſacerdotij functionem abijcit, manifeſto argumento, quod abiecto vnius Dei cultu, poſt falſos Deos fornicari vellet. Nihil hic eſt quod Iacob imputare potes, qui fratris ſui Eſau inſania fruebatur, & quæ ille ſtultè aſpernabatur, hic magno ingenio vſus, prudẽter ſibi vendicabat; cum vile lentis edulium cum re pretioſiſſima cõmutaret. Succurrit hic Glauci Homerici ſtupiditas. Permutabat hic arma ſua cum Diomede.

Demoſth.

Suidas.

Demoſthe. pro Phor.

Heb. 12.

Suidas.

Glaucus prior arma ſua donabat Diomedi, quæ erant aurea, centumq; bobus æſtimata: Diomedes verò dabat arma ſua quæ erant ærea, nõ pluris nouem bobus æſtimata, Glauco. Exacta diſpari permutatione, Diomedem ferunt aſtutũ, Glaucum verò ſtupidum vocatum. Homerus ſic canit hanc permutationem.

Homerus ζ. ἰλιαδ.

ἐκ δ᾽ αὖτε γλαύκῳ λεονίδης φρένας ἐξέλετο ζεύς
ὃς πρὸς τυδείδην διομήδεα τεύχε᾽ ἄμειβεν
χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι᾽ ἐννεαβοίων.

Id eſt.

Iuppiter hic ſtupidum ſpoliauit pectore Glaucum,
Qui cum Tytide mutarit protinus arma, &
Aurea donarit, ſibi reddenti ærea.

Nec minus mentem abſtulit Deus Eſau, vt non minus ſtupidior æſtimandus ſit quàm Glaucus, quũ aurea æreis permutaret; & vno aut altero ſuctu, immenſarum æſtimationum præcia in ventrem conderet. Certè hoc conuiuio nullum vnquam fuit ſordidius & guloſius. Mirantur æquè ſordidum illud conuiuium homines, quod Cleopatra regina Ægypti Antonio triumuiro ſpopondit, quod Plinius deſcribit. Promiſit ſiquidem regina hæc meretrix, Antonio vna cœna ſe abſumpturam centies H—S. Quum igitur ſponſionis huius dies aduenifſet, & Cleopatra cœnam Antonio appoſuiſſet ſanè quàm ſplendidam, ſed quæ ſponſioni longè impar eſſet; tum ex præcepto Reginæ miniſtri vnum tantum vas ante eam poſuere aceti, cuius aſperitas viſcq; in tabem margaritas reſoluit. Gerebat auribus cũ maximè ſingulare illud, & verè vnicum naturæ opus. Itaq; expectante Antonio quid nam eſſet actura, detractum alterũ vnionem merſit, ac liquefactum abſorbuit. Iniecit alteri manũ, vt eum ſimili quoq; modo abſumeret. Tum L. Plancus ſeuerißimus eius ſponſionis iudex, victũ Antonium maturè pronuntiauit. Sordidum hoc Cleopatræ conuiuium quo tam immenſi precij vnionem abſumpſit, nihil ab Eſau hoc lentis ædulio abeſt; quo ille primigenium illud ſuum ius abliguriuit. Et illum quidem, ſordida hęc ſua ingluuies, tantorum virorum Abrahæ & Iſaac indignam prolem reddidit; excidítq; ipſorum familiæ & ſtemmati, eſtq; nomen eius magis obſcuris viris quàm claris adiectum. Atque vtinam in Eſau illiberale hoc factum ſtetiſſet, & nullos ſordidę ſuę gulæ imitatores reliquiſſet; eſſentq; qui illam execrari magis vellent, quàm ſectari. Sed vt Horatius canit: Decipit exemplar vicijs imitabile, adeò humana ipſa natura in vicium cærea eſt; & auidius viciorum exemplar ſectatur quàm virtutũ. Ventris ingluuies protoplaſtum genuina nobilitate exuit, atq; adeo vniuerſum humanũ genus in perpetua mala demerſit; eadem Eſau primigenio iure ſpoliauit. Meritò Homerus ventrem inſectatur diuino ſuo ingenio, eumq; vocat

Horatius.

Homerus ὀδυσ. ε.

οὐλομένην, ἣ πολλὰ κακὰ κατὰ ἀθρώποισι δίδωσι
ἥ τε καὶ νῆας ἐϋζύγους ὀπάζουσα
πόντου ἐπ᾽ ἀτρύγετον κακὰ δυσμενέεσσι φέρουσα.

Id eſt.

Pernicioſum, & qui multa mala hominibus dat.
Huius cauſa naues bene inſtructæ armantur
Per mare ſterile, & mala infœlicibus ferunt.

Hinc etiam natum eſt, vt homines edaces ventri atque abdomini deditos, ventres appellemus, Cretẽſes apud Epimenidẽ, appellantur γαστέρες ἀργαί, id eſt, ventres inertes. Et apud Terentium Demipho ait: Niſi ſequitur, pugnos in ventrem ingere, cum paraſitum intelligeret Phormionem. Hos voluptuarios homines & qui ſummum bonum voluptatibus metiebantur, Græcia dedit. Epicurus princeps hanc opinionem inuexit, qui in voluptate ſummum bonum fœlicitatemq; conſtituebat. Poſt Epicurum, Ariſtippus & Cyrenaici ſurrexerunt, quos nõ eſt veritum in ea voluptate, quę maxima dulcedine ſenſum moueret, ſummum bonum ponere; hominemq;, vt Ciceronis verbis vtar, diuinum animal, vt tardam aliquam & languidam pecudem, ad paſtum, & ad procreandi voluptatem ortum eſſe voluerunt: quo nihil mihi videtur eſſe abſurdius. Hæc Cicero. Sed & Philoxenus ſummum bonum collocabat in voluptate guſtatus, de hoc fertur quod γεράνου λάρυγγα εὔχετο ἔχειν. Id eſt. Gruis collum optabat ſibi dari, vt uidelicet diutius illa uoluptate bibendi edendiq; fruetur. Hinc Sardanapalus Aſſyriorum rex gulæ & uentri deditiſsimus, natusq; helluatio-

Terent. in Phor.

Cic. libr. 2. de Finib.

hesuationi; scripsit in epitaphio suo se illa tantum habere quæ edisset, & quæ per libidinem expletam percepisset.

Strabo lib. 14. Geog.

εὖ οἶδ' ὅτι θνητὸς ἔφυς τὸν θυμὸν ἀεὶ ξε
τὸν πόμενον θελίπτοι θανόντι τοὶ οὔ τις ὄνησις
καὶ γὰρ ἐγὼ ποτ' ἐμὶ νίνου μεγάλης βασιλεύσας
ταῦτ' ἔχω ὅσ' ἔφαγον, ἃ δὲ ὕβρισα καὶ μετ' ἐρώτων
τόλλ' ἐπαθόν.

Id est.

Quum te mortalem noris, præsentibus exple
Delicijs animum, post mortem nulla voluptas,
Namq; ego sum puluis, qui nuper tanta tenebam,
Hæc habeo quæ edi, quæq; exaturata libido
Hausit.

Hæc gastrimargia apud ethnicos longè latèq; dominabatur, vsq; adeò vt etiam inter philosophos suũ sortiretur locum, & sapientiæ partem occuparet. Sed quis putasset illam in sanctissimã Christi philosophiam irrepere potuisse, adeò mira vitiorum solertia est? Quo minus mirum sit, illam hoc nostro æuo, sub euangelij titulo tam latè omnia occupasse; ausa certè est Epicuri philosophia inter ipsa nascentis Ecclesiæ initia caput exerere, & sese prodere voluisse, nisi apostolica auctoritate compressa fuisset. Scit Paulus Apostolus esse *ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες.* Id est. Quorum Deus venter, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Cæterum neq; hæc ventris ingluuies, tametsi apostolico esset ore suggillata, in totum potuit è Christianis morib. euelli, vt non vberius postea ebulliret. Fuerunt olim Aërius, Iouinianus, qui Christianorum Epicuri appellati sunt. Sunt & nostro æuo pseudeuãgelici, qui ex illis vt Euphorbus in Pythagora, renati sunt. Iis igitur summum studium est, voluptatibus frena negare, ventrem & ea quæ sub ventre sunt, molliter curare; & hoc inprimis Christianæ libertatis interesse vociferantur, cibis indifferenter vti, qui ad hoc facti sunt vt sumantur, nec esse aliud quicquam quod æquè Christianæ libertati aduersum sit, vt quadraginta illi ieiuniorum dies, & alia stata ieiunia, quibus homo suum defraudare genium cõpellitur, & à cibis esculentioribus submouetur. Quid hæc ipsorum verba præferant, nulli non perspicuum esse poterit, nempe illos in Aristippi & Epicuri philosophiam pedibus discedere; & voluptariam Cyrenaicorum vitam, Christianã libertatem appellare. Quã verò hoc paradoxon dissideat non solum à Christiana pietate, sed etiam ab omni humana ciuilitate: exemplo nobis esse poterunt, cum alia multa præclara apud ethnicos, tũ verò illa quæ ab apostolica doctrina, per manus nobis tradita sunt. Pythagoras olim faceto commento rudes homines à carnium ingluuie deterruit. Erant apud Romanos variæ leges contra crapulam latæ, eas appellabant sumptuarias; quod conuiuiorum sumptum temperarent, Cato appellat cibarias. Erat igitur prima lex cibaria Orchia, à C. Orchio tribunoplebis lata. Sũma legis huius præscribebat numerũ cõuiuarum. Huic successit lex Fannia, quæ Orchiam legẽ seueritate superabat. Hæc enim sumptibus modum fecit assibus cẽtũ. Lata est hæc lex, auctore Plinio, à C. Fannio Coss. vndecim annis ante tertiũ Punicum bellum. Cautũ est hac lege, ne quid volucrum apponeretur, præter vnã gallinam, quæ nõ esset altilis. Detestabatur enim Romana illa seueritas hanc gulam, opimas aues, & suopte corpore vnctas deuorandi. Sed & Didia lex sequuta est quę mulctam irrogat non solum ijs qui prandia cœnasue maiore sumptu fecissent, sed etiam qui ad eas vocati essent, atq; omnino interfuissent. Successit huic Licinia lex à P. Licin. Crasso diuite lata. Huius summa erat, vt Calendis, Nonis, nundinis Romanis, cuiq; in dies singulos triginta duntaxat asses, edundi causa sumere liceret. Cæteris verò diebus, qui excepti nõ essent, ne amplius apponeretur, quàm carnis aridæ pondo tria, & salsamentorum pondo libra; quod ex terra, uite arboreue natũ sit. Sũt & aliæ leges cibarię, quas huc afferre necesse nõ est, eas cãdidus lector ex Macrobio petat. Solũ hoc in præsentia admonere uisum est, ut intelligatur quàm stolide opinentur, qui ciborũ delectũ, & certis statisq; diebus prohibitum uictum, cum Christiana libertate stare nõ posse, vociferant. Rom. libertate incolumi atq; etiamnũ florente ferebant sumptuariæ leges cõplures, & Christiana illa libertas periclitabitur scilicet, si dies aliquot, religionis ergo à carniũ victu

Philip. 3.

Plin. li. 10.

Macr. li. 3. Sat.

victu tẽperemus? Atqui profectò sic est, pseudeuangelici, sacrilega sua hac ingluuie, primigenium ius, cum Esau patriarcha suo, amittũt; quo quid acerbius filio cõtingere poterit? Vetus enim illa & primigenia ecclesia iam recens ab apostolis constituta, sumptuarias leges tulit; quas haud dubio ab Apostolis accepit. Liquet hoc clarè ex martyrum supplicio, & eorum verbis. Quum enim Christiani illi primigenij ab ethnicorum rabie non solum supplicijs afficerentur, sed etiam falso accusarentur, tanquã qui in sacris suis infantium viscerib. vescerentur, hic Blandina Christiana mulier, grauissimis supplicijs excarnificata, Christianorum innocẽtiam hisce verbis testatur. Multum, inquiens, erratis ô viri, quod putatis infantium visceribus vesci eos, qui ne mutorum quidem animalium carnibus vtũtur. Hactenus Blandina. Apparet ergo veteres Christianos à carnibus abstinuisse. Sed & Tertullianus miram abstinentiam Christianorum quorundam sui temporis, hisce verbis describit. Quidam ipsam Dei creaturam sibi interdicunt, abstinentes vino, & animalibus exulantes, quorum fructus nulli periculo aut sollicitudini adiacent, sed humilitatem animæ suæ in victus quoq; castigatione Deo immolant. Quinetiam Hieronymus frequẽter sumptuarias leges virginibus & viduis imponit, & in laudem abstinentiæ ciborum expatiatur. Sic enim ad Saluinam viduam scribit. Procul sint à conuiuijs tuis Phasides aues, crassi turtures, attagen Ionicus: & omnes aues, quibus amplissima patrimonia auolant. Nec ideo te carnibus vesci non putes, si suũm, leporum atq; ceruorum, & quadrupedum animantium esculẽtias reprobes. Non enim hæc pedum numero, sed suauitate gustus iudicantur. Scimus ab Apostolo dictum: Omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Sed idem loquitur: Bonum est vinum non bibere, & carnem non mãducare. Et in alio loco: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Omnis creatura Dei bona est. Audiant hęc mulieres, quę sollicitæ sunt, quomodo placeant viris. Comedant carnes, quæ carni seruiunt, quarũ feruor despumat in coitum, quę maritis alligatę, generatiõi ac liberis dãt operam. Quarum vteri portãt fœtus, earum & intestina carnibus impleãtur. Tu verò quæ in tumulo mariti sepelisti omnes pariter voluptates: quæ litam purpurisso & cerussa faciem, super feretrũ eius lachrymis diluisti, quæ pullam tunicam, nigrosq; calceolos, candidæ vestis, & aurati socci depositione sumpsisti; nihil habes necesse aliud, nisi perseuerare in ieiunio. Hactenus Hieronymus. Habebant quoq; primigenij illi Christiani victum suum, quo in ieiunijs vtebantur: nempe frugalem & parabilem non magnificè apparatum. Appellabantq; hunc victum *ξηροφαγίαν*, quasi dicas, aridorum esum. Huius *ξηροφαγίας* frequens mentio est apud Tertullianum, qui sepè mentionem facit escæ aridæ & seræ, vt quæ in vesperã esset dilata. In decretis aridiorũ mẽtio fit, quibus in ieiunijs vtebãtur. Quinetiam ad cibum addebãt lauachri abstinẽtiam, congruẽtem arido victui. Cæterum vniuersum vitę huius tempus ieiunio transigere, propè intollerandum quibuslibet Christianis erat; neq; enim omniũ vires huic sarcinæ ferendæ pares esse poterãt. Delecti igitur sunt aliquot dies huic tam pio operi, nempe quarta & sexta sabbati dies, quibus piorum populus ieiunio sese mactaret. Huic Apostolicę traditionis sunt complures testes ex veteribus Theologis. Tertullianus auctor est quartam et sextam ferias, prę cæteris septimanæ diebus plus aliquid dignitatis habuisse, vt in quibus stationes obseruarent. Sed & Epiphanius de ijs duobus diebus sic scribit, *τίνι δὲ οὐ συμπεφώνηται ἐν πᾶσιν ἐλλίμασι ἡ νηστεία κοινωνίας, ὅτι τετράς καὶ προσάββατον νηστεία ἐστὶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὡρισμένη.* Id est. Quis autem est in vniuersis orbis terræ regionibus, qui in hoc non consenserit, quod quartus ac sextus hebdomadæ dies ad ieiunium in Ecclesia segregati sint? Augustinus etiam in epistola illa contra Vrbicum, qui de ieiunijs stultissime scripserat, horum duorum dierum meminit, & quod ieiunio essent consecrati, clarè indicat. Hieronymus explicans illud Pauli, obseruatis dies & menses & tempora & annos: infert longè aliam rationem esse festorum Iudaicorum & Christianorum, nec de Christianis diebus siue temporibus Paulum sensisse. Obseruamus enim quartum sabbati & parasceuen,

Euse. li. 5. eccl. histor.

Tertull. de cultu fœm.

Hieron. ad Saluin.

Epiph. lib. γ. co. hære.

Tertu. com Psych.

Aug. epistol. 86.

Hier. li. 2. com. in epis. ad Gal.

sceuē, sed citra superstitionē. Porrò quæ fuerit causa, quur potissimum ij duo dies ieiunio fuerint consecrati à Christianis primigenijs, hęc ab Augustino redditur: nempe quod ipsa quarta sabbati, quam vulgo quartam feriam vocant, consilium reperiuntur ad occidendum dominum fecisse Iudæi. Intermisso autem vno die, cuius vespera dominus pascha cum discipulis manducauit, qui finis fuit eius diei quem vocamus quintam sabbati; deinde traditus est ea nocte quæ iam ad sextam sabbati, qui dies passionis eius manifestus est, pertinebat. Colligetur enim ex Euangelistis quartam sabbati fuisse, quādo dominus ait: Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Ac per hoc dies ipse ieiunio est deputatus, quia sicut Euangelista sequitur & dicit: Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerūt vt Iesum dolo tenerent & occiderent. Intermisso autem vno die, quo dicit Euangelium: Prima autem azymorum accesserūt discipuli ad Iesum dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere pascha? Hoc ergo die intermisso passus est dominus, quod nullus ambigit, sexta sabbati, quapropter & ipsa sexta rectè ieiunio deputatur. Hactenus Augustinus. Hoc igitur duorum horum dierum ieiunium, omnibus Christianis olim erat statum & sacrosanctū, quod quidem temerè preuaricasse parum Christiani hominis esse putabatur. Accessit huic religioni Sabbati quoq; ieiunium æquè venerabile, sed non ita in Christiano toto orbe celebre. Fuit enim in sola Romana ecclesia receptum, nec causa admodum probabilis Augustino videtur. Est quidem & hæc opinio plurimorum, quamuis eam perhibeant esse falsam plerique Romani, quod apostolus Petrus cum Symone mago die dominico certaturus, propter ipsum magnæ tentationis periculum, pridie cum eiusdem vrbis ecclesia ieiunauerit, & cōsequuto tam prospero gloriosoq; successu, eūdem morem tenuerit, eamq; imitatæ sint nonnullæ occidentales ecclesiæ: Mansit in hunc vsq; diem sua hæc sabbato religio, vt ferè nihil intersit inter sextam diem & sabbatū, atqui quartæ diei nonnihil è veteri ieiunij rigore decessit. Sunt tamen complures pij, qui hactenus illi diei plurimū detulerunt, & venerantur, nec minus à carnium esu tēperant. Ante omnia verò solenne, nec minus sacrosanctū erat Quadragesimæ ieiunium, quod & Græcorū & Latinorum Theologorū scriptis maiorem in modum prædicatum est. Quadragesimæ ieiunium beato Ignatio ignotum non est, habetq;, vt Augustinus auctor est, auctoritatem & in veteribus libris ex ieiunio Moysi & Heliæ: & ex Euangelio, quia totidem diebus dominus ieiunauit, demonstrās Euangelium non dissentire à lege & prophetis. In persona quippe Moysi lex, in personę Helię prophetæ accipiuntur; inter quos & in monte gloriosus apparuit, vt euidentius emineret quod de illo dicit Apostolus, testimonium habens à lege & à prophetis. In qua ergo parte anni congruentius obseruatio quadragesimæ constitueretur, nisi confinis atq; contigua dominicæ passioni? Hæc Augustinus. Fuit olim quadragesima ipsa vsq; adeò Christianis cordi, vt huius amor quosdam in hæreses compegerit. Montanus ille phryx immundi spiritus prædicator, cum suis assectatoribus tres quadragesimas habere volebat, incertum quo somnio commonitus. Hoc nomine malè audit apud Hieronymum, qui sic de illo & suis sectatoribus scribit: Qui tribus quadragesimis se affligunt, qui hoc merētur audire? Tanta passi estis sine causa. At qui Hieronym. hunc Montanistarum errorē sic confundit: Nos vnā quadragesimam secundum traditionem apostolorum, toto anno, tempore nobis congruo, ieiunamus. Illi tres in anno faciūt quadragesimas, quasi tres passi sint saluatores. Equidem hic dissimulare nequeo quod sentio. Nostratibus Euangelicis nullum periculum esse video vt hoc Montani dogma illis allubescat. Quamuis enim veteres hæreses olim extinctas in lucem extrahere gestiant, hoc tamen tam graue de tribus quadragesimis onus nunquam subibunt, vt quibus vna quadragesima Sysiphi saxum videatur, nec ventrem suum Deum, tantum tempus, ciborum voluptate defraudere sustinebūt. Sed iam alia potiora videamus. Quàm late pateat, & quàm omnem ætatem & sexum quadragesimæ ieiunium complectatur,

Augustin. epistol. 86.

Augustin. epistol. 86.

Aug. epist. 119.

Basilius de quadrages.

tur, ostendit Basilius his verbis. ὅτι τὶς νῆσος, ὁ ἤπειρος, ὁ πόλις, ὁ ἔθνος, οὐκ ἐχαπίσε ἀνήκοος ὂν τοῦ κηρύγματος. ἀλλὰ καὶ στρατόπεδα, καὶ ὁδοιπόροι. καὶ πλωτῆρες, καὶ ἔμποροι, πάντες ὁμοίως καὶ ἀκούσι τοῦ παραγγέλματος, καὶ πᾶς χαρᾶς ὑποδέχονται. ὥστε μηδεὶς ἑαυτοῦ ἐξεποιείτω τὸ κατάλογον τῶν νηστευόντων, ἐν ᾧ πάντα γένη καὶ πᾶσα ἡλικία καὶ ἀξιωμάτων διαφοραὶ πᾶσαι καταλέγονται. Id est. Nulla est iniula, vel continens, nulla est ciuitas, vel gens, neq; solitudo, quæ quadragesimæ præconium non audierit. Sed & militum castra, & viantes, & nautæ, atq; mercatores, omnes quadragesimæ præceptum & audiunt, & cum gaudio suscipiunt; vt nullus sit qui se ieiunantium catalogo eximat, in quo omnia genera, & omnis ætas, & dignitatem differentiæ omnes recensentur. Quale verò fuerit quadragesimæ huius ieiunium, & q̄ rigidè illud obseruarint, nō in vno loco veteres testes sunt, & Hieronymus de Asella scribit. Quumq; per omnem annum iugi ieiunio pasceretur, biduo triduoq; sic permanens; tum verò in quadragesima, nauigij sui vela tēdebat, omnes penè hebdomadas vultu lętante coniugens. In hoc sacro quadragesimæ ieiunio delectus in cibis seruabatur, & à carnibus, alijsq; cibis, qui corpus ad libidinem inflammant, abstinebant. Qui ritus vniuersalis quoque Catholicæ Ecclesiæ consuetudine confirmatus est. Et ideo de ieiunio quadragesimæ ita scribit Augustinus. Ieiunium quadragesimæ, per totum terrarum orbem, quotannis omni studio celebratur in conuentu Catholico. Hanc qui ritè obseruant, necesse est, vt abstineant à carnibus. Chrysostomus quoque sub Quadragesimā Genesim populo cœpit prædicare & gratias agit quod macella videat clausa, nec iam vt antea obsonatum populus iret, satis indicans in quadragesima Christianum populum carnium esu abstinere. Hec tam perpetua & constans, ab Apostolicis temporibus ad nos vsque deducta consuetudo, cui pio Christiano pro lege non deberet esse? Sed iam hic audio quid nobis Epicuri de grege porci ob aurem obganniant, & de profundo ventris barathro hanc crapulam eructant. Quid nobis cum veteribus Theologis, atque adeo cum primigenia Ecclesia, quam nobis subinde ingeritis. Facessant illa omnia, nobis legis instar Euangelium est, quod vnicè amplectimur, procul absit à nobis, quod huius non fuerit calculo comprobatum, in quod tanquam Cynosuram aliquam perpetuo spectamus; vt vitæ nostræ nauigium, per mundanum hoc pelagus tuto dirigamus. Euangelium siquidem cū in omnibus rebus consulendum est, tum vel maximè in ieiunio suscipiendo spectandum venit, quod suo quisque arbitratu sumere debet, non hominum constitutionibus ad illud compelli. Hæc illi nusquam non crepant, talia verba efflare nō cessant. Sed q̄d illi validissimū putāt, hoc inprimis secordiam illorum, & sordidam ventris ingluuiem arguit, cuius patrocinium non obscurè suscepisse videntur. Homines præ ventris & gulæ studio vsque adeò misero & infœlici ingenio, vt nihil ex sese parere possint, quod illorum tanquam partus esset aliquis, & in quo nonnulla ingenij laus esset; sed præ mentis traditate atque stupore, veteres errores & damnatas olim hæreses instaurare coguntur, Sed est hoc crapulæ vicium, vt etiam ingenij aciem obtundat, hebetetq;. Quod Christus Dominus noster discipulos suos docuit, cum inquit. προσέχετε δὲ ἑαυτοῖς, μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ. Id est. Attendite vobisipsis ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Et Horatius idem fatetur cum ait: quin corpus onustum, Hesternis epulis, animum quoq; prægrauat vna. Erat olim Aerius qdam, q in Episcopatus petitione repulsam tulerat. Hic vt iniuriam suam quo posset modo vlciscereturr, ieiunia ecclesiastica auctoritate indicta obseruanda negabat: & cuiusque arbitrio ieiunādum esse; insignis Epicurismi præco: à quo nostri huius qui ventris animalia, suum paradoxon hauserunt, cum præ mentis crassiciè nouū ipsi cōminisci nō valerent. Porrò Aerij verba hæc sunt apud Epiphaniū. ἀλλ' ὅτι νηστείας φησὶ εἶναι τεταγμένην. τοῦτο γὰρ οὐδ' αἰνεῖ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν διὰ λέξεως. δικαίαν γὰρ νόμος ὁ λέγει, ἀλλὰ πατροπαρα-δόσεις καὶ μητροπαρα-δόσεις καὶ λοιπαῖς. εἰ γὰρ ὅλως βούλομαι νηστεύειν, ὅταν θέλω ἀφήσομαι ἡμέραν ἀπ' ἐμαυτοῦ, νηστεύω δέ τὴν ἐλευθερίαν ὅθεν τῆς αὐτοῖς πεφιλοτίμηκτα μᾶλλον ἢ λυσιτελῆ νηστεύειν, τε τρυφὴ δὲ καὶ πρόσκαιρον ἐδίειν. πολλάκις

Hieron. de laudib. Asellæ.

Hieron. ad Marcellā.

Aug. li. 30 cont. Faust.

Chrysost. in Genes.

Lucæ 21.

Horatius.

Epipha. li. 3. cōt. her.

ἀλλὰ καὶ τῶν τετράδα νηστεύουσι, οὐχὶ θέσμῳ ἀλλ' ἰδίᾳ προαιρέσει φησὶ. ἐν τε τοῖς ἡμέραις τοῦ πάσχα, ὅτε τῆς ἡμῖν χαμευνίας, ἀγνείας, ἐγκρατείας, προσευχὰς ἐν χαῖ, ἀγρυπνίαις τε εὐνηστείας, καὶ πάσας τῶν ψυχῶν αἰ σωτηρίαι τῶν ἀγίων παθῶν, οὗτοι ἀπέωθεν ὀφωνῶσι ἐρεῖα τε καὶ οἴνου ἑαυτῶν τὰς φλέβας γεμίζοντες, ἀνακαγχάζουσι, γελῶντες, χλευάζοντες, οὐ τῶν ἁγίων ταύτην λατρείαν ἡδόμενοι τοῦ πάσχα ἐπιτελοῦντας. Id est. Sed neq; ieiunium, inquit, erit præceptum: nã hæc Iudaica sunt, & his imposita qui sub iugo sunt seruitutis. Iusto em̃ non est lex posita, sed patricidis ac matricidis cæterisq; huiusmodi. Quod si omnino ieiunare voluero, qualemcũq; à meipso diem elegero, ex libertate ieiunabo. Vnde apud ipsos veluti cõtentione adhibitum est studium, vt potius dominico die ieiunẽt, quarto verò & sexto die epulentur. Frequenter autẽ & quarto die ieiunant non ex ordinatione, sed propria, inquit, electione. In postremis quadragesimæ diebus, quando apud nos humi cubatur, in puritate viuitur, afflictiones tolerantur, arida duntaxat edũtur, precationes, vigiliæ ac ieiunia seruantur, omnisq; animarum salus per afflictiones exquiritur: ipsi à prima statim luce obsonantur, carnibus ac vino suas replentes venas, cachinnãtur, irridentes ac subsannantes eos qui sacrum hebdomadæ illius cultum obseruant. Hactenus Epiphanius. Fuerũt ante Aerium in hac opinione, imò vt verius loquar errore Psychici, obscuri quidem hæretici, sed Tertulliani scripto nobilitati. Ducebantur hi quoq; ingluuie, qua ieiunia oderãt, & hęc ex arbitrio agenda esse clamabant, non ex imperio. Post deinde aliquot annos Iouinianus Romæ exoritur, quem Hieronymus Christianorum Epicurum appellat, propterea quod cibis omnibus indifferenter vescendũ doceret, & nihil interesse inter vescentẽ & abstinentem. Hæc cũ Romæ doceret, neminem sacerdotem, aut alicuius nominis clericum in suam potuit factionem pertrahere; siue ob dogmatis absurditatem, siue quod tum Christiani temperantiæ & ieiunijs essent deuoti. Cæterum nostro hoc seculo, mirum dictu quãtos successus hoc Iouiniani dogma habuerit, quàm plausibile in Germania factum sit, q̃ certatim illi à magnatibus & stulta plebe applaudatur, & quàm obuijs vt aiunt manibus, vt sacrosanctum aliquod dogma amplexi sint, & quod magis mirum est, Euangelicam hãc esse libertatem vociferantur, carnibus vesci, indicta Ecclesiæ ieiunia contemnere, quadragesimæ ignorare ieiuniũ, oẽs totius anni dies iuxta æstimare: vt iam clarum sit illos non solũ Epicuros insignes agere, sed etiã Stoicorum Philosophiam sectari, quæ omnia paria faciebat, neque vllum discrimen esse inter peccata & merita. Quid hic aliud liquet, nisi illos è Christiana philosophia, paganam velle facere, & philosophos hæreticorum semper esse patriarchas? Cæterum in hoc louiniani dogma, & in hũc nostri æui Epicurismum, summa eloquentia, nec minore erditione fremit Hieronymus, & sacrarum scripturarum ceu gladio quodam conuellit & discerpit, vt nobis nihil negotij sit confutare nouum hunc Aristippismum, sed ijsdem argumẽtis agendum, quibus prior egit Hieronymus. Illius igitur verbis nostrum hũc Apicium, & nostri huius seculi ὀφροιοῦν compellabo. Fauent tibi crassi, nitidi, dealbati. Adde si vis iuxta Socraticam irrisionem, omnes sues & canes: & quia carnem amas, vultures quoq;, aquilas, accipitres, & bubones. Nunq̃ nos Aristippi multitudo terrebit. Quoscunq; formosos, quoscunque calamistratos, quos crine cõposito, quos rubentibus buccis videro: de tuo armẽto sunt, imò inter tuos sues grunniunt. Quod multi acquiescunt sententiæ tuæ, indicium voluptatis est. Habes præterea in exercitu tuo plures succenturiatos: habes scurras, & velites in præsidijs, crassos, comptos, nitidos, clamatores, qui te pugnis calcibusq; defendant. Tibi cedũt de via nobiles, tibi osculantur diuites caput. Nisi enim tu venisses, ebrij atque ructantes paradisum intrare non poterant. Macte virtute, imò vicijs, habes in castris tuis & amazonas exerta mamma, & nudo brachio & genu, venientes contra se viros ad pugnam libidinum, pucantes. Et quia opulẽtus paterfamilias es, in auiarijs tuis non turtures, sed vpupæ nutriuntur, quæ tota fœtidæ voluptatis lustra circumuolent. Hæc sunt quæ Hieronymus in nostri seculi louinianum peroranuit. Sed quid vetat quo minus huc coronidis afferamus vice, quę Tertullianus in epilogo

Tertullia. cont. Psych.

Hieron. li. 2. cont. Iouinianum.

Tertullia. cõt. psych.

epilogo cõtra Psychicos accumulat, quãdoquidem hi nostri tam similes illis sint q̃ est ouum ouo. Deus tibi venter est, & pulmo templum, & aqualiculus altare, & sacerdos locus, & sãctus spiritus nidor, & cõdimenta charismata, & ructus prophetia. Vetus es, vera si velimus dicere, tu qui gulæ tantum indulges, & merito te priorem iactitas, semper agnosco sapere Esau venatorem ferarum, ita passim indagandis turdis studes, ita de campo laxissimæ disciplinæ tuæ venis, ita spiritu deficis, si tibi lenticulam de fruto inrufatam obtulero, statim totos primatus tuos vẽdes: apud te Agape in cacabis feruet, fides in culinis calet, spes in ferculis iacet. Quis sanctior inter vos, nisi conuiuandi frequentior, nisi obsonandi pollucibilior, nisi calicibus instructior? Quur ergo non constanter prædicatis: manducemus & bibamus, cras enim moriemur, sicuti nos non dubitamus exertè mandare, ieiunemus fratres & sorores, ne fortè cras moriamur. Satis hæc sunt ad Esau & Iacob vitæ narrationem, quatenus ad literæ intellectum seruire poterit. Cæterũ non ignoro q̃ vberem hinc materiam sibi veteres theologi sumpserint, & quàm latissimum campum ingressi sint ad allegoricum sensum tractandum, de vterinis duobus his fratrib⁹ Esau & Iacob. Igit' in hac duorum horum fratrũ Esau & Iacob historia mystice explicanda indulserunt sibi veteres Theologi, dum alij ad Iudaicum populum & Christianum referrent, alij ad Christiani populi, siue reprobos sine electos. Est igitur hic Rebeccæ partus ceu prophetia quædam ad duos populos pertinens Iudaicum & gentilem. Hos siqdem Deus pater, gratuita sua bonitate sibi in filios adoptauit. Et quamuis Iudaicus populus prior diuina bonitate electus sit, posterior tamen gentilis, longè priorem dignitate & claritate superauit. Nam quod ad Iudæorum regnum pertinet, certè angustis terminis circumseptũ erat, neq; latè patebat. Quod & Dauid in Psalmo significare videtur, cum inquit sub metaphora de Iudæo populo: Vineã de Ægypto transtulisti, eiecisti gentes & plantasti eã. Et paulò post. Extendit palmites suos vsq; ad mare, & vsq; ad flumẽ propagines eius. Explicat Augustinus hunc locum de Iudæorum regno. Gens Iudæa, inquit, fuit ista vinea. Gens autẽ Iudæa vsq; ad mare, & vsq; ad flumen regnauit. Vsq; ad mare, apparet in scriptura quod mare ibi vicinum sit. Et vsq; ad flumen Iordanem. Trans Iordanem enim aliquid Iudæorum collocatum est, infra Iordanem autem tota. Ergo vsq; ad mare, & vsq; ad flumen regnum Iudæorum. In numerorum quidem volumine tota fere Syria Iudæis erat promissa, sed non reddita, ob peccata illorum frequentia; & angustis possessionum terminis coarctati sunt. A Dan em̃ vsq; Bersabee vix centũ sexaginta milium in longum spatio tenduntur, vt Hieronymus oculatus testis auctor est. Neq; enim Dauid & Salomon potentissimos reges, exceptis his quos post victoriam in amicitiam receperunt, plus tenuisse scriptura testatur. Et hoc dico, vt taceam quinq; Palestinæ ciuitates, Gazam, Ascalonem, Geth, Accaron, & Azotum, Idumæos quoq; à meridionali plaga vix septuaginta quinq; milib⁹, ab Hierosolyma separatos, Arabas & Agarenos, quos nunc Saracenos vocant, in vicinia vrbis Hierusalem. Pudet dicere latitudinem terræ repromissionis, ne ethnicis occasionem blasphemandi dedisse videamur. Ab Ioppe vsq; ad viculũ nostrum Bethlehem, quadraginta sex milia sunt. Hæc Hieronymus de Iudæa literis prodidit. Porrò quod ad metropolim regni Iudaici Hierosolymam attinet, erat hæc haud quaquam cæteris Asiæ vrbibus magnitudine conferenda. De huius laxitate hæc scribit Iosephus. Ἡ πόλις ὡς δὲ ὁ πᾶς κύκλῳ, σταδίων μὲν τριάκοντα τριῶν. ἐλάσσ. Id est. Totus circuitus ciuitatis est triginta trium stadiorum. Hęc sunt Iudæorum, quæ ad ciuilem statum pertinent, regna: satis in arctũ contracta, & cuiuis in Germania principatui facile cõparanda. Cæterum religio, & vnius Dei agnitio atq; fides Iudæos attollit, quo nomine pręcipuè cristas hodie quoq; erigunt, & hunc psalmi huius versum nobis Christianis occinunt, tanq̃ atheis quibusdam quibus notus non sit Deus: Notus in Iudæa Deus, in Israël magnum nomen eius. Et alibi: Qui annunciat verbũ suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israël: Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit ei. At qui hic diuinus apud Israelitas, cultus: semper malo fuit fer-

Hieron. ad Dardan.

Iosephus

August. in psalm. 79.

mento viciatus, neq; vnquã fuit purior, nisi regnante Dauid, tum enim Iudæorũ regnum in tota Syria erat clarissimum, & diuina religio nunq; magis illibata. Priori siquidem tempore, & posteriori semper Iudaicus populus in idololatriã pronus erat, & subindè à Deo defecit. Primo quidem ex Ægypto profugi, tum enim ex monilibus fœminarum & anulis virorum bubalum caput conflarunt, eiq; diuinum honorem detulerunt: deinde sub Iudicibus idolis seruierunt: Tandem sub regibus Israël idololatriæ impietatem auxerunt, quando cum Hieroboam vaccas aureas & lucos colebant. Vnde cõuincitur eos semper idololatriæ crimini deditos fuisse; & nunquam syncerè ergo Deum pios fuisse. Et prioris quidem Iudaici populi status siue ille fuerit ciuilis, siue religionis, talis fuit, contractus semper & mancus. Cæterum posterior populus Christianus è gentibus ad fidem à Christo ascitus, longe priorem populum superauit, nec in has angustias, vt ille, angustatus est, sed longè diffusius, ditionis suæ pomeria propagauit. Hoc Dauid significat cum de Ecclesia gentium sic vaticinatur: Et dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum. Mari quippe magno, ait Augustinus, cingitur terra, qui vocatur Oceanus, de quo influit quoddam exiguum in medio terrarum, & facit ista maria nota nobis quæ nauigijs frequentatur. Proinde à mari vsq; ad mare, à quolibet fine terræ, vsq; ad quemlibet finem dominaturum dixit, cuius nomen & potestas toto orbe fuerat prædicanda multumq; valitura. Quod ne aliter posset intelligi, à mari vsq; ad mare: continuè subiecit, Et à flumine vsq; ad terminos orbis terræ. Quod ergo ait, vsq; ad terminos orbis terræ, hoc ante dixerat, à mari vsq; ad mare. Quod verò nunc ait, A flumine, euidenter expressit inde voluisse Christum potestatem suam iam commendare, vnde & discipulos cœpit eligere: à flumine scilicet Iordane, vbi supra baptizatum Dominum cum descẽderet Spiritussanctus, sonuit vox de Cœlo; Hic est filius meus dilectus. Hinc ergo doctrina eius incipiens, & magisterij cœlestis auctoritas dilatatur vsq; ad terminos orbis terræ, cum prædicatur Euãgelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Hactenus Augustinus. Sed & Esaias propheta de gentium vocatione vaticinatur, quosq; etiam Iudaicum populum multitudine superaturos his verbis significat. Lętare sterilis quæ non paris: erumpe & clama quæ non parturis: quia plures filij desertæ magisq; quàm eius quæ habet virum. Comparatio hic ponitur duarum mulierum, eius quæ virum habuit & dimissa est, synagogæ haud dubio; & eius quæ semper deserta & absque viro fuit, ecclesiæ videlicet, quæ virum non habuerat Deum, nec legem acceperat, nec prophetas. Sed huius desertæ plures filij, magis quàm eius quæ habet virum, non penitus synagoga excluditur à partu, sed multitudo ei gentium præfertur, & ipsa enim in apostolis, & per apostolos, primum populum genuit de Iudæis. Sed & Esaias propheta subdit. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorũ tuorũ extende, ne parcas: lõgos fac funiculos tuos, & clauos tuos cõsolida. Nũc sterili præcipitur, inqt Hieronymus, in similitudinẽ tabernaculi Moysi, quod quondã habuit in deserto: vt dilatet tentorijũ suum pellesq; distentet, & funiculos faciat longiores: & clauos quibus firmatur omne tentorium, in altum defigat, & roboret, ne ventorum flatibus dissipetur: ad dextramq; penetret & sinistram: & nequaq; Iudaici tabernaculi imitetur angustias: quod centum longitudinis cubitorum, & quinquaginta latitudinis ambiebat: nec tẽpli breuitate claudatur, quod sexaginta cubita habebat in longum, & viginti in latum: Sed ad dexteram & ad sinistram, locum capere non cesset. Hæc Hieronymus. Significant igitur hęc prophetarum vaticinia, quanto potior & potentior sit posterior populus, & quantopere superarit priorem populum, regnorum ac terrarum amplitudine. Et quidem olim fuit, cum maior orbis pars atque adeò Romanum ipsum Imperium Christo nomen dederat, neq; intra Romani Imperij limites Christi Euangelium cõtineri poterat, sed longè lateq; ad barbaras quoq; gentes sese diffudit, eratq; maior potentia in terra Christi à ligno regnãtis, q̃ populi Romani ferro regnantis. Atqui tum erant cũ Christiana fides tam latè pateret, qui Christi gloriam & regnum in arctum contrahere niterentur. Erant in Aphrica Donatistæ pestilentissimi hæretici, qui vsq; adeò regnũ Christi in arctum contrahebant, vt dicerent omnes totius orbis ecclesias à Christo esse alienas, neq; aliquid cum illo habere commercij; sed solum in Aphrica, idq; in parte Donati, orthodoxam superesse fidem. Huic impio furori ne quod patrocinium deesset è sacris literis, illud è Cantico canticorũ stultè huc ascisebant, vbi sponsa, id est, ecclesia dicit ad sponsum: Annuncia mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie? Hoc scripturæ testimoniũ crassi illi sycophantæ à se stare arbitrabantur, eò quod Aphrica in meridiana orbis parte sit constituta. Huic tam stulto intellectui obuiã iuit Augustinus, eumq; pie & cordatè confutauit. Neq; desunt hoc nostro æuo, qui eandem hæresim, longè atrociori impietate stabilire conentur, & quos dicere puditum non est, tot retro seculis orthodoxam fidem antiquatam fuisse, necè tot patribus vlium esse qui de Christiana fide recte & purè sensisset. Se ergo primos esse perfricta fronte vociferantur, qui sepultam veritatem in lucem protraxerint, & in sua factione tanquam in adyto quodam religioso, abdita esse Ecclesiæ mysteria. Quum igitur hæc impietas nihil à Iudaica persuasione distet, qua illi in sua duntaxat Iudęa Deum esse cognitum prædicent, & à Donatistarum furore in nullo aliena videatur, nihil aliud nobis restat, nisi vt eijsdem telis contra Donatistas Euangelicos pugnemus, quibus olim Augustinus contra Donatistas Circumcelliones rem egit, asseramusq; populum posteriorem, Christi Ecclesiam: priorem Iudæorum synagogam, multis modis superasse. Ait postea scriptura, quod paruuli in vtero Rebeccę collidebantur. Duorum horum paruulorum in vtero Rebeccæ collisio, siue calcitratio, haud dubio significare videtur natiuum illud & genuinum odium, quod inter Iudæos & Ethnicos semper fuit. Iudæorum enim natio vt omnibus orbis nationibus erat peculiariter inuisa, ita vicissim omnes execrabantur illi, ceu impuros, prophanos & impios; adeò vt nec congressu dignarentur, & templum suum pollui crederent, si quis fortè in circumcisus esset ingressus. Tantum erat amputatæ pelliculæ supercilium. Hæc calcitratio siue collisio vtriusq; populi Iudaici & Ethnici, tum maximè sese prodidit, cum Euangelium Christi omnibus esset hominibus ex æquo prædicandum. Nam in Ecclesiæ nascentis primordijs apud Iudęos erant, qui existimarent Euangelij gratiam, quoniam Abrahæ posteris, & Iudaicæ genti peculiariter promissa videbatur, non esse propagandam in prophanas gentes, & simulachrorum ac dæmonum cultui deditas. In qua sententia & Petrũ apparet fuisse, qui viso monendus erat, vt Cornelium centurionem admitteret: quo nomine mox illi exhibitum est negotium Hierosolymis, expostulantibus ijs, qui ex Iudaismo conuersi fuerant ad Christum, quod cũ incircumcisis habuisset cõmercium. Sic enim legimus in actis apostolicis. Audierunt autem Apostoli & fratres, qui erant in Iudęa, quoniam & gentes receperunt verbum Dei. Quum autem ascendisset Petrus Hierosolymã, disceptabant aduersus illum, qui erãt ex circumcisione, dicentes: Quare introisti ad viros præputium habẽtes, & manducasti cũ illis? In prologo epistolæ ad Romanos clarum extat exemplũ huius collisionis duorum horũ paruulorum, quando adhuc à Paulo, tanq; in matris vtero, formarentur. Erant Romani qui mixtim ex Iudęis & gentibus Christo crediderãt. Erat enim Romę ingens Iudæorum multitudo, siue illuc à Pompeio trãslata, qui primus Romanorum Iudæam cum exercitu intrauit; siue quod Romana prouincia facta erat. Inter duas has gentes dissidium acerbum natum erat, dum vtraq; alteri sese præferre vellet, & potiorem duceret. Iudæi vetera sua priuilegia à Deo sibi præstita in medium adducebant, & quod ab Abraham, cæterisq; laudatis patriarchis originem ducerent; se quoq; esse quos portentosis signis ex Ægyptiaca seruitute vindicauerit, ipsamq; Ægyptũ in ipsorum gratia plurimis cladibus attriuerit. Ad hæc per discissas rubri maris vndas sicco vestigio transisse, & cœlesti annona quadraginta annorum tempore, pastos, & cœlesti lumine præuio, immensum illud per solitudinem iter, emensum. Quinetiam Messiam legis & prophetarũ oraculis

Esaiæ 54.

August. in psalm. 7.

Hierom. in Esaiam li. 15.

Augustin. de Vnitate Ecclesiæ.

oraculis Iudæis duntaxat promissum esse & non ethnicis, qui idolorum culturæ semper dediti essent, ad Iudæos verò tanquam ad legitimos Dei filios noui testamenti pollicitationem pertinere, & Ethnicis satis esse debere, si proselytorum loco haberentur. Quum igitur has glorias Iudæi efflarent, ethnici stomachosius in illos inuehuntur, vt dicerent, tot diuina beneficia illis collata in cumulum damnationis cedere; vt qui semper Dei dona nulla gratiarum actione pensarint, sed summa ingratitudine, in idolorum cultum subinde prolapsi, quod quidem cum in multis rebus perspicuum sit, tum illud clarè arguere poterit, quod ijsdem pedibus quibus paulo antè siccatum rubri maris fundum transierant, statim circum vitulum conflatilem cursitarint. Præterea manna de cœlo suppeditatũ fastidio illis crebro fuisse, & in Ægyptum, vnde illius gentis penè internitione, educti erant; semper reuerti voluisse. Iam vero illud quis vnquam venia dignum putabit, quod Messiã suum, vatũ prædictionibus promissum, & de ipsis tot nominibus benemeritum, subinde cõuicijs prosciderint, dicto illius minus audiẽtes fuerint, vltimo etiã atroci supplicio crucis, per summũ scelus, interfecerint: se vero in nullo reprehensione dignos esse posse, vt qui non destinata opera deliquerint, sed veritatis ignoratione, quam cũ prædicari audissent summo gaudio amplexi essent, nihilq; vnquam illa duxerint antiquius. Quum igitur in hunc modum duo illi paruuli in Christo, in vtero nascentis Ecclesiæ inter sese colliderentur, & quasi velitarentur arrogantiæ quibusdam iaculis, Paulus Apostolus, singularis artifex, miro quodam consilio, sermonem inter vtrosq; temperat, dum studet oẽs oĩbus modis ad Christũ pellicere: neq; vult, si fieri possit, quenquam omnino mortaliũ perire suo duci, cui militabat. Itaq; nunc hos obiurgat, nunc illos, nunc rursus erigit ac subleuat. Gentiũ superciliũ deprimit, ostendẽs illis nihil ꝓ fuisse, neq; naturæ legem, neq; philosophiam, cuius professione tumebant, quo minus in oẽme scelerum dedecus prolaberenẽ. Rursum Iudæorũ arrogantiam coërcet, qui legis fiducia perdidissent id, quod erat totius legis caput, fidem in Christũ Iesum. Et Paulus quidem duorum horum populorum collisionem prohibuisse videtur. Refert post hanc collisionẽ scriptura ita: Populus populũ supabit, & maior seruiet minori. Ardua res haud dubio fuit, & bellũ nõ leue q̃d Romani cum Iudeis gesserũt, si Iosepho credere libet. Erat certè Iudæis ferox animus, & seruitutis impatiẽs, nec bellicarũ rerũ ignarus. Ex Syriæ populis primi Macedonũ iugũ excusserunt Matthatiæ Asmonei auspicijs, & sibi libertatem pepererunt. Quũ in Romanorũ potestatẽ venissent ægrè seruitutis capistro colla inseruerũt, nec geuerunt, sed nullũ nõ mouebant lapidẽ, quo se in libertatẽ assererẽt. Igitũ post Christi Seruatoris nostri peracta sacramenta, cum iã illos diuina vindicta in extremã cladẽ vrgeret, Iudæi arreptis armis Syriæ præsides bello adorũt, atq; tumultuario plio fundũt, fugantq;. Tum Nero Cæsar Romanorũ Imperator, videẽs sibi sane difficile bellũ instare, Vespasianũ expertæ virtutis virũ, Iudaico bello ducem delegit. Is arduo bello Galilæã domuit, & militiæ suæ stipendiũ à Christo, cuius iniusta mors illo bello vlta fuit, Romanorũ accepit Imperiũ. Titus deinde filius Cęsar pdomandę Iudeæ delectus, Hierosolymam fame domitã capit, & templũ incendit, multis Iudæorũ milibus partim cęsis, partim in seruitutẽ venundatis. Post mortẽ Vespasiani Tito filio eadẽ fuit merces nauatæ à se operæ illo bello quæ patri, nẽpe Romanũ Imperiũ. Fuit hęc prima clades Iudaicæ gẽtis & victi magis erãt q̃ domiti, nec feroces illi animi cõquieuerũt. Traiano eũ Imperatore Andreã quendã ducẽ sibi Iudæi cõstituunt, & Cyrenẽ Libyę vrbẽ inuadũt, Romanos quoq; & Græcos sine discrimine statim obtruncãt. Horum intestinis stillãte adhuc sanguine cincti, tum pellibus obuoluti, multos per medium vsq; ad verticem dissecuere, plures bestijs dilaniandos obiecere, alios inter se digladiari coẽgerunt, vt ducenta & amplius hominum milia eo furore & armis Iudæorum interierint. Ingens quoque cædes in Ægypto & in insula Cypro ab eis ædita est. Sed hos Iudæorum tumultut cõpescuit Traianus Cæsar, qui misso Lusio cũ valido exercitu, Iudæos ingenti cæde longe lateq; vastauit. Atqui longè grauius bellum à Iudæis cõflatum est

Dion in Traiano & Adriano.

Adriano

Adriano Imperante. Tum enim nihil intentatũ reliquerunt, & summa crudelitate in captiuos sæuientes, nullũ sæuitiæ exemplum reliquũ fecerũt. Erat huius factionis Iudæorũ dux Cochebas, quẽ illi vt Messiã suũ venerabantur. Hic igitur non solũ in Romanos sæuiebat, sed etiã Christianos, sibi aduersus Rom. militem ferre auxiliũ nolentes, omnimodis cruciatib. necabat. Hæc tanta Iudæorũ sęuitia, & rebellio, à Iulio Seuero Adria. Cæsaris legato cõpressa & funditus extincta est. Hic prudenti cunctatione contra Iudęos profectus, & summa prouidẽtia bellum administrans, illos fame, incẽdijs cę dibus debellauit, in arces quoq; & vicos Iudæorũ sæuitum est, vsq; adeò vt Iudæa ipsa in Iudęa quæreretẽ. Tunc Hierosolymũ à Tito euersa, ab Ælio Adria. instaurata, & veteri nomine amisso Ælia appellata est. Et quo cõtemptius victis Iudæis insultaret Adria. iussit portæ quæ Bethlehem spectat, suem insculpi, vt signũ esset Iudæos Ro. seruire & subiectos esse, eratq; illis in perpetuũ interdictũ Hierosoly. ingredi. Et Adrian. more veterum Rom à domita Iudæa, Iudaicus appellari meruit. Quis crederet post tãtas & tot clades Iudęos vnq; quicq; bello ausuros, & non magis quieturos malè gestarũ rerum cõscientia? Sed prophetarum prædictiones agebant in fœlicem & afflictã gẽtem in perpetuã seruiturẽ, vt Christianis tanq; minori populo, ipsi maiores natu, seruirent. Fuit igitur vltima Iudæorũ clades quã bello acceperãt, à Gallo Ces. Cõstantij patruele, illis illata. Tũ eũ Iudæi interfectis noctu militib. arma ad rebellandũ acceperant. Sed Gallus ijs illorum motib. maturè obuiã it, & victor victoriã crudeliter exercet, cæsis pueris & infantibus. Ciuitates quoq; illorũ & quas tũ solas adhuc obtinebant Diocæsareã Tiberiadem, & Diospolim, & alia quædã oppida, iniecto igne incendit. Fuit hæc Iudæorũ clades seruitutis illorũ initiũ, qua hodie quoq; Christianis seruiũt, neq; vnq; postea belli aleã experiri ausi sunt, sed maleficijs & clandestinarum insidiarum quasi cuniculis quibusdam nihil non in Christianum populum, cui seruire cogũtur: conãtur. Sed oĩa infœliciter cesserũt, & detectis prestigijs, meritas scelerũ suorum pœnas semper dederũt. Sic ergo maior seruit minori. Mirũ tũ hoc videri potest cur Deus Iudęorũ gentẽ tã atrocis sceleris in Christũ auctorẽ, dispergi maluerit per totũ terrarũ orbẽ, q̃ à stirpe, vt iustum fuisset, deleri. Putat hoc Aug. diuina quadam ratione factum, vt vel sic populo Christiano seruirẽt libris ipsorum lingua à Moyse & prophetis conscriptis, quos circumferunt; & sacra scriptura appellantur. Ex ijs liquido cõuincimus nõ à nobis conficta esse quæ de Christo magna prædicamus, sed multo ante prophetarũ oraculis enunciata, & in libros relata, quos apd Iudęos asseruari scimus, sed propter nos, vt ex illis testimonia tanq; è boue Iorũ sumamus, quibus Iudęorum perfidiã flagellemus. Longũ hic esset adducere ex uterib. Iudæorũ libris quæ ad Christi vitã pertinẽt, & hæc quoniã omnib, satis nota sunt, omittere in aĩo ẽ. Atqui operepretiũ videẽ huc adducere, q̃ ad Christi diuinitatem & sacram humanitatem inprimis faciunt, quę tũ longè aliter in nostra æditione legũtur, atq; in Hebr. veritate scripta sunt. Quid pertinacius Iudæi oppugnant q̃ diuinæ triados mysteriũ? Sed qui purgatioribus auribus auscultabũt, haud dubio sacram vnius Dei trinitatem in veteri lege expressam intelligent. In Deuteronomio legitur: Audi Israel Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Et Septuaginta ad eundem modum legunt, ἄκουε ἰσραηλ, κύριος ὁ θεός σου κύριος εἷς ἐστιν. Verum Hebraica veritas longè clarius sacram Dei trinitatem & vnitatem indicat, & Iudæorum obstinatam perfidiam suggillat. Sic enim Hebraicè legitur שְׁמַע יִשְׂרָאֵל יְהוָה אֱלֹהֵינוּ יְהוָה אֶחָד Id est. Audi Israel, Deus, Deus noster, Deus vnus. Non ob aliam causam Moses ille magnus, ter Dei nomen posuit ibi, nisi vt diuinarum personarum trinitatem distinctè significaret: in dictione autem vnus, quam continuè subiecit, indicauit tres personas diuinas, non tres esse Deos, sed vnum Deum. Neq; illud à mysterio alienum est, quod Noster, non primo aut tertio loco additum est, sed secundo, nempe vt significaretur quod neq; pater, qui prima est in trinitate persona, neq; Spiritus sanctus, qui tertia in eadem trinitate persona est, sed solus filius, qui secunda est eiusdem trinitatis persona: per nostrę humanitatis participatio-

Hieron. de tempor.

Augu. lib. 18. deciu. Dei.

Deut. 6.

nem, noster futurus erat. Rursus pertinaces Iudæi matris Messiæ virginitatem credere aspernantur. Sed hæc validè ex Hebraica veritate astrui potest, non ex nostra lectione, vel Septuaginta versione. Quum enim Salomon tria sibi tanquam difficilia intellectu proposuisset: nempe, viam aquilæ in cœlo, viam colubris super petram, viam nauis in medio mari: quartum penitus sibi ignotum esse testatur, viam viri in adolescentia, sic enim nostra lectio habet, & Septuaginta legunt, καὶ ὁδὸν ἀνδρὸς ἐν νεότητι, id est. Et vias viri in adolescentia, cum Hebraica veritas lõge abstrusiora mysteria tegat. Indicat hic Salomon humanitatis Christi mysteria, sed parabolicè. Via igitur aquilę in cœlo Christi est post resurrectionẽ in cœlũ ascensio: Via colubri super petram: resurrectionẽ eius significat è sepulchro quod excisum erat in petra: Via nauis in mari: Christi vita est, varijs afflictionum fluctibus agitata. Sed tria hæc ait Salomõ sunt difficilia mihi, siue vt Hebraice legitur גְּדֹלִים הֵמָּה מִמֶּנִּי separata à me, vel mirabilia sunt mihi: Verum quartum quod planè sibi ignotum esse dicit Hebraice legitur וְדֶרֶךְ גֶּבֶר בְּעַלְמָה Id est. Et via viri in adolescentula. Quum ergo in tribus prioribus vita Christi, resurrectio & ascensio significata sit, quid in quarto indicari putabimus, nisi Christi ex virgine matre natiuitatem? Adolescentula Hebraice vocatur עַלְמָה Alma, id est, virgo abscondita, cuius hic primo mentio fit. & postea in Esaia dictum est הִנֵּה הָעַלְמָה הֹרָה Ecce alma, id est, virgo concipiet. Pro vir Hebraice legitur גֶּבֶר vt sit vir fortis siue potens. Est igitur Via viri fortis vel potentis, hoc est, Dei in alma, id est, in virgine; filij Dei ex virgine est incarnatio. Et hanc quidẽ viã plenè atq; perfectè Salomon cognoscere non potuit, quonam pacto absq; humano semine virgo concipere posset, ac perfectum Deum & hominem in vtero concludere, filiũq; parere, ac virgo remanere, nec Salomonis intellectus plenè capere potuit, nec vnquã lingua vlla explicare, Quamobrem rectè dixit, Et quartũ minimè cognoui. Nec illud mysterio caret q̃d Esaias dixit עַלְמָה Alma cum litera ה id est, cum articulo præposito, vt sit: Ecce illa alma concipiet, tanquam de nota loquens, de qua iam Salomon meminerat.

Prouer. 3.

Sic ergo Hebra. hæc lectio: Via viri fortis in adolescentula, id est: Virgine: multo clarius Christianę fidei mysteria & Marię virginitatem aperit, quàm communis illa lectio: Via viri in adolescentia. Nec minus Christi singularem natiuitatem, et Mariæ perpetuam virginem, astruit illud quod in centesimo decimo Psalmo legimus, sed iuxta Hebraicam veritatẽ, à qua Septuaginta versio discrepat, quæ ita legit, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Id est. Ex vtero ante luciferũ genui te: At Heb. textus magis veritati fidei nostræ conueniens, sic legit מִרֶחֶם מִשְׁחַר לְךָ טַל יַלְדֻתֶיךָ Id est: De matrice ex aurora, vel de matrice auroræ tibi ros natiuitatis tuæ. Significatur hoc verborũ inuolucro, natiuitatem Christi haud quaq; similẽ fore generationi aliarũ creaturarũ, quę in hoc mũdo nascuntur. Matrix auroræ aptissimè Maria Christi mater appellatur. Quemadmodum enim ex aurora sol mundo redditur, ita ex Mariæ vtero sol iustitiæ Christus orbi terrarũ affulsit. Porrò in natiuitate eius ros erat. Ros semper sereno placidoq; cœlo delabitur & nullo hominum sentiente vel deuocãte; ita Christi natiuitas citra cuiusq; viri operata est opera, sed Spiritus sancti gratia diuinitus consummata, quæ in virginẽ Mariã cœlitus veniẽs; Deũ & hominẽ ex ea nasci volebat. Et quemadmodũ concha marina cœlesti rore cõplura candidissimũ unionẽ edit: ita beata uirgo Maria diuino spiritu hausto, margaritã splendidissimã Christũ fœliciter toti orbi peperit. Nec aliud est q̃d angelus Mariæ ait. Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obũbrabit tibi, ideoq; quod nasceẽ ex te sanctũ, uocabitur filius Dei. Hanc sacrã natiuitatem Christi Messiæ ut significantius exprimeret Dauid, & ut ab aliorum hominum natiuitate ostenderet esse alienam, sic in Psalmo iuxta Hebraicum canit אֱמֶת מֵאֶרֶץ תִּצְמָח Id est: Veritas de terra germinabit, nõ dixit nascetur, tamq; uiri semine, & nuptiarũ re, Christus in hũc mũdum uenturus esset. Hinc etiam est quod Christus apud Zachariam, germen appelletur. Nam quod nos legimus: Ecce uir oriens, nomẽ eius in Hebræo est הִנֵּה אִישׁ צֶמַח שְׁמוֹ Ecce uir germẽ nomẽ eius. Sunt & alia cõplura loca sacræ scripturæ, quæ significantius in Hebræo intelligũtur q̃ in

Psal. 84.

Zach. 6.

in nostra æditione. Sed horũ fructus nobis omnino perijsset, si Iudaica gens olim cum suis libris extincta fuisset. Voluit ergo Deus infœlicem gentem superesse, vt vel libris suis Christiano populo, in propriam confusionem, seruiret; & sic proprio gladio iugularetur. In hũc vsum Iudæi ex proprijs sedibus eiecti sunt, & per totum terrarum orbem dissipati, vt libris suis ipsorũ lingua cõscriptis, Christianæ religioni testimonium reddãt. Et hoc est quod Dauid ante vaticinatus est: quum ait: Deus ostendit mihi super inimicos meos ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Disperge illos in virtute tua. Iam factum est, inquit Augustinus, per omnes gentes dispersi sunt Iudæi, testes iniquitatis suæ, & veritatis nostræ. Ipsi habẽt codices, de quibus prophetatus est Christus, & nos tenemus Christum. Et si fortè quando aliquis paganus dubitauerit, cũ ei dixerimus prophetias de Christo, quarum euidentiam obstupescit, & admirans putauerit à nobis esse conscriptas, de codicibus eorum probamus, quia hoc totum ante prædictum est. Videte quemadmodum de inimicis nostris alios confundimus inimicos. Hactenus Augustinus. Neq; solum veteres Theologi duos hosce fratres Esau & Iacob ad Iudaicum & gentilem populum retulerunt, sed etiam quod in vno Christiano populo vterq; frater Esau & Iacob non difficilis inuentu sit. Esau figurat reprobos: Iacob electos. Et quemadmodum Isaac pater erat amborum, & mater eadem Rebecca ambos vnico mariti congressu concepit, simul intra matris vterum gestati sunt, simul & in lucem editi: sic etiam Ecclesia spiritualiter à Christo concipit & vno baptismatis fonte generat filios, tam reprobos quàm electos; qui moribus inter se tam dispares sunt quàm Esau & Iacob vita à se dissiderunt. Et in Christianæ Ecclesię ceu vtero quodam, duo hi filij moribus discordes, inter sese colliduntur, & parum inter ipsos cõuenit, & inuicem sibi struũt insidias, maleq; volunt. Diuites opibus tumentes inopes præ se contemnunt, magnates potẽtia sua freti, plebem tyrãnide opprimũt. Cõiugati, cęlebes conuicijs incessunt, superbi humiles infestant, astutus simplici fraudem nectit; auarus lucrũ nummarium captans animam lucro vendit; cõtra pius res suas ob Christi professionem, cõtemnit. Adulter per aliena cubicula vagus continentem odio habet, & vt Horatiano versu vtar.

Augu. in Psal. 58.

Oderunt hilarem tristes, tristemq; iocosi,
Sedatum celeres, agilem gnauumq; remissi,
Potores bibuli media de nocte falerni,
Oderunt porrecta negantem pocula.

Horat. in Epist.

Et Satyricus poëta

Loripedem rectus derideat, æthiopem albus.

Iuu. Sa. 2.

Tale igitur dissidium & collisio quædam est inter impios & pios, seculi huius filios, & cœlestis patriæ ciues; dum hi cœlestia ambiunt, illi cõtra mundi huius rebus inescantur, qui ad Esau pertinent, dũ alteri Iacob imitantur. Nec illud admiratione indignum est, quod populus vicijs deditus appelletur maior, & priorẽ in nascẽdo locũ occupat, alter verò, qui ad virtutis studiũ fertur, vocetur minor, & posteriorem natiuitatis sortem tenet. Quid hoc aliud esse putũdum est, nisi quod malorum hominum copia vbiuis gentium ingens est, & in omnibus sibi principatũ ac primas vendicat, bonorum verò mira raritas, & malis vbiq; cedere cogitur. Et hoc vicio fit fomitis quem Hebræi uocãt יֵצֶר ut quisq; ad uicia propẽsior sit quàm ad uirtutes, & citius bonorum hominum multitudo ab uno uicioso in deterius pellicetur, quàm ingẽs malorum caterua ab uno studioso ad meliorem frugi reuocari posit, quod Nazanzen. ijs uerbis quoque scribit, ὅτι εὐζήλωτον μὲν τι καὶ πρόχειρον πρᾶγμα ἡ μοχθηρία, καὶ οὐδὲν οὕτω ῥᾴδιον ὡς τὸ γενέσθαι κακόν, καὶ εἰ μὴ τύχοι πρὸς ταύτην ἡμᾶς ἄγων μισθὸς, ἀπανιὸν δὲ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ κτῆσις καὶ προσαντες, μᾶλλον εἰ πολὺ τὸ μεθέλκον εἴη καὶ προκαλούμενον. διὸ λυσιτελὲς μὲν τὸ ἀγαθὸν τῇ φύσει φαίνεται, ὥσπερ γὰρ πῦρ ὕλῃ τῇ ὑγροτέρᾳ, ἔστω μοι δὲ πρὸς τὴν τοῦ κακοῦ μετουσίαν οἱ πλέοι τῶν ἰδιωτικοῖς. καλαμὴ τὶς πρὸς ἀνθρακα, οἶμαι, καὶ ἄνεμον ῥᾳδίως ἐξαπτομένη καὶ δαπανωμένη σβεσθῆναι δάδον γὰρ ἂν τὶς ὀλίγης κακίας μεταλάβοι πλουσίως, ἢ ἀρετὴς βαθείας κατὰ μικρόν. ἐπεὶ καὶ μέλεται μὴ μικρὸν ἀφίνθιον τάχιστα μεταδίδωσι πρωϊκρεοῦ. μέλι δὲ, οὐδὲ τὸ σμικρότατον ἀφίνθιον ἑαυτοῦ γλυκύτητος. καὶ μικρὰ μὲν ὑποπαραδῦσα ψηφὶς, ποτὲ μὲν ὅλον ἐλκήσειν ἂν ἐδύνατο τὸ πρανὲς, ἐπιχεῖν δὲ ἡ αὐκόφαε μόλις ἂν δυνηθείη τὸ κρατερώτατον ἔρυμα. i. Desiderabile quid & promptum est malitia, & nihil adeò facile & procliue existit, atq; facere malum

Greg. Nazan. in Apolog.

malum, etiam si nemo sit, qui nos adigat, ac rursus rara ac molesta est boni acquisitio, etiã si plura sint quæ nos ad illam trahant & prouocent. Bonum humanæ naturæ acquisitu difficile est, perinde atque ignis humidiori materiæ. Plurimi verò ad communicationẽ mali parati & apti, quasi calamus quidam sunt, qui scintilla & vento correptus, facilè propter aridita tem accenditur & consumitur. Etenim citius quis modicam malitiam vbertim in se recipit, quàm copiosam virtutem paulatim. Nam & modicum absinthij amaritudinem suam melli celerrimè indit, mel verò dulcedinem suam absinthio non ita facilè ingerit, etiam si duplicatum adhibeatur; & modicus calculus subtractus, totum fluuium in decliuia distrahit, è cõtrario verò vix illum robustissimum munimentum continet, vel ne exorbitet, impedit. Hactenus Nazanzenus. Hæc humani generis tam mira in vicia propensio in causa est, vt malorum plena sint omnia, vt vix decimus quisque ad virtutis studium incumbat. Hanc malorum frequentiam & multitudinem Vergilius sic describit.

Ver. li. 6. Æneid.

quibus inuisi fratres, dum vita manebat
Pulsatus hic parens, & fraus innexa clienti,
Aut qui diuitijs soli incubuere repertis,
Nec partem posuere suis, quæ maxima turba est:
Quiq; ob adulterium cæsi, quiq; arma sequuti
Impia: nec veriti dominorum fallere dextras.

Hæc bonorum raritas semper virtutẽ inuisam reddidit, nec vicioso studiosum vlum vnquam apud se habitare passi sunt, quod Hermodorus Ephesius suo casu satis indicauit, de quo Heraclitus suus ciuis ita scribit: Dignos esse Ephesios omnes strãgulari, qui Hermodorum virum inter eos frugi eiecerunt, dicentes, nemo nostrum frugi esto, alioqui cum alijs eijciatur. Quid aliud in exilium egit Aristidem illum Atheniensem, nisi iusti cognomen, quod vni illi præter omnes Atheniensis, soli obtigit. Hæc malorum seges tã fœcunda, primas sibi vbiuis gentium vẽdicat, & bonos retro in secundum ordinem tanquam cubito quodam protrudit, neq; vllum ad dignitatis sedem aditũ patere sinunt. Hinc Satyricus poëta stomachabundus canit.

Cic. libr. 5. Tusc.

Strabo li. 14. geo.

Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum,
Si vis esse aliquid, probitas laudatur & alget.

Iuu. Sa. 1.

Malorum horum principatum, & bonorum deiectionem Paulus quoq; significare existimatur, quum ait. Sed non prius quod spirituale est, sed quod animale, postea spirituale. Porrò malorum multitudinem, & bonorum paucitatem, Christus quoq; ijs verbis indicat: Lata est porta & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per illam: quàm angusta porta & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Et alibi inquit: Multi sunt vocati, pauci verò electi. Iis Christi verbis admodum simile est illud quod Vergilius canit.

1. Cor. 15.

Matthe. 7.

Ver. li. 6. Æneid.

facilis descensus Auerni
Noctes atq; dies, patet atri ianua Ditis.
Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est, pauci quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus.

Et Esau quidem qui priorem locum occupat, & maior vocatur, & Iacob qui posteriorem, & minor appellatur, malorum & bonorum simul & multitudinem, simul & paucitatem significãt. Ait postea scriptura. ⌈Maior seruiet minori.⌉ Quærit hic Augustinus, quomodo maior populus seruit minori, id est, reprobi electis. Sed seruitium istud malorũ quod bonis deferunt, non obsequio amico cõstat, sed potius hostili insectatiõe, quibus sanctissimi olim martyres diuexati, ad virtutis occasionem eas verterunt, & fœlicem immortalitatem inde sibi pepererunt. Atq; hic rursus sese aperit argumentum illud cumprimis elegans quod Plutarchus ingeniose tractauit. De vtilitate capienda ab inimico, vt scilicet malus bono seruiat, quo fiat melior, & virtutibus ornatior, quum ipse ne pilo quidem fiat laudatior. Sunt ij cotis vice, quæ ut Horatius canit, *Acutum*

Aug. Ser. 78.

Plutarchus Plin. li. 7.

Hora. in arte poët.

Reddere quæ ferrum valet expers ipsa secandi.

Sed propius ad hunc nostrum locũ ueniamus, quomodo reprobi malis seruiant. Seruierũt olim truces idololatræ sanctis martyribus, quos omni supplicioru genere excruciabant. Sed dum odio instincti eos mortalium numero eximere uolebant, & interficere, ad immortalium societatem transmiserunt. Simile quiddam apud Plutarchum & Plinium legitur de Prometheo Thessalo quodam, quẽ cum hostis occidere cogitaret, casu uomicam ita percussit ac dissecuit, vt seruaret

uaret hominem; ruptaq; vomica periculo liberaret. Itaq; cum mortẽ in acie quæreret, vulnerato pectore medicinam inuenit ex hoste. Seruiunt mali bonis quomodo molæ tritico, & panibus coquendis fornalia. Sic quidã de nostris, auctore Irenæo, nempe Ignatius dixit, propter martyrium in Deum adiudicatus ad bestias. Quoniam frumentum sum Christi, & per dentes bestiarum molor, vt mũdus panis Dei inueniar. Seruiũt mali bonis quomodo in fornace aurificis palea seruit auro, vt clarius fulgescat. Sic dẽmõ seruiuit Iob, qui diuino nutu rebus omnibus exutus, & post pignorum funera, graui quoq; in toto corpore vlcere excarnificatus, tolerantiam suam in toto terrarum orbe longè spectatissimam reddidit. Seruiũt mali bonis quomodo mallei seruiunt lapidibus vt aptè in quadrum redacti, in parietis structuram ritè conueniãt: Sic Sathanas seruiuit Paulo apostolo, qui illi adhibitus erat, ne plus satis efferretur sublimitate reuelationum; aut ne plus haberetur apud homines quã expediret haberi, permissu Dei additus erat ei stimulus & afflictio corporis, quæ illum sui cõmonefaceret, & apud omnes mortalẽ argueret, communibus obnoxium malis. Additus autem erat ei affligendo, nuntius ac minister Satanæ, qui illum sæuissimis persequutionibus diuexeret, perinde quasi colaphos impingeret in caput eius, deijciens ac deprimens eum, ne supra modum extolleretur. Sic igitur Paulus tot afflictionibus quasi malleis quibusdam tundebatur à Sathana, qui ei seruiebat, vt ceu lapis viuus, & ex omni parte quadratus, in cœlestis regni templo collocaretur. Quod hominum genus in Ecclesia Christi pestilentius vnquam fuit quàm hæreticorum? Sed ab illis nostram vtilitatem comparare possumus, & nobis seruire possunt, si rectè illis vti volumus. Est igitur vtilitas, quam ex hæresibus capimus, auctore Augustino, vt inter inimicos erudiamur: ac sic fides ac dilectio nostra possit esse probatior. Fides vtiq;, ne ab hæreticis decipiamur: dilectio autem, vt ipsis corrigendis, quãtum possumus, consulamus; non solum instãtes, ne infirmis noceant, atq; vt ab errore nefario liberẽtur: sed etiam orantes pro eis, vt aperiat dominus illis sensum, & intelligant scripturas. Et alibi inquit. Multa quippe ad fidem Catholicam pertinẽtia, dum hæreticorũ callida inquietudine agitamur, vt aduersus eos defendi possint: & considerantur diligentius, & intelligũtur clarius, & instantius prædicantur. Rursus explicans illud Psal. Congregatio thaurorum inter vaccas populorum, vt excludantur ij qui probati sunt argento: Per thauros hæreticos intelligit: Vaccas aũt populorum, seductibiles animas intelligit, quia facilè hos thauros sequũtur: Nõ enim populos vniuersos seducũt, in quibus sunt graues & stabiles (vnde scriptũ est: In populo graui laudabo te) sed in eis populis quos inuenerint vaccas. Ex ijs enim sunt, qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs desiderijs erroris: semper discentes, & ad veritatis sciẽtiam nunquam peruenientes. Quod igitur Paulus dicit: Vt manifesti fiant qui probati sunt in vobis, idem in Psal. dicitur: Vt excludantur qui probati sunt argento, id est, vt emineãt, qui probati sunt eloquijs domini. Eloquia quippe domini, eloquia casta, argẽtũ igni probatũ terræ. Multi eẽ sensus scripturarũ sanctarũ latẽt, & paucis intelligẽtiorib. noti sunt: nec asseruntur cõmodius & acceptabilius, nisi cũ respondendi hæreticis cura cõpellit. Tunc enim etiã qui negligunt studia doctrinæ, sopore discusso ad audiẽdi excitantur diligentiã, vt aduersarij refellantur. Ad hanc igitur vtilitatẽ prouidẽtia diuina permittit thauros congregari inter vaccas populorũ, vt excludantur. i. vt emineãt, qui probati sunt argẽto. Ad hoc eẽ hæreses sinuntur esse, vt probati manifesti fiant. Hactenus August. Sunt etiã ex veterib. Theol. qui studia horum duorũ gemellorũ Esau & Iacob, sanè quã disparia, ad duplex hoĩm genus trahunt. In Esau mundi homo depingitur & mundanis rebus deditus, quiq; etiã quicquid vsq; est voluptatis studiosè captat & affectat. Ad Esau etiã pertinent, quibus diuitiæ cordi sunt, & ijs cumulãdis omnẽ suã curã intẽdunt. Et quidẽ hoc hoĩm genus nunq; quietẽ agit, sed venatoris in modũ oẽm circũdat cespitẽ, vnde vel exigua lucelli spes affulget. Tales sunt mercatores. Quid illi vel nõ faciũt, vel patiunt, dũ impiger mercator ad extremos Indos currit.

Irenæ. li. 5. con. Valẽ.

Augu. in Psa. 67.

Aug. libri 16. de ciu Dei.

Augu. epistola 50.

Per

Per mare p̃auperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Horatius. Iam verò ambitionis malum, & regnãdi libido quàm latè regnat, dum obscurus quispiam, ob regni opinionẽ omnia diuina & humana iura interturbat & tanquam alter Esau venator omnes in suae ditionis indagine concludere conatur. Atqui nullum est horũ vitę genus, quod non viciorum tanquam pilis quibusdam senticosum sit, & horreat peccatorum duris sætis. Vita voluptuosa plena dolorũ est, dũ momentanea & fugiens voluptas, acerbissimos conscíæ mentis aculeos in animum infigit; quos quis secum gestare nocte diecq; compellitur. Monet ergo graui ter nos adagium hoc, quod de voluptatis intemperantia, haud dubio dictũ est: Plus aloes quàm mellis habet: Perinde declarans ac si dicas, plus molestię quàm voluptatis. Etiam Satyricus poëta de vxore canit: Plus aloes quàm mellis habet. Et Demosthen. magis orator bonus quàm vir bonus, cum libidine impellente ad Laidam Corinthiam meretricẽ profectus esset, & illa noctẽ illi vendere vellet ingenti auri pondere, tum Demosthe. modestior factus. Ego, inquit, pœnitere tanti non emo. Sed & diuitiæ honesto labore parte, nedum inhonesto, tristitia hominem afficiunt, iugiq; cura tanquam setarum quibusdã stimulis animum fodicant, quod apud Xenophontẽ legimus, καὶ τἆλλα δὲ κτήματα ὅσα καλεπὰ μὲν, χρησιμα δ' ὄντ' ὁμοίως ἅπαντα, λυπεῖ μὲν οὖν κεκτημένους, λυπεῖ δὲ ἀπαλλαττομένους. Id est. Sed & quæcunq; diuitiæ graues sunt, eodem modo & quæ vtiles sunt, tristitiam enim inferunt tam illis qui illas habent, quàm qui longè ab illis sunt. Et Satyricus poëta inquit: Misera est magni custodia census. Sed quid prophanis vtimur exemplis, cum diuinum nobis Christus dominus noster in Euangelio suppeditat, indicans semen illud Euangelicum quod inter spinas cecidit verbum esse Dei, quod à solicitudinibus & diuitijs & voluptatibus huius vitæ suffocatur. Diuitiæ & voluptates, inquit Gregor. spinæ sunt, quia cogitationum suarum punctionib. mentes lacerãt, & cum vsq; ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto vulnere cruentãt. Ambitionis exemplum habemus in Iulio Cęsare, qui regnandi libidine occœcatus, Pompeianas partes tanquam Esau in toto Romano orbe implacabili bello venatus est; totusq; ruber, ciuili sanguine Europam, Asiam, Aphricam inundauit, & cæsorum ossibus constrauit. Putas ne hunc Esau malæ sibi conscię mentis pilis tãquam aculeis quibusdam carere vnquam potuisse, vt nullo metu & sollicitudine vrgeretur? Imò, vt Cic. de Iulio Cæsare, inquit, multo plures ei regi fuerunt, qui exercitu populi Romani, populum ipsum Romanum oppressit, ciuitatemq; non modò liberam, sed etiam gentibus imperantem seruire sibi coëgit. Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes habuisse? quę vulnera? Hos solicitudinũ pilos, qui potentibus & imperium venãtibus innasci soleant, eleganter describit Lucianus, in deorum imaginibus ostendi, quæ à præstantissimis statuarijs sculptæ sunt, ἐκεῖνον γὰρ ἕκαστος τὰ ἐκτὸς ὁ μὲν πασσφόλῳ, ἢ Ζεὺς δὴ πᾶγκαλος, χρυσοῦ καὶ ἐλεφαντος ξυμφεγγασμός, λεφανωμὴ ἀστραπῶν, ἢ τρίαιναν ἔχων τῇ δεξιᾷ, ἢ ὑπὸ λύφας ἰδῆς τὰ φόλοθρα, ὅ φ' μοχλὸς τίνας καὶ γόμφους ἅλας δριμπὰ ξ πεπερονημένους, καὶ λορμὸς καὶ σφῦνας, ἅ πίσσαν ὑπόπλεον, καὶ τοιαῦτα τινὰ πολλὰ ἀμορφίαν ὑποικουρεῖν. ἐὰν λέγῃ μυῶν πλῆθος ἢ μυγαλῶν ἐμπολιτδυόμενον αὐτοῖς φίστε. τοιοῦτον τι καὶ βασιλεία δόξη. Id est. Quelibet statuarum exterius est vel Neptunus, vel Iuppiter, auro & ebore deformata, fulgur aut fulmen, vel tridentem manu gestans, sin verò inclinatus prospexeris interiora, videbis tanquam repagula quædam, cuneos & clauos vtrinque adactos, etiã truncos & fucos, picem lutulentã, & multam huiusmodi deformitatem in illis, omitto dicere muscarum & murium multitudinem, quæ in statuis interdum inuenitur. Tale quiddam etiam regnum est. Interpretatur postea Lucianus quæ sint interiora illarũ statuarũ, quę foris formosę sint, interius verò spurciciarũ plenæ, nẽpe, οὐ φοβοῦς καὶ τὰ δήγματα, ἅ ὑποψίας, καὶ μίσος τὸ πᾶν ἅ σωφόντ, ἅ ἐπιβουλὰς. ἅ δὲ ταῦτα ὕπνον τε ὀλίγον, ἐπιπόλαιον κἀκεῖνον, ἅ ταραχῆς μεστὰ ὀνείρατα, ἅ φόβοις πολυπλόκους, καὶ ἐλπίδας ἀεὶ πονηρὰς. Id est. Timores & morsus, suspiciones, atque odium ab illis quibuscum habitant, insidiæ: Et propter hæc omnia somnus paruus, & hic nõ admodum profundus, somnia terroris plena, cogitationes multiplices, & spes semper vanæ. Hactenus Lucianus principũ vitam

Horatius. *Iuuenal.* *Xenoph. in Hierone.* *Iuuenalis.* *Lucæ 8.* *Gregorius.* *Cice. lib. 3. Offic.* *Lucian. in Gallo.* *Lucian. in eod. loco.*

vitam planè obnoxiam descripsit, quam Esau pilis obsitus satis adumbrat atque refert. Cæterum Iacob אִישׁ תָּם יֹשֵׁב אֹהָלִים Vir simplex habitans in tentorijs, priuatorum figurat vitam, quæ leuis est, nec pilorum villua horret. Hi igitur domestico gaudent ocio, & procul à mundano strepitu semoti, sibi ac suis negotijs canunt. Vacant hi quietis suæ beneficio, omni animi perturbatione metu, suspitione, atq; animi carnificina, & in summa tranquillitate ac securitate vitam agunt. Multi autem sunt & fuerunt, vt scribit Cicero, qui eam quam dico, tranquillitatem expetentes, à negotijs publicis se remouerunt, ad otiumq; profugerunt in his & nobilissimi Philosophi, longeq; principes; & quidam homines seueri & graues, nec populi, nec principum mores ferre potuerunt, vixeruntq; nonnulli in agris delectati re sua familiari. Hactenus Cicero. In hac fœlicitate vitam egit suam Iacob patriarcha nobilissimus, qui à forensi tumultu atque strepitu longe alienus, domesticis suis rebus fruebatur. Proximam à Iacob fœlicitatem meruit Aglaus Psophidius. Senior hic in angustissimo Arcadię angulo paruum, sed annuis victibus large sufficiens, prædium colebat, nunquã eo egressus: atque (vt e vitæ genere manifestum est) minima cupidine minimum in vita mali expertus. Et de Esau & Iacob, quatenus in populo Christiano repręsentãt illos qui vel summa quæque ambiant, vel infima & humili sorte contenti sint, hactenus dictum sit. Sunt item ex nostris qui Esau hunc, quod ruber in mundum editus sit, ad Iudaicum populum referunt. Fuit certè gens illa semper in idololatriam propensa, quod quidem scelus cum prophetæ pro suo in Deum zelo acerbius castigarent. Iudæorum in se sæuitiam prouocarunt. Sunt igitur ab illis immerito supplicio affecti omnes ferè Prophetæ quos illa gens habebat, dum penes reges omnes Iudæorum res essent. Isaias propheta longe omniũ clarissimus, lignea serra à Manasse rege terrimo, in duas partes scissus est, Hieremias lapidib⁹ obrutus. Sub Achab alterí⁹ Israëlitici populi rege, Prophetę sunt ferè omẽs interfecti, Iasebel pessima muliere illos persequente. Quum igitur Iudæi tam sæui in optimos quosq; fuissent, Deus illos per Esaiam prophetam in hunc modum affatur יְדֵיכֶם דָּמִים מָלֵאוּ id est: Manus vestræ sanguinibus plenæ sunt. Sunt enim hæc prophetæ verba non tam præteritorum exprobratio, quã etiam futurorum prędictio. Vnde & saluator ad Iudæos loquitur: Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Illi enim interfecerunt missos ad se Prophetas, vos iugulate patrisfamilias filium, vnde etiam dicebant: Hic est hæres, venite occidamus eum. Nec minus etiam grassabantur in discipulos. Hinc lapidatus est Stephanus, flagellati Apostoli. Verum nihil æque Iudæos rubros atque sanguinarios facit atque Christi Seruatoris nostri sanguis, quem furore pleni sibi ac filijs suis imprecati sunt: Sanguis, aiebant, eius super nos & super filios nostros. Hæc est rubra illa coctio quam impia gens non solum sibi parauit, sed etiam posteris & nepotibus propinauit. Neque alio nomine hæc coctio, digna appellari fuit, nisi lenticulæ voce. Et siquidem lens peculiare quoddam Ægyptiorum legumen, quod ibi adeo benignè prouenire solebat, vt etiam ad alias terras exportaretur, quod Augustinus fatetur: Lenticula, inquit, est cibus Ægyptiorum. Nam ibi abundat in Ægypto, vnde magnificatur lenticula Alexandrina, & venit vsque ad terras nostras, quasi hic non nascatur lenticula. Sed & apud exteros scriptores lentes ab Ægypto cognomen traxerunt, Vergilius lẽtes appellat pelusiacas. Est enim Pelusium oppidum in Ægypto, optimè historiographis omnibus notum & celebratum.

Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis

Sed & Ouidius nouit Ægyptias lentes, easq; Nili appellat, à Nilo celebratissimo Ægypti flumine nulli non cognito.

Et pereunt lentes aduena Nile tuæ.

Lucianus prouerbialiter vsurpat Ægyptiam lentem vt sit pro loco angusto, ἀνεμνήσθην περὶ ὅσου χωρίου κεῖ' οὐδὲν φακοῦ αἰγυπτίου πλατύτερον τοσοῦτοι ἐπῶσον ἀγγείῳ καὶ λακεδαιμονίων μιᾶς ἡμέρας. Id est. In mentem mihi venit, ob quam terram, quæ in nullo latior erat lenticula Ægyptia,

Cicero lib. 2. Off. *Plinius lib. 7.* *Matt. 23.* *Matt. 21.* *Matt. 27.* *Aug. in Psal. 46.* *Verg. lib. 1. Geor.* *Ouidius Fast.* *Lucianus in Icaromen.*

ptia, tot Argiui & Lacedæmonij vna die occubuerint. Sed vt Esau Ægyptium hunc cibum appetendo, à primogenituræ priuilegio excidit: sic Iudæi ob Christi sanguinem innocenter effusum, à Deo reiecti sunt. Quid de lente censuerint Ethnici satis declarat quidam apud Athenæum quando ait.

Athenæus libr. δ δειπνο.

ἰδοὺ κύλιξ σοὶ καὶ τράπεζα καὶ φακοί.
μὴ μοὶ φακοὺς μὰ τὸν Δί' οὐ γὰρ ἥδομαι.
ἢν γὰρ τράγῃ τις τοῦ σώματος ὄζει κακόν.

Id est.

Ecce tibi calix & mensa & lentes.
Per Iouem ne mihi lentes, non enim delector,
Si enim quis comederit, tum ex ore malè olebit.

Caput XXVI. Genesis.

Iam sequentia videamus. Orta autem fame super terram post eam sterilitatem quæ acciderat in diebus Abraham: abijt Isaac ad Abimelech regem Palestinorum in Gerara. Apparuitq; ei Dominus, & ait: Ne descendas in Ægyptum, sed quiesce in terra quam dixero tibi, & peregrinare in ea, eroq; tecum, & benedicã tibi. Fames Hebraicè vocatur רעב, Græcè λιμός. Habet

Hesiodus.

verò varia epitheta apud Græcos. Hesiodus famem appellat ἀτερπῆ, quasi dicas inamœnam & insuauem. Reddit quidem fames omnem cibum suauem, vt prouerbium loquitur: Optimum cõdimentum fames: & Horatius canit: Ieiunus raro stomachus vulgaria temnit: tamen seipsam fames edulcare non potest. Idem

Hesiodus.

Hesiodus alibi famem appellat ἄιθοπα, id est, nigram, ab effectu. Sunt enim famelici nigri & fames solet nigriores reddere. Hunc Græcismum imitantur Germani, qui famem appellant nigram. Hunc famis nigrorem eleganter describit Ba-

Basilius de fame.

silius hisce verbis. ὁ χροῦς ἄνθος οὐκ ἔχει. τὸ μὲν γὰρ ἐρυθρὸν φεύγει ἐκτηκομένου τοῦ αἵματος, τὸ λευκὸν οὐκ ἔστι, τῇ ἰχνότητι τῆς ἐπιφανείας μελαινομένης, τὸ λιβιδῶν δὲ τὸ σῶμα, ὠχρότητι καὶ τῷ μέλανι ἐλεεινῶς ἐκ τοῦ παθους κρινομένου. Id est. Color florem non habet, rubor fugit sanguine iam tabido, neq; albedo inest cum propter maciem superficies iam nigra facta sit, liuidum verò corpus est facile significans suam afflictio-

Verg. lib. 6. Æneid.

nem pallore & nigrore. Fames à Virgilio voçatur male suada, vt quę hominem cibi inopia, ad nefandas & inhumanas dapes inuitare atq; adigere soleat. Extãt huius afflictionis heu permulta nimis exempla, quę à veteribus scriptoribus petenda sunt. Horribile lectu est, quid Samaria regia regum Israël ciuitas à fame pertulerit: nec latet quid Hierosolyma à Romanis obsessa, fame ingruente, sustinuerit: omitto dapes tragico cothurno deflendas dignas. Hannibal Carthaginensis Imperator Saguntum Hispaniæ oppidũ atroci fame domitũ, solo æquauit. Hinc Saguntina fames in prouerbiũ venit, de perniciabili & quæ interitum afferat, qualem Græci appellant βουλιμίαν. Et certè inter varias humanæ vitæ clades & mortes, quæ homini accidere solent, fame mori omnium longè miserrimum est, quod & Homerus diuino suo ingenio testatur.

Homerus od. μ.

τοῖσι μὲν ἐν γε θάνατοι δηλοῖσι βροτοῖσι.
λιμῷ δ' ὀϊκλέον θανέειν καὶ πότμον ἐπιαπτῆν.

Id est.

Dura quidem miseris mors est mortalibus omnis.
At perijsse fame, res vna miserrima longe est.

Quale verò suppliciũ sit fame mori, graphicè describit Basilius. τῶν λιμῷ θανάτῳ μοχθηρότερον τέλος οὐ φέρω. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων κινδύνων, ἢ ξίφους ἀκμὴ τὴν τελευτὴν ὀξέως ἐφίησιν, ἢ πυρὸς ὁρμὴ σωματῶν τὸ ζῆν ἀποσβέννυσιν, ἢ θηρία τοῖς ὀδόντσι διακόψαντα ὅσα καίρια τῶν μελῶν, οὐ συγχωρεῖ τῇ παρολκῇ τῆς ὀδύνης τιμωρηθῆναι, λιμὸς δὲ ἀργὸν ἔχει τὸ κακόν. παρέλκουσαν τὴν ἀλγηδόνα, ἐγκαθημένην τῷ νόσῳ, καὶ ἐμφωλεύουσαν, θάνατον ἀεὶ παρόντα, καὶ ἀεὶ βραδυνόντα. τὸ θερμὸν κατεσβέσας τὸν ὄγκον ὑγρὸν ἐνδιαπανᾷ. τὸ θερμὸν κατεψύχει. τὸν ὄγκον συνέλλει τῇ δυνάμει πάντ' ὀλίγον ἀτομαίνει, ἢ σάρξ ὡς ἀραχνίον τοῖς ὀστοῖς περίκειται. γόνατα οὐ βασάζοντα, ἀλλὰ πρὸς βίαν ἑλκόμενα, φωνὴ λεπτὴ καὶ ἀδρανής, ὀφθαλμοὶ ἐνανδενοῦντες τοῖς κοιλότησιν ἐικῆ τοῖς θήκαις ἐνεπτοκέναι, ὡς τὰ τοῖς ἐλύτροις ἐμψυχόντα τῶν ἀκροδρύων, γαστὴρ κενὴ καὶ συμπεπτωκυῖα καὶ ἄμορφος, οὐκ ὄγκον, οὐ φυσικὴν τῶν σπλάγχνων ἐπίτασιν ἔχουσα, τοῖς ὀστοῖς δὲ τοῦ νώτου προσπεπλασμένη. Id est, Mors q̃ à fame fit, omniũ est laboriosissima: In alijs quidem periculis aut gladij acies celeriter mortẽ affert, aut ignis impetus statim vitã extinguit, aut bestia dentibus vitalia membra dilacerans, non sinit longo doloris tractu hominem cruciari. At fames lentum quoddam habet malum, longum dolorem, insidentem morbum & intestinum, mortem semper præsentẽ & tamen semp tardantem, humorem qui à natura est, consumit, caliditatem infrigidat, molem contrahit, vires paulatim imminuit, caro tanquam

tanquam araneæ tela ossibus adhæret, genua nõ ferunt, sed violenter trahunt, vox exilis & debilis, oculi infirmi ipsi cauitati vt thecis insident, quemadmodum maturæ nuces putaminibus vix inhærent, venter inanis & labens deformisq; neq; tumorem neq; naturalem intestinorum extensionem habens, sed dorsi ossibus adhærens. Hactenus Basilius. Fuerunt tamen qui in afflictionibus suis ad hanc mortem longè omnium grauissimã, tanquam ad malorum remedium, confugerent, vt seipsos fame interimerẽt. Refert

A. Gell. li. 3. att. Plinius lib. 11.

A. Gellius ex Varrone, quod quibus cõsilium est inedia mori, septimo die mortẽ oppetere, neq; vt Plin. scribit, ante septimũ diẽ letalis inedia est. Sysigambis, vt

Q. Curt. lib. 10.

auctor est Q. Curtius, Darij regis Persarũ mater mortuo Alexãdro Magno, ingenti dolore affecta est, & mori destinauit, abstinuitq; cibo & luce. Quinto postquam mori statuerat die, fame extincta est. Quid verò sit fames siue esuritio,

A. Gell. li. 16. noct. att.

ostendit A. Gellius ex Erasistrati medici verbis quum inquit: Esuritionem faciunt inanes patentesq; intestinorum fibræ, & caua intus ventris, & stomachi vacua hiantia: quę vbi aut cibo complentur, aut inanitate diutina contrahuntur & conniuent, tunc loco, in quem cibus capitur, vel stipato, vel adducto, voluntas capiendi eius desiderandiq; restinguitur. Meritò quæri posset, an huic afflictioni tam graui mederi possit aliqua alia re citra cibum. Refert A. Gellius ex

A. Gell. eodem lib.

Erasistrato medico Scytharum morem, quos scribit, cum sit vsus vt famem longius tolerent, fascijs ventrem strictissimè circumligare. Ea ventris compressione esuritionem posse depelli creditũ est.

Plutarchus de tuenda bo. va.

Simile quid refert Plutarchus de Lydis, quos scribit si quando fames & annonæ penuria inciderit, ita transigere tempus, vt alternis diebus pascantur, deinde ludant ac tesseris certent. Hactenus plutarchus. Sed quid an putabimus ventrẽ latrantem & fame rugientem huiusmodi lusibus, vel vocum symphonia demulceri posse, vt eum famis capiat obliuio? non puto, neque enim venter aures habet vel oculos, vt talibus illecebris capiatur. Sed iam ad scripturæ locum veniamus. Ex quo Abraham ab Assyrijs recesserat, & ad Syros habitatum venerat, semel atque iterum terra illa atroci fame conflictata est, & Abraham quidem inopia rei frumentariæ adigente, in Ægyptum concesserat, quo numerosam suam familiam à fame vindicaret. Rursus eadem grauius incumbit, vsque adeò, vt Isaac profectionem quoque in Ægyptũ destinaret, relicto natali suo solo, cæterum à destinato itinere diuinitus prohibetur, & ad Abimelech regem Palestinorum, annonæ inopia adigente, diuertit. Qui sic fame vrgente alio demigrant vocantur à Græcis λιμοδωρίας, è Dorensibus qui Peloponeso fugerant annonæ inopia, & Rhodon insulam atque Chium profecti erant. Egit igitur Isaac tempus aliquod apud regem Abimelech, & primo quidem summo studio nuptias quæ sibi cum Rebecca intercedebant, dissimulabat: metuens ne sibi vxoris elegantia fraudi esset, egitq; propalam fratrem magis quàm maritum, atq; mansit inter ipsos clandestinum coniugium, donec regi Abimelech fucus aperiretur. Hic incertum forte fortuna ne, an, quod vero propius est, dedita opera, per ædium rimam, in quibus Isaac agebat, videt illum liberius & licentiùs cum Rebecca credita sorore genio indulgentem, quàm naturæ verecundia, inter fratrem & sororem sinit. Neq; enim credibile est Isaac singulari castitate præditum, in omnium oculis, & publicitus, Cynicorum more, cum vxore rem habuisse. Et hoc scriptura his verbis indicat: ¶ Quumq; pertransissent dies plurimi, & ibidem moraretur, prospiciens Abimelech rex Palestinorum per fenestram, vidit eum iocantem cum Rebecca vxore sua. ¶ Quod nos legimus, iocantem, in Hebræo legitur מצחק, id est, ridentem. Vsurpat haud dubio sacra lingua verbum ridere, hoc in loco honestè pro σωουσιάζειν, pro iusta Venere vti. Hinc sumptum videtur quod Venus semp à Græcis poëtis ridere fingitur, vnde multis locis ab Homero φιλομειδὴς appellatur, quod perpetuò ridere amet.

Homer. li. γ. ιλιαδ.

τῇ δ' ἄρα δίφρον ἔλουσα φιλομειδὴς ἀφροδίτη.

Et apud Theocritum semel atq; iterum legitur: χ' ἁ μάτηρ γελάσασα.

Id est:

Et mater, Venus videlicet, ridens. Et

ἦλθε γε μὰν ἁ δαῖα καὶ ἁ κύπρις γελάοισα.

Id est.

Theocritus.

Venit dulcis Venus ridens.

Hunc Isaac cum sua Rebecca risum retulerunt veteres Theologi ad Christi filij Dei diuinitatem, quę cum humana natura commertium quoddam inijt. Neq; enim fieri potuisset, vt diuinitatis maiestatem, natura intelligeret humana, nisi illa sese in hilariorem formam transformasset, & verbum caro factum fuisset. Neq; illud ab Isaac risu erga Rebeccam alienum erit, si intelligamus virum non debere cum vxore seria & ardua tractare negotia: neq; enim satis tutum erit, si mulier conscia erit omnium viri sui secretorum: sed illa communicanda sunt vxori, quę amœna sunt & voluptatem afferre possunt. Est enim mulier non admodum secretorum tenax, & plena rimarum hac atq; illac perfluit. Sed & prouerbium celebratur: Nec mulieri, nec gremio credi oportere: quod illa incerti, ac leuis sit animi, & plerunq; fiat, vt in gremio posita, cum in obliuionem venerint, exurgentibus procidant. Hinc Vergilius canit: Varium & mutabile semp, Fœmina. Sed & Propheta Micheas monet ne temere arcana nostra mulieri committamus: מִשְׁכַּבְתָּ חֵיקֵךְ שְׁמֹר פְּתָחֵי פִיךָ Id est: Ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui. Quinetiam Salomon in Ecclesiaste hæc de mulieribus sentit: אָדָם אֶחָד מֵאֶלֶף מָצָאתִי וְאִשָּׁה מִכָּל אֵלֶּה לֹא מָצָאתִי Id est: Hominem vnum ex mille inueni, mulierem autem in omnibus istis nõ inueni. Forsitan Salomon suo edoctus erat exemplo mulieribus nõ credendum, per quas offenderat Deũ. Sed & Dalila causa fuit interitus Sampsonis, quæ archanum eius septem dierum expressit lachrymis, & amore simulato quod latebat inuenit: Vnde Sampson postea loquitur: Nisi domuissetis vitulam meam, non inuenissetis propositionem meam. Vidit hæc omnia diuino suo ingenio Homerus, mulierem non semper viri sui secretorum consciam esse debere, sed illa semper illi communicanda, quæ vel auditu vel relatu volupe esse possint. Male habebat Iunonem, quod Iuppiter omnia suo consilio semper agebat, nec vnquam illam in consilium adhibuisset, & proinde petulantioribus verbis Iouem incessere ausa erat. Tum vt Homerus canit:

Mich. 7.

Eccl. 7.

Iudic. 13.

Homerus ἰλιαδ. α.

ἦρη, μὴ δὴ πάντας ἐμοὺς ἐπιέλπεο μύθους.
εἰδήσῃ, χαλεπὸς τοι ἔσοντ' ἄλοχῳ περὶ οὖσα.
ἀλλ' ὅ γε μὴ κ' ἐπιεικὲς ἀκούοιμεν, οὔ τις ἔπειτα.
οὔτε θεῶν πρότερος τόνγ' ἔσεται οὔτ' ἀνθρώπων.
ὅν δ' αὖ ἐγὼν ἀπάνευθε θεῶν ἐθέλοιμι νοῆσαι.
μὴ τί σὺ ταῦτ' ἔκπαγλα διείρεο, μὴ δὲ μετάλλα.

Idest.

Ille refert contra, ne Iuno subdola speres,
Omnes te semper sermones noscere nostros.
Nam tibi erunt, quamuis coniunx sis nostra, dolori,
Quæ tum audiui iusta aut iucunda relata
Cognoro, nec erunt lingua reticenda fideli.
Illa prius nulli memorabo hominumq; Deumq;.
Si qua tamen solus Dijs ignorantibus ipse
Scire volo, hæc Iuno simul inquisita relinquas,
Nec velis anxiferis rimari singula curis.

Hoc Homeri præceptum optimè seruasse videtur Ouidius, qui Iouem suum cum sua Iunone, non serias curas, sed iocos agitasse canit. *Ouid. li. 3. Metam.*

Forte Iouem memorant diffusum nectare curas
Sepositisse graues, vacuaq; agitasse remissos
Cum Iunone iocos.

Canit Homerus Vlyssen ad inferos descendisse, & heroum manes sanguine in scrobem fuso, euocasse. Eratq; inter illos Agamemnon Troici belli imperator, qui cædem suam ab vxore Clytemestra subornatam Vlyssi enarrat, monetq; ne vlli mulieri ita familiaris sit, vt secreta sua illis apire velit, sed summo iudicio nõnulla illis reuelanda, aliqua etiã occultãda, vt tẽpus postulare videatur.

τῷ νῦν μήποτε καὶ σὺ γυναικὶ τῷ γε πιθοῦ εἶναι. *Homer. li. μιδ' ὅ τι μῦθον ἅπαντα πεφασμένον ἔνθ' οὐ λ. ὀδυσ. εἰδῇς.*

ἀλλὰ τὸ μὲν φάσθαι, τὸ δὲ κεκρυμμένον εἶναι. *.i.*

Ergo nunquam ita familiaris vxori tuæ esse velis,
Vt omnem ei sermonem quem sciueris edissere velis.
Sed pars quidem dicenda est, pars vero occultanda.

Auctor est Plutarchus, Catonẽ illum Censorium μεταμεληθῆναι ἐν παντὶ τῷ βίῳ τρεῖς μεταμελείας, μίαν μὲν ἐπὶ τῷ γυναικί τι εἰπεῖν λόγον ἀπόῤῥητον, ἑτέραν δὲ πλεῦσαι ὅπου δυνατὸν ἦν πεζεῦσαι. τὴν δὲ τρίτην, ὅτι μίαν ἡμέραν ἀδιαθετεῖν ἐμείνειν. Id est. Pœnituisse in tota sua vita tres pœnitentias, vnam si mulieri secretum sermonẽ credidisset, alteram si nauigasset quo pedes proficisci potuisset, tertiam, si vnam diẽ imparatus expectasset. Sic ergo Isaac, si allegoriam spectare velimus, cum sua Rebecca, non adducta fronte sermones habuit graues, sed iocos egit hilariores, *Plutarchus in Catone Censor.*

dum

dum nulla secreta negotia & recondita apud illam seponere tuto auderet, sed illa duntaxat credidit, quæ minus noxia futura essent, si in vulgus emanassent. Et Isaac quidem dissimulato coniugio cum Rebecca in aulico regis Abimelech famulicio egit, donec techna prodita, rex capitalem pœnam proponeret illis qui Rebeccam adulterare ausi essent. [Qui tetigerit hominis istius vxorem, morte morietur.] Egregie sanè & rege Abimelech digna sententia qua adulteros flagitiosissimum hominum genus, capitali supplicio afficiendos censuit. Egit hoc prior optimus rex, quod post aliquot sæcula Deus contra adulteros decreturus erat, vt mortis supplicio in adulteros vindicarei, quod quidem ne in obliuionem veniret, scripto etiam in suas leges referri volebat, *Leuit. 20.* וְאִישׁ אֲשֶׁר יִנְאַף אֶת אֵשֶׁת אִישׁ אֲשֶׁר יִנְאַף אֶת אֵשֶׁת רֵעֵהוּ מוֹת יוּמַת הַנֹּאֵף וְהַנֹּאָפֶת Id est. Et vir qui mœchatus fuerit cum vxore viri, qui inquam mœchatus fuerit cum vxore proximi sui, morte moriatur: tam adulter quàm adultera. Et profectò si veterum scriptorum monumẽta, edictaq; regum, & prudentum sanctiones euoluere voluerimus, inueniemus dura supplicia, & animaduersiones seueras semp adulteris illatas. Qualiter vero accepti sint ostendit Xenophon. *Xenophon in tyran.* μόνους γοῦν τοὺς μοιχοὺς νομίζουσι πολλαὶ ἤδη πόλεων νιπτουσαὶ ἀποκτίνειν, δηλονότι διὰ ταῦτα, ὅτι λυμαντῆρας αὐτοὺς νομίζουσι τῆς ἤδη γυναικῶν φιλίας πρὸς τοὺς ἄνδρας εἶναι. Id est. Putant aliquæ ciuitates solos adulteros impunè occidi posse, ob hanc causam videlicet, quoniam putant ipsos corruptores esse amicitiæ mulierũ erga viros suos. Author est Suetonius Augustum Cæsarem Proculum ex acceptissimis libertis mori coẽgisse, cõpertũ adulterare matronas. Sed & Christianorum Imperatorum edicta temeratores aliarum nuptiarũ gladio puniunt. Si quis ei quem de sua vxore suspectum habet, ter denunciauerit in scriptis, sub præsentia trium testium fide dignorum: & post inuenerit eum conuenientem suæ vxori in domo sua vel vxoris vel adulteri, aut in popina, aut in suburbanis: sine periculo eum perimat. Si alibi eum inuenerit tribus testibus conuocatis, tradat eum iudici: qui nulla alia ratione exquisita, habeat puniendi licentiam. Erat olim apud *Suetonius in Aug. C. lib. 9.*

Romanos lata lex Iulia, de adulterio, sed iniqua & viris libidinis frena permittẽs, quæ marito tantum adulterij accusatiõnem contra vxorem permittit, vxori verò aduersus maritum nihil largitur omnino. Ex hac lege orta videtur iniquissima illa vox Catonis, qua nihil tetrius, & ad virorum libidinem alendam aptius inueniri potuit. In adulerio si vxorem tuam deprehendisses, sine iudicio impunè necares: illa te (si adulterares) digito non auderet cõtingere, neq; ius est. Hæc libidinosa sententia Catonis, incredibile dictu est, quãtopere grata sit maritis, vt quam tanquam ex tripode reddita esset, cupidè amplectantur. Igitur videre iam est adulterium in viris quidem nullum censeri crimen, libidinantur impunè, pellices alunt, nothos ex illis susceptos vxorum oculis impudentissimè ingerũt, venitq; adulteriũ, vsq; adeò in cõtemptum, vt neq; ciuilibus legibus, neq; ecclesiastica authoritate plectatur. Quinetiam adulterij exprobratio iam cum risu excipitur, in sola muliere flagitium habetur, hæc si in leuem suspicionem venerit, meretricis cognomen sortitur, viro nihil à pristina dignitate decedit. Sed, vt Ouidiano versu vtar, Fœmina quid faciat, cum vir sit turpior ipsa? Sed hæc impia virorum persuasio, ex paganismo profecta videtur, vbi viro scelera impunita esse putabantur, & passim per lupanaria & ancillulas libido permittebatur quasi culpam dignitas faciat, non voluntas. At qui Christiani leges colimus seueriores, apud nos, quod non licet fœminis, æquè non licet viris & eadem seruitus pari cõditione censetur. Monent Apostolicæ literæ viros, vt vxoribus suis honorem deferant, & amore prosequantur. ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμήν, id est: Vt infirmiori vasculo muliebri honorem habeant. Sed & in Paulinis Epistolis frequens est, ὀφείλουσιν οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶν τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας, ὡς τὰ ἑαυτῶν σώματα, ὁ ἀγαπῶν τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, ἑαυτὸν ἀγαπᾷ, id est: Viri debent diligere vxores suas, vt sua corpora, qui diligit suam vxorem, seipsum diligit. Apostolicum hoc præceptum optimè vidit Homerus, qui de propria vxore diligenda ita canit: *A. Gell. lib. 10.* *Ouidius.* *1. Pet. 3.* *Eph. 5.*

ἐπεὶ ὅσις ἀγαθὸς, καὶ ἐχέφρων, *Home. li. 1 ἰλιαδ.*
τὴν ἑὴν φιλίει, καὶ κήδεται.

 Id est:

Id est.

Nam quicunq; bonus cordatum pectus habebit,
Ille suam vxorem summo complexus amore
Diligit, ac illi solitos ostendit honores.

Sed quo alio argumento clarius vir poterit suum erga vxorem studium declarare, nisi sincero erga illā amore, cum illum viderit mulieres alias præ se omnes contemnere, soli ipsi vni animum oculosq; adijcere, nusquam gentium voluptates captare nisi in se vna: sic facilè vxoris animum vicissim in suum poterit amorem pellicere, & vni sibi obnoxium reddere. Has leges esse viri ad vxorē tradit Aristoteles. Maximus honor est, inquit, sobriæ mulieri, si cernat virum suū, obseruantem sibi castitatem, nec de vlla muliere magis cogitantem, sed præ cæteris omnibus hanc, & suam & fidam sibi existimantem. Tanto enim magis studebit mulier, se talem præstare, quanto se cognouerit fideliter atq; iustè à viro diligi. Damnat autem idem Philosophus omnem congressum, nisi cum vxore. Πρὶν δὲ τῆς πρὸς ἄλλην ἢ πρὸς ἄλλον ἔτω μὴν ἁπλῶς μὴ καλὸν ἀπτόμενον, φαίνεσθαι, μηδ' ἁμῶ μηδ' ἁμῶς, ὅταν ἢ καὶ πρόσαγορευθῇ πόσις. περὶ δὲ τὸν χρόνον τὸν τῆς τεκνοποιίας, ἐὰν τὶς φαίνηται τοιοῦτον τι δρᾷν, ἀτιμίαν ζημιόδω πρεπούσην πρὸς τὴν ἀκρασίαν. Id est: Omnis verò coitus cū altera vel altero, prorsus sit interdictus, quoniam cum coniunx sit appelletur etiam. Quod si quis deprehensus fuerit cōtra facere per tempus procreationis, dignam pro delicto pœnā reportet. ¶ Seuit Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum, benedixitq; ei Deus. ¶ Hanc Isaac messem, scriptura, vt significaret vberē esse, & pleno, vt aiunt, copiæ cornu effusam, centenario numero exprimit. Neq; enim credibile est, sacram scripturam centuplum sic intelligere, tanquam certus sit & diffinitus numerus, supra & infra quē nihil esse posset, sed pro copioso & amplissimo numero. In hac significatione, centum à Latinis scriptoribus vsurpari solet. Plinius de tritico sic scribit. Fertilissima tritici genera, ramosum, aut quod centigranum vocant. Triticum hoc centigranum, non est centum granis onustum, sed fertilissimum. Et alibi scribit rosas differre multitudine foliorum, asperitate, liuore, colore, odore. Paucissima quina folia, ac deinde numerosiora, cum sit genus eius quam centifoliam vocant: quæ est in Campania Italiæ. Rosa hæc centifolia à foliorum multitudine nomen accepit: Sunt quoque insecta centipeda appellata, non quod centum habeant pedes; sed quod multos. Alibi Plinius laudans Siciliæ fertilitatem, cum centesimo quidem, inquit, & Leontini Siciliæ campi fundunt, alijq; & tota Bætica, & inprimis Ægyptus, cum centesimo haud dubio cum maximo terræ fœnore dixit Plinius. Sic quoque in præsenti hoc scripturæ loco centuplum illud, quod Isaac ex sua satione percepit, intelligendum videtur; vt sit illum maximos frumentorum aceruos, diuina benignitate, messuisse. Et hoc scriptura clarè significat cum ait, benedixitq; ei Deus, quod Hebraicè legitur וַיְבָרְכֵהוּ יְהוָה, id est. Et benedixit ei Deus: vox, Et, intelligitur Hebraico idiomate hic pro, enim, vt sit: Isaac illo anno centuplum inuenisse, benedixit enim ei Deus. Consueuit enim scriptura coniunctionem, Et, pro enim accipere. Sic in Esaia legimus וְנַחְנוּ חָטָאנוּ וָפָשַׁע id est. Ecce tu iratus fuisti, & peccauimus: pro, peccauimus enim. Sed & Lucæ illud sic intelligitur: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, Et pro enim accipitur: vt sit: Benedicta tu in mulieribus, benedictus enim fructus ventris tui. Vergilius quoque canit: Audieras, & fama fuit; vt sit: Audieras, fama enim fuit. Hæc visum est huc afferre, quo clarius intelligeretur locus huius libri Geneseos, de Melchizedeck, qui protulit panem & vinum: & ipse sacerdos Dei altissimi: vt sit: Ipse enim sacerdos Dei altissimi. Scio quem nodum in scirpo hoc quærant pseudeuangelici ob linguarum imperitiam: qui vt in multis alijs, ita in hoc quoque loco, tànquam in meridiana luce cęcutiunt. Cæterum, vt scriptura hæc refert, Isaac messem fecit vegrandem, quod Deus illam bonitate sua prosequutus fuisset. Nec dubium est Isaac primo omnium Euangelicum hoc præceptum obseruasse. Quærite primum regnum Dei & iustitiam eius, &

Aristoteles in œconom.

Aristot. li. 8 πολιτικ.

Plin. li. 21

Plin. li. 18

Plin. li. 18

Esa. 64.

Luc. 1.

Vergil. Eclog. 9.

& hæc omnia adijcientur vobis. Et quidem Deus inprimis precandus est, vt hominum studia & labores bene fortunet; sic enim fœliciter atq; optato omnia cedent. Quod quidem cum in omnibus laboribus semper faciundum sit, tum verò in agricolatione, qua nihil Deus homini dedit vtilius; quocirca etiam illius presidio auspicanda semper erit. Monēt idem ethnici quoq; scriptores. Hesiodus agricolationis magister sic præcipit.

Hesiod. li. β. περὶ ἔργ.

εὐχεσθαι δὲ Διὶ χθονίῳ Δημήτερι θ' ἁγνῇ
ἐκτελέειν βόλβην Δημήτερος ἱερὸν ἀκτήν
Supplica Ioui terreno, & castæ Cereri,
Vt terræ prouentus grauent almam Cereris tellurem.

Docet idem elegāter Xenophon cum sic scribit, ὅτι ἡ γεωργικὴ τὰ πάντα δίδωσι ἀνθρώπῳ ἀδίκως τὰ τρόφιμα τρέφουσα. καὶ γὰρ χάλαζαν τὰ πάντα φύειν ἐνίοτε καὶ ἀνομβρίαν καὶ ὄμβρους ἀβαίους τε ἐρυσίβας, καὶ ἄλλα πολλάκις τὰ καλῶς ἐγνωσμένα καὶ τεταιμμένα ἀφαιροῦντα. καὶ τροφάτα δ' ἔνιοτε κάλλιστα τεταγμένα νόσῳ ἐλθοῦσα κατέπεσε ἀπώλεσεν. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Σωκράτης ἔφη, ἀλλ' ὦμέν ἔγωγε σε ὦ Κριτόβουλε εἰδέναι, ὅτι οἱ θεοί, ὀδὲν ἥττον εἰσὶ εὔνοιοι, ἢν γὰρ τῇ γεωργίᾳ ἔργῳ, ἢ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ καὶ τοὺς μὲν ἐν τῷ πολέμῳ ὁρᾶς οἴμαι πάνυ τῶν πολεμικῶν πράξεων ἀβαρισκευμένους τοῖς θεοῖς, καὶ ἐπερωτῶντας θυσίας καὶ οἰωνοῖς, ὅ, τι τε χρὴ ποιεῖν, καὶ ὅ, τι μή. περὶ δὲ τῶν γεωργικῶν πράξεων, ἥττον οἶει δεῖν αὐτοὺς θεοὺς ἱλάσκεσθαι· εὖ γὰρ οἶδ' ἔφη ὅτι οἱ σώφρονες, ἐν τῷ γεωργεῖν καὶ ξυνεῖναι καρπῶν, καὶ βοῶν καὶ ἵππων καὶ προβάτων, καὶ ὑπὲρ πάντων γε δὴ τῶν κτημάτων αὐτοὺς θεοὺς θεραπεύουσιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔφη ὦ Σώκρατες, καλῶς μοι δοκεῖς λέγειν, βουλεύων πειρᾶσθαι σὺν τοῖς θεοῖς ἄρχεσθαι παντὸς ἔργου, ὡς τῶν θεῶν κυρίων ὄντων, ὀδὲν ἥττον τὰ ἀρμοῖν ἢ πολεμεῖν ἔργων. i. Multa sunt in agricolatiōe, quæ fieri nō possit vt homo satis præuideat. Sunt enim grandines, pruinæ, interdum siccitates, pluuiæ vehementiores, atq; rubigo, & complura alia; quæ frequenter deuastant ea, quæ eleganter & incœpta sunt, & perfecta. Oues quoq; bene educatas, interdum morbus ingrues pessimè perdit. Quum Socrates hęc audisset, inquit: Atqui ô Critobule putabā te scire, quoniam dij ipsi non minus domini sint earum rerum quæ in agricolatione fiant, quàm quæ in bello. Et milites quidem videres ni fallor, priusquam congrediendum erit, Deos placātes, sacrificijs & augurijs exquirentes, quid facto opus sit, & quid non, in rebus verò rusticis putas minus opus esse, vt dij placētur, & propicij sint? Tum inquit ille. Bene censes. Nam prudentes deos rogant, & pro humidis & aridis fructibus, pro bobus & equis, atq; ouibus, denicq; & pro rebus omnib. Sed Socrates inquit. Pulchrè mihi visus es dicere. Nempe conari nos debere vt cum ipsis dijs omne negotiū incipiamus, quippe cum dij ipsi nō minus domini sint rerum quæ ad pacem pertineāt, quàm quæ ad bellum. Sed & Vergilius idem præceptum agricolis dat, vt à diuino cultu agricolationem incipere velint.

Xenophon. οἰκονο.

Verg. libr. 1. Georg.

In primis venerare Deos: atq; annua magnæ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis,
Extremæ sub casum hyemis, iam vere sereno.

Sic ergo Isaac verum Deum coluisse satis constat, & pietatem, virtutesqúe alias semper rebus omnibus potiores habuisse, & in primis duxisse: sequutæ verò pietatem eius sunt opes, tanquam secundæ classis bona. Refert quoq; sacra scriptura in primis sanctimoniam & pietatem Iob: deinde pecuniam, armentorum boumq; greges, quibus tum opes constabant. ¶ Et locupletatus est homo, & ibat proficiens atq; succrescens, donec magnus vehementer effectus est: habuitq; possessiones ouium & armentorum & familiæ plurimum. ¶ Quàm occultè quidem simplicioribus, sed ocularis quidem satis clarè Moyses declarat Isaac innocentiam, & possessionum eius iustam comparationem ostendit. Scribit igitur Moyses Isaac non subitò, neque vnius anni prouentu, ad maximas diuitias euectum, sed paulatim, & per gradus quosdam ditatū; honesto suo labore, peruigilicq; cura. Nec aliud certius signum diuitiarum iniustè partarum est, quàm subita illa & præpropera opum affluentia, quæ meritò nulli non suspecta esse solet: idque eo magis quum inquilinū in alieno solo præter cæteros subitò beari contigerit. Huc respexit ille, qui Syllæ iactanti sese, dixisse legitur. Quomodo vir bonus esse potes, qui tantas possideas opes, quum à patre nihil tibi sit relictum? Circumfertur apud Græcos versiculus è Menandri comœdia.

Iob 1.

Plutarc. in Syr.

Menand.

οὐδὲς ἐπλούτησε τάχ' ὡς δίκαιος ὤν.

Nunquam vir æquus, diues euasit cito

Vidit hoc graue humanæ mentis vicium Paulus, nempe velle ditari, neq; diuinas neque humanas curare leges, nihil quicquam pensi habere; sed per fas & nefas, quicquid vsquam est pecuniarũ corradere velle. Qui volunt, inquit, diuites fieri, incidunt in varias tentationes, & in laqueos diaboli. Quid consentaneum est illum sequi, qui diues fieri vult, nisi illud quod Satyricus poëta scribit:

1. Tim. 6.

Iuuen. Satyra 14.

Nam diues qui fieri vult
Et cito vult fieri, sed quæ reuerentia legum?
Quis metus? aut pudor est vnquam properantis auari?
Et qui per fraudes patrimonia conduplicare,
Dat libertatem, & totas effundit habenas
Curriculo, quem si reuoces subsistere nescit,
Et te contempto rapitur, metisq; relictis.

Parem sententiam, sed longè grauiorẽ in prouerbijs suis Salomon loquitur עָשִׁיר לֹא יִנָּקֶה לְחַשֵּׁיר לֹא יִנָּקֶה id est. Qui festinat ditescere, non erit innocens. Huic perquam simillimum est, imò idem est quod Menander perquàm sancte docet, μὴ σπεύδε πλουτεῖν, μὴ τάχυ πένης γένου Id est. Ne festina ditescere, ne citò pauper fias. Quo ergo minus suspectæ essent Isaac diuitiæ, minimeq; inuidiosæ, lento ad illas gradu ascẽdit. Cæterum vt vmbra nusquam est nisi cum adest lumen, & argentum candidum quidem est, sed tamen nigras trahit lineas: sic innoxia Isaac fœlicitas inuidiæ facem accẽdit, qua ambusti sunt Palestini. Siquidem, vt ait scriptura. ¶ Inuidentes ei Palestini, omnes puteos quos foderant serui patris illius Abraham, illo tempore obstruxerũt, implentes humo. ¶ Hoc est quod Flaccus canit: Inuidus alterius macrescit rebus opimis. Diuitiæ enim vt suum possessorẽ iucundè afficiunt, & voluptatem afferũt: ita apud alios inuidiam generare solent, quod Philetus his versibus ait,

Prouc. 28.

Menand.

Horatius.

Philetus.

ἀεὶ τὸ πλουτεῖν συμφορὰς πολλὰς ἔχει
φθόνου τε καὶ πήρειαν καὶ μῖσος πολύ.

Id est.

Diues esse, multas calamitates secum trahit
Inuidiam, malignitatem, & multum odium.

Est igitur inuidere quasi limis & inuitis oculis alienam fœlicitatem intueri. Quod enim quis nolens reluctãsq; aspicit id transuersis & conniuentibus oculis intuetur. Tales ergo sunt inuidorum oculi, qui vt Ouidius canit,

Ouid. li. 2. Metam.

Et vident ingratos, intabescuntq; videndo
Successus hominum.

Antiphanes comparat diuitias malo medico, qui imperitia sua videntes homines, cœcos reddit: Sic diuitiæ inuidentes homines alieni fœlicitati faciunt.

ὁ δὲ πλούτος ἡμᾶς καθάπερ ἰατρὸς λαικὸς τυφλοὺς βλέποντας παραλαβὼν πάντας ποιεῖ.

Antiphan.

Id est.

Quemadmodum malus medicus videntes cæcos facit,
Ita nos diuitiæ inuidia cæcos reddunt.

Quid verò Palestinos in hanc contra Isaac inuidiam impulerit, vt præsentem illi fœlicitatem, & agrorum vbertatem tãtopere inuiderint, non satis constat. Credibile est illos virũ innocentissimũ Isaac veneficij arguere voluisse. Erat hoc vetustissimis ethnicis inter cæteras impias persuasiones, creditũ: posse fruges è proximo agro, in vicinum, carminibus quibusdam traduci. Hinc illud Vergilij.

Verg. ecl. 8.

Atq; satas alio vidi traducere messes.

Et Tibullus

Tibull.

Carmen vicinis segetes traducit ab aruis.

Cæterum ne poëtarum auctoritas leuis in hac re videri possit, accedit & Romanarum legum seueritas. An non & legum ipsarum in duodecim tabulis verba sunt: Qui fruges excãtasset. Et alibi. Qui malum carmen incantasset. Ex hac impia persuasione natum est nobilissimum illud factum C. Furij Cresini è seruitute liberati. Hic cum in paruo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quàm ex amplissimis vicinitas; in inuidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficijs. Quamobrem à Sp. Albino curuli die dicta, metuens damnationem, cum in suffragiũ tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit, & adduxit filiam validã, atq; (vt ait Piso) bene curatam ac vestitã, ferramenta egregiè facta, graues ligones, vomeres ponderosos, boues saturos. Postea dixit: Veneficia mea Quirites hæc sunt, nec possum vobis ostẽdere, aut in forum adducere lucubrationes meas, vigiliasq;, & sudores. Omniũ sententijs absolutus. Itaq; est profectò, inquit Plin. opera non impensa, cultura cõstat. Et ideo maiores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt. Sic ergo Isaac vir ab omnib. malis artibus longè lateq; alienus, vberrimas messes ex paruis suis agellis fecit, non tam seruorum suorum labore, quàm etiã sua opera, curaq;. Satius est enim minus serere, & melius arare. Qua in sentẽtia & Vergilium fuisse video, cum inquit.

Pli. li. 28.

Pli. li. 18.

Verg. libr. 2. Georg.

Laudato ingentia rura
Exiguum colito.

Significat hic laudare ἀντὶ τοῦ παραιτεῖσθαι, aspernari, vt sit sensus, mitte & valere sinas magna hæc latifundia, quæ, vt Plin. inquit, perdidere Italiam: tu verò rus exiguum colito: Et de quodam tenui sene canit, cui pauca relicti iugera ruris erant: qui tamen diligenter illa colebat, adeo vt

Pli. li. 18.

Verg. libr. 4. geo.

Regum æquabat opes animis.

Idem hoc Isaac pio seni contigisse iam legimus, vt in re rustica dum operæ non parcit, regis Abimelech opes æquare crederetur, quod ne ipse quidem dissimulare potuit, cum ad Isaac ait. ¶ Recede à nobis quoniam potentior nobis factus es valde. ¶ Sũt quædam in rebus mortalium, quę quantum habeant discriminis ac malorum, nõ intelligas nisi facto periculo. Dulcis inexpertis cultura potentis amici: Expertus metuit. Bella res & splendida videtur inter aulicos obambulare proceres, in regis versari negotijs, principis alicuius mœreri amicitiã, eumq; subinde magnifico affatu consalutare. Atqui regis siue principis cum priuato coniunctio, nunquam vera & syncera amicitia dicenda est. Tantũ enim inter illos interest, quantum inter dominum & seruum, quos inter nulla amicitia esse potest. Est enim amicitia inter pares. Princeps priuatũ diuitijs sibi parem ægrè sustinet; dum illum potentiæ suæ riualem metuit. Quàm verò fluxa & προσκαιρα regum amicitia erga priuatũ sit, satis declarat Abimelech suo in Isaac exemplo; quem prius charum & acceptũ inter aulicos habebat purpuratos, cuius vxoris Rebeccæ pudicitiam acerrimo edicto tuebatur, eum iam diuitem & multa re bona beatũ, odiosum habet; neq; sine ignominia ab aula sua proturbat. Extãt cõplura alia exempla quæ declarant quàm leuis & temporalis principum erga priuatos amicitia semper fuerit. Apud Tiberium Cæsarẽ plurimũ & diuitijs & auctoritate pollebat Ælius Seianus, vt etiam Cæsar appellaretur, & in quem quicquid cõgeri poterat, dij hominesq; congesserunt; spectandus senatui populoq; Romano. Eum tamen Tiberius mutato amore in odium, tanquam res nouas molientem, interfici iussit; epistola à Capreis ad senatum missa, per Neuiũ Sertorium: vnde est illud apud Iuuenalem: Verbosa & grandis epistola, venit à Capręis. Lecta epistola statim tribuni & milites circumsteterunt Seianum; quem vinctum & vnco tractum, in Gemonias abiecerunt. Idẽ Tiberius sæuissimus Imperator, inter initia principatus sui vigiti sibi tanquam amicos ex senatu delegit, quorum consilio Rempublicam administraret: eos postea, cum in omne crudelitatis genus pręceps iret, alium alia de causa occidit; Adeo principum amicitia priuato periculosa est. De Alexandro Magno satis notũ est, quomodo amicos tractauerit. Parmenionem iam senem & bene de se meritum, cum Philota filio, tanquam sibi insidiatos, crudeliter interfecit: Clytum veterem Philippi patris sui militem, & multis bellicis adoreis clarũ, in conuiuio, vino temulentus, hasta trãsfixit. Verũ certè est quod Plautus de regibus scribit, eorum iras plumbeas appellando: quod etiam Homerus hoc hemistichio significat. Χαλεπαὶ δὲ τ' ἀνάκτων εἰσὶν ὀδύνοι μολαί. Id est. Regum minæ sunt graues. Sensit hunc regium furorem immeritò Isaac vir innocentissimus quippe, cui fœlicitas diuina benignitate collata, inuidiam peperit, quem Abimelech sanctimoniæ suæ meritò adeo proflígare non debebat, vt etiam in aulam suã inuitare cõuenisset. Apud Eurip. hoc pręceptum regibus datur, μὴ δ' ἀνδρὸς δήμου πισὸν ἐκβάλῃς ποτέ. Id est. Nunq; eijcias virum populo fidelem. Cæterũ vsq; adeò inuidiæ flãma Palestinos adurebat, Vt puteos omnes quos serui patris Isaac foderant, obstruerent, & humo implerent. ¶ Quorsum spectarint Palestinorũ conatus nulli non liquet, nẽpe vt Isaac omnesq; res eius aquarũ penuria perderent. Absq; eũ nobilissimo hoc elemẽto, nulli animali diuturna vita esse potest, & oĩa quibus oĩm vita animantium sustẽtatur, aquarũ beneficio proueniũt: vt nõ immeritò aqua à Pindaro optimũ elementum.

Vergil. ecl. 8.

Tibull.

Horat. in Epist.

Plautus

Homerus

Euripides.

Sueton. in Tib.

Iuuen. Satyr. 10.

Sueton. in Tib.

mentum, ἄριστον μὲν ὕδωρ, id est: Optima aqua vocetur. Nihil est enim ex omnibus quibus homo ad vitam tolerandam vtitur; quod non ex aqua constet, & illa plurimum semper indigemus, vt Xenophō scribit, καὶ γὰρ ὅσις ἀλφιτοσιτεῖ, ὕδατι μεμιγμένῳ ἀεὶ τῷ μάζᾳ ἐδίει. καὶ ὅσις ἀρτοσιτεῖ, ὕδατι λεδδυμένον τοῦ ἄρτου. καὶ τὰ ἐφθὰ δὲ πάντα, μετ' ὕδατος τὸ πλεῖστον ἐσκεύασαι. Id est. Quoniam quicūq; farinam comedit, hic placentas comedit semper aqua mixtas, quicunq; pane sustētatur; hic illum sumit aqua subactum. Sed & omnia quæcunq; cocta sunt, cum aqua semper præparantur. Etiam vt Plinius scribit, agrum paraturos ante omnia intueri oportet aquarum vim. Sed & eædem cadentes omniū terra nascentium causa fiunt, prorsus mirabili natura, si quis velit reputare, vt fruges gignantur, arbores fruticesq; viuant, in cœlum migrare aquas, animamq; etiā herbis vitalem inde deferre: iusta confessione, omnes terræ quoq; vires aquarum esse beneficij. Fuit igitur hæc cura non minima his qui de rebus politicis, atq; vrbibus condendis scripserunt, vt aquarū ratio inprimis haberetur, vt hæ salubres semper incolis atq; oppidanis suppeterent. Sic enim Aristoteles de condenda vrbe scribit, ἐπεὶ δὲ λέγομεν πόλιν ὑγιείας φροντίζειν τῶν οἰκουντῶν, τοῦτο δ' ἔστι τὸ τοῦ χωρίου τε τοιούτου καὶ πρὸς τοιοῦτον κλίμα κεῖσθαι, κάλλιστον δὲ ὕδασιν ὑγιεινοῖς χρῆσθαι, καὶ τούτοις τοῖς ἀπὸ μέλλειαν ἔχειν μὴ παρέργως. οἷς γὰρ πλείοσι χρώμεθα πρὸς τὸ σῶμα καὶ πλειάκις, τούτοις πλείστον συμβάλλεται πρὸς τὴν ὑγίειαν. ἡ δὲ τῶν ὑδάτων καὶ πνεύματος διάθεσις τοιαύτην ἔχει τὴν φύσιν. διὸ περὶ τῶν εὖ φρονοῦσας δεῖ διωρεῖσθαι πόλεσιν, ἐὰν μὴ πάνυ ὅμοια, μήτ' ἀφθονίαν τούτων ἔνεστι τῶν, χωρὶς τὰ τε εἰς τροφὴν ὕδατα, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἄλλην χρείαν. Id est. Sed cū oporteat de sanitate habitātium curam habere, hoc autem sit primum in situ & qualitate loci, secundum in aquarum salubriū vsu. In ea quoq; re est diligētia meritò adhibenda. Quibus enim plurimum & frequentissimè vtimur ad corpus, ea plurimum important ad sanitatem. A quarum autem & ventorum potentia, talem habent naturam. Quapropter in ciuitatib. quæ rectè sapiunt, distinguendus est aquarū vsus, si non omnes sunt pares, nec abundantia sit earum aquarum: vt aliæ seorsim aquæ ad cibum & potum, aliæ ad aliam indigentiam deputentur. Hippocrates quoq; medicorum omnium longè doctissimus, scribit summa cura aquas considerari debere, vt quæ plurimum ad hominis sanitatem conferant, δεῖ δὲ καὶ τῷ ὑδάτων χθὲς μὲν τὰς διαφόρους. ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σώμασι διαφέρουσι, καὶ ἐν τῷ σεβμῷ, οὕτω καὶ ἡ δύναμις διαφέρει πολὺ ἑκάστου. Id est. Neq; verò negligentiorem se circa aquarum facultates cognoscendas exhibere conuenit. Quemadmodū enim gustu differunt & pondere & statione, sic quoq; virtute aliæ alijs longè præstāt. Et quamuis Deus elementa ipsa à seipsis discreuerit, tamen aquæ cum terra magnam cognationem habere volebat, vt semper aquæ irrigatione indigeret, & illius aspersione humectaret: & vicissim terra ex penitis visceribus fontes & perpetuos amniū cursus effunderet, non sine magno hominū & pecorū cōmodo חִמְשַׁלַּח מַעְיָנִים בַּנְּחָלִים בֵּין הָרִים יְהַלֵּכוּן יַשְׁקוּ כָּל חַיְתוֹ שָׂדָי id est: Mittit fontes in fluuios, qui inter mōtes decurrēt: Bibent omnes bestiæ agri. Hom. quoq; mōtem Idam, qui in Troia est, describens, in illius laudem ponit, quod cō plures fontium scaturigines habet.

ἴδην δ' ἐκίδνην, πολυπίδακα μητέρα θηρῶν. ἰλιαδ. ξ.

Id est.

Venimus in plenam venatu, & fontibus Idam.

Quid aliud esse putabimus, quod Ouidius poëta Sulmone in Pelignis natus, subinde patriam suam ob aquarum amœnitate celebret, nisi vt elementi huius simul & nobilitatem & necessitatem significaret:

Me pars Sulmo tenet Peligni tertia ruris
Parua, sed irriguis ora salubris aquis.
Arua pererrantur Peligna liquentibus vndis,
Et viret in tenero fertilis herba solo.

Et alibi.

Sulmo mihi patria est claris vberrimis vndis,
Millia qui nouies distat ab vrbe decem.

Quid? an non populus Romanus, totius orbis terror, inprimis ad sanitatem tuendam referre putabat, si vrbs Roma amœnè fluētib. riuus intersecaretur? Q. Martius Rex, aquam à suo nomine Martiam appellatam, actis per montes cuniculis, in vrbem duxit. Est hæc aqua, auctore Plinio, clarissima aquarum omniū, toto orbe, frigoris salubritatisq; palma, præconio vrbis, inter reliqua Deū mune re vrbi tributa. Marcus quoq; Agrippa gener Augusti Cæsaris, perpetuus curator aquarum fuit, martiæ aquę ductus penè dilapsos restituit: virginem quoq; Romam perduxit: idem fontes centum & castella complura fecit. Hinc est quod Augustus, auctore Suetonio, populum Romanum querentem de inopia & caritate vini, seuerissima coërcuit oratione: satis prouisum dicens à genero suo Agrippa, productis pluribus aquis, ne homines sitirent. Consimile exemplum illud Pescēnij Nigri Romani Imperatoris, qui cum apud Ægyptum ab eo milites vinum peterent, respondit: Nilum habetis & vinum queritis. Natura certè, vt Plinius testatur, saluberrimum ad potum aquæ liquorem dedit, quo cætera omnia animātia vtuntur. Igitur Homerus vt ostenderet huius nobilissimi elementi aquarum vtilitatem, Argos vetustissimam Græcię vrbem appellat πολυδίψιον, id est, sitibundam, quod in arido loco sita esset, & ideo siti obnoxiam, minimeq; fœlicem.

λαίκην ἐλεγχιστὸν πολυδίψιον ἄργος ἱκοίμην.

Sitiui, accessi reprobatis passibus Argos.

Et alibi.

θεοὶ δ' αὖ θέσαν ἄργος ἀνυδρότατον.

Id est.

Dij posuere Argos lympharum protinus expers.

Cæterum vt ad Isaac nostrum reuertamur. Quum igitur Palestini, genus hominum inuidum, viderent illum re multa & opibus florentem, continuò virum illustrem perdere aggrediuntur; & quo maturius destinata exequerentur, illum aqua intercludere conantur, & puteos omnes ruderibus opplent, rati continuò interitum hominum pecudumq; sequuturum, cum re aquaria essent defecti, quod certè contigisset, nisi Isaac gliscenti malo obuiam iuisset, & puteos quibus aquarū copia suppeditaretur, fodisset. Græci, genus hominum in propriam laudem effusum; puteorum inuentum sibi vendicare audēt. Est argos inter vetustissimas Græciæ vrbes clara, sed in arido loco iacere. Porrò Danai regis filiæ, quas poëtæ appellant Danaidas, puteorum copiam ibi fecisse, quos illarum asscribunt solertiæ. Eos enim illas inuenisse, quo ex facto versus ille vulgatur.

ἄργος ἀνυδρον τὸν πάλαι θέσαν ἄργος ἔνυδρον. Id est.

Argos aquis vacuum Danaæ struxere redundans.

Ex puteis, inquit Strabo, quatuor insignes habentur & sacri, quos eximia veneratione colunt, qui in aquarum penuria, aquarum abundantiam inducunt. Aiunt Agamemnonem regem Mycenarū & Troici belli imperatorem, in Aulide Bœotiæ, alijsq; plerisq; Græciæ locis puteos fodisse, ab eo Agamemnonios appellatos. Isaac quoq; puteos à se defossos, à calumnia & inimicitia, quibus eum Abimelechitæ insectabantur: vocauit. Augustinus inter puteum & fontem hoc interesse dicit: quod omnis puteus fons sit, nō autem omnis fons puteus. Vbi em̄ aqua de terra manat, & vsui præbetur haurientibus, fons dicitur: sed si in promptu & superficie sit, fons tantum dicitur: si autem in alto & profundo sit, ita vocat puteus, vt fontis nomē nō amittat. Hanc Augu. differentiam Columella significasse videtur, vbi de hortorum cultura præcipit.

Aut fons illacrimet, puteiq; non sede profunda,
Ne grauis hausturis, tendentibus ilia vellat.

Et Isaac quidem cum sibi aquarum copiam parasset, ab aulico regis Abimelech famulicio sese alienauit, & priuatam vitā egit. Cæterum mortalium res ita habent, vt amissa bona interdum vehemētius desiderare soleamus, quàm cum prius præsentia, & in manib. essent: quod Athen. in Socrate vsuuenisse scimus, quē prius capitis à se damnatū, postea tamen post fata, extincti memoriā colendā putauerūt: idem quoq; regi Abimelech contigit, cū Isaac virum præstantissimum, inuidiæ facibus succensus, à se non sine iniuria reiecisset. Subijt igitur regem Abimelech Isaac viri innocentissimi sanctimonia & pietas, quam exploratam cognitamq; nō obscuris signis habebat, & chariorem iā absentē habere cœperat, quàm prius habebat, cum præsentē haberet. Videmus in vtroq; tam in Abimelech quā in Isaac duos illos potentissimos in homine affectus, odium & amorem egregie moderatos. Isaac regium amorem & amicitiam facilè pro nihilo duxit, & susque deque tulit, vt qui probè sciret principum animos cothurno instabiliores, & iratos grauiore odio insectari, quàm propicios amore prosequi. Videtur Isaac hoc Euripidis sequutus, quo monet vt amor moderatus sit, & solutilis, si ita res tulerit

Xen. li. 6. πολιτ.

Plin. libro 18. c. 31

Arist. lib. 8. πολιτ.

Hippocrat.

Pli. li. 36.

Sueton. in August.

Spartian.

Pli. li. 14.

Hom. libr. d. ἰλιαδ.

Psal. 104.

Homerus ἰλιαδ. ξ.

Ouidius in Amorib.

De Ponto.

Strabo. lib. 8. Geog.

Aug. tra. 15. in Ioa.

Columella.

tulerit; magisq; diffuendus, quàm rumpendus.

Euripid. in Hippol.

χρὴ γὰρ μετρίας εἰς ἀλλήλους
φιλίας θνητοὺς ἀνακίρναντας
καὶ μὴ πᾶς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς
ἔνευτα δ' ἐῶν σεργήθρα φρενῶν
ἀκρότατ' ὤσασθαι καὶ ξυντέναι.

Id est.

Oportet mortales ipsos moderatas
Inter sese agitare amicitias,
Et non ex intimis animæ medullis
Ipsos animorum amores solutiles esse decet,
Vt soluti commodè possint, & intendi.

Sed & rex Abimelech non atrocì neque vltima odij lineal Isaac insectatus est, sed simplici, & cui facile mederi potuit, præceptum illud Chilonis vnius è septē sapientibus, rex Abimelech prior ostendisse videtur. Hac, inquit, fini ames, tanquā fortè fortuna osurus: hac itidem tenus oderis, tanquam fortasse post amaturus. Sed & Menandri comici versus planè diuinus talis legitur.

A. Gell. libro 1.

Menand.

ἀθάνατον ἐχθρὰν μὴ φυλάττε θνητῷ ὤν.

Immotralem inimicitiam ne retine, mortalis existens.

Sic certè Abimelech egit, iam tum sentiens qualem à se alienasset amicum. Igitur in primis operæ pretium putabat, Isaac rursus vltro ad amicitiam & fœdus nuper infœliciter dissutum, inuitare. Et quo maior legationis authoritas esset, ipse rex Abimelech de Geraris venit ad Isaac, & Ochozath amicus regis, & Phicol dux militū. Ad quos loquutus est Isaac. Quid venistis ad hominem quem odistis & expulistis à vobis? Qui responderunt. Vidimus tecum esse dominum: & idcirco nos diximus. Sit iuramentum inter nos & ineamus fœdus, vt non facias nobis quicquā mali, sicut nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te læderet: sed cum pace dimisimus auctum benedictione domini. Generosus ille Abrahæ animus & magnitudo, in hoc Isaac filij eius facto perspicere licet. Vterq; cum regibus iniurias suas expostulare ausus est: neq; illi magnitudine sua indignum putabant priuatis satisfacere. Porro Isaac regis satisfactionem accepit, & citra vllam disceptationem, iniuriam omnē, qua à Palestinis affectus erat, magna vsus clementia, condonat: & quo clarius ostenderet nihil apud se veteris offēsæ residere, regem ipsum Abimelech cum suis satellitibus, familiari accipit conuiuio, & mensę sacra testes ascifcit, veteris simultatis in perpetuum obliteratæ. Fecit ergo eis conuiuium. Miror hic gentium in vna voce cōsensum. Hebraice conuiuiū vocatur מִשְׁתֶּה id est, compotatio, à verbo שָׁתָה potauit, bibit. Hinc in Gen. legimus de Abraham, quod in die ablactationis Isaac filij fecerit magnum conuiuium, quod Hebraicæ legitur מִשְׁתֶּה גָּדוֹל compotationem magnam. Sed & in præsenti loco legitur Isaac fecisse מִשְׁתֶּה id est, compotationem. Græci quoque ipsi appellant conuiuium συμπόσιον, quasi dicas compotationem. Atqui Latini vt Cicero scribit, longè melius epularem accubationem amicorum, quia vitę cōiunctionem haberet, conuiuiū nominarunt, quā Græci, qui hoc idem tum compotationē, tum concænationem vocant, vt quod in eo genere minimum est, id maximè probare videantur. In eodem significatu latini vsurpant verbum accipere: vt sit in cōuiuium apparatum assumere, aut in domum, honoris & amicitiæ causa aliquem conuiuam capere. Sic Vergilius.

Cic. de Sen.

Ver. li. 3. Æneid.

Illos porticibus rex accipiebat in amplis.

Non significat hic accipiebat, pro pascebat, vt Grammatici intellígunt. Nam pecora gregatim altilia q; dicuntur pasci non homines. Nos enim quoties accipimur, siue excipimur in conuiuium, non ad saginam: sed ad iucūditatem illam atque apparatū inuitamur: vt minima pars cibis assignetur: vnde cōuiuere dicimur eo tempore, non comessari aut compotare: aut quod deformius est, compascere siue compasci. Adeo honestiora apud Latinos sunt multarum rerū vocabula quā apud Græcos. Fingunt poëtæ Deos suos conuiuijs hominum interesse, & illorum sodalitate impendio delectari. Homerus canit Iouem ad Æthiopum conuiuium iuisse.

Homer. li. β. ἰλιαδ.

ζεὺς γὰρ ἐπ' ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας αἰθιόπας.
χθιζὸς ἔβη μετὰ δῖτα. θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο.

Id est.

Nang per Oceani spatiosa fluenta profundi,
Luce sub hesterna superis comitantibus iuit
Iuppiter Æthiopum conuiuia læta, frequentans.

Describit Vergilius quomodo Euander der Æneam in Italiam venientem hospitio exceperit: & quod Herculis sacra, solenni celebrauerit epulo; ipsum Deum ad sacra sua hisce verbis inuitauerit:

Verg. lib. 8. Æneid.

Salue vera Iouis proles, decus addite diuis,
Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.

Causam huius instituti, & cur ita veteres putauerint, hanc scribit fuisse Atheneus, οἱ δ' ἀεχ αἴοι καὶ τοὺς θεοὺς ἀνθρωποειδεῖς ὑποσκαμένοι καὶ τὰ περὶ τὰς ἑορτὰς διεταξαν ὁρῶντες γὰρ ὡς τῆς μὲν ἐπὶ τὰς ἀπολαύσεις ὁρμῆς οὐχ οἷόν τε τοὺς ἀνθρώπους ἀποσῆσαι, χρήσιμον δὲ καὶ συμφέρον τοῖς τοιούτοις ἐυτάκτως καὶ κοσμίως ἐθίζειν, χρῆναι χρόνον ἀφορίσαντες καὶ τοῖς θεοῖς προθύσαντες οὕτω μεθῆκαν. ἀυτοὺς εἰς ἄνεσιν ἵν' ἕκαστος ἡγούμενος ἥκειν τοὺς θεοὺς ἐπὶ τὰς ἀπαρχὰς καὶ τὰς σπονδὰς μετὰ αἰδοῦς τὴν σιωπωσίαν ποιῆνται καὶ ὁ ἄνθρωπος δέ που περὶ πρεσβύτερος καὶ τὴ προαιρέσει σπουδαῖος, αἰδοῦνται λέγειν τι δὴν ἀχημόνων, ἢ ὃ πράττειν. ὑπελαβόν οὖν οὗτοι θεοὺς πλήσιον αὐτῶν εἶναι τὰς ἑορτὰς κοσμίως καὶ σωφρόνως διήγον. Id est:

Athenæus libr. ἡδεω.

Veteres illi Deos humana forma indurcebant, & festa illorum ordinabant. Videntes igitur quod homines non facile abduci poterant ab impetu quo in cibi delectationem ferebantur, vtile verò esse his ordinatè & decorè vti consuesci, tempus separabant & dijs ipsis sacrificātes sic transegerunt, & seipsos ad quietem parabant, vt quisque putans venturos Deos ad primitias & ad libamen, conuentum ipsum facerent. Si enim homo senio maturus, & animo constans adesset, vererētur certè indecorum quid loqui & agere. Igitur cum putarent Deos ipsos prope esse, festa ipsa ordinatè & prudenter peregerunt. Huc etiam spectasse videtur Paulus Apostolus, cum ad Corinthios scribit de prandio illo, quam dominicam cœnam illi appellabant. Quum enim illud indecorè, minimeq; Christiana pietate sumerent: tum Paulus sacro sancta illa mysteria, quæ Christus in cœna sua, quam vltimam in terris egit, instituit, in memoriam redigit Corinthijs; & vt illa ob oculos habere vellent sedulo admonet, idq; vt prandium suum, dominica cœna appellatum; maiore cum pietate comesse vellent. Sed vt ad Isaac conuiuium, plenum verecundiæ & temperantiæ veniamus. In hoc enim rupta gratia inter regem Abimelech & Isaac, rursus fœliciter sarta est; & rex cum priuato homine fœdus amicitiam q; sanciuit. Extant quoque & tales reditiones in gratiam clarissimorum virorum, quæ in conuiuijs factæ leguntur. Refert A. Gellius de Scipione Aphricano superiore, & T. Graccho, rerum gestarum magnitudine, & honorum atque vitæ dignitate illustribus viris, quod dissenserint à se & hostes inter sese fuerint. Ea simultas cum diu mansisset, & solenni die Iouí epulum libaretur, atque ob id sacrificium Senatus in Capitolio epularetur; fors fuit, vt apud eandem mensam duo isti iunctim locarentur. Tum quasi dijs immortalibus arbitris, in conuiuio Iouis Opt. Max. dextras eorum conducentibus, repente amicissimi facti, neque solum amicitia incepta, sed affinitas simul instituta. Nam P. Scipio filiam virginem habens iam viro maturam, ibi tunc in eodem loco, despondit eam Tiberio Graccho, quem probauerat elegeratque exploratissimo iudicij tempore dum inimicus est. Quis Iulio Cæsare animi magnitudine præstantior, æquauit tamen illam clementiæ insigni, adeò vt simultates contra nullos tam graues exceperit vnquam, vt non occasione oblata libens deponeret. Extat apud Catullum poëtam carmen in Iulium Cæsarem scriptum ignominiæ & execrabilis libidinis plenum, quo sibi perpetua stigmata imposita esse meritò existimandum erit. Ignouit tamen illi, & quo certius declararet sincerè se cum illo in gratiā redijsse, eadem die cœnæ adhibuit, tanquam hospitales & mensæ Deos testes adhibens, nihil ex veteri dissidio apud se residere. Habebant olim Germani, auctore Tacito, hunc morem, vt de reconciliandis inuicem inimicis, & iungendis affinitatibus, & ascisendis principibus, de pace denique ac bello, plerunq; in conuiuijs consultarent: tanquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat. Inciuilis ergo vel verius proditoris animi argumentum est, quod de Alexandro Magno literis proditum est. Quum Philotas Parmenionis filius coniurationis in caput regis initæ suspectus esset, Alexander Philotam se purgantem benignè audiuit, & sibi satis-

A. Gell. li. 12. noct. attic.

Suetonius in Iulio Cæsa.

Cornelius Tacitus de Ger.

Q. Curtius lib. 6. gestorū Alex. Mag.

satisfactum esse simulabat, cum tamen longe aliter erga illum affectus esset: dexteram quoque reconciliatæ gratiæ pignus obtulit, atq; ad epulas invitauit, & non cœnare modò, sed etiam familiariter alloqui cum eo, quem damnauerat, sustinuit. Fuit hoc facinus nimis quàm illiberale, & Alexandri magnitudine indignum, hostili dissimulatione conuiuij sacra polluere. Quod ipsum nec Philotas postea dissimulare poterat, cum iam in frequenti Macedonum corona causam capitis sui tuerentur. Dextram, inquit, tuam amplexus sum, reconciliati pignus animi, conuiuio quoq; interfui. Si credidisti mihi, absolutus sum: si pepercisti, dimissus. Vel iudicium tuum serua. Quid hac proxima nocte, qua digressus sum à mensa tua, feci? quod nouum facinus dela tum ad te, mutauit animum tuum? Nõ minus celebre quàm etiam execrabile est apud Romanas annales L. Quintij Flamminij, non minus atrox quàm etiam libidinosum facinus, in conuiuio cõmissum. Iuxta illum in conuiuio accumbebat masculum sortum. Puerum hunc Flamminius à Roma magnorũ præmiorum pollicitatione in Galliam prouinciam perduxerat, & cum super cœnam à sorto sermo fuisset illat⁹ de gladiatorio ludo, quem se puer neglexisse iactabat, ob Flamminij amorem, quo se ei charum esse significaret. Tum Flãminius, vt sorto suo vicissim gratificaretur, Vis ne tu, inquit, hominem moriẽtem aspicere? & cum sortum vix annuisset: Flamminius districto gladio, nobilem Gallũ, qui tum forte ibi aderat, ante mensam iugulauit. Facinus sæuum atq; atrox: inter pocula atq; epulas, vbi libare diis dapes, vbi bene precari mos esset, ad spectaculũ sortì procacis, in sinu consulis recubantis, mactatam humanam hostiam esse, & cruore mensam respersam. Extabat olim longè acerbissima oratio Catonis Censoris in hunc Flamminiũ, quẽ ob hanc causam senatu mouit, q̃d vino & Venere amẽs, sanguine hoïs in conuiuio lusisset. Caligula seuissimus Romanorũ imperator, cuiuis crudelitatẽ satis declarat, quod sæpe in conspectu prandentis vel comessantis seriæ quæstiones per tormenta habebantur. Miles decollandi artifex quibuscunque è custodia capita amputabat. Erat hæc sceleratissimi hominis voluptas, vt in conuiuijs non minus vino & epulis, quàm etiam cede & sanguine satiaretur. Cæterum hoc Isaac cum rege Abimelech cõuiuium planè inculpatum & sincerũ fuit, vt in quo amicitia & pax inter vtrosque stabilita est. ❧Et post cibum & potum, surgentes mane iurauerunt sibi mutuo❧ Vulgo iam dici solitum est, de sero conuiuium, de mane consilium. Quod quidem dictum etsi plebeium sit, & à vulgo iactetur, tamen olim serio ab heroibus vsurpatũ est, vt populi conciones & concilia mane habuerint, in quibus res serias tractarent. Sic Iuppiter apud Homerum cum Mercurium ad Calipso missurus esset, vt illa Vlyssem à se mitteret, concilium deorum vocat, sed die illucescente.

T. Liuius de bello Macedon.

Homer. li. ε ὀδυσσ.

ἠὼς δ᾽ ἐκ λεχέων παρ᾽ ἀγαυοῦ Τιθωνοῖο,
ὤρνυθ᾽ ἵν᾽ ἀθανάτοισι φόως φέροι ἠδὲ βροτοῖσι.
οἱ δὲ θεοὶ ἕζοντο δὲ παῤῥίζαυον, ἐν δ᾽ ἄρα τοῖσιν
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃν τε κράτος ἐστὶ μέγισον.

Id est.

Aurora è cubili clari tithoni exoritur,
Vt lucem ferret pariter immortalibus & mortalibus.
Dij verò in sedibus sedebant, inter illos erat
Iuppiter altitonans, cuius potentia magna est.

Canit idẽ de Temelacho filio Vlyssis, quemadmodũ illucescente aurora à somno euigilauerit, & vestes cum armis induerit, deinde popularium suorum contionem per præcones cõuocauerit, quibuscum de republica consultauerit.

Homer. li. β. ὀδυσσ.

ἦμος δ᾽ ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠὼς
ὤρνυτ᾽ ἄρ᾽ ἐξ εὐνῆφιν ὀδυσσηος φίλος υἱος,
εἵματα ἑσσάμενος, περὶ ᾧ ξίφος ὀξὺ θεταῖο,
ποσσὶ δ᾽ ὑπὸ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα.
βῆ δ᾽ ἴμεν ἐκ θαλάμοιο θεῷ ἐναλίγκιος ἄντην.
αὐτὰρ ὁ κηρύκεσσι λιγυφθόγγοισιν κέλευσε.
κηρύσσειν ἀγορήνδε καρηκόμωντας ἀχαιούς.
οἱ μὲν ἐκήρυσσον τοὶ δ᾽ ἠγείροντο μάλ᾽ ὦκα,

Id est.

Quum verò alma & rubicunda aurora visa erat,
Tum filius Vlyssis è strato surrexit,
Vestes induit, acutum gladium humero accinxit.
Pedibus elegantibus formosos calceos induit.
Processit è thalamo Deo perquam similis.
Statim verò iussit præconibus vocalibus,
Vt comatos Græcos ad concionem vocarent.
Hi conuocabant, illi verò cito congregabantur.

Hunc modum iungendi fœderis, & qui

Verg. li. 8. Æneid.

qui mane fieri soleat, describit etiam Vergilius de Euandro & Ænæa, quos canit faciundi fœderis causa prima luce congressos.

Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma,
Et matutini volucrum sub culmine cantus.
Consurgit senior: tunicaq; inducitur artus,
Et Tyrrhena pedum circundat vincula plantis.
Nec minus Æneas sese matutinus agebat,
Filius huic Pallas, olli comes ibat Achates,
Congressi iungunt dextras, medijsq; residunt
Ædibus, & licito tandem sermone fruuntur.

Et certè optima totius diei pars est aurora ipsa siue mane, satis rebus omnibus agendis accommodum, Hesiodus matutina opera hominibus commendat, & dicit auroram tertiam operis partem absoluere. Item eos qui mane surgunt plurimum promouere, quoscunq; labores susceperint. Postremo etiam boues facilius ferre matutina opera quàm meridiana. Hesiodici versus hi sunt.

Hesiod. lib. β. περὶ ἔργων.

ἠὼς γὰρ τ᾽ ἔργοιο τρίτην ἀπομείρεται αὖσαν.
ἠὼς τοὶ προφέρει μὲν ὁδοῦ προφέρει δ᾽ ἔργον.
ἠὼς ἥτε φανεῖσα πολέας ἐπέβησε κελεύθους.
αὐθρώπους, πολλοῖσιν δ᾽ ἐπὶ ζυγὰ βουσὶ τίθησιν.

Experiuntur etiam studiosi bonarum literarum, auroram Musis esse amicam. Plurimum in literarum studio vigilabat Demosthenes, qui dolere se aiebat, si quando opificum antelucana victus esset industria. Alexander Seuerus Romanorum Imperator, si necessitas coge ret, ante lucem actibus operam dabat, & in longam horam producebat. Atqui vbi hodie in magistratibus talis in rerũ actu diligentia videre est? imò his modo pulchrum est in medios dormire dies, in nullo fœliciores illis, quos Salomon in regni infœlicitatem cedere scribit, cum rege puero, si שָׂרִים בַּבֹּקֶר יֹאכֵלוּ idest: Principes mane comedent: quando quidẽ eiusdem socordiæ est, in medios dormire dies, & mane comedere. Quinetiam mane ipsum tanquam orationis tempus sit mystice sic cantat in Psalmo Dauid: יְהוָה בֹּקֶר תִּשְׁמַע קוֹלִי בֹּקֶר אֶעֶרְךָ לְךָ וַאֲצַפֶּה Id est: Domine mane exaudies vocem meam, mane ordinabo ad te & aspiciã. Sic Isaac quoque vt maior fœderi auctoritas esset, & maiori religione obseruaretur, mane regem ipsum, & regios ad iuramentum inuitauit. ❧Ecce autem venerunt in ipso die seruui Isaac, annunciantes ei de puteo quem foderãt, atque dicẽtes. Inuenimus aquam. Vnde appellauit eum abundantiam, & nomen impositum est, Bersabee, vsque in præsentẽ diem.❧ Quemadmodum hominis & animalium nomina non temerè neq; casu imposita sunt: ita vrbium nomina sua ratione constare videntur. Scribit Plato de impositione nominis ciuitatis, quod ὁ πατροκισμὸς αὐτῆς, ἢ τῆς τόπου, ἢ ποταμοῦ τίνος, ἢ κρήνης, ἢ θεῶν ἐπωνυμία ἢν ἐν τῷ τόπῳ προσθεῖν τὴν αὐτῶν φήμην καινηγορουμένῃ τῇ πόλει, id est. Ciuitatis inhabitatio, vel locus aliqs, siue is sit fluuij, siue fontis, siue etiam Deorum appellatio, qui in illis sunt locis, optimè nouę ciuitati appellationem addiderint. Vrbs Roma totius orbis domina, à tribus clarissimis celeberrimarum gentium linguis, appellationem trahit. Hebraicè Roma ab altitudine vocat. Hinc illud Hieremiæ קול ברמה נשמע id est. Vox in Roma audita est, id est, in excelso. Atq Græcè ῥώμη robur & potẽtiã significat. Hoc vocabulũ, vt auctor est Solin⁹, primũ datũ est ab Euãdro Arcade. Hic cũ ex Peloponeso in Latiũ venisset, atq; offendisset ibi oppidũ quod iuuẽtus Latina Valẽtiam appellabat, ipse seruata significatione impositi prius nominis ῥώμην appellauit. Hanc vtriusq; nominis rationem Hieronymus interpretatur, cùm vrbem Romã sic affatur: Vrbs potens, vrbs orbis dña, vrbs Apostoli voce laudata, interpretare vocabulum tuum. Roma aut fortitudinis nomen est apud Græcos, aut sublimitatis iuxta Hebræos. Aliqui Latinorum putant Romam à ruma dictam, hoc est, à mamma lupæ quam suxerunt Remus & Romulus. Vltima Italiæ ciuitas qua Siciliam spectat, est Rhegium, quæ casu quodam sic appellata est, vt Strabo scribit. ὠνομάσθαι δὲ ῥήγιον, οὕτω φησὶν ἀρχύλος, διὰ τὸ συμβαῖν τοῦτο τῇ χώρᾳ ταύτῃ. ἀποῤῥαγῆναι γὰρ ἀπὸ τῆς ἠπείρου τὴν σικελίαν ὑπὸ σεισμοῦ ἄλλοι τε πάκκειν ἔφασαν, ἀφ᾽ οὗ ῥήγιον κεκλήσκεται, id est: Casu quodã Rhegio nomen inditum est, qui huic obuenit regioni, Aeschylo teste, nimirum Siciliam ab continente vi terræ motus auulsam fuisse, & ille & alij memoriæ prodiderunt. Ex quo ἀπὸ τοῦ ῥαγῆναι, id est, à frangẽdo, nomen assequutum. Sunt etiam vrbes, quæ quum ipsa sua appellatione fœdum quid vel inauspicatum præferre viderentur, nomina à Romanis immutata fuerunt. Egesta ciuitas Siciliæ

Plato lib. de leg.

Hiere. 31.

Solinus.

Hieronymus lib. 1. cont. Io.

Strabo lib. 6. geo.

Cicero lib. 4. Tusc.

Lampridius.

Eccles. 10.

Psal. 5.

Festus. cilliæ est ab Æneа condita, præposito ei Egesto, à quo Egesta vocata est; sed Romani eam præposita ei S litera Segestam vocauerũt, ne obscœno nomine ab egerendo appellaretur, vt etiam factum est in Maleuento, quod Beneuẽtum dictum est. Sic etiam Epidamnus Illyrię ciuitas, ne à damno nomẽ haberet, Dyrrachium à Romanis appellata est. Augustus Cæsar apud Actium nauali prælio vicit M. Antonium & Cleopatrã, & quo Actiacæ victoriæ memoria in posterum celebratior esset: vrbem Nicopolim apud Actium cõdidit, ludosq; illic quinquennales constituit. Est autẽ Nicopolis græcè, ciuitas victoriæ Latinè, quæ testis victoriæ Augusti in perpetuum foret. Ad eundem quoq; modum, priùs Abraham, & postea Isaac, fœderis & iuramẽti quod cum rege Abimelech fecerant, monumentum esse voluerunt ciuitatem Beerseba, quæ à puteo nomẽ habet אר enim puteus Hebraicè significat, & שבע septẽ, sic enim illam appellauit Abraham à septem agnis quos regi Abimelech dedit. At Isaac eandem appellauit à iuramento. Eadem enim vox eisdem radicalibus literis scribitur, accipiturq; שבע septem, pro שבועה iuramento. Septuaginta ita quoq; transtulerunt, διὰ τοῦτο ἐκάλεσεν ὄνομα τῇ πόλει φρεὰρ ὅρκου, id est, Propterea vocauit nomen ciuitatis, Puteus iuramẽti. Nostra lectio habet, appellauitq; puteum abundantiam, melius legeretur, saturitatem. Scribitur enim שבע id est. Saturitas ijsdem consonantibus quibus שבע & שבועה sed cum puncto smoi, cum alia cum iamin scribantur. ⊏Esau vero quadragenarius duxit vxores duas: Iudit filiam Beeri Ethei, & Basamath filiam Elon eiusdem loci: quæ ambæ offenderãt animũ Isaac & Rebeccę.⊐ Vt scriptura Esau vicia dissimulãter indicare magis amat quàm propalam & diserte omnibus ostẽdere. Quod vxoribus Esau cum Rebecca malè conuenerit, mirum nulli videri debet, cũ nulli iam ignotum sit prouerbium illud Terentianum, quod cõsulto ambiguè extulit: Quid est hoc? omnes socrus oderunt nurus. Quod quidem in Lepti Aphricæ vrbe plurimũ potuit. In hac moris est, vt nurus, altera die socrum ollam mutuum postulet. Cui illi statim negat. Cæterum quis non insignis malitiæ & impietatis signum esse putabit, quod vxores Esau cum Isaac socero suo viro modis omnibus integerrimo, simultatem exercere in animum induxerint, cũ si qd in illis salis fuisset, summam fœlicitatem, & pietatis partem sese adeptas esse merito putarẽt, quod in Isaac sanctissimi viri ædes connubiorum lege translatæ fuissent. Dormitauit certè hac in parte Esau vxorij hominis vigilantia, & dum vxoribus plus nimio indulget, impietatis in parentes reus esse conuincitur. Quid verò vxores Esau in socerum Isaac impulerit, facilè conijcere est. Mulieribus enim omnibus, vt comicus scribit, viris esse aduersas, æquè studium est, similis pertinacia est. Accessit huic illarum morbo impietas quoq;, à qua plurimum abhorrere Isaac videbant. Inter sacrosancta illa præcepta quæ in œconomicis viro & vxori tradit Aristoteles, etiam hoc præcipit, vt curam omnem parentibus exhibeant. Vir quidem vxoris parentibus non minùs quàm proprijs: vxor autem viri. Sic apud Homerum legimus, quod Helena socerum suum Priamum, magno in honore habuerit, cuius hæc verba sunt.

Suetonius in Aug.

Terentius in Eeyra.

Aristoteles in œco.

Homer. lib. γ. iliad.

αἰδοῖός τε μοί ἐσσι φίλε ἔκυρε δεινός τε.

Id est.

O metuende mihi semper, semperq; tremende
Chare socer.

Et hactenus quidem quæ ad literæ intellectum spectant, dixisse satis sit. Cæterum hi putei, quos scriptura refert partim ab Abraham, partim ab Isaac effossos, sed inuidia Palestinorum oppletos, & rursus ab Isaac eruderatos, magnum argumentum prębuerunt veteribus Theologis ad allegorias tractandas. Vix alia vox in sacra scriptura inuenitur quæ veriorem allegoriarũ materiã suppeditare poterit, atque aquarum appellatio. Aquarum enim nomine, scientiam diuinæ legis significare familiare est Spiritui sancto. Legis aquas refectionis, super quas se gloriatur educatum Dauid: legis aquas, quas sapientia deriuat in capita viarum omnium: legis flumen illud mysticum, in quod ingressus Ezechiel, vado transire non poterat. Legis fontes duodecim, ad quos peragratis quadraginta mansionibus, iam fatiscentes respirant Israëlitæ. Legis & in Euangelio puteum,

teum, super quem itinere fessus assedit Iesus. Legis aquas Siloe, ad quas idem mittit cæcum, vt visum recipiat. Legis aquam in peluim missam, abluendis Apostolorum pedibus. Et ne singula recenseam, hoc significatu, frequens mentio est in arcanis literis, puteorum, fontium, fluminum; qua nobis nihil aliud quàm mysticæ scripturæ diligens vestigatio cõmendatur. Quid enim aqua in terræ venis abdita, nisi mysterium obductum litera? Quid eadem ad scatebram elicita, nisi mysterium erutum atq; explanatũ? Quod vbi ad auditorum ædificationem, longe lateq; propagatur, quid iam prohibet flumen appellare? Quid est puteus aquæ viuæ, nisi profundæ altitudo doctrinæ? Vnde & Agar ad puteum angelũ vidit, & Iacob ad puteum Rachel sibi inuenit vxorem. Moyses quoq; secus puteum, futuri locauit merita prima cõiugij. Hæc tot puteorum atq; fontium nomina quid aliud nobis significare putabimus, nisi pellucida & perspicua sacrarum literarum fluenta? Porrò liquidam scripturarum hanc aquam, turbidam ac feculentam reddunt Palestini, dum hæretici ad hæreseos suæ confirmationem sacris abuntur literis, quibus, hæresi sua tanquam ruderibus quibusdam infectis, infœlicissimos quoq; potionantur. Sicut enim, inquit Hieronymus, flumina de ventre iusti fluunt, & fontes vberes in vitam æternã, per varias multiplicesq; sententias quibus imperat sermo Domini: ita habent & hęresiarchę aquas suas, quibus imperant, & quæ ex illorum fonte manarunt. Sic olim Arrius liquidam sacræ scripturæ aquam, & viuentis laticis perennes fontes hæresi sua turbidos reddere conatus est, dum in vno Deo Deos quærit, & patrem à filio, & filium à patre, nefario schismate diuidere studebat. Oblitus certè erat liquidæ illius aquę, quæ ex Christi ore tanquã è benigno fonte ꝓfluebat: Ego & pater vnũ sumus. Et ego in patre, & pater in me est. Rursus eadẽ hæc verba, è puro sacræ scripturæ fonte promanantia, turbida, & fecata reddere voluit Sabellius, dum vnius Dei maiestatem, in vnam hypostasin compingere conabatur, & trinitatis mysterium obscurare. Cæterum turbulentam hanc Sabellij aquam, puram reddunt hęc Christi verba: Ite baptizate oẽs gentes in nomine patris & filij & Spiritus sancti. Hæc Christus non diceret, nisi trinitas esset. Nec Paulus diceret. Misit Deus filium suum: neque Christus; Spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo: Hæc omnia declarant in Deo vno personarum esse trinitatem contra sabellianam confusionem. Quid ipsum baptismatis lauacrum, num impollutum per hæreticos esse potuerit? Iniecerunt in hoc dogmatis sui rudera Donatistæ, dum hæresiarcha Donatus, infœlices quosque per Aphricam, fœtentibus suis polluit aquis, & Anabaptismum, post tot annorum secula, pseudeuangelicis nostris permanus traderet. Iterabant Donatistæ baptismatis sacramentum, in hoc vno execrabiles, cum tamen nihil in illo conferendo à veteri Ecclesiæ ritu variarent, at pseudeuangelici veterem illum atque Apostolicum baptizandi ritum, & quem tot seculorum vsus comprobauit, abrogarunt, idq; si superis placet, Euangelij titulo, quod ab ipsis purè doceri, iã stultæ plebeculæ persuaserunt. Quod quidem quàm à veritate alienum sit, satis nobis clarum reddũt veterum Theologorum scripta, à quibus per diametrum illorum paradoxa dissident. Cæterum quod illorum malitiam arguit, cum veterum Theologorum scripta clancularie & in cubiculis lectitent atque mirentur, tamen propalam & pro popelli cõcione reijciunt, & insectantur, quo maiori authoritate ipsi apud illos polleant, & Apostolica omnia antiquandi atque noua confingendi ius sit. Hos igitur cum veterum Theologorũ scripta sic conspurcãt, meritò apros lutulentos appellauerim, & austrum floribus perniciem inferentem, quos rusticus ille deplorat:

Hieronymus in Naum.

Eheu quid volui misero mihi: floribus austrum
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.

Verg. ecloga 2.

Inter præcepta quæ Hesiodus dat, est etiam hoc, non esse perturbandos fontes neque in illos esse immingendum. Nam si honor est habendus bonis rebus, etiam fontibus debetur suus honor ex quibus bibimus. Quare & hi fontes rectè

immingere dicuntur, qui sacram doctrinam commaculant. Porrò Hesiodi versus hi sunt haud dubio allegoricè intelligendi.

Hesiodus libr. B. περὶ ἔργ.

μηδὲ ποθ' ἐν προχοῇ ποταμῶν ἅλαδε προρεούτων.
μηδ' ἐπὶ κρηνάων οὐρεῖν μάλα δ' ἐξαλέασθαι.

Quinetiam Persis religio fuit, in flumen vrinam profudisse, aut spuisse, vel omnino manus vel cadauer abluisse. Sed erat hæc Persarum obseruatio superstitiosa magis quàm religiosa, eóque parum à nobis curanda. Sunt è veteribus Theologis, qui hanc puteorum purgationem ad humanam referant mentem. Est enim humanus animus tanquam puteus quidam prealtus, neque ab alio facilè perueſtigabilis. Salomon hunc puteum nouit, quum de tuis vasis, & de puteorum tuorum fontibus. *Prouer. 5.* At qui hunc puteũ Palestini terra ruderibusq; certatim opplere satagunt, dum nequam illi spiritus hominis mentẽ semp terrenarum rerum desiderio inficiunt, auaritia, libidine, odio, conspurcant & viciant. Cæterum seruorum Isaac est puteum hunc restituere, sordida quæq; atq; noxia porrò è mente eliminare, vt aqua ista mẽtis, nẽpe affectus, puri atq; defecati reddantur. Sunt quoq; è veteribus Theologis qui horum puteorum effossionem, ad vehemens mentis studium, ad optima quæq;, & animi contentionẽ referant. Sunt enim in humanis mentibus, quædam veluti semina ad optima studia abstrusa, quibus ceu magistris quibusdam, homo ad optima quæq; adduci possit. Proinde si quis animũ ad studium aliquod appulerit, non est quod rei difficultate continuo animũ despõdeat, atq; in desperatiõis barathrũ labatur; sed vehemẽtiore conatu in studium illud incũbat, & quasi cõtinuò fodiat, sic em tãdem fiet, vt conatibus illis etiam optatus successus respõdeat, & sedulitatis suæ pmia referat, adeò vt Vergilius canit, Labor oia vincit: Improbus. *Verg. lib. 1. Georg.* & ingeniũ vbi intenderis valet. Et omnes ingenij vires, ipsius ingenij agitatione, & vegetatione, maiores fiunt, fœlicioresq;. Verum certè esse fatebimur Horatianum illud.

Horat. li. 1 Serm.

nil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.

Formauit natura hoïem ipsum, vt scribit Fabius, promptũ ad excogitandũ & discendum, sed non sine labore. Ac sicut aues ad volãdum, equi ad cursum, ad sæuitiam feræ gignuntur, ita homini propria est mentis agitatio atq; solertia. Nemo repertus est, qui sit studio nihil consequutus. Quid verò ardens studiũ possit, & quantũ momenti afferat vehemens conatus ad quiduis assequendum, si modò omnibus neruis in illud contenderis, exemplo nobis poterit esse Demosthenes ille Græcæ eloquentiæ cõsummatio. Hic, vt scribit Valerius Maximus, cum inter initia inuentæ rhetoricæ artis, quam affectabat, primam literam, nempe r dicere non posset: oris sui vitium tanto studio expugnauit, vt ea à nullo expressius referret. Scribit Hieronymus Demosthenem literam ῥῶ à cane exprimere didicisse, quæ canina à Persio appellatur: Sonat hic de nare canina, litera. Hanc enim rixantes canes exprimũt. Refert quoq; Valerius Maximus eundem Demosthenem vocem natura habuisse exilem & gracilem, sed hanc exercitatione nimia ad maturum & gratum auribus sonum perduxisse. Sed & contra alios corporis sui habitus & defectus pręliatus est, & quod à natura minùs habuerat, labore atq; industria sibi peperit, vt iam mirũ esse nulli debeat, nullas salubres & liquidas aquas Isaac habere potuisse, nisi pri⁹ illas multo sudore effodisset. Et Phocylidis hoc fertur πόνος δ' ἀρετὴν μέγα ὀφέλλει. Id est. Labor virtutem valde iuuat. [Foderuntq; in torrente & repererunt aquã viuã. Sed & ibi iurgium fuit pastorũ Gerare, aduersus pastores Isaac, dicentium: nostra est aqua. Quamobrẽ nomen putei ex eo quod acciderat vocauit calumniam. Foderunt & aliũ pro quo rixati sunt.] Quid hoc inter vtrosq; dissidiũ significare putabimus, nisi pertinacem illam Ecclesiæ assertionem, quæ inter sectarios & orthodoxos semper fuit, dum quique suam esse Ecclesiam constanter asseuerant, Est enim Ecclesia, vt in Cantico canitur באר מים חיים puteus aquarum viuentiũ. Hanc non iniuria Helenam Lacenam dixerim, si fas diuina humanis conferre est, ob quam asserendam Græci Troianiq; diuturno inter se bello conflictati, vt Homerus canit.

Quintilia. li. 1. Orat.

Valerius Max. li. 8.

Hieron. cont. Ruff.

Persius.

Phocylides.

Cant. 4.

ὃ νέμεσις τρῶας καὶ ἐυκνήμιδας ἀχαιοὺς
τοιῇ δ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν
αἴνως ἀθανάτῃσιν θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν. id est.

Haud turpe est Troias fulgentesq; ære Pelasgos
Coniuge pro tali diuturnos ferre labores,
Æternis facies nimis est æquanda deabus.

Quæ formosior inter illustres mulieres esse poterit, nisi Ecclesia, præelecta illa Christi spõsa, fidei cõmercio stabili illi coniugio in perpetuum dicata. Huius elegantiam Paulus sic depingit, ὁ χριστὸς ἠγάπησε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς ἵνα αὐτὴν ἁγιάσῃ, καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι, ἵνα παραστήσῃ αὐτὴν ἑαυτῷ ἔνδοξον τὴν ἐκκλησίαν, μὴ ἔχουσαν σπίλον, ἢ ῥυτίδα, ἢ τι τοιούτων, ἀλλ' ἵνα ᾖ ἁγία καὶ ἄμωμος. i. Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea vt illã sanctificaret, mundãs illam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet ipsam sibijpsi gloriosam ecclesiã, non habẽtem maculã aut rugã, aut aliquid taliũ, sed vt sit sancta & immaculata. Hanc igitur Ecclesiam certatim sibi vendicant, hinc hæretici, illinc Catholici. Singuli enim quiq; cœtus hæreticorum, ait Lact. se potissimum Christianos, & suã esse Catholicam Ecclesiam putãt. Arriani apud se esse catholicam Ecclesiam cõtendebãt, & se esse Christianos clamabant. Porrò Catholicos tanq; ignominiosa appellatione Homoousianos vocabãt, quod patrẽ & filiũ eiusdem esse substantiæ crederent. Sic Hunericus rex Vandalorũ, Arrianæ hæresi fauens, Cathol. appellabat edicto suo, quo Cathol. Epõs in Aphrica ad disputandũ de ratione fidei cũ Arrianis Episcopis cõuocat. Qd' edictũ sic habet. Hunericus rex Vandalorũ & Alanorũ, vniuersis Episcopis Homoousianis. Et statim. In prouincijs à Deo nobis cõcessis, scandalũ esse nolumus, ideo Dei prouidẽtia cũ consensu sanctorũ Episcoporum nostrorũ, hoc nos statuisse cognoscite, vt ad diẽ calend. Februar. proximè futurũ, omissa omni excusatione formidinis, omnes Carthaginem veniatis, vt de ratione fidei cũ nostris venerabilib. Episcopis, possitis inire conflictũ, & de fide Homoousianorũ quã defenditis. Quos crudelissimus rex appellet sanctos suos Episcopos, & quos per cõtemptum, Homoousianos; nulli cordato ignotum esse potest. Atqui Homoousij vox Catholicis viris haud quaquam aspernabilis est. Absit, ait Augustin. erubescamus catholici, in vniuerso manentes, nos appellari propter fidem veram vnius eiusdemq; substantiæ, à nonnullis verbum Græcũ non intelligentibus Homoousianos, qui nos appellari gaudemus de Christi nomine Christianos. Donatistæ per Aphricam plurimum perfidia & tyrannide valebant. His familiare fuit Catholicos omnes vna voce traditores appellare, ob Cecilianum, qui Cartha. Episcopatum adeptus fuerat, reiecto Donato competitore eius. Huius igitur suffragatores falsis calumnijs repulsam vlturi, contra Cecilianum falsa crimina cõfinxerunt, quod in vltima persequutiõe, sacros codices Christianæ fidei hostibus tradidisset exurendos, eoq; Episcopatu indignum vociferabantur. Abstinebant ergo ab eius & sociorum eius communione, tãquam à traditoribus quibusdam. Hinc Petilian. in Catholicos, quos traditores appellat, sic inuehitur. Agendum nobis dicendumq; est, quatenus perfidus traditor vita mortuus habeatur. Iudas Apost. fuit cum traderet Christum: idemq; honore Apostoli perdito spiritualiter mortuus est, suo postea laqueo moriturus, sicut scriptum est. Pœnitet me, inquit, quia tradidi sanguinẽ iustum, & abijt & laqueo se suspẽdit. Laqueo traditor perijt, laqueum talibus dereliquit, & Episcopatũ eius Mathias accepit. Hoc igitur facto episcopatum tibi quid vendicas hæres nequioris traditoris? Iudas Christum carnalem tradidit, tu spiritualem, furens Euangelium sanctum flammis sacrilegis tradidisti. Iuludas legislatorem tradidit perfidis, tu quasi eius reliquias legem Dei perdendã hominibus tradidisti, qui si legem diligeres, vt iuuenes Macchabæi, pro legibus Dei necareris. Hactenus Petiliani calũnias audiuimus. Cum hac factione perpetuũ bellũ fuit August. qui hæc Petilianẽ cõuicia, vt reliquas Donatistarũ nugas optimè refellit. Iouin. in quẽ Hieron. velis equisq; inuectus est, indifferenter omnib. cibis vtendum esse præcepit, nulla dierum vel temporis habita ratione. Porrò Catholicos, qd statis diebus certis cibis abstinebãt relig. ergo, Manicheos vociferabatur esse, q; hic carnẽ vt immundã aspernaretur. Vigilantius Catholicos appellabat cinerarios, ob cultum reliquia-

Home. lib. γ. ἰλιαδ.

Ephes. 5.

Lact. li. 4.

Aug. epistola 178.

Aug. libr. 2. cont. lit. Petilian.

Hier. cont. Vigilant.

rum & ossium sanctorum Martyrum. Lõga concertatio fuit inter Græcos & Latinos super Eucharistia conficienda. Græci in fermentato pane, contrà Latini in azymo conficiendam asseuerabant. Græci cum argumentis inferiores essent, Latinos azymitas appellabant. Verum est quod in Augustino scriptum legimus.
Augustin. Vna est catholica Ecclesia, cui diuersæ hereses diuersa nomina imponũt. Sed quid putabimus hæreses his cõuicijs in catholicos iactis efficere voluisse, nisi vt Ecclesiæ nomen sibi arrogarẽt? Quinetiam nostri huius æui Sectarij, noua ab ipsis conficta voce Catholicos incessunt, vel Papistas illos vel Pontificios appellando, q̃d quidem scomma eo patientius ferimus, quod veterum hæreticorum morem in illis agnoscamus. Rapiunt hi ad se Ecclesię possessionem, & Euãgelij titulum vnice sibi vendicant. Cæterum si mores illorũ vitamq; excusseris, pape, quanto interuallo ab Euangelio dissident, quàm nullum Euangelij vestigium in illis videre est, nec quicquam quod tantæ professioni respondeat. Purè se Euangelium prædicare impudẽter asseuerant, cum moribus illorum nihil sit impurius, inexplebilis habendi cupiditas & auaritia insatiabilis, obtrectãdi insana libido, & in proprijs dogmatis tutandis asseuerandi peruicacia, quorum etiam studio veterum Theologorũ scripta publicitus proscindunt, atq; sacrosanctam illorum memoriam traducũt. Abeunt studia in mores, quæ si sancta sint, quin consentaneum erit, hos quoq; inculpatos fore? Si bonarum & honestarum literarũ studia emolliunt mores, nec feros esse sinunt, quid hæc sacrosancta Euangelij professio præstare deberet? an non summam vitæ innocentiam, & morum integritatẽ secum afferret, à quib. nihil hostile timendũ foret? Sed sunt haud dubio ex illorũ numero, quos Epictetus philosophari ait οὐκ τοῦ πράττειν μεχρὶ τοῦ λέγειν, id significat. Factis procul, verbis tenus. Qui Curios simulãt, & Bacchanalia viuunt, & de virtute loquuti, clunẽ agitãt. Q̃ igitur labitur axioma illorũ, Ecclesiã esse vbi verbũ Dei purè prædicatur, cũ verius sit, Ecclesiã esse vbi ex verbo Dei purè viuitur, & Paulus dicit: Literã occidere, spiritũ viuificare. Sed quid tandẽ dicturi sunt? Ecclesiã esse vbi sacramenta iuxta Christi institutionẽ administrãtur? quũ ipsi nullũ ritẽ atq; è primitiuæ eccl. cõsuetudine administrẽt. Abrogato Eucharistiæ sacrificio, quod veteri Ecclesiæ sacrosanctum habitũ semper erat, dominicã cœnã vt vocãt cõmenti sunt, & quæ Sacrificio illi è diametro aduersa est, & cuius nullus veterũ Theol. meminit. Baptismatis sacramentũ mancũ & truncatũ cõferunt, nulla neq; exorcismi, neq; aquę sanctificatiõis, neq; vnctionis habita ratione. Et vetus quidẽ Ecclesia, persanctè hæc oia, in baptismate cõferendo, obseruauit, ex Apostolica haud dubio traditione. Sed neq; matrimoniũ iuxta veteris Ecclesiæ ritum cõciliant. Nã illa vt nunc quoq; obseruãt Orthodoxi, matrimoniũ oblatione cõfirmauit, ut author est Tertull. Vnde sufficiã, inquit, ad enarrandã fœlicitatẽ eius matrimonij q̃d Eccl. cõciliat, & cõfirmat oblatio. Iã verò Eccles. ordines quantum in cõtemptũ & vulgi odiũ adduxerũt? at vetus illa ecclesia magno in honore illos habebat, vt sacrosanctis mysterijs populo dispẽsandis Apost. institutiõe destinatos. At nullꝰ apud illos Eccl. ordo, sed cõfusa oia, & cuiuis arbitrio permissa & libera, noua oia, & nulla successiõe ad illos deducta, sed nuperà seipsis cõficta. Et certè hæc est verissima hæreseos nota, nouellitas ipsa, & posteritas. Solemus, inquit Tertull. hæreticis cõpendij gratia de posteritate præscribere. In quantũ em̃ veritatis regula prior, quæ etiã futuras hæreses prænũciauit; in tm̃ posteriores quæq; doctrinæ, hæreses præiudicabunt̃, quia sunt quæ futuræ veritatis antiquiore regula prænuntiabant̃. Et alibi. Aduersus vniuersas hereses iã hinc preiudicatũ sit, id esse verũ quodcunq; primũ: id esse adulterũ, quodcunq; posterius. Monet idem quoq; Tertull. vt si quis volet curiositatẽ exercere salutis suæ, is percurrere debeat Apost. ecclesias, apud quas authenticæ literæ eorũ recitãtur, sonantes vocẽ, repræsentãtes faciẽ. Prima est tibi Achaia, habes Corinth. Si nõ lõgè es à Maced. habes Philippos. Si potes in Asiã tẽdere, habes Ephesũ. Si aũt Italiæ adijceris, habes Rom. unde nobis quoq; authoritas prẽsto est statuta, Fœlix Eccl. cui totã doctrinã Apostoli cũ sanguine suo profuderũt; vbi Petrus passiõi dñicæ adæquatur.

A. Gell. li. 17. noct. att.

Iuuenal.

Tertul. li. 2. ad vxo.

Tertul. cõ. Hermog.

contra Praxeam.

tur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur, vbi apostolus Ioannes posteaquã in oleum igneum demersus, nihil passus est, in insulam relegatur. Videamus quid dixerit, quid docuerit. Insultat quoq; Tertul. hæreticis hisce verbis. Ædant ergo origines Ecclesiarum suarum: euoluant ordinem episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerauerit, habuerit autorẽ & antecessorem. Hoc enim modo ecclesiæ Apostolicæ census suos deferunt, sicut Smyrnæorum Ecclesia Polycarpum ab Ioanne collocatum refert: sicut Romanorum Clementẽ à Petro ordinatum: id & proinde vtiq; & cæteræ exhibent, quos ab Apostolis in Episcopatũ constitutos, Apostolici seminis traduces habẽt. Hoc igitur Tertu. dogma satis nobis declarat, quid de Sectariorũ nostrorũ Ecclesia nobis sentiendum sit, quæ nouicia & nouella paucis ab hinc annis in orbem prodijt, à seipsa nata, nullos originis suę testes afferre nouit, veteri atq; Apost. eccl. aduersa & repugnans. Talem olim Ecclesiã & episcopatum inchoauit Nouatianus contra Cornelium Romanum Episcopũ, qui legitima ordinatione Fabiano successit. Qualis verò fuerit Nouatiani Episcopatus scribit Cyprian. Nouatianus, inquit, in Ecclesia nõ est, nec Episcopus cõputari potest, qui Euang. & Apostolica traditione contẽpta, nemini succedẽs à seipso ordinatus est: habere nanq; aut tenere ecclesiam nõ potest vllo modo, qui ordinatus in Ecclesia non est. Vbi verò sit Ecclesia, vel qua nota intelligi debeat, satis nobis significant veterum Theologorũ scripta, sed longè aliter atq; Sectarij nostrates, qui Ecclesiã depingunt esse. Vbi verbum Dei purè prædicatur, & Sacramẽta iuxta Christi institutionem administrantur. Libet hic audire Cypriani verba, vbi sit ecclesia docẽtis. Illi sunt ecclesia & plebs sacerdoti adunata, & pastori suo grex adhærens. Vnde scire debes Ep̃m in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo, & si qui cum Episcopo non sint, in Ecclesia non esse, & frustra sibi blãdiri eos, qui pacẽ cum sacerdotib. Dei non habentes obrepunt, & latẽter apud quosdam communicare se credunt, cum ecclesia quæ catholica vna est, scissa non sit neq; diuisa, sed sit vtiq; connexa, & cohærentium sibi inuicem sacerdotum glutino copulata. Hæc Cypri. verba prorsus Sectariorum Ecclesiam subruunt, ac valido ariete concutiunt. Si enim Ecclesiæ ministeria sacerdotum operã desiderant, & sine quibus Ecclesia nulla esse potest, certè Sectariorum sacramenta vera esse putanda nõ sunt, vt quæ nõ à sacerdotibus, à quibus solis debent, sed ab opificibus & cerdonibus conferuntur. Cæterum ne pseudeuangelicis hic tergiuersandi causa sit, vt Cypriani auctoritatem verbis eleuare velint, quod Ecclesiam ex vtrisq; constare velit ex populo, & ex clericis, & sine clero nullam dicendam Ecclesiam; afferam quoque Apostolicam auctoritatem, qua Cypriani sententia validior fiat. Sic enim Paulus Philippens. scribit, παῦλος καὶ τιμόθεος δοῦλοι ἰησοῦ χριστοῦ, πᾶσι τοῖς ἁγίοις ἐν χριστῷ ἰησοῦ τοῖς οὖσιν ἐν φιλίπποις σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ. Id est. Paulus & Tim. serui Iesu Christi, omnib. sanctis in Christo Iesu qui sunt Philippis cum Episcopis & Diaconib. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & domino nostro Iesu Christo. Nec minus Sectariorum subuertit Ecclesiã Lactant. vir nulli suo æuo eloquẽtia & eruditiõe secũdus. Hic tametsi fortius aliena destruxit, quã nostra cõfirmare potuit, tñ Ecclesiæ mores optimè ostendit, his verbis. Singuli quiq; cœtus hereticorũ se potissimũ Christianos, & suã esse Catholicã ecclesiã putant, sciẽdũ illã esse verã, in qua est relig. cõfessio, & pœnitẽtia, quę peccata & vulnera, quibus est subiecta imbecillitas carnis, salubriter curat. An tria hæc apd Sectarios inueniri possint, equidẽ maiorẽ in modũ addubito. Mitto religionẽ quã in disceptationẽ adducere nolo, & hęc adeò ambigua ẽ, vt illã vtriq; nobis asserere possem. Atqui cõfessio & pœnitẽtia, pape quot parasanguis à Sectariorũ eccl. exulat? nõ ferũt cõfessionẽ & pœnitẽtiã inuisa modò nomina populorum aures; omnia iam dictu amœna, minimeq; factu difficilia, atq; vulgi affectionibus accommoda conficta sunt, fidem verbis attollũt, q̃ viciorũ oim̃ colluuionẽ atq; sentinã semel exhaurit & absorbet Christũ sua morte dependisse omnia, nihil igitur reli-

Tertull. de præscript.

Cypria. lib. 1. Epist.

Cypria. lib 4. epist.

Philip. 1.

Lact. li. 4. cont. gent.

reliquum esse, nisi supinam & mollem agere vitam: amat enim bonus ocia Daphnis. His & talibus Milesijs concionibus, credulam plebeculam sibi modo cōciliarunt Sectarij, mirè cauti & solliciti, ne quid inter concionandum de confessione & pœnitētia incautius excidat, quod simplicioribus stomachum facere posset. Igitur Ecclesiam, quæ hactenus inter nos & illos, tanquam inter Isaachos & Palestinos fuit ἐπιδιωκὼν facilè nobis asserit confessio & pœnitentia, quæ & sacrarum literarum testimonijs, & veterum Theologorum scriptis abundè confirmata est. Nihil prohibet si vnum aut alterum è Cypriano de exomologesi adduxerim?. Sic enim ille stomachatur in illos qui temerè pacem offerebant ijs, qui persequūtionis procella sæuiente, suppliciorum metu à Christo defecerant. Honor ergo datur Deo, quando sic Dei maiestas & censura contemnitur, vt cum indignari se ille & irasci sacrificantibus dicat, & cū pœnas æternas & supplicia perpetua comminetur, proponatur sacrilegis atq; dicatur, ne ira cogitetur Dei, non timeatur iudicium domini, ne pulsetur ad Ecclesiam Christi, sed sublata pœnitentia, nec vlla exomologesi criminis facta, despectis Epis atq; calcatis, pax à non veris presbyteris verbis fallacibus prædicetur, & ne lapsi surgant, aut foris ad ecclesiam redeant, communicatio non communicantibus offeratur? Quibus etiam non satisfuit ab euangelio recessisse, spem lapsis satisfactionis & pœnitētiæ sustulisse, fraudibus inuolutos, vel adulterijs commaculatos, vel sacrificiorum funesta contagione pollutos, ne Deum rogarent, ne in ecclesia exomologesin criminum facerēt, ob omni sensu & fructu pœnitentiæ remouisse, foris sibi extra Ecclesiam & cōtra Ecclesiam constituisse cōuenticulum perditæ factionis, cum male sibi conscijorum & Deum rogare ac satisfacere nolentiū caterua conflueret. Rursus idem Cyprian. in eadem epistola cōtra pseudeuangelicos in hunc modū stomachatur. Illi contra Deum sacrilegi, cōtra sacerdotes Dei impio furore temerarij, de ecclesia recedentes & contra ecclesiam parricidalia arma tollentes, elaborāt (vt opus suū diaboli malitia consument) ne vulneratos diuina clementia in ecclesia sua curet, miserorū pœnitentiam mendaciorū suorum fraude corrumpunt; ne Deo indignāti satisfiat, ne Christū dominū suum, qui Christianus esse vel erubuit; vel timuit, postmodū quærat, ne ad ecclesiā qui de ecclesia recesserat, redeat. Datur opera ne satisfactionibus & lamentationibus iustis delicta redimātur, ne vulnera lachrymis abluantur. Rursus alio loco. Pœnitētiæ tempus datur, & pœnitentiam nō agēti dominus cōminatur: Habeo, inquit, aduersus te multa, quod vxorem Iesabel, quæ se dicit propheten, sinis docere & seducere seruos meos, fornicari & manducare de sacrificio, & dedi illi tēpus vt pœnitētiam ageret, & pœnitere noluit à fornicatione. Ecce mitto eā in lectum, & qui cum ea fornicati sunt in maximā tribulationem, nisi pœnitentiā egerit ab operibus suis. Quos vtiq; ad pœnitentiā dominus non hortaretur, nisi quia pœnitētib. indulgentiā pollicetur. Et in euang. Dico, inquit, vobis, sic erit gaudiū in cœlo super vnū peccatorē pœnitentiam agentem, quàm super nonaginta nouē iustos, quibus non est opus pœnitētia. Nam cū scriptū sit: Deus non fecit mortē, nec delectatur in perditione viuorum: vtiq; qui neminē vult perire, cupit peccatores pœnitentiam agere, & per pœnitentiam denuo ad vitam redire. Hactenus Cypr. omnia planè euangelicè atq; apostolicè. Cæterum mirū est quàm obsurduerint aures pseudeuangelicorū nostratium, ad hanc tubam tam canorè atq; euangelicè personantem, quanquā etiam illas in modum surdæ aspidis obturent, vt ne hęc Cypriani verba per illas ad corda atq; pręcordia peruadāt: sed cōtra de illorū grege studēt esse, quos idē Cypran. flens & dolēs queritur: Vt non rogetur dominus, nec qui negauit Christū, eundem Christū quem negauerat deprecet, post culpā criminis tollatur & pœnitētia, nec per episc. & sacerdotes domino satis fiat, sed relictis domini sacerdotib. contra euang. disciplinā noua traditio sacrilegæ institutiōis exurgat. Pape cū parū coheret Cypria. seculū cū hoc nostro Sectariorū, illud nefas putabat vel latū digitū à sacerdotū decretis discedere, quos tanq; precatores & Dei ministros obseruabāt, tanq; salutis ratio citra illorum operam constare nō posset. Verum hoc nostrum inprimis euang. putat,

Cypria. lib. 1. Epist.

Cypria. lib. 4. epistol.

Cypria. li. 1. epist. 8.

tat, sacerdotes ad vnum omnes exterminasse, & quàm minimum cum illis commercium habere, estq; sacerdotis nomen vsq; adeò in vulgi odium adductum, vt illud tanquam latronis & furis appellationem illis in os iaciāt. Verum quod ad puteos ab Isaac partim effossos partim eruderatos, attinet: satis in hunc modum dictum sit. [Senuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius & videre non poterat.] Clara et perquàm vera est Flacci sententia. Multa senem circumueniunt incommoda, cui ius annos eleganter vocat recedentes; cū iuuenis appellet venientes. Porrò in senectute fere hęc inueniri solent, auctore Plinio. Hebescunt sensus, membra torquentur, præmoritur visus, auditus, incessus: dentes etiam acciborū instrumenta Sunt quidem permulta & varia hominis incommoda, quæ mortalibus vitæ tędium atq; odium facilè afferre valeāt, sed nullum perinde dictu horribile atq; graue videtur vt cœcitas, & in perpetuum in tenebris vitam exigere. Nec malè à Statio dictum est, qui de cœcitate sic canit: Sors Icto durior omni, quod Thobias ille Israelita cœcus, sed tolerantia & pietate quàm opibus longè clarior significasse videtur, qui Raphaeli angelo illi gaudium imprecanti, respondit: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video. Cœcitatis atrocitatem vel illud satis arguit, quod illā Deus Israelitico populo sibi parum morigero comminatur his verbis רִבְּכָה יְהוָה בְּשִׁגָּעוֹן וּבְעִוָּרוֹן וּבְתִמְהוֹן לֵבָב id est: Percutiet te Deus amentia, & cœcitate & stupore cordis poëtæ quoq; canunt nonnullos à dijs suis cœcitate ob sacrilegia percussos, sic Lycur. Iuppiter vidēdi vsum ademit.

Caput XXVII.

Horat. in art. po.

Plin. li. 7.

Statius li. 1. Theb.

Thobiæ 5.

Deut. 28.

Homerus Iliad. 2.

τῷ μὲν ἔπειτ' ἀδύσαντο θεοὶ ῥέα ζώοντος,
καὶ μιν τυφλὸν ἔθηκε λεώνου πᾶς.

Rursus Homerus inducit Thamyrim quendam poëtam arrogātem sibiq; plus nimio placētem, & qui Musas ipsas prouocare ausus esset, quarum beneficio insignis poëta euaserat. Verum Musæ irritate non solum cognitione Musices, verū etiam communi sensu hominē priuarūt.

Home. lib. 6. Iliad.

σύντο γὰρ ἐν χόλῳ· νιν δ' ἔμμορε ἕκτορ ἄν αὐτὰ
μοῦσαι ἀείδοιεν λοῦσαι δ' ἀοιδὸς ἄγιος
αἶψ' ἀπολωσάμεναι πᾶν μὲν θέσαν αὐτὰρ ἀοιδὴν
θεσπεσίην ἀφέλοντο, καὶ ἐκλέλαθον λιθαρισιών.

Quemadmodum sub alijs fabulis poëtarum mytheologia comprehenditur, ita hic quoq; fit. Ponit poëta sub persona Thamyris hominem nimium sui amantem, cæterosq; præ se contemnentem, & qui beneficio à Deo accepto ingratus sit, sibiq; hoc acceptum referre velit quàm Deo. Talis hac dignus pœna Deo censetur, vt nedū nihil ab eo accipiat, verumetiam si quid acceperit priuari. Celebris est Græcis Latinisq; poëtis Thebanus ille Tiresias, qui quū in iocosa Iouis & Iunonis lite arbiter fuisset delectus, & secūdum Iouem sententiam tulisset; ab Iunone perpetua lumina eius nocte damnata sunt. Sed quid putabimus? Nullū ne cōmodum nobis suprema hæc cœcitatis calamitas afferre poterit? an sola hæc absq; fruge homini cōtingere existimabimus? vt cruciatus in illa sit duntaxat, nullū verò solamen? Absit hoc à diuina clemētia, quę vsq; adeò benefica est, vt etiam pestilentissimis quibusq; animantib. vel maxima homini medicamina ingenerasse videamus, tantū abest, vt cœcitati quo se solaret, nihil adesse voluerit. Fuerunt olim viri eruditione & ingenio clari, nō rhetores modò, sed philosophi quoq; infames materias quas Græci ἀοιδοὺς καὶ ἀτόπους καὶ θεσπέσους appellant, tractarūt. Phauor. philos. Therseiten illū, quo deformior vir ad Troiā non venit, laudauit: sed & febrim quartis diebus recurrentē laudib. extulit. In huius laudib. testē etiā Platonē adduxit, quē scripsisse ait: qui quartanā passus cōualuerit, vires q; integras recuperauerit, fidelius cōstātius q; postea valiturū. Fuit quoq; qui Busiridē Ægyptiū tyrannum laudaret. Synesius Episc. scripsit encomiū caluicij, qd opusculū plenū ingenij & eruditionis adhuc extat. Quū igitur illis in re friuola & nugatoria argumēta verisimilia haud quaq; defuerint, nū in cœcitate p̄ dicāda idē desperandū erit? Haud quaq; puto. Sunt em̄ plura non verisimilia & ridicula, sed lōgè verissima, propterea q̄ hominis alij sunt oculi q̄ quos in capite circūferim?, lōgè illis & perspicaciores & acutiores, tantoq; meliores quāto aīa corpore p̄stātior est. Corporeis em̄ ijs luminib. mortalia hæc haurim?, frōdosas valles, comātes arbores, floribus graminib?q; vestitos cāpos; nō raro cęnulētas cloacas laniata cadauera, fœda spectaculorū ludibria, cœlū & terrā solēq; fulgētē & astra tremula

A. Gel. li. 17. noct. att. ca. 12.

Ouid. li. 3. Metamor.

tremula; at mentis oculis dominum rerũ omnium conditorem spectandi non eripitur facultas, quibus & certius & penitius cognoscitur & speculatur. Accedit ijs illud quoq; quod peccandi materia, corporali hac cœcitate vel maxima ex parte homini eripitur. His enim corporeis oculis res alienas visas rapere affectamus; per hos tãquam per fenestras quasdam mors intrare solet; hi libidinis irritamenta homini suggerere amant, quæ illum sursum & deorsum per æqua & iniqua præcipitem agũt. Et oculi præcipuè sunt ad amandum illices. Hinc ille senarius prouerbialis, ἐκ τῶν ὁρᾶν γὰρ γίγνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν, id est, Amor ex videndo nascitur mortalibus. In oculis aiunt poëtæ cupidinem excubantem sua iacula mittere. Vergilius velut adagium indicauit, cum ait,

Vergil. in Bucol.

Vt vidi, vt perij, vt me malus abstulit error.

Rursus in Georgicis.

Vritq; videndo
Fœmina.

In Eunuc. Item apud Terentium: Chærea visa duntaxat virgine, quàm impotenter cœpit amare. Idem etiam referunt sacræ literæ de rege Dauid, qui armis & bellis semper inuictus, sed cum incautius oculos adiecisset lauanti mulieri, mox cupiditatibus suis minor factus, adulterium homicidio copulauit. Hæc cum nonnulli cordati viri perspicerent, oculos omnium cupiditatum esse auctores, cœcitatem, si fortè contigisset, vel æquo animo tulerunt; vel etiã in risum iocumque verterunt. Itaq; augurem Tiresiam, vt ait Cicero, quem sapientem fingunt poëtæ, nũquam inducunt deplorantem cœcitatem suam, de quo etiam apud poëtam quempiam hoc legitur: Obruit ora Deus, totamq; in pectore lucem, Detulit. Fertur & illud Antipatris Cyrenaici paulo obscœnius, sed non absurda sentẽtia est, cuius cœcitatem cum mulierculæ lamentarentur. Quid agitis, inquit, an vobis nulla videtur voluptas esse nocturna? Facetè ille quidem breuiterq;. Asclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitum philosophorum, cum quidam quæreret, quid ei cœcitas attulisset, respondisse: vt puero vno esset comitatior Neque iniuria à veteribus scriptoribus putatum est, cœcitatem plurimum ad ingenij mentisque acumen conferre; illudq; acutius firmiusq; futurum, citra oculorum aspectum. Aiunt Democritum Abderitem in illa fuisse sententia, & ea re luminibus oculorum sua sponte se priuasse: quia, vt A. Gellius auctor est, existimaret, cogitationes commentationesq; animi suis in contemplandis naturæ rationibus vegetiores & exactiores fore, si eas videndi illecebris, & oculorum impedimentis liberasset. Igitur ait Cicero, Democritus luminib. amissis, alba scilicet & atra discernere non poterat; at verò bona, mala, æqua, iniqua, honesta, turpia, vtilia, inutilia, magna poterat, & parua. Appius ille Claudius nomine & re cœcus, sed longè sua cœcitate quàm oculorũ acie clarior. Hic igitur cœcus neq; priuatis suis reb. neq; reipublicæ muneribus defuit, regebat vniuersum senatum videntem cœcus ipse, si quid è republica esset, cœcus ipse clarius perspiciebat; ab eius sententia pẽdebat Senatus populusq; Romanus. Inhonestas populi Romani cũ rege Pirrho conditiones, cœcus ipse gestatoria sella in senatum delatus, nobili illa sua oratione discussit. Valuitq; plus vnius cœci sententia, quàm tot oculatorum hallucinationes. Eandem cœcitatis fœlicitatem habebat C. Drusus, cuius domus, vt Cicero ait, consultoribus compleri solebat, cum quorum res esset sua, ipsi non videbant; cœcum adhibebant ducem. Quis hic non videat luminum horum cœcitatẽ haudquaquam mancum ingenium facere posse, nec simul cum oculis hisce, mẽtis quoque aciem hebetari posse? Animo, ait Cicero, multis modis varijsq; delectari licet, etiam si non adhibeatur aspectus. Loquor autem de docto homine & erudito, cui viuere est cogitare. Sapiẽtis enim cogitatio non ferme ad inuestigandum adhibet oculos aduocatos. His suis verbis Cicero exẽplum adhibet Diodorũ Stoicum, sed domestica consuetudine, quam cum Cicerone egit, notiorẽ quàm sua secta. Refert Cic. hunc plurimum & maiorem in modum in philosophia versatum, fidibus quoq; Pythagoreorũ more vsum, eũq; ei libri noctes & dies legerẽtur, quibus in studijs oculis non egebat, tamen, quod sine oculis fieri posse vix videbatur, geometriæ munus tuebatur, verbis præcipiẽs discẽtibus, vnde quo quanq; lineam

Cic. libr. 5. tusc. quæst.

Cic. libr. 5. tusc. quæst.

A. Gell. li. 10. noct. att.

am scriberent. Sed hunc cæculum, Ciceronis magis cõtubernio quàm suo nomine celebrem; valere sinamus. Magnus ille cæcus ac diuino ingenio vates, Homerus ille doctrinarum omnium princeps, inter oculatissimos cæcos optimo iure asciscendus erit. Fuit hic appellatus Melesigenes propterea quod genitꝰ esset apud fluuium Meletin. Verum vt scribit Plutarchus μετωνομάσθη ὅμηρος, ἐπειδὴ τὰς ὄψεις ἐπηρώθη, οὕτω γὰρ ἐπάλουν οἱ τὸ κυμαῖοι, οἱ δὲ ἴωνες τοὺς τὰς ὄψεις ἀπηρωμένους, παρὰ τὸ δεῖσθαι τῶν ὁμηρευόντων, ὃ δὴ τῶν τυφλῶν λέγεσθαι, id est: Appellatus verò Homerus est, sic enim Cymæi luminibus captos vocant. Sic etiam Iones cæcos vocant, propterea quod ducibus egeant. Suam verò Homerus cæcitatem in hymno quodam de se testatur.

Plutarch. in vita Homeri.

Homerus de seipso.

τυφλὸς ἀνὴρ οἰκεῖ χίον ἐν πετροεσσῃ.

Id est.

Sum cæcus vir habito verò in saxosa Chio.

Quid igitur? num cæcitatẽ diuino Homeri ingenio offecisse putabimus? quod nunquam totius orbis magistra Græcia, neq; huius æmula Italia existimauit, sed ingenium eius semper prædicauit humano sublimius fuisse; neq; vnquam ab vllo mortalium, qui eum vel antecesserũt vel sequuturi sunt, æquari posse. Huius, ait Cicero, picturam non poëtin videmus. Quæ regio, quæ ora, qui locus Græciæ, quæ species formæ, quæ pugna, quæ acies, quod remigium, qui motus hominũ, qui ferarum non ita expictus est, vt quæ ipse non viderit, nos vt videremus effecerit? Quid ergo? aut Homero ad delectationem animi ac voluptatem, aut cuiquam docto defuisse vnquam arbitramur? De Homero cæterisq; iam dictis cæcis parum mirum videri posset, nisi etiam apud Christianos cæcitatem vidissemus omnibus his corporeis luminibus potiorem. Didymus ille Alexandrinus, quem Hieronymus Videntem suum appellat, captus à parua ætate oculis erat, & ob id elementorum omnium expers, cæterum tanquam miraculum quoddã à Deo excitatus est, vt in eo potissimum diuina gratia elucesceret, absolueretq; illam, paucis datam, disciplinarũ omnium ἐγκυκλοπαίδειαν, nam Dialecticã & Geometriã, quæ vel maximè visu indiget, vsq; ad perfectum didicit. Ad hunc cæcum videns Hieronymus profectus est, vt sacrarum literarũ studio colophonem adderet. Hic vniuersæ Alexandrinę vrbi, cum iam ab Arriana hæresi cæcutiret, catholicæ doctrinæ facem prætulit; fuitq; vnus hic cæcus qui orthodoxam fidem rectè videret. Ad hunc videndum Antonius Monachorum maximus, deserta Thebaide Alexandriã venit, & hisce eum verbis affatus est. Nihil te offendat ô Didyme, quod carnalibus oculis videris orbatus. Desunt enim tibi oculi illi, quos mures & muscæ, & lacertæ habent. Sed lætare, quia habes oculos quos angeli habent, è quibus Deus videtur, per quos tibi magnum scientiæ lumen accenditur. Et hæc quidem Antonius sanctè & piè, vt omnia alia vitæ suæ facta. Atqui sic cæcitas aliqua pertimescenda est, illa haud dubio modis omnibus fugiẽda est, de qua Christus ait: Sinite illos cęci sunt, duces cæcorum. Hæc, vtut caput pulchrè oculatum erit, mentem tamen profundis ignorantię tenebris immergit: Talis hoc meretur audire quod in stupidũ & excordem conuenit, τυφλὸς τὰ τ' ὦτα, τοῦτι νοῶ, τὰ τ' ὀμμάτ' ἔ, id est, Tu simul & aure & mente & oculis cęcus es. Sed hic noster pientissimus senex Isaac, etsi corporeis oculis cæcutiens esset, mente tamẽ diuina optimè perspecturus erat, eaq; sacri Spiritus afflatu verbis elaturus, quæ magnis mysterijs olim expectanda essent. Vocauitq; Esau filium suum maiorẽ & dixit ei: fili mi. Qui Respondit. Adsum. Cui pater, Vides, inquit, quod senuerim, & ignorem diem mortis meæ. Quod nos legimus, Adsum, in Hebræo legitur הנני & Septuaginta verterunt, ἰδοὺ ἐγώ, id est, Ecce ego. Ætatum finis & catastrophe humanæ vitæ senectus est, quam statim mors excipit. Neq; iniuria senectus hyemi comparatur, quę ex quatuor anni partibus nouissima est & anno finem imponit, multisq; & ventorum flabris, & niuis rigoribus mortales affligere solet. Vita humana si diuturna erit, senectutem comitem secum trahit; hanc verò mors consequitur, cuius semper meminisse plurimum hoïs interest, quod & Isaac piẽtissimum senem fecisse, sua ad Esau verba declarant, & epigrammatarius poëta non ineptè scripsit. Ipse iubet mortis, te meminisse Deus. ☾ Sume arma tua pharetram & arcum & egredere foras.

Cicero li. 5 Tusc. quæst.

Ruffinus lib. 11. Eccl. Hist.

Matt. 15.

Marcialis.

Quumq; venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum sicut velle me nosti, affer vt cõedam.⌉ Quod nos legimus, egredere foras: in Hebreo legit צא השדה & Septuaginta ad eundem modum verterunt, καὶ ἐξελθε εἰς τὸ πεδίον, id est: Et egredere in cãpum. Venandi studium peruetustũ esse, liquet ex hoc scripturæ loco. Quinetiam Philosophorum scriptis venatio celebrata est, Xenophontis Socratici inprimis. Hic quo venationis studiũ eximie prædicaret, à dijs originem habere scribit, & Chironi beneficij vice datum. Porrò hic tanto munere affectus, vt Xenophon scribit, ἐχάρητο δίωρῶ καὶ ἐχρῶτο, ὡ ἐγένοντο αὐτῷ μαθηταί κυνηγεσιῶν τε καὶ ἑτέρων καλῶν. id est: Ob tantum beneficium gaudio affectus est, habuitq; in vsu, discipulos quoq; venationum, aliarumq; bonarum rerum instituit. Refert Plato varia esse venationũ genera, vt ferarum, piscium, volucrũ, & ideo varijs nominibus cẽseri, nec minùs varijs rebus fieri: plagis, indagine, reti, bus, hamis, laqueis. Qualem verò venandi modum Plato vel improbet vel approbet hisce verbis declarat, ὦ φίλοι, εἴθ' ὑμᾶς μήτε τις ἐπιθυμία μητ' ἔρως τῆς περὶ θάλατταν θήρας ποτὲ λάβοι, μὴ δὲ ἀχρεῖος, μὴ δ' ὅλως τῆς τῶν ἐνύδρων ζώων, μήτε τι ἐγρηγορόσι, μήτε ἐνδεδεμένοις χύρτοις ἀεργὸν θήραν διαπονουμένοις, μὴ δὲ αὖ ἄγρας ἀνθρώπων κατὰ θάλασσαν, λησάσας τε ἡμερῶν ἐπελθὼν ὑμῖν, θηρευτὰς ὑμᾶς καὶ ἀνόμους ἀποτελοῖ. κλωπείας δ' ἐν χώρᾳ καὶ πόλει, μηδὲ εἰς τὸν ἔσχατον ἐπέλθοι νοῦν ἄψασθαι. μὴ δ' αὖ πτηνῶν θήρας ἀμύλῳ ἔρως ὀν σφόδρα ἐλευθέρῳ ἐπέλθοι τίνα νέων. πεζῶν δὴ μόνον θήρευσις τε καὶ ἄγρα λοιπὴ τοῖς παρ' ἡμῖν ἀθλεῖται. ὧν ἡμὶν τῶν ἐνδόντων αὖ κατὰ μέρη νυκτερείαν πληθεῖσα, ἀργῶν αὐδρῶν, ὀυκαρεία ἐπαυσον, ὀυδ' ἡ τῶν διαπαύματα πόνων ἔχουσα ἄρεσι τε καὶ πάγαις, ἀλλ' ὀυ φιλοπόνου ψυχῆς νίκη χειρωμένων τὴν ἀχρειῶν τῶν θηρίων ῥώμην. μόνη δὴ πάσῃ λοιπὴ καὶ ἀρίστη, ἡ τῶν τετραπόδων ἵπποις καὶ κύσι καὶ τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν. ὧν ἅπαντων κρατοῦσι δρόμοις καὶ πληγαῖς καὶ βολαῖς, αὐτόχειρες θηρεύοντες, ὅσοις αὐδρείας τῆς θείας ἐπιμελὲς, id est. O amici, vtinam vos nullũ desideriũ & amor venãdi circa mare capiat, neq; hamis, neq; oío animalium quæ in aquis degũt, neq; quę vasis piscatorijs venationem conficiunt pigram vigilãtibus vel dormientibus, neq; hominum venationes in mari, neq; latrocinij suaue desiderium vos subeat, quæ venatores faciunt crudeles & impios. Sed neq; furto siue in regione siue in ciuitate mentem admouete, neq; amænus amor venandi volucres cuiusq; iuuenis animum attingat. Porrò animalium terrestrium venatio atq; captura athletis relicta sit, quæ cum à dormientibus atq; ociosis hominibus fit eaq; re nocturna appelletur, laude digna non est. Sed neq; hæc venatio quæ interuallis laborũ retibus & laqueis fit, sed nequaquam victoria laborioso hominis censetur, quum robur agrestium ferarum capiant. Sola hæc venatio optima est, nempe quadrupedum, quæ æquis, & canibus, & suis corporibus fit, capiuntq; feras, cursibus, vulneribus, iactibus, suis manibus, sicq; fortitudini student. Hactenus Plato. Hanc venationem à Platone laudatam, Esau exercuisse videtur, qui & pharetra arcuq; instructus in venationẽ ire solitus erat. ⌊ Quumq; venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum sicut velle me nosti, affer vt comedam: vt benedicat tibi anima mea antequam moriar. Inter senectutis incommoda refertur etiã illud à Satyrico poẽta: Non eadẽ vini atq; cibi torpente palato: Gaudia. Cæterum quod ad Isaac attinet, liquet illius senectutem uegetam uiuidamq; fuisse, cibi potusq; appetentissimam, ut qui tantopere à filio Esau ferinam sibi apponi peteret, defectasq; ætate uires hoc lautiore cibo farciret. Manet & in hodiernum senile uerbum: Ego me dentibus meis sustẽto. Est autem uelut ænigmaticum, reliquos ingredi pedibus, senes dentibus. Vsurpant & græci hoc prouerbium;

Xenoph. in κυνηγ.

Plato in Theaiteto.

Plato lib. ζ. νόμων.

Iuuenalis Satyr. 10.

αὐδρὸς γέροντος αἱ γνάθοι βακτηρία.

Id est.

Maxilla senibus scipionis est vice.

Videmus illud uulgo euenire postea quã destituit senes edacitas illa, uitæ finẽ imminere. ⌊Quod cum audisset Rebecca, & ille abisset in agrum vt iussionem patris impleret, dixit filio suo Iacob. Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei: Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coram Domino antequam moriar. Nunc ergo fili mi, acquiesce consilijs meis, & pergens ad gregem, affer mihi duos hædos optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo quibus libenter vescitur, quas cum intuleris & comederit, benedicat tibi priusquã moriatur.⌉ Ex uno uxoris suæ Rebeccæ congressu geminos sustulit Isaac, quos uno partu in lucẽ suscepit

pit vxor: Erãt hi gemini quidem vterini & fratres, cæterum vt studio inter se longè diuersi ac dispares, ita & corporis habitu dissidebant. Esau rufus & pilis obsitus, Iacob leuis. Esau inquietus & venator, Iacob domestico gaudẽs ocio. Hęc tanta gemellorum morum & corporis diuersitas, in dissidium quoq; ipsos traxit parentes. Pater Isaac semper potiorem habebat maiorem natu Esau, quem & sibi successorem, & paternæ benedictionis hæredem destinarat. Cõtra Rebecca iam certior diuina sorte reddita, Iacob minorem natu filium arctius cõplectitur; quẽ & benẽ sperare iubebat, & paternam benedictionem pio astu filio vendicare magno animo aggressa est. Lõgè primas hic tulisset Esau, & patris Isaac authoritate fretus, & sua primogenitura fratre clarior, nisi per diuinam prouidentiam stetisset, quæ Iacob minorem natu filiũ subleuare, & Esau maiorem natu facilè deijcere poterat, neq; pius Rebeccæ astus tam facilè cautissimo seni Isaac imposuisset, nisi diuini numinis instinctu omnia agerentur. Hic iam facilè liquet, quanto firmiora erunt quæ diuinitus decreta sunt, quàm quæ hominis studium sibi deuouit, neq; vnquam cuiusquam viri prudẽtia, quamuis fœlici ingenio præditus sit, diuinam sapientiam retro aget, quæ semper vt Marpesia cautes, & murus quidam aheneus fixa atque immota manebit: Idem in prouerbijs Salomonis legit אין חכמה ואין תבונה ואין עצה לנגד יהוה id est: Non est sapientia, non est intelligentia, non est consilium contra Deum. Sed Homerus quoque diuino suo ingenio idem facilè perspexit.

Pro. 21.

Homerus odu. ε.

ἀλλὰ μαλ' ἔπως ὅδε δίθ νόον ἀγιόχοιο,
ὅυτε παρεξελθεῖν ἄλλου θεοῦ ὅδ' ἐλιῶσαι.

Id est.

At mentem Iouis haud vllis rationibus vnquam,
Mortalium quenquam vitare aut fallere fas est.

Et.

ὀυ γὰρ τ' ἄψα θεῶν τρέπεται νόος αἰεν ἐόντων.

Id est.

Homerus odu. γ.

Non etenim diuum mens vertitur astricolarum.

Refert Herodotus verbum memoratu dignum cuiusdam Persæ in conuiuio dictum ad Thersandrũ Orchomenium, qui eiusdem mensæ consors, & compransor erat. Attaginus Thebanus conuiuio acceperat quinquaginta Persas cum Mardonio duce, & totidem Thebanos. Tum Persa hic cum è regione Thersandri accũberet sic ad eum inquit. Quandoquidem tu mihi huius mensæ conuictor es, relinquam tibi monumentum quò tu tibi consulere valeas. Cernis hos Persas cũ Mardonio duce conuiuio acceptos, & copias in castris nostris relictas? horum omniũ paruo post tempore paucissimos cernes superstites, & inter loquendum vbertim lachrymas effudit. Tum Thersander ea oratione commotus, inquit ad Persam. Nonne Mardonio hęc expedit dicere, & reliquis Persis, qui secundum eum sunt in existimatione? Tum Persa verbũ hoc aureum atq; bracteatum subiecit. O hospes, inquit, quicquid ex Deo fieri oportet, id homini ineuitabile est. Hoc in benedictione quam Isaac maiori filio Esau destinauerat factum videmus, quæ tamẽ immobili Dei decreto Iacob minori filio contigit vel inuito & nolente patre,

Herodotus

Herodotus

πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί.

id est.

Multa autem præter spem facium Dei.

Euripides in Medea.

Cui ille respõdit. Nosti quod Esau frater meus homo pilosus sit, & ego leuis. Si attrectauerit me pater meus & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducat super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater. In me sit, ait, ista maledictio fili mi, tantum audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi. Quis non miretur simul etiam suspiciat, Iacob pietatem & reuerentiam, quam præstitit in paterna senectute, & oculorum eius orbitate? Patri enim seni & oculis capto imponere verebatur, simul & metus incussus ei est, ne quid in patrem, secus quàm filio dignum esset, designaret. Iam enim adhuc in memoria habebat quàm infœliciter cesserat olim Cham, qui patrẽ suum Noẽ somno vinoq; sepultum, ac nudatis fœmoribus iacentem, fratribus suis deridẽdum propinare voluerit, neq; exciderat cordato iuueni, quale deuotionis telum in caput Cham atq; adeò in omnem eius posteritatem, ira percitus Noẽ, eiaculatus fuerat. Quàm verò reuerẽter colendi sint parentes, & modis omnibus à filijs deferendum, testes sunt nedum sacræ literæ, verum etiam profanorum scripta. Isocratis monitio est, τὸν μὲν θεὸν φοβοῦ, τοὺς δὲ γονεῖς τιμᾶ, id est: Deũ time, Parentes verò honora. Et apud Græcos extat hic

Isocrates ad Damonicum.

hic versus. Τοῖ θεῷ μὲν πάντα, τοῖς δὲ γονεύσιν δὲ πολλὰ ὀφειλόμεν, id est. Deo quidē omnia, parentibus verò multa debemus. Porrò filiorum in parentes suos ignominia, pari lance & æquo penè supplicio cum Deorum iniuria pensatur. Iustissimè, ait Valerius Maximus, quadam pari vindicta parentum ac Deorum violatio expianda est. Hinc parentum in filios imprecationes, si quando ab illis iniuria irritati, οἰδίπουδι ἄραι, id est, Oedipi imprecationes vocantur, quasi de tragicis & ingentibus malis. Solent tales imprecationes haud temerè inanes esse, quod Plato quoq; testatur, οἰδίπους φαμὶν ἀτιμασθεὶς, ἐπεύξαιτο τοῖς αὐτοῦ τέκνοις ἃ δὴ καὶ πᾶς ὑμνεῖ, τέλεα καὶ ἐπίκοα γενέσθαι παρὰ θεῶν. ἀμαύτορε τε, φοίνικι τῷ ἑαυτοῦ ἐπαρᾶσθαι παιδὶ δυμωθέντα, καὶ ἱππολυτῷ θίσεα. καὶ ἑτέρους ἄλλους μυρίους μυρίοις, ὧν γέγονε σαφὲς, ἐπικούρους εἶναι γονεῦσι προστέκνα θεούς. Βλαβερὸς γὰρ γονεὺς, ἐκγόνοις ὡς οὐδὲὶς ἕτερος ἄλλοις, δίκαιόστατα. id est, Oedipus iniuria affectus, imprecatus est suis filijs, quæ ab omnibus perfecta sciuntur & à dijs exaudita. Nam Amyntorem furore percitum Phœnicem filium, & Theseum Hippolytum, & multos alios deuouisse scimus, ex quibus liquido scimus illos à dijs contra filios exauditos. Parens enim ipse filijs suis præter alios iustissimè damnum inferre potest. Rursus. πᾶς δὲ νοῦν ἔχων, φοβεῖται καὶ τιμᾷ, γονέων εὐχας εὖ δὲ πολλοῖς καὶ πολλάκις ἐπιτελεῖς γενομένας. id est, Quisquis igitur rationis compos est, parentes timet & reuereatur, cum sciat eorum deuotiones frequenter exitum sortitas. Phœnix hic, cuius Plato meminit, narrat, apud Homerum, se paternis execrationibus obnoxium fuisse, idq; contigisse quod illi fuerat imprecatus. Carmen Homeri sic habet.

Val. Max. libr. 1.

Plato lib. de legib.

Plato eodem libr.

Homerus Iliad. 1.

μὴ πότε γουνάσιν οἷσιν ἐφέσσασθαι φιλέοντα,
ἐξ ἐμεῖθεν γεγαῶτα, θεοὶ δ' ἐτέλειον ἀπάρας.

Id est,

Orat ne in genibus proles aliquando sederet.
Ex me nata suis, diijq; audiuere precantem.

Diogenes. Has tragicas execrationes, Diogenes Philosophus iocabatur sibi occurrisse, quod viueret, ἀνέστιος, ἄπολις, ἄπατρις ἀχρήματος, ἄστατος, καὶ ἐφημερεύων, id est. Carens domo, ciuitate, patria, pecunia, nullam habens certam sedem, & in diem viuens. Porrò si poëtarū & Philosophorum authoritas parum in his rebus momenti habeat, præsto erit Theologorum grauitas. Notum est quid Augustinus scriptis suis prodiderit, de decem filijs, quorum septem mares, tres fœminæ fuerint. Hi in Capadocia à matre vidua dira execratione impetiti erāt, vt statim fœdo membrorum omnium tremore corriperentur; qua deformitate confusi, per totum vagabantur Romanum orbem. Ex his duo frater & soror in Aphricam ad Hipponem ciuitatem, diui Augustini episcopatu insignem venerunt. Erat tum recens diui Stephani protomartyris corporis inuētio, cuius memoria cum apud omnes sacrosancta esset, innumeri populi à varijs corporis infirmitatibus liberabantur, tum etiam in ipsis Paschalibus gaudijs, duo illi à fœdo illo tremore, gaudente Augustino, populoq; Hipponensi applaudente, vindicati sunt. Satis liquet quantopere parentum execrationē filij metuere debeant, quod non temerè Iacob quoq; sensit. ⊏Abijt, attulit, deditq; matri.⊐ Non rarò in sacris literis rhetoricorum artem inuenire licet, si quis paulò acutius viderit. Est pars rhetoricæ artis, vt sublatis è medio cōiunctionibus, paucis verbis ingens aliquod negotium esse ratur. Nam iter Iacob ad gregem, & duorum hœdorum electionem ad cibum patris, atq; ad matrē repedationem paucis verbis, sublatis verborum coniunctionibus, scriptura extulit. Vocat hoc loquendi genus Cicero, Dissolutionem. Vsurpat. A. Gellius idem dicendi genus. Quū Aristoteles iam magno natu & valetudine ægra esset, sectatores eius eum adeunt, rogantq;, vt scholæ suæ successorem eligere vellet, vel Theophrastum Lesbium, vel Menedemū Rhodium, qui tum in peripatetica disciplina præ cæteris excellebant. Tum Aristoteles, vt prudenter & verecūdè Theophrastum præficeret scholæ suæ, iubet vt exoticum vinum vel Lesbium vel Rhodium sibi emeretur, tū Aristoteles, gustato vtroq;, bonum, inquit, est Rhodium, sed suauius Lesbium, illo ænigmate Theophrastum significabat Menedemo dignorem. Porrò hoc emendi mādatum paucis, & sublatis cōiunctionum verbis sic effert. Eunt, curant, inueniunt, adferunt. Authore Cicerone, habet hoc genus & acrimoniam, & vehementissimum est, & ad breuitatem

Aug. libr. 22. de ciuitat. Dei.

A Gell. li. 13. noct. att.

Cicero li. 4. ad Heren.

tatem accommodatū, Exempla hæc sunt: Gere morem parenti: pare cognatis; obsequere amicis: obtempera legibus. Item, Descende in integram defensionem: noli quicquam recusare: da seruos in quæstionem: studе verum inuenire. ⊏Parauit illa cibos sicut nouerat velle patrem eius.⊐ Apposite & circumspectè scriptura omnia narrat. Quid enim tam ad cocum attinet, quàm vt heri sui palatū teneat, & quo illum cōdimento maximè oblectari sciat, hoc potissimum cibum eius condiat, quod & Rebecca fecit, & epigrammatarius poëta hoc disticho præcipit.

Marcial.

Non satis est ars sola coco, seruire palato
Nang cocus Domini debet habere gulam.

⊏Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum.⊐ Vestes Esau non ineptè quidam intelligunt sacrificas, quibus tum maiores natu filij sacris operabantur, quæ illorum dignitas erat, & maxima existimabatur, atque Noe illam per manus tradidit filio, qui in sua posteritate semper grandior natu esset, qualis tum Esau erat. Vnde in Hebræo hæ vestes appellantur חֲמֻדֹּת id est, dignitatum, à nomine חֶמְדָּה id est, desiderium. Vnde de Daniele legimus, qd vocat⁹ sit אִישׁ חֲמֻדוֹת id est, vir desideriorum: quasi magnarum dignitatum. Et in eodem Daniele legim⁹ לֶחֶם חֲמֻדוֹת id est, panis desiderabilis, qui præ cæteris candidior & præstantior sit, & ea re magis desiderabilis. Porrò hæ sacrificæ vestes fragrantes & suaueolentes esse solebant, à thuris vapore & suffitu, quo subinde veteres in sacris vtebantur, quod & hæ Esau vestes, quas Iacob pro suis induit, satis arguunt. Vnde Græci sacrificoappellāt θύω, quasi θυμιάω, quod est euaporo, adoleo, suffio, & vestimenta θυώδεα apud Homerum vocantur fragrantia εἵματα τ' ἀμφιέσασα θυώδεα καὶ λούσασα. id est. Calypso vestiuit Vlyssem vestibus fragrātibus, & lauit. ⊏Pelliculasq; hœdorum circumdedit manibus, & colli nuda prætexit.⊐ Quur hoc ludibrium comminiscī Rebeccæ in animum venit? an vt hoc commento filio suo Iacob paternam benedictionem assereret? quasi diuino oraculo diffideret quod acceperat; Populus populum superabit, & maior seruiet minori? Non opinor cordatam mulierē consq; dem tiæ deductam, vt suis ridendis commentis diuinum decretum adiutum iri putaret. Sed est quod in hoc Rebeccę studio perspicere debeamus, ne putaremus ociosis nobis & compresis manibus, stertentibus diuinum auxilium adfuturum, sed disceremus diuinam opē non cessantibus, sed industrijs, & pro sua virili conantibus auxilio esse solere, minimeq; fiducia diuinæ opis industriam remittamus. Longum hic esset omnia cō gerere, quæ veteres Theologi de gratia Dei & nostro libero arbitrio scripserunt. Satis erit vel vnū locū ex Gregorio attulisse. Sciendū, ait, qa mala nostra solūmodo nostra sunt: bona aūt nostra, & oīpotētis Dei sunt & nostra: qa ipse aspirando nos præuenit, vt velimus, qui adiuuando subsequitur, ne inaniter velimus, sed possimus implere quæ volumus. Præuenientę ergo gratia & bona voluntate subsequente, hoc quod omnipotentis Dei Donum est, fit meritum nostrum. Quod bene Paulus breui sententia explicat dicens: Plus omnibus illis laborauī. Qui ne suæ videretur virtuti tribuisse quod fecerat: adiunxit: Nō autem ego, sed gratia Dei mecum. Quia enim cœlesti dono præuentus est, quasi alienum se à bono suo opere agnouit: Non autem ego. Sed quia præueniēs gratia liberum in eo arbitrium fecerat in bono, quod libero arbitrio eandem gratiam est subsequutus in opere, adiunxit: sed gratia Dei mecū. Ac si diceret: In bono opere laborauī nō ego: sed ego. In hoc eē quod solo Domini dono præuentus sum: non ego. In eo autem quod donum voluntate subsequutus: Et ego: & hæc quidem Gregorius contra Pelagium & Celestium. Quid vetat quo minus huc referamus Homericum illud carmen.

Homerus odyss. ε.

Greg. lib. 1. Omil. 9. in Ezech.

Homerus ὀδυ.

τηλέμαχ' ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νοήσεις,
ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται.

Id est.

Hæc partim ipse tuo perpendes pectore tecum,
Partim aliquis diuūm tibi suggeret.

Id vsurpat Cicero libro nono Epistolarum ad Atticum. Omnia vobis imparatis agenda, Sed tamen.

Cicero.

ἄλλα μὲν αὐτὸς ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται.

Id est.

Partim ipse inuenies, partim Deus suggeret ipse.

Huic finitimum est, σὺν ἄθυνᾳ καὶ χεῖρα κινεῖ. id est, Auxiliante Minerua manum interim moue. Extat apud Græcos hæc puerbialis sententia: θεοὶ τὰ γαθὰ τοῖς πόνοις πωλοῦυται, id est. Dij bona laboribus vendunt. E Deditq; pulmentum, & panes quos coxerat tradidit. ¶ In toto hoc capite vbi cibi huius mentio fit quem tantopere appetebat Isaac, in Hebræo legitur מְטַעֲמִים qui est cibus præ cæteris delicatior & ad palatum inuitandum paratior. Hebraice, gustauit, dicitur טַעַם & gustus sapor, טַעַם & מַטְעַמָּה cibus desiderabilis. Mirum est in tanto Isaac famulicio tum pistorem defuisse, qui pransuro hero panem faceret, nisi materfamilias Rebecca illum suis manibus pinseret. Sed nondũ hæc luxuriæ instrumenta tum erãt &, pistorum opera magis apud mulieres quàm apud viros erat. Author est Plinius pistores Romę non fuisse ad Persicum vsq; bellum, annis ab vrbe condita quingentis octoginta. Ipsi panem faciebant Quirites, mulierumq; id opus erat, sicut etiam nunc in plurimis gentium. In regnorum libro legimus Israëlitis à Deo propositas leges regis quem tum petebant, nempe vt filias ipsorum sibi facturus esset אפות id est: Panificas siue pistrices. ¶ Quibus illatis dixit. Pater mi. At ille respondit. Audio. Quis es tu fili mi. Dixitq; Iacob. Ego sum primogenitus tuus Esau. Feci tibi sicut præcepisti mihi. Surge, sede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. ¶ Fuere olim inter Philosophos, quos certũ est in illa fuisse sententia, vt licitum esse putarent, officioso mendacio vti, idq; ob communem hominum vtilitatẽ, & ad mores vitamq; rectè pieq; instituẽdam; & erga illos duraxat fas esse existimabant, quos neq; ratio mouet, neq; recta institutio ad meliorem frugem adducere posset. Verum hãc mentiendi licentiam, non omnibus permissam esse volebant, sed cordatis & prudẽtibus viris, q suo ingenio freti, qd cuiq; accõmodũ esset facile perspicere possent, ne si semel suboluisset mendacij artificium omnis illa mentiendi vtilitas in totũ intercideret. Princeps huius opinionis fuit Pythagoras, qui rudes illos & voraces homines à σαρκοφαγίας hoc ridendo commento deterrere volebat, quod diceret humanas animas in animantium corpora demigrare, & ob eam causam prohibuisse, ne quod animal occideretur, quemadmodum & Iuuenalis attestatur: *Iuuenalis.* A cũctis animalibus abstinuit qui, Tanquam homine. Pythagoram sequutus Plato est, cui hoc officiosum mendacium *Plato* vsque adeò arrisit, vt non dubitauerit etiam in literas suas referre. *γ. πόλιτ.* Sic enim in republica sua scribit. ἀλλὰ μὴν καὶ ἀληθείαν γε πολὺ πολλοῦ ποιητέον. εἰ γὰρ ὀρθῶς ἐλέγομεν ἄρτι, καὶ τῷ ὄντι θεοῖς μὲν ἀχρηστον ψεῦδος, ἀνθρώποις δὲ χρήσιμον ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει κτλόντι τόγε τοιοῦτον ἰατροῖς δόκειν, ἰδιώτας δὲ οὐχ ἁπτέον. δῆλον ἔφη. τοῖς ἄρχουσι δὴ τῆς πόλεως εἰπρέπειν ἄλλοις προσήκει ψεύδεσθαι ἢ πολεμίων ἢ πολιτῶν ἕνεκα ἐπ' ὠφελείᾳ τῆς πόλεως, τοῖς δὲ ἄλλοις πᾶσιν οὐχ ἁπτέον τοῦ τοιούτου. ἀλλὰ πρός γε δὴ τοὺς τοιούτους ἄρχοντας ἰδιώτῃ ψεύσασθαι, τοῦτον καὶ μεῖζον ἁμάρτημα φήσομεν, ἢ κάμνοντι πρὸς ἰατρόν, ἢ ἀσκοῦντι πρὸς παιδοτρίβην, περὶ ὧν τὸ αὐξάν σωματος παθημάτων, μὴ τἀληθῆ λέγειν, ἢ πρὸς κυβερνήτην περὶ τῆς νεώς τε καὶ ὧν ναυτῶν, μὴ τὰ ὄντα λέγοντι, ὅπως ἢ αὐτὸς ἢ τις ὧν ξυναυτῶν πρᾶξιν ἕξει, ἀληθεστατα ἔφη. i. Veritas quoq; sectãda magnope est. Si em, vt paulò ante rectissime diceba mus, Deo indecens, & inutile mendacium est, hominibus quandoque vtile, vt vt vtamur eo quasi condimento atque medicamine, nulli dubium est, quin huiusmodi licentia medicis danda sit, & ab imprudentibus remouenda. Vera, inquit, asseris. Ergo principes vrbium, si quibus & alijs hoc conceditur, oportet aliquando mentiri, vel contra hostes, vel pro patria & ciuibus; ab alijs verò non tentandum. Cæterum si priuatus quispiam suo magistratu mentiatur, hoc etiam maius peccatum dicimus, quàm si æger medico, luctator gymnasiarchæ, de corporis sui constitutione vera nõ dicat; vel si nauarcho de naui & nautis nõ vera dicat, quemadmodum ipsius & aliorum nautarum negotium habeat. Hactenus Plato. Hoc Platonis dogma vsque adeò plausibile visum est, vt ad nõnullos ecclesiasticos quoq; scriptores serpet, q in eadẽ fuere sententia; vt putarent non rarò officioso mendacio, vt condimento quopiã vtẽdum, si spes maximi alicuius boni affulserit. Origenes inter veteres theolog. primi

Plin. li. 18

3. Reg. 8.

primi nominis existimatur, αὐτοδίδακτος, & qui nullo doctore præeunte, tot volumina cuderit. Hic nedũ in sacris literis, verũetiã in profanis scriptis diligenter volutatus, Platonis hoc dogma tanquam ex trípode natum amplectitur, & vt dogmatistes quispiam imitandum proponit, ceu ex sacris literis depromptũ. Sed iam Origenem ipsum Platonizantem audiamus. *Orig. li. 6. Stromat.* Et nos igitur, inquit, illius præcepti memores: loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo: non debemus dicere, quis est proximus meus? sed considerare quomodo philosoph? cautè dixerit: Deo indecens & inutile esse mendacium: hominibus interdum vtile, & quod ne pro dispensatione quidem putãdus sit Deus aliquando mentiri. Sin autem commodũ audientis exegerit: verbis loquitur ambiguis, & per ænigmata quæ vult, profert: vt & veritas apud eũ cõseruetur, & quod noxium esse poterat, si nudum proferretur in vulgus, quodam tectum velamine proferatur. Homo autem cui incumbit necessitas mentiendi: diligenter attẽdat, vt sic vtatur interdum mendacio, quomodo condimento atq; medicamine: vt seruet mensuram eius: ne excedat terminos, quibus vsa est Iudith contra Holofernem, & vicit eum prudenti simulatione verborũ. Imitetur Hester, quæ Artoxerxis sententiam, diu tacita gentis veritate correxit. Et in primis patriarcham Iacob: quem legimus benedictiones patris, artifici impetrasse mendacio. Ex quo perspicuum est, quod nisi ita mentiti fuerimus: vt magnum nobis ex hoc aliquod quæratur bonum: iudicandi simus, quasi inimici eius, qui ait: Ego sum veritas. Hactenus Origenes. Si huic Origenis sententię, sed ex Platone haustæ, assentiri voluerimus, tum satis liquebit, quid nobis de hoc Iacob mendacio, quo patri imposuit, sentiendum erit, nimirũ officiosum fuisse, & ingentium sibi bonorum causam; & ea re Iacob extra noxã, neq; in aliquo reprehensione aliqua dignum, sed Platonis hanc sententiã vel priorem indicasse, vel Plat. ex hoc Iacob mẽdacio suã de mẽdacio sentẽtiã mutuatũ. Siquidẽ tradũt eũ sacras in Ægypto literas, Hieremia propheta interprete, legisse. Sed de hac Platonica & Origenica sententia, vt quisq; velit ac lubeat sentiat licet. Atqui parum idoneus author forsan Origenes videri posset, nisi illam classicos atq; orthodoxos scriptores sequutos fuisse, magna esse suspicio. Certe Hieronym. obijcit hoc Rufino, atq; hic rursus huius opinionis affinitatem in Hieronymum regerit, malens alterum eodẽ conspurcare luto, quã in se coniectum lutũ abstergere. Nec Hieronymus omnino caruit suspicione Origenici dogmatis. Nã huius sequutus sententiam in commentarijs quos scripsit in epistolã ad Galathas, vtrosq; Petrum ac Paulum, pro tempore simulatione vsos autumat. Petrum cum se subduceret à mẽsa, superuenientibus Hebræis: Paulum, cum illum in os acriter obiurgaret, vt per eum alios deterreret. Ex hoc officiosi mẽdacij dogmate, quod primum à Platone exortum, in Origenem postea, & propemodum deinde in Hieronymum manauit, exorta est nobilis illa conflictatio inter Hieronymum & Augustinum de mẽdacio, vltro citroq; missis epistolis, quam quo nomine appellem, certum nõ habeo, velitaris propemodum fuit, & Andabatarum more depugnata, dum alter alterũ veretur, & defert honorem, vt inter summos Theologicæ rei doctores. Erat tum August. iuuenis, Hipponẽsis eccl. Epus, sed nulli natu grandiori ingenio & erudi tione postferendus. Hieron. verò exacta iam ætate & propemodum decrepita, in Bethlehemitico rure in sacro diuinarũ literarũ studio desudãs. Augustino igitur mendacij hosti, nullo pacto placebat hoc Platonis dogma, neq; ferebat mendaciũ aliquod, ab illis viris, qui nobis sacrã scripturã cõdiderunt, scribi potuisse, sed syncerã ipsissimamq; veritatem. Petrus ergo non simulatione, sed ex aïo non rectè ambulauit ad euangelij veritatẽ: Paulus non simulatiõe, sed verè restitit Petro in facie, quia verè reprehensibilis erat. Neq; enim fieri poterit, vt sacra scriptura in totũ vera & indubitata sit, si vel vnũ locũ conuulsum fateamur. Neq; ignoro quid Euseb. Cæsarien. de hoc officioso Platon. mendacio senserit, & putat nõnulla in sacris literis inueniri, quæ ad hoc Platonis dogma proximè accedunt. Innumera, ait, huiusmodi verba sunt in sacra scriptura, vt puta: quando pœnitere Deum, aut dormire, aut irasci, aut alijs perturbationibus ferri scribitur: quæ quamuis altius interpretata non procul à veritate sint: verba tamẽ ipsa vel terrẽdo vel permulcẽdo nõnihil

Euseb. li. 12 euang. præ.

Id est.

Partim ipse inuenies, partim Deus suggeret ipse.

Huic finitimum est, σὺν ἄθικτα καὶ χεῖρα κινεῖ. id est, Auxiliante Minerua manum interim moue. Extat apud Græcos hæc puerbialis sentẽtia: θεοὶ τἀγαθὰ τοῖς πόνοις πωλοῦνται, id est Dij bona laboribus vendunt. ⊏ Deditq; pulmentum, & panes quos coxerat tradidit. ⊐ In toto hoc capite vbi cibi huius mentio fit quem tantopere appetebat Isaac, in Hebræo legitur מַטְעַמִּים qui est cibus præ cæteris delicatior & ad palatum inuitandum paratior. Hebraicè, gustauit, dicitur טָעַם & gustus sapor, טַעַם & מַטְעַמָּה cibus desiderabilis. Mirum est in tanto Isaac famulicio tum pistorem defuisse, qui pransuro hero panem faceret, nisi materfamilias Rebecca illum suis manibus pinseret. Sed nondũ hæc luxuriæ instrumenta tum erãt &, pistorum opera magis apud mulieres quàm apud viros erat. Author est Plinius pistores Romę non fuisse ad Persicum vsq; bellum, annis ab vrbe condita quingentis octoginta. Ipsi panem faciebant Quirites, mulierumq; id opus erat, sicut etiam nunc in plurimis gentium. In regnorum libro legimus Israëlitis à Deo propositas leges regis quem tum petebant, nempe vt filias ipsorum sibi facturus esset אפות id est: Panificas siue pistrices. ⊏ Quibus illatis dixit. Pater mi. At ille respondit. Audio. Quis es tu fili mi. Dixitq; Iacob. Ego sum primogenitus tuus Esau. Feci tibi sicut præcepisti mihi. Surge, sede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. ⊐ Fuere olim inter Philosophos, quos certũ est in illa fuisse sententia, vt licitum esse putarent, officioso mendacio vti, idq; ob communem hominum vtilitatẽ, & ad mores vitamq; rectè pieq; instituẽdam; & erga illos duraxat fas esse existimabant, quos neq; ratio mouet, neq; recta institutio ad meliorem frugem adducere posset. Verum hãc mentiendi licentiam, non omnibus permissam esse volebant, sed cordatis & prudẽtibus viris, q suo ingenio freti, qd cuiq; accõmodũ esset facile perspicere possent, ne si semel suboluisset mendacij artificium omnis illa mentiendi vtilitas in totũ intercideret. Princeps huius opinionis fuit Pythagoras, qui rudes illos & voraces homines à σαρκοφαγίας hoc ridendo commento deterrere volebat, quod diceret humanas animas in animantium corpora demigrare, & ob eam causam prohibuisse, ne quod animal occideretur, quemadmodum & Iuuenalis attestatur: *Iuuenalis.* A cũctis animalibus abstinuit qui, Tanquam homine. Pythagoram sequutus Plato est, cui hoc officiosum mendacium *Plato.* vsque adeò arrisit, vt non dubitauerit etiam in literas suas referre. Sic enim in *γ. πολιτ.* republica sua scribit. ἀλλὰ μὴν καὶ ἀληθειά γε πολὺ πολλοῦ ποιητέον. εἰ γὰρ ὀρθῶς ἐλέγομεν ἄρτι, καὶ τῷ ὄντι θεοῖς μὲν ἀχρήσιμον ψεῦδος, ἀνθρώποις δὲ χρήσιμον ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει δηλόντι τόν γε τοιοῦτον ἰατροῖς δόκιμον, ἰδιώταις δὲ οὐχ ἁπτέον. δῆλον ἔφη. τοῖς ἄρχουσι δὴ τῆς πόλεως εἰκὸς τισὶν ἄλλοις προσήκει ψεύδεσθαι ἢ πολεμίων ἢ πολιτῶν ἕνεκα ἐπ' ὠφελείᾳ τῆς πόλεως, τοῖς δὲ ἄλλοις πᾶσιν οὐχ ἁπτέον τοῦ τοιούτου. ἀλλὰ πρός γε δὴ τοὺς τοιούτους ἄρχοντας ἰδιώτῃ ψεύσασθαι, τοῦτον καὶ μέγιστον ἁμάρτημα φήσομεν, ἢ κάμνοντι πρὸς ἰατρόν, ἢ ἀσκοῦντι πρὸς παιδοτριβήν, περὶ ὧν τὸ αὐτὸ σωματικὸν παθήματος, μὴ τἀληθῆ λέγειν, ἢ πρὸς κυβερνήτην περὶ τῆς νεώς τε καὶ ὧν ναυτῶν, μὴ τὰ ὄντα λέγοντι, ὅπως ἢ αὐτὸς ἢ τις τῶν ἑωυτοῦ, πρᾶξις ἔχει, ἀληθέστατα ἔφη. i. Veritas quoq; sectãda magnopere est. Si em, vt paulò ante rectissimè diceba mus, Deo indecens, & inutile mendacium est, hominibus quandoque vtile, vt vtamur eo quasi condimento atque medicamine, nulli dubium est, quin huiusmodi licentia medicis danda sit, & ab imprudentibus remouenda. Vera, inquit, asseris. Ergo principes vrbium, si quibus & alijs hoc concedítur, oportet aliquando mentiri, vel contra hostes, vel pro patria & ciuibus; ab alijs verò non tentandum. Cæterum si priuatus quispiam suo magistratu mentiatur, hoc etiam maius peccatum dicimus, quàm si æger medico, luctator gymnasiarchæ, de corporis sui constitutione vera nõ dicat; vel si nauarcho de naui & nautis nõ vera dicat, quemadmodum ipsius & aliorum nautarum negotium habeat. Hactenus Plato. Hoc Platonis dogma vsque adeò plausibile visum est, vt ad nõnullos ecclesiasticos quoq; scriptores serpet, q in eadẽ fuere sententia; vt putarent non raro officioso mendacio, vt condimento quopiã vtẽdum, si spes maximi alicuius boni affulserit. Origenes inter veteres theolog. primi

Plin. li. 18

1. Reg. 8.

primi nominis existimatur, αὐτοδίδακτος, & qui nullo doctore præeunte, tot volumina cuderit. Hic nedũ in sacris literis, verũ etiã in profanis scriptis diligenter volutatus, Platonis hoc dogma tanquam ex tripode natum amplectitur, & vt dogmatistes quispiam imitandum proponit, ceu ex sacris literis deprompti. Sed iam Origenem ipsum Platonizantem audiamus. *Orig. li. 6. Stromat.* Et nos igitur, inquit, illius præcepti memores: loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo: non debemus dicere, quis est proximus meus: sed considerare quomodo philosoph? cautè dixerit: Deo indecens & inutile esse mendacium: hominibus interdum vtile, & quod ne pro dispensatione quidem putãdus sit Deus aliquando mentiri. Sin autem commodũ audientis exegerit: verbis loquitur ambiguis, & per ænigmata quæ vult, profert: vt & veritas apud eũ cõseruetur, & quod noxium esse poterat, si nudum proferretur in vulgus, quodam tectum velamine proferatur. Homo autem cui incumbit necessitas mentiendi: diligenter attẽdat, vt sic vtatur interdum mendacio, quomodo condimento atq; medicamine: vt seruet mensuram eius: ne excedat terminos, quibus vsa est Iudith contra Holofernem, & vicit eum prudenti simulatione verborũ. Imitetur Hester, quæ Artoxerxis sententiam, diu tacita gentis veritate correxit. Et in primis patriarcham Iacob: quem legimus benedictiones patris, artifici impetrasse mendacio. Ex quo perspicuum est, quod nisi ita mentiti fuerimus: vt magnum nobis ex hoc aliquod quæratur bonum: iudicandi simus, quasi inimici eius, qui ait: Ego sum veritas. Hactenus Origenes. Si huic Origenis sententię, sed ex Platone haustæ, assentiri voluerimus, tum satis liquebit, quid nobis de hoc Iacob mendacio, quo patri imposuit, sentiendum erit, nimirũ officiosum fuisse, & ingentium sibi bonorum causam; & ea re Iacob extra noxã, neq; in aliquo reprehensione aliqua dignum, sed Platonis hanc sententiã vel priorem indicasse, vel Plat. ex hoc Iacob mẽdacio suã de mẽdacio sentẽtiã mutuatũ. Siquidẽ tradũt eũ sacras in Ægypto literas, Hieremia prophęta interprete, legisse. Sed de hac Platonica & Origenica sententia, vt quisq; velit ac lubeat sentiat licet. Atqui parum idoneus author forsan Origenes videri posset, nisi illam classicos atq; orthodoxos scriptores sequutos fuisse, magna esse suspicio. Certè Hieronym. obijcit hoc Rufino, atq; hic rursus huius opinionis affinitatem in Hieronymum regerit, malens alterum eodẽ conspurcare luto, quã in se coniectum lutũ abstergere. Nec Hieronymus omnino caruit suspicione Origenici dogmatis. Nã huius sequutus sententiam in commentarijs quos scripsit in epistolã ad Galathas, vtrosq; Petrum ac Paulum, pro tempore simulatione vsos autumat. Petrum cum se subduceret à mẽsa, superuenientibus Hebræis: Paulum, cum illum in os acriter obiurgaret, vt per eum alios deterreret. Ex hoc officiosi mẽdacij dogmate, quod primum à Platone exortum, in Origenem postea, & propemodum deinde in Hieronymum manauit, exorta est nobilis illa conflictatio inter Hieronymum & Augustinum de mẽdacio, vltro citroq; missis epistolis, quam quo nomine appellem, certum nõ habeo, velitaris propemodum fuit, & Andabatarum more depugnata, dum alter alterũ veretur, & defert honorem, vt inter summos Theologicæ rei doctores. Erat tum August. iuuenis, Hipponẽsis eccl. Epus, sed nulli natu grandiori ingenio & erudi tione postferendus. Hieron. verò exactiam ætate & propemodum decrepita, in Bethlehemitico rure in sacro diuinarũ literarũ studio desudãs. Augustino igitur mendacij hosti, nullo pacto placebat hoc Platonis dogma, neq; ferebat mendaciũ aliquod, ab illis viris, qui nobis sacrã scripturã cõdiderunt, scribi potuisse, sed syncerã ipsissimamq; veritatem. Petrus ergo non simulatione, sed ex aio non rectè ambulauit ad euangelij veritatẽ: Paulus non simulatiõe, sed verè restitit Petro in faciẽ, quia verè reprehensibilis erat. Neq; enim fieri poterit, vt sacra scriptura in totũ vera & indubitata sit, si vel vnũ locũ conuulsum fateamur. Neq; ignoro quid Euseb. *Eus. li. 12 euan. præ.* Cæsarien. de hoc officioso Platon. mendacio senserit, & putat nõnulla in sacris literis inueniri, quæ ad hoc Platonis dogma proximè accedunt. Innumera, ait, huiusmodi verba sunt in sacra scriptura, vt puta: quando pœnitere Deum, aut dormire, aut irasci, aut alijs perturbationibus ferri scribitur: quæ quamuis altius interpretata non procul à veritate sint: verba tamẽ ipsa vel terrẽdo vel permulcẽdo nõnt-

hil prosunt illis, qui altiorem inuestigare sensum nequeunt. ¶ Rursumq; Isaac ad filium suum: Quomodo, inquit, tam cito inuenire potuisti fili mi. Qui respondit: Voluntas Dei fuit, vt cito occurreret mihi quod volebam. ¶ Non fugiebat prudentem senem venatus moram & incertitudinem, quod fera tumultu & canum latratu excitata, intellectis q̃ insidijs subducere sese soleat, atq; in intimas foueas illatebrare, & in venatu vel præcipuè fortuna dominatur, virtus minimum affert momenti. Ad hæc tendenda retia, expandendæ plagæ & casses, indagine saltus cingendus, non raro venatori sub loue frigido manendum: quæ omnia venationē morari incertamq; reddere solent. Solebant venatores quo maturius optato potirentur, venatus partē
Verg. lib. 2. Æneid. dijs suis nūcupare. Hinc illud apud Vergilium: Ipsumq; vocamus, In prædam partemq; Iouem. Cæterum Iacob hanc suam tam citò venationem vni Deo refert acceptam, cui vt omnia alia in promptu factaq; facilia sunt, ita etiam ferę syluarum, eius arbitrātu, cui ipsi visum erit, facile largiuntur. Quod nedum sacræ produnt
Homerus ὀδυσσ. ι. literę, verumetiam profanorum scripta attestantur. Hemistichium Homericum est, θεοὶ δὲ τε πάντα δύνανται, id est, At cœlestes omnia possunt. In eandem sententiam
Linus. Linus apud Stobæum

ἐλπεῖδες χρὴ πάντ' ἐπεὶ ὄν τε σ' οὐδὲν ἄελπτον
ῥᾴδια πάντα θεῷ τελέσαι καὶ ἀμήχανον οὐδέν.

Id est.

Speres cuncta, nihil quod non contingere possis,
Omnia sunt magno factu procliuia diuo.

¶ Dixitq; Isaac. Accede huc, vt tangā te fili mi, & probem vtrū tu sis filius meus Esau: an non. Accessit ille ad patrē, & palpato eo dixit Isaac. Vox quidē vox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau. Et non cognouit eum, quia pilosæ manus, similitudinem maioris expresserant. ¶ Quinq; sunt hominum sensus, quos Græci αἰσθήσεις appellant, per quos quicquid extrinsecus est, vel ad aīm, vel ad corpus solet venire; gustus, tactus, odoratus, visus, auditus. Visus & auditus vocantur ab Arist. sensus disciplinæ, vt per quos omnes sciētiæ & disciplinę in animum peruadere soleant; quod quidem vsq; adeò verum, vt etiam
Rom. 10. Paulus diceret, ἡ πίστις δὲ ἐξ ἀκοῆς, ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος θεοῦ, id est: Fides ex auditu, auditus verò per verbum Dei. Constat verò apud omnes, Oculis credendum potius quàm auribus, quæ cernuntur certiora
Hora. in epist. sunt quàm quæ audiūtur. Flaccus canit:

Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.

In art. poetica.

Idem in arte poëtica.

Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator.

Et historia quæ rerum gestarum fidem complectitur, dicta est, παρὰ τὸ ἱστορεῖν, quod est videre. Inde κατ' ἱστορίαν ἰέναι, visendi gratia ire Aristides, τοῦτο δὴ τὸ χρῆμα, τοὺς
Aristides. τῶν τῶν θεάτρων χώρας ἐχούσης, τὸν μὲν ἀεὶ κατὰ πλῆθος τῶν ἐμπόρων, καὶ κατ' ἱστορίαν ἢ χρείαν εἰσαφικνουμένων, μετ' ὀσης φῆς ῥᾳστώνης καὶ ψυχαγωγίας γίγνεται καὶ ἡσυχῆς, οὐ ῥᾴστιον εἰπεῖν, id est, qui spectandi loci causa veniunt. In summa ad cognitionem magis faciunt aures, ad fidem faciendam certiores sunt oculi. Chilonis sententia est, ὥστε γὰρ τυγχάνει
Chilo. αὐθρώποισιν ὄντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. Nā aures hominibus minus fideles quàm oculi. Sed & Plautus idem ait. Plus est oculatus testis vnus, quàm auriti decem, hoc
Plautus. est, longè maior est habenda referentibus ea quæ viderint oculis, quàm ijs qui narrāt ab alijs audita. Vnde & vulgo, si quis fabulam narret, parum verisimilē, rogare cōsueuimus, num ea cōspexerit. Quod si neget, verum audisse modò, ridetur. Idē etiam psalmographus sensisse videtur, tāquam parum sit audiuisse, nisi etiā vidisse
Psal. 47. & oculorum fidē accessisse כַּאֲשֶׁר שָׁמַעְנוּ בְּעִיר יְהוָה id est. Sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate Dei. Sed quid de Isaac hoc nostro præsenectute cæcutiente putabimus? quem & aurium iudicio deceptum videmus, neq; oculorū certissima fide vti potuit? Reliquum ergo erit vt tactu verum inquirat, quem certissimū esse & oculis parem non temerè multi existimant. Quod enim modis omnibus compertum esset, id oculis & manibus deprehensum dicebant. Et apud Ciceronem legitur: Res non coniectura, sed oculis & Ci. pro Clu.
manibus tenetur. Quidā porrò adeo sunt ἀπιστοῦντες, vt nisi manibus contrectent, non credant. Quemadmodum de Thoma Didymo narrat Euangelica historia. Ioannes Euangelista vt significaret Apo 1. Ioan. 1.
stolos omnes certiores de Christo reddītos, & oīa prorsus illis explorata esse, ita infit, ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς, i. Quod

Quippe altera manu do, & accipio altera.

erat ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitę. Quàm verò exactè homo habeat
Arist. lib. 2. περὶ ψυχῆς. tactū, declarat Aristoteles hisce verbis, τούτῳ δὲ ἔχειν τὴν αἴσθησιν τὸν ἄνθρωπον ἀκριβεστάτην, διὸ μὴ γὰρ τοῖς ἄλλοις λέπεται πολλῷ τῶν ζώων. κατὰ δὲ τὴν ἁφὴν, πολλῷ τῶν ἄλλων διαφέροντως ἀκριβοῖ, διὸ καὶ φρονιμώτατον ἐξ τῶν ζώων. σημεῖον δὲ τὸ καὶ τῷ γένει ἀνθρώπῳ, παρὰ τὸ αἰσθητήριον τοῦτο, ἐν εὐφυΐαις καὶ ἀφυΐαις, παρ' ἄλλο δὲ μηδέν. οἱ μὲν γὰρ σκληρόσαρκοι ἀφυεῖς τὴν διάνοιαν, οἱ δὲ μαλακόσαρκοι εὐφυεῖς, idest, Hic sensus in homine exactissimus est, in alijs longè inferior multis animalibus, quod ad tactum attinet, longè exuperat alia. Propterea homo prudentissimum est animal. Signum verò est quod in genere hominum ex tactu dignoscuntur vel ingeniosi vel rudes, ex alijs sensibus non ita. Siquidem qui duram habēt carnē, hebetes sunt, qui verò mollē, ingeniosi. Hactenus ille. Facile igitē ex tactu Isaac fucus hic Iacob deprehenderetur, nisi omnia diuinitus agerentur. ¶ Benedicens ergo illi ait. Tu es filius meus Esau? Respōdit. Ego sum. At ille. Affer, inquit, mihi cibos de venatione tua fili mi vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum. Quo hausto dixit ad eum. ¶ Hic iam seni cōuiuiū instruitē, & ad epulas pius Isaac accumbit, minimè quidem sumptuosas, sed quæ senis palato satisfacerent. Non hic seruorū examina sursum ac deorsum volitant, neq; centeni ferculorū missus, pōpatico fauore, tibijsq; canentibus triclinio inferūtur, non prostat abacus aureis vasis & magnificè celatis, cōspicuus: sed simul omnia pius filius Iacob, pio patri Isaac satis est. Neq; abstemium prandium senex sumit, sed vinū pharmaci loco est, quo frigus senectutis suo calore pensat, ætasq; ingrauescens vino humectatur & calefit, senectutisq; molestiam eius hilaritas minuit. Neq; ineptè vulgo, vinum vocatur lac senum. ¶ Accede ad me & da mihi osculum fili mi: Accessit & osculatus est eum. ¶ Inter varias casti amoris significationes, vel eximia est osculum; quo quisq; suum in alium animum declarat. Solet hoc in primis à parentibus in filios suos fieri, quos abeuntes hoc amoris symbolo tristes relinquunt; vel longo post interuallo reduces in suos lares lætī recipiūt. Et hæc oscula pudicorum sunt affectuū, quę proprio quodam vocabulo basia appellari quidam volunt. Neq; tamen hoc osculo, semper os vel labra contingebant, sed nō raro in caput fiebat, vel genas, & nōnunquam in oculos, quod Homerus de Penelope scribit, quæ Telemachum peregrè redeuntem, in hunc modum oscula
Homerus ὀδυσσ. ρ. ta est.

ἀμφὶ δ' παιδὶ φίλῳ βάλε πήχεε λακερυσσαε
κύσε δὲ μιν λεφαλὼ καὶ ἀμφὼ φάεα καλά.

Id est.

Lachrymans iniecit charo filio brachia
Osculabatur eius caput, & duos pulchros oculos.

Rursus de Vlysse canit, qui eundē Telemachum filium sic osculatus est.

ὣς ἄρα φωνήσας ὑὸν κύσε κεδνὸν ἄρ' ἀμφὼ
δάκρυον ἧκε χαμαιζε, πάρος δ' ἐχε νωλεμὲς
Homerus ὀδυσσ. π. αἰεί. Id est.

Sic ait, filium osculabatur, à generis vero
Lachrymæ ad terram fluebant, licet antea fortiter te
nuerit.

Polyxena apud Euripidem ad tumulum Achillis vt hostia mactanda, sic ad
Euripid. in Hecuba. matrem Hecubam infit.

ἀλλ' ὦ φίλη μοι μῆτερ ἡδίστα χέρα
δὸς, καὶ παρειᾶν προσβαλεῖν παρηίδι.

Id est,

Quin age manum da iam mihi dulcissimam
Dilecta genitrix, ac genam applicem genæ.

Est & aliud osculorū genus, quæ officij cā fiebāt in quotidianis salutationib. Et hæc apud Rom. latè patebant, quæ ad nauseam vsq; fiebant. Hanc osculorū basiatorumq; molestiam insectatur Marcia-
Marcia. li. 11. epigr. lis hoc epigrammate ad Bassum.

Effugere non est Basse basiatores
Instant, morantur, persequuntur, occurrunt:
Et hinc & illinc, vsquequaq;, quacunq;.
Non vlcus acre, pustulæue lucentes,
Nec triste mentum, sordidiq; lichenes,
Nec labra pingui delibuta ceroto. &c.

Sed hæc quotidiana oscula, vt Sueto-
Sueton. in Tiberio. nius scribit, Tiberius prohibuit edicto. Constat Claudium Cæsarem ad incęstas nuptias pellectum ab Agrippina fratris sui Germanici filia, per hoc osculi genus, & taliū blanditiarum occasiones. Est tertium osculorum genus, quæ Suauia vocantur, & illa voluptatis & libidinis sunt
Apul. libr. 10. de aur. asino. suscitabula, quæ à scortis amatoribus vēduntur. Hæc Apuleius nouus verborū archi-

Architectus appellat negocinummia, poscinummia, vt quæ nummorũ ergo fiant, non amoris. Cypris apud Theocritum monet hæc oscula tanquam venenũ præsentissimum vitanda.

Theocrit. idyl. 21.

ἀλλ' ἤν ἐθέλῃς Φιλάσαι
φεῦγε, βλακὸν τὸ Φίλημα, τὰ χείλεα φάρμακον ἐντί.
id est.
consurget in oscula, noli
Consentire, mala sunt hæc oscula, labra veneno
Tota tument, atq; ipsa malum sunt labra venenum.

[Statimq; vt sensit vestimentorum eius fragrantiam, benedicens illi ait. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus.] Veris tempus hæc Isaac verba significant, totius anni vt exordium, ita longe pulcherrimum, mortalibusq; auspicatissimum. Vere enim futuri anni fœlicitatem auguramur, tum semina sulcis mãdata in spicas exurgunt, campis gramina redeunt, arboribusq; comæ & flores, ac post triste hyemis nubilum, noua renascentis mũdi gratia exoritur. Pariũt tum arbores, pariũt, vt ait Plinius, cum florent. Arborum flos est pleni veris indicium & anni renascentis, flos gaudium arborum. Tunc se nouas, aliasq; quàm sunt, ostendunt: tunc variis colorum picturis in certamen vsq; luxuriant. Tum parturiens rosa & papillatus corymbus, in calathum funditur orbis, totaq; rubentium foliorum panditur ambitione. Liliorum eximius cãdor, patulatim sese laxat effigie calathi, resupinis per ambitum labris. Campos lõge lateq; violaria reddunt purpureos ac suaueolẽtes. Hanc veris amœnitatem Pindarus sic canit.

Pliniusli. 16.

Pindar. in Ist.

ναῦ δ' αὖ μετὰ χειμέριον
ποικίλων μειλιῶν ζόφου
χθὼν ἄνθε φοινικίοισιν ἀνθεῶ ῥόδοις.
Id est.

Nunc verò rursum post hybernã multiplicium mensium caliginem, terra velutí purpureis floret rosis. Extat apud Græcos prouerbium, ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ ἔαρ ἐξαίρειν, id est. Ver ex anno tollere, pro eo quod est in negotio aliquo quod est præcipuũ tollere. Ver enim anni optima pars est. Neq; fieri potest, vt vberem annonę prouentum speremus, si vernum tempus parũ fœlix, aut exitiosum fuerit. Notus est Lactantij versus.

Lactan. in hy. pasch.

Quum bene vernarit, reddit et annus opes.

Solemus proinde Christiano institito, illo potissimum tempore supplicationes agere, quo agrorum semina sese efferre solẽt, vt illa Deus sua benignitate prouehere & conseruare velit, faciatq; vt fiat ager plenus cui benedixit Deus. [Det tibi Deus de rore cœli & de pinguedine terræ abũdantiam frumenti & vini & olei.] Oleum, in Hebræo non habetur, nec etiam in Septuaginta. Quod nos habemus, abundãtiam vini, in Hebræo legitur תִּירוֹשׁ musti. Quis hic non videt, nec Isaac fugere potuisse physicam rationem, qui intellexit miram societatem cœlo cum terra esse, & è cœlo in terram influxus semper fieri. Tradiderunt hæc philosophi posterius, sed Isaac omnes ætate antecessit. Plin. autor est, è cœlo decidere rerum omniũ semina, ac plerunq; etiam confusa: inde innumeras in mari præcipuè monstrificas gigni effigies. Rursus. Babyloniorum, inquit, placita motus terræ, hiatusq;, & cætera omnia, vi syderum existimant fieri, sed illorum trium, quibus fulmina assignant. Hanc cœli & terræ societatem, ad propagãdas fruges, non raro in sacra scriptura legimus. Regius propheta canit: Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluuiam. Esaias quoq; vates. Descendit, inquit, imber & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam: & germinare eam facit. Frequens est apud prophetas hæc exclamatio שִׁמְעוּ שָׁמַיִם וְהַאֲזִינִי אָרֶץ .i. Audite cœli & aduerte terra. Rursus Deus Israelitico suo populo iratior, famem atq; terrarum sterilitatem hisce verbis minatur, vt daturus sit eis cœlum ferreum, & terrã æneam. Ad hanc cœli & terræ societatem illud etiam spectat, quod non solum poëtæ, sed etiam philosophi dicũt, Iouem cœlum siue aërem esse, & Iunonem terram, atq; aliquod coniugium inter cœlum & terram esse, quod terra à cœlo fœcundetur pluuia & rore, vt postea in varias fruges erumpat. Sic de philosophorũ libris, ait Augustinus. A Vergilio dictum est.

Plin. lib. 1.

Plin. lib. 2.

Psal. 146.

Esaiæ 55.

Aug. li 4. de Ciui. d.

Tum pater omnipotens, fœcundis imbribus æther:
Coniugis in gremium lætæ descendit.
Id est.

In gremium telluris aut terræ. Sic Ceres quæ eadem & Terra est, à Græcis appellatur δημήτηρ. Etymon explicat Plato, δημήτηρ μὲν φαίνεται κατὰ τὸν δόσιν τῆς ὁδοῦ ἡς, διδοῦσα ὡς μήτης, δημήτηρ καλεῖται, id est.

Plato in Cratylo

id est. Ceres demeter est à datione cibi, dãs tanquã mater demeter appellata est. [Et seruiant tibi populi & adorent te tribus.] Mirum est pientissimum senem filio suo Iacob monarchiam polliceri ausum, gentium & populorum seruitutem, sed quo successu hoc patris votũ adeptus sit, parũ liquet. Semper fratrem suũ Esau seruiliter timuit, & cui obnoxius fuit, cum è Mesopotamia in patriã pecuniosus rediret. Sunt qui hoc Isaac votum ad vtriusq; filij posteritatem referre velint, nempe ad Iacob genus, cum iam regia potestate potiretur, vt Esau nepotes sibi tributarios faceret: quod semel atq; iterum, dum Iudęorum res integræ erant, cõtigit. Primo Dauide & Salomone regibus, deinde Asmoneis regibus longè lateq; per Syriam imperantibus: quorum armis victi Idumęi, abiectis patrijs ritibus, in Iudæorum nomen concesserunt. [Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ.] Frequens est hoc Hebrææ linguæ idioma, vt in fratre appellando hac vtantur anadiplosi: frater meus filius matris meę, vt sit, germanus meus & ipsissimus frater: extant frequentia exempla in sacris literis. Cæterum mirum est quàm ex hoc scripturæ more occasionem arripuerit Iudaica perfidia in Christum dominum nostrum blasphemandi. Extat apud Iudæos libellus virulẽtissimus, quem author appellauit נצחון id est: Victoriam. Scatet hic blasphemiarum & conuiciorum in Christum, & in manus Christianorum vt multa alia, venit: legiturq; ab ijs qui Hebraicè sciunt, non sine dolore Iudæorum. Hic igit maledictus verpus dissimulato scripturæ more, illud quod in Deuteronomio legimus ad Christum nostrum pertinere contendit, eumq; à Moyse notari, & admoneri Iudęos, vt ne Christo nostro credant. Porrò scripturæ locus hic est. Si tibi voluerit persuadere frater tuus, filius matris tuæ: aut filius tuus vel filia, siue vxor quæ est in sinu tuo, aut amicus quem diligis vt animam tuam: clam dicens, eamus & seruiamus dijs alienis quos ignoras tu, & patres tui, cunctarum in circuitu gentium, quæ iuxta vel procul sunt, ab initio vsq; ad finem terræ: nõ acquiescas ei nec audias, neq; parcat ei oculus tuus, vt miserearis & occultes eum: sed statim interficies. In hunc hominum numerum, qui possent Israeliticum populum à vero Deo abducere, putat virulentissima illa belua, Iesum quoq; annumeratum: nempe hisce legis verbis: filius matris tuæ: cũ Christus filius sit duntaxat matris, & nõ patris alicuius. Errat proinde semel atq; iterum impudentissimus hic rabula, & quod Christus nusquam à Deo desciscendum docuerit, sed contrà omnes vt Deũ agnoscerent, hortatus sit: & quod morem scripturæ odio in Christum occæcatus non viderit, quem frequentem esse ex hisce Isaac verbis facilè liquet: Esto dominus fratrum tuorum, & incuruẽtur ante te filij matris tuæ: vt nihil aliud sit nisi omnes fratres tuos tibi obnoxios habero. Rursus in psalterio legitur: Sedẽs aduersum fratrem tuum loquebaris, & aduersum filium matris tuæ ponebas scandalum. Iterum. Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meę. Hæc tam clara scripturæ testimonia, clarissimè conuincunt execrabilis illius verpi in Christum calumniam. [Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.] Pro benedictionibus repleatur, in Hebræo legitur בָּרוּךְ & Septuaginta verterũt εὐλογημένος, id est: Benedictus. Verborum talionem hæc Isaac benedictio significat, vt qualia quis verba in filium Iacob extulerit: talia rursus in ipsum reciprocentur authorem. Quinetiam his nostris temporibus, eiusmodi quiddam vulgo dicitant: Vt salutabis, ita & resalutaberis, hoc est: vt tua fuerit oratio, ita tibi respondebitur. Primus huius prouerbij pater apud prophanos scriptores Homerus fuisse videtur, apud quem hic versus est.

Deut. 13.

Psal. 49.

Psal. 68.

Homerus v. iliad.

ὁπποῖον δ' ἔπηδα ἔπος τοῖον δ' ἐπακούσαις.
Id est.
Talia dicentur tibi, qualia dixeris ipse.

Vsurpatur idem postea à Tragicis poëtis elegantissimis verbis, nec sine quadã maiestate, & tragico cothurno. In tragico cothurno primas obtinet Sophocles, cuius verba hæc Plutarchus allegat.

Sophocl.

φιλεῖ γὰρ γλῶσσαν ἐκχέας μάτην
ἀκῶν ἀκούειν οὓς ἐκὼν ἐτῶν κακῶς.
Id est.
Etenim solet qui dicta temerè iecerit,
Audire nolens verba, quæ dixit volens

Euripides eandẽ sententiam sic extulit.

Euripid. in Alcest.

ὃ δ' ἡμᾶς κακῶς
ἐρεῖς,

ἐρεῖς, ἀκούσῃ πολλὰ κἀψευδῆ λεκτέα.

Id est.

Si dixeris nobis male,
Mala inuicem permulta, nec falsa audies.

Manauit deinde à Græcis hoc prouerbium ad Latinos quoq; qui non minus libenter quàm etiam crebro vsurpāt. Terentius.

Terent. in Andr.

Si pergit mihi dicere quæ vult, quæ non vult audiet.

Rursus.

In Phorm.

Benedictis si certasset, audisset bene
Quod ab ipso allatum est, sibi esse id relatum putet.

Hieronym. nominatim prouerbij loco citat: Nihilq; super hoc audies, inquit, nisi illud è triuio, cum dixeris quæ vis, audies quæ non vis. Hactenus quæ ad literam huius benedictionis quam Isaac filio Iacob precatus est, attinēt: dicta sint. Cęterum si illam in Iacob consummatam putare voluerimus, ingēs nobis murus obiectus erit, quo minus illud facere poterimus. Ingentem frumenti numerū precatur filio suo Isaac pater, & granaria plena ad votorum vsq; delicias, quę famem vincere possent. Sed vbi erant hi frumentorum acerui quando per totam Syriam & Ægyptum annonę caritate laborabatur, vsq; adeo vt Iacob fame penè enectus, coge retur rei frumentariæ inopia, filios suos frumentatum in Ægyptum ad Pharaonē mittere, cuius tum granaria plena frumentorum erant, non Iacob, qui tamē horum pollicitationem, tam prolixe à patre Isaac acceperat. Eadem liberalitate vini à patre accepit promissionem, vt in autūno, eius feruerent lacus, & musto complerentur falerno, exundarentq; pingui spumantia dolia musto. Sed hic diues tantis pollicitis, & hypogea habiturus vini plena, aquam cum filijs potat, nimirum ob vini inopiam. Grauis est author Euangeliū, quod de Iacob eiusq; filijs sic scribit, vbi mulier Samaritana sic ad Christum infit. Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Hæc facilè conuincunt, hanc Isaac benedictionem filio Iacob magni muneris loco datam, spiritualem intellígendam, neq; in his rebus quę pijs atq; impijs iuxta communia sunt, existimandam. Neq; credibile est germanos fratres illam tanto studio certatim sibi asserere voluisse, neq; capitale odium Esau in fratrem Iacob oriri potuisse, ob benedictionem arte sibi præreptam, nisi potius mysticam intellexisset quàm carnalem. Est igitur frumentum & vinum quoddam, sed non visibile hoc & vulgare, quod in foro prostat promercale, neq; in tabernis vinarijs ab ebriosis per summum luxum hauritur: sed granū illud frumenti, quod terra optima Iudæa extulit, quæ in fœcundo sinu ex corde paterno cœleste illud granum suscepit, ex quo panis ille conficitur, qui dat vitā toti mūdo. Hic est panis ille quem pinguis illa terra extulit vt canit Dauid לְהוֹצִיא לֶחֶם מִן־הָאָרֶץ id est: Ad educendum panem de terra. Hoc frumētum, & hunc panem terra ędidit, sed prius diuinitus & cœlesti ro re compluta, quemadmodum Dauid in Psalmo canit iuxta Hebraicam veritatem מִרֶחֶם מִן־שַׁחַר לְךָ טַל יַלְדֻתֶיךָ id est: De matrice auroræ, tibi ros natiuitatis tuæ. Huic frumento cœlesti, vinum adest, sed vinum illud quod in sacramento sanguinis sui tradidit panis ille cœlestis. Hoc vinum ædidit vitis illa vera. Hoc vinum sanguis est ille effusus in remissionem peccatorum. Hæc igitur fœlicior erit benedictiōis huius Isaaicæ intelligētia, quàm si de propolarum frumēto & cauponario vino intelligas. Et hæc est vetus illa promissio, quā Deus Abrahæ recepit, fore vt in semine eius benedicēdæ essent omnes gentes terræ, quæ eadem ad Isaac facta est: & postea per manus tradita Iacob, vt oia in Christum dominum nostrum ceu in totius legis scopum referantur. Neq; hic præterire in animo est, quam intelligentiam hauserit Tertullianus ex hisce Isaaci verbis ad Iacob filium: Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terrę. Fuerunt olim inter veteres Theologos qui non solū cœlestem fœlicitatem, & beatam immortalitatem post hanc vitam expectandam putarent, verumetiam suauem quandā vitam, & voluptatum plenissimam, in hoc mundo polliceri sibi auderent. Eam igitur appellabant regnum Christi, & quæ mille dūtaxat annos esset duratura, intra quos vniuersalis illa mortuorum resurrectio esset consummanda. Huius quidem opinionis author primarius fuisse videtur Papias Hierapolitan. episcopus, qui prēter nouas quasdam parabolas saluatoris & doctrinā incognitam, vt Eusebius ait, mille hosce annos post resurrectionem futuros commentus est; in quibus corporaliter regnum Christi in hac terra futurū sit. Cui tanto minùs in hac tam noua & prodigiosa re tribuendum est, quāto vir fuisse scribitur ingenio paruo, & diuinorum minùs capace. Accesserunt tamē hu ic Papiæ opinioni, aut si mauis errori, ex vetteribus Theologis nōnulli, magis vetustate in ea re ducti quàm veritate persuasi. Irenæum in hac fuisse opinione testis est Hieronymus. In suo contra Valentinum opere quod hodie extat, nihil tale inuenitur: Præterea Apollinarius idem sentit, sed cuius hodie nulla scripta supersunt. Et hi Græci sunt. Ex latinis, Seuerus in dialogo quodam, cui nomen vertit, Gallo. Victorinus Pictauiensis. Lactantius quoq; in hac opinione est, cui ius inter multa verba hæc quoq; legūtur. Terra quoq; aperiet fœcūditatem suam, & vberrimas fruges sua spōte generabit. Rupes montium melle sudabunt, per riuos vina decurrent, & flumina lacte inūdabūt. Sed & Tertullianus proprio quodam opere hanc opinionem propugnasse videtur, De spe fidelium, quod quidē inter Tertulliani opera quæ hodie circūferuntur, non extat. Contra Marcionem verò clarè in hanc opinionem discedit, detortis huc aliquot sacræ scripturæ locis, ex hoc Geneseos libro. Quid tibi videtur, ait, cum Abrahæ semen post primam promissionem, quam in multitudinē harenæ repromittitur, ad instar quoque stellarum destinatur, nonne & terrenæ & cœlestis dispositiōis auspicia sunt? Quum Isaac benedicēs filiū Iacob, Det, ait, tibi Deus de rore cœli, & de opimitate terræ: nonne vtriusq; indulgentiæ exempla sunt? His scripturæ locis talem rationē adijcit: Siquidem, ait, & iustum & Deo dignum, illic quoq; exultare famulos eius, vbi sunt & afflicti in noie ipsius. Sunt & alia scripturæ loca, quibus hanc suam opinionem stabiliri putabāt. Christus in Euangelio ait: Non bibam amodo de hoc genimine vitis vsq; in diem illum, quo bibam illud nouū in regno patris mei. Et Ioannes in Apocalypsi de electis Dei ait, quod regnaturi sint cum eo mille annis. Prophetę quoq; multa dicūt de regno Christi in Hierusalem, idcircò illi existimarunt Christum, excitatis corporibus sanctorum suorum, rediturum in mundum, mansurumq; hic annos mille in summa pace, affluentevndiq; fœlicitate incredibili, aureoq; seculo maiore & mirabiliore, quàm est à poëtis descriptū. Eos Græci vocabant χιλιάσας quasi millenarios, χίλιοι enim mille significat. Neque tamen vnquam vel mihi vel cuilibet Christiano psuaserit, vel Papias vel Tertullianus, vt Millenariorum somniū, vel approbem vel credam, sed longè veriora crediderim quæ sanctiores Theologi in illos scripserint. Dionysius Alexandrinæ Ecclesiæ pontifex, vt Hieronymus narrat, elegantem scripsit librū, irridens mille annorum fabulam, & auream atq; gemmatam in terris Hierusalem, instaurationem templi, hostiarum sanguinem, ociū sabbati, circūcisionis iniuriam, nuptias, partus, liberorum educationem, epularū delicias, & cunctarum gentium seruitutem: rursusq; bella, exercitus, ac triumphos, & superatorum neces. Nec minus χιλιάσας incessunt duo latini nominis in re Theologica columina, Hieronym⁹ & Augustinus: quorum prior dogma hoc appellat Iudaicum, & beatitudinem ventri & gulę seruientem: qui omnia terrena desiderant, & dicunt: Manducemus & bibamus: de quibus & Apostolus loquit: Esca ventri, & venter escis: Deus autem hunc & illam dissipabit. Porrò quod ad Apocalypsim attinet de mille illis annis quibus sancti regnaturi erunt cum Deo, respondet Augustinus mille intelligendum pro infinito & vniuersitate. Vnde & illud melius intelligitur quod in Psalmo legitur: Memor fuit in seculum testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes, id est, in omnes. Et in Iob legimus. Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei vnum pro mille. In scriptura, ait Gregorius, millenarius numerus pro vniuersitate solet intelligi. Facilè proinde mille illi quibus sancti cum Deo regnaturi erunt anni, pro ipsa æternitate intelliguntur. Mirum nulli videri debet, si mille in sacris literis sic vsurpari videat, cum profani scriptores ad eundem modū pro multitudine vtantur. Plinius herbam vocat, μυριόφυλλον, q̄d nostri, ait, mille folium vocant, caulis est tener, similis fœniculo; plurimis folijs, vnde & nomen accepit. Est insectum, quæ millepeda, ab alijs centipeda aut multipeda dicuntur, animal est è vermi-

Ioannis 4.

Genes. 42.

Psa. 103.

Psa. 109.

Ense. li. 3. eccl. hist.

Lactãtius li. 7. cont. g

Tertullia. lib. 3. cont. Marc.

Hieronym. in Esaiam lib. 18.

Hieronym. in Ezech. liu. 11.

Aug. lib. 20. de Ciuit. D.

Greg. lib. 9 Mo.

Plin. li. 24.

Plin. li. 29

bus terræ pilosum, multis pedibus arcuatim repens. Homerus canit irã Achillis mille dolorum causam Græcis fuisse, haud dubio mille pro innumeris vsurpans.

Homerus Iliad. α. μύνιν ἄειδε θεὰ Πηλητιάδεω Ἀχιλῆος
οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκεν.

Id est.

Dic Dea pestiferam pelidæ principis iram.
Quæ dedit innumeros Danais inimica dolores.

Hæc igitur de Chiliastis, sed non omino waeergos à me dicta sint. Cæterum plenus ille ager cui benedixit Deus, & cuius odorem spirabit Iacob, allegoriam præbuit veteribus Theologis, in quem illi tanquam animi causa spaciantur, variasq; florum allegorias obiter decerpẽtes. Sunt in Ecclesiæ agro lilia miro candore candicantia sunt rosæ suo rubore regum purpuram imitantes. Erat olim Christi Ecclesia his floribus mirè fertilis, & odorem hunc suum longè latecq; dissipans. His floribus ornatam suã gloriatur ætatem Cyprianus. O beatam Ecclesiam nostram, inquit, quam sic honor diuinæ dignationis illuminat, quam temporibus nostris gloriosus martyrum sanguis illustrat. Erat ante in operibus fratrum candida, nunc facta est in martyrum cruore purpurea. Floribus enim nec rosæ nec lilia desunt. Certent nunc singuli ad vtriusq; honoris amplissimam dignitatem. Accipiant coronas vel de operibus candidas, vel de sanguine purpureas. In cœlestibus castris pax & acies habent flores suos, quibus milites Christi ob gloriam coronantur. De His piarum mẽtium floribus Hieronymus sic scribit. Nõ solum effusio sanguinis in confessione reputatur, sed deuotæ quoq; mentis seruitus immaculata, quotidianum martyrium est. Illa corona de rosis & liliis plectitur, ista de liliis. Vnde & in cantico scribitur canticorum: Fratruelis meus candidus & rubicundus: & in pace, & in bello, eadem præmia vincentibus tribuens. Porrò si moralem intelligẽtiam ex hoc Isaac opere exculpere voluerimus, quod filiũ benedicendum, cibum quo vesceretur, sibi apponi iusserit: facile hoc nobis erit. Augustinus explicans illud Psalmi: Sumite Psalmum & date tympanum, ait: Et sumite & date. Quid sumite? quid date? Sumite Psalmum & date tympanum. Dicit quodam loco Apostolus Paulus, reprehendens & dolens quod nemo illi communicauerit in ratione dati & accepti. Quid est in ratione dati & accepti, nisi quod alio loco apertè exposuit, Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus? Et verũ est q̃d tympanũ, q̃d de corio fit, ad carnẽ ptinet. Psalmus autẽ spiritualis est, tympanum carnale. Ergo plebs Dei, congregatio Dei accipite Psalmum, & date tympanũ, accipite spiritualia & date carnalia. Hæc Augustini verba facilè nobis aperiunt moralem intelligentiam benedictionis Isaac & cibi filij Iacob. Necq; ineptè huc referri poterit illud Platonis, ἣ ἐχέρ τὴν χεῖρα νίζει, δὸς τὴ κὰ λάβε π, id est: Abluit manum manus, da aliquid, & aliquid accipe. ¶ Vix Isaac sermonem impleuerat, & egresso Iacob foras, venit Esau, coctosq; de venatione cibos intulit patri dicens. Surge pater mi & comede de venatione filij tui, vt benedicat mihi anima tua. Nõ ineptè in Esau torqueri poterit prouerbium illud: μετὰ τὴν πόλεμον ἡ συμμαχία, id est: Post bellum auxilium: quoties adhibetur remedium seruis. Luserat iam omnem suam operam Esau in fera capiunda, & ferina, quam escu lentam patris sui mensæ inferre parauerat, iam seni saturo ingrata erat, vt cum omnia magis diuinitus quàm humanitus agerentur. Necq; carere videtur peculiari quodam loquendi genere, quod iam semel atq; iterum legimus, vt benedicat tibi anima mea, vel, benedicat mihi anima tua: & est p plura verba vnius verbi expressio, appellaturq; periphrasis, id est, circumloquutio, frequensq; est nõ solũ sacris literis, verumetiã profanis. Est igitur anima mea, ego: anima tua, tu: vt sit anima pro toto homine. Eadem periphrasi vtunt Hebræi, quando dicũt בְּנֵי יִשְׂרָאֵל id est, filij Israël, p, Israëlitę; & בְּנֵי הַנְּבִיאִים id est, filij prophetarum, pro, Prophetæ ipsi. Sic Homerus Græcos appellat υἷας ἀχαιῶν, id est, filios Græcorum. Sic medici Græcis vocant παῖδες ἰατρῶν, id est, filij medicorũ. Telemachum hac periphrasi Homerus effert.

Cyprian. li. 2. epist. 6.

Hieron. in epitaph. Paulæ.

August. in Psal. 80.

Plato in Axiocho.

ὣς φάτο, μείδησεν δ' ἱερὴν ὑς τηλεμάχοιο·

Homerus Odyss. π.

Id est.

Sic ait, Telemachi verò sacra vis subrisit.

Signi-

Significat quod Telemachus ipse subriserit, vel vt sit honorifica nominis eius præfatio, quales iam in vulgo vt multæ, ita etiam omibus notissimæ. ¶ Dixitq; illi Isaac. Quis enim es tu? qui respondit, Ego sum filius tuus primogenitus Esau. Expauit Isaac stupore vehementi, & vltra quàm credi potest, admirãs ait. Quis igitur ille est qui dudum captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus priusquam tu venires, benedixiq; ei & erit benedictus. ¶ Magna olim apud Hebræos primogenitorum dignitas censebatur, quos omnibus alijs sequuturis filijs tanquam potiores & cordatiores existimabant, dignosq; vt soli patriam adirent hæreditatem. Manet idem mos hodie quoque apud dynastas, quorum principatum maximus filiorum natu per manus à patre accipit, reliqs oĩbus filijs in ordinẽ redactis, adeo magnũ apud illos est ortũ quasi locũ in balneis p̃ripuisse alijs. Cęterũ vt sunt diuina iudicia lege exactiora quàm humana, primogeniti apud Hebręos ferè dignitate moti sunt, incq; illorum locũ minores natu surrogati. Inualuit prauum hoc iudicium olim & apud Romanos, vt putarent, vt quisq; ætate antecederet, ita ingenio esse meliorẽ: Stomachatur Flaccus in tales, qui redeunt ad fastos, & virtutem æstimant annis. Hoc parum sano iudicio corruptus Cæsar Adrianus, vetustatem vsq; adeò adamauit, vt veterem illum Cathonem Ciceroni, Ennium Vergilio, Cæcilium Salustio, prætulerit. Sed vt ad nostrũ Isaac reuertamur. Admonitus haud dubio diuinitus hoc suo errore erat, vter duorum filiorum alteri præferendus esset. Facile igitur minorem natu maiori antetulit, vsq; adeò vt constanti animo diceret: Benedixiq; ei & erit benedictus. Sic error ille, quo minori filio nolens benedixerat, gratus erat, maximeq; patri salutaris, necq; enim hic error illi fraudi esse poterat. Et fortasse ideo apud illum summum poẽtam loquẽs quidam miser amator, Vt vidi, inquit, perij, vt me malus abstulit error: quoniam est & error bonus, qui non solum nihil obsit, verum etiam prosit aliquid. Talis est & error ille in geminis filijs, qui sibi simillimi erant, de quibus idem poẽta canit, Gratusq; parentibus error. ¶ Auditis Esau sermonibus patris irrugijt clamore magno, & cõsternatus ait. Benedic etiam & mihi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulẽter, & accepit benedictionem tuã. ¶ Quod nos legimus, fraudulenter, in Hebræo legitur. בְּמִרְמָה & septuaginta verterunt μετὰ δόλου, id est, in dolo, siue cum dolo. Ingens hic certamen oritur inter Lyranum & Burgensem de hac voce מִרְמָה num solum dolum significet, ne Iacob simplicitas suggilletur, quem scriptura appellat simplicem, & domestico gaudentem ocio. Simplex Græcè vocatur ἄπλαστος, Nam πλάσσω est fingo, ita ἄπλαστος, ἀληθινὸς ἄδολος, id est, non fictus, verus, sine dolo. Rabi Salomon intelligit vocem hanc מִרְמָה pro astutia siue sapientia, idq; in hoc scripturæ loco. Porrò dolus est, vt Augustinus ait, cum aliud agitur & aliud fingit. Dolus fraus est, simulatio est: quando aliquis aliquid in corde tegit, & aliud loquitur, dolus est, & tanquam duo corda habet: vnum quasi sinũ cordis habet, vbi videt veritatem: & alterum sinum, vbi concipit mendacium: & vt noueritis hũc esse dolum, dictum est in psalmis, labia dolosa. Quid est labia dolosa? Sequitur, In corde, & corde loquuti sunt mala. Quid est in corde, & corde, nisi duplici corde? Hactenus Augustin? Dolus quod nunc in malam partem tantum accipitur, hoc est, pro fraude siue machinatione ad fallendum aliquem, veteres etiam in bonam partem accipiebant, pro solertia & calliditate, quæ præsertim aduersus hostes siue latrones adhibetur. Quare nũc dolum malum dicimus, quoniam bonus etiam dolus à veteribus dicebatur. Hinc illud apud Terẽtium. Iam tũ suspitio, dolo malo hæc fieri oĩa. Et Aquilius, Dolus, inquit, malus simulatione & dissimulatione continetur. Vlpianus: Non fuit autem contentus prętor dolum dicere, sed adiecit malum, quoniam veteres etiam bonum dolum dicebant, & pro solertia hoc nomen accipiebant: maximè si aduersus hostem latronémue machinaretur. His igitur verbis facile erit vt Iacob defendamus, si dixerimus illum dolo patris benedictionẽ prærripuisse, quandoquidem bono dolo hoc fecisse contra Dei hostem Esau asserimus: ¶ At ille subiũxit. Iustè vocatũ est nomẽ eius Iacob. Supplantauit eũ me en altera vice. Primogenita mea antè tulit, & nunc secundo surripuit benedictionem meam. Acerba hæc nominis Iacob non tã

Horatius libr. 2. epist. 1.

Verg. Eclog. 8.

Verg. libr. 10. Æneid.

Aug. tract. 7. in Ioan.

Terent. in Eu.

Aquilius.

Vlpianus.

f 2 in-

interpretatio quàm insectatio est. Quãuis enim Iacob ab עָקַב id est, calcaneo & planta nomen traxisset, Esau tamen ira in fratrem exacerbatus, illum à verbo עָקַב decepit, nomen habere dicit. Vsurpant Hebræi verbum hoc עָקַב sæpe pro decepit, supplantauit. Sed & Greci verbum πατρυιζειν, id est, supplantare pro ἀπαταν, id est, decipere vsurpant, ἐκ μεταφορᾶς, ait Suidas, τῶν ποδὶ τάχους ἀγωνιζομένων, καὶ πατέειν τοὺς σωθέοντας προσπαίειν ὁμοῦ καὶ πίπτειν μηχανωμένους. id est. Ex metaphora illorum qui de celeritate certant, & arte quadam faciunt vt plantæ illorum qui simul currunt, labant & decidant. Nam propriè significat suppósito pede aliquẽ deijcere, quod parum abest à decipere. Sed quis hic non videat insignem Esau stoliditatem, qui insana lentis ingluuie victus primogenitorum ius fratri volens concesserat, nunc se deceptum vt dicat, atq; id secundo iam factum falso criminatur. Sed quò sæpius deceptum se fatetur, hoc grauioris stultitiæ sese reum agit. Inter Græcanicas sententias celebratur & hæc.

Suidas.

δὶς ἐξαμαρτεῖν τ' αὐτὸν οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ.

Id est.

Sapientis haud est, bis in eodem labier.

Confine est huic quod Græci dicunt per senarium hunc prouerbialem.

δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν ἀλχρὸν εἰσηρεύνειν λίθον.

id est.

Iterum ad eundem turpe lapidem impingere.

Prouerbium hoc vsurpat Gregorius Theologus, *δὶς γὰρ πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον προσκαλεῖν τοῖς ἀνόητοις μόνοις ἢ παροιμία δηλοῖ*, id est. Bis enim ad eundem lapidẽ impingere, solis stultis concedit prouerbium. At Scipio sapienti ne semel quidẽ errare permittit, vt dicat, *οὐκ ὤμην*, id est, non putaram. Cæterum stultorum, nullus alius qui ad sapientiam illos informet est, nisi euentus; quem Fabius apud T. Liuium, stultorum magistrum appellat. Nec euentus docet hoc, inquiens, qui stultorum magister est, sed ratio. Solet talibus euenire illud quod Prouerbij vice vsurpatẽ, *βεχθεῖν δὲ τε νήπιος ἔγνω*, id est, Rẽ peractã stultus intellexit. Sumptum est autẽ ex Homero, qui pluribus locis vsurpauit sententiam hanc.

Greg. Nazanz. in epist. ad Bosphorum.

T. Liuius.

Homerus Iliad. ω. & υ.

μήτε αὐτίος ἴσας ἐμοῖο.
πρὶν τι κακὸν παθεῖν. βεχθεῖν δὲ τε νήπιος ἔγνω.

Id est.

Mihi obuius ire caueto, priusquam
Noxæ aliquid capias: nam factum nouit & excors.

Eandem sententiam paulò diuersiùs tamen extulit Hesiodus, in libro cui titulus, opera & dies.

Hesiodus πόδι ἡμερ. καὶ

δίκη ὑστερόβριον ἔχει,
εἰς τέλος ἐξελθοῦσα, παθὼν δέ τε νηπίος ἔγνω.

Id est.

Tandem sua pœna nocentem
Consequitur, passusq; sapit tum deniq; stultus.

Proinde Plato prudenter monet, quomodo quisq; sapere debeat, *ἃ δὴ καὶ σοι λέγω, ὦ ἀγάθων μὴ ἐξαπατᾶσθαι ὑπὸ τούτου, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ἡμετέρων παθημάτων γνόντα εὐλαβηθῆναι, καὶ μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ὥσπερ νήπιον παθόντα γνῶναι.* id est. Quæ sanè tibi quoq; dico Agathon, ne ab hoc fallaris, sed ex cognitis his, quæ nobis acciderunt, caueas: nec iuxta prouerbium veluti stultus post acceptum malum sapias. Cæterũ num Esau semel atq; iterum ictus sapuerit, & an vecordior redditus, sequentia facilè aperient. ☩ Rursumq; ad patrem: nunquid non reseruasti ait & mihi benedictionem? Respondit Isaac: Dominum tuum illum constitui, & oẽs fratres suos seruituti illius subiugaui. ☩ Inter multas calamitates quas ob peccatum Deus mortalibus inferre solet, meritò seruitus inprimis semper existimata est; quæque etiam tum grauior habetur, cum è longa libertate, rempublicam quampiam, vel gentem liberam in seruitutem venire contigerit, quàm si perpetuò seruitutis iugũ tulisset. Lucanus Romani populi sub Iulio Cęsare seruitutem deplorat, atq; id post longum liberæ ciuitatis statum acerbius accidere, quàm si perpetuò vsque ad Thessalicas seruisset Roma ruinas.

Plato in Sympos.

Lucanus lib. 7. Phars.

Fœlices Arabes, Mediq, Eoaq; tellus
Quam sub perpetuis tenuerunt fata tyrannis
Ex populis, qui regna ferunt, sors vltima nostra est,
Quos seruire pudet.

Et longè impatientius illis nos priuari sustinemus, quibus iucundè multos per annos fruebamur. Neque tamen Deus hominem seruituti obnoxium condidit, sed genuina libertate gaudentem, & qui perpetuò αὐτοκράτωρ futurus esset. Nã domi-

dominetur, inquit Deus, piscium maris, & volatilium cœli, & omnium repentiũ, quæ repunt super terram. Rationalem factum, ait Augustinus, ad imaginem suam, noluit nisi irrationalibus dominari: non hominem homini, sed hominem pecori. Inde primi iusti, pastores pecorum magis quàm reges hominum constituti sunt: vt etiam sic insinuaret Deus, quid postularet ordo creaturarum, & quid exigat meritum peccatorum. Cõditio quippe seruitutis iure intellígitur imposita peccatori. Proinde nusquam scripturarũ legimus seruum, antequam hoc vocabulo Noe iustus peccatum filij vindicaret. Nomen itaq; istud culpa meruit, non natura. Vnde verò seruitus in hominem nata sit, & quam ob causam, eleganter tradit Basilius, cuius verba non grauabor in gratiam qui Græcè sciunt subijcere.

Aug. libr. 19. de ciuit. Dei.

Basilius πόδι τοῦ ἁγίου πνεύμ.

παρὰ μὲν ἀνθρώποις τῇ φύσει δοῦλος οὐδεὶς, ἢ γὰρ καταδωρεσυθέντες ὑπὸ ζυγὸν δουλείας ἠνέχθησαν, ὡς ἐν αἰχμαλωσίας, ἢ δίκῃ ποινίας κατεδουλώθησαν ὡς ἀγύστιοι τῶν φαραώ. ἢ κατὰ τίνα σοφὴν καὶ ἀπόῤῥητον οἰκονομίαν, οἱ χείρονες τῶν παίδων, ἐκ τῆς τῶν πατέρων φωνῆς, τοῖς φρονιμωτέροις καὶ βελτίοσι δουλεῦειν κατεδικάσθησαν, ἢν οὐδὲ κατεδίκην ἀλλὰ εὐεργεσίαν εἴποις τὴς αὖ δίκαιος τῶν γινομένων ἐξετάσης, τὸν γὰρ δι' ἐνδειαν τὸν φρονεῖν οὐκ ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ κατὰ φύσιν ἄρχον, τοῦτον ἑτέρου κτῆμα γενέσθαι λυσιτέλεστερον, ἵνα τῷ τὸν κρατοῦντος λογισμῷ δι ευθυνόμενος, ὅμοιος ἢ ἅρματι ἡνίοχον αὐλαβούντι, καὶ πλοίῳ κυβερνήτην ἔχοντι ἐπὶ οἰάκων καθήμενον. διὰ τοῦτο ἰασκὼβ χύριος τὸ πᾶν, ἐκ τῆς εὐλογίας τὸν πατρὸς, ἵνα καὶ μὴ βουλόμενος παρὰ τὸν φρονίμου ἐνεργεῖσθαι ὁ ἄφρων οὐκ ἔχων τὸν οἰκεῖον κυβερνήσαι τὸν νοῦν. Id est.

Apud homines nullus natura seruus. Aut enim potentia oppressi in seruitutis iugum abducti sunt, quemadmodum fit in captiuitatibus: aut ob paupertatẽ in seruitutem venerunt, sicut Ægyptij, ipsi Pharaoni. Aut per prudentem & abditam aliquam dispositionem, deteriores filij, per patris vocem, prudentioribus & melioribus in seruitutem traditi sunt, eam traditionem nemo qui iustè existimare volet iniuriam putabit, sed potius beneficium. Qui enim ob rationis defectum, ipse per seipsum dispicere quid non poterit, huic vtilius erit si in alteri us potestatem concesserit, eiusq; arbitrio regatur, vt similis sit vel quadrigæ quæ aurigam, vel nauí quæ nautam accipit, ad clauum sedentem. Propterea Iacob Dominus factus est Esau ex benedictione patris, vt vel nòlens beneficio afficiatur insipiens, cum sui iuris nõ sit. Hactenus Basilius. Porrò hæc infima seruorum conditio, & abiecta ab omnibus existimatio fecit, vt ingenium eorum sorti quoque par esse visum sit, & genuinum quoddã insitum odium seruis in dominos esse putaretur, minimeq; illis fidendum, vt quibus sanam atque integram mentem Deus ademerit. Hoc Plato sensisse videtur, cuius verba hæc sunt, *Plato lib. 5. νομ.*

οὐ γὰρ ὑγιὲς οὐδὲν ψυχῆς δούλης, οὐ δεῖ γὰρ οὐδὲ πιστεύειν αὐτοῖς τὸν νοῦν κεκτημένον. ὃ ὁ σοφώτατος τῶν ποιητῶν φησίν.

ἡμισυ γὰρ τε νόος ἀπαμείρεται εὐρύοπα Ζεύς.
ἀνδρῶν, οὓς ἂν δὴ κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλῃσι.

Id est.

Nihil enim integrum, neque sanum habet animus seruilis. Nam nihil oportet credere his, qui homo sapiens est. Siquidem Poëta sapientissimus ait. *Homerus odiss. ρ.*

Dimidio mentis deprauat Iuppiter illos,
Seruilis quoscunq; viros sors cœperit vnquam.

Cæterum multorum seruorum ingenia neque plebeia neque contemnenda fuisse, plura nobis exempla declarant, vt satis liquere possit seruitutem non à natura hominibus accessisse, sed fortunæ iniquitate irrogatam. Consultò complures prætereo seruos, sed ingenio liberali & venusto prædítos, qui è Socratica cohorte tanquam ex equo Troiano prodierunt. Quod ad seruitutem attinet, fuere olim complures, qui è summa humanarum rerum fortuna, atq; ex regia dominatione in seruitutem reciderunt. Crœsus ditissimus Lydorum rex, bello à Syro Persarum rege victus, seruire cœpit. Sic Zygãbis mater Darij regis Persarũ, seruitutem didicit. Roma, post multorum annorum libertatem, Cæsaribus seruire cœpit. Prætextatus ille Macrobianus, piè & cordatè de seruis contra Euãgelij blasphemiam sentit: nempe seruos Deo esse curæ, & hominum in numero censeri: vt qui ex ijsdem elementis, qui-

Macrob. li. 1. Sat.

bus & domini constent: eodem quoque frui cœlo, æquè viuere, æquè mori, seruos esse, imò homines. Piã hanc de seruis opinionem, prior & ostendit, & confirmauit Christus seruator noster, qui seruos hominum in classe refert, hisce verbis. Vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs, vt cum venerit & pulsauerit, confestim aperiãt ei. Beati serui illi, quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes. Liquet ex Domini verbis, seruos quoque homines ab eo appellatos. Cicero quoq; animum sanè amicum erga seruos ostendit, quando illos vt mercenarios & habendos & curandos monet. ¶ Frumento & vino stabiliui eum, & tibi post hæc fili mi vltra quid faciam. Cui Esau: Num vnam, inquit, tantum benedictionem habes pater: Mihi quoq; obsecro vt benedicas. ¶ Hæc tam anxia Esau interrogatio, num vnam duntaxat benedictione haberet pater Isaac, & tanquam hæc diuidenda non esset, sed vnica & singularis perseueranda, neq; item iteranda, sed semel offerenda: non temerè à Theologis animaduersum est, vt hãc benedictionem asseuerent nõ vulgarem, sed planè spiritualem & diuinam esse. Id facile elucebit, si vtramq; in Christo naturam contemplabimur. Diuina vnica & singularis est, minimeq; vnquam iterabilis, sed ab æterna & arcana patris substãtia semel genita. Hãc vnicã & singularẽ filij Dei geniturã apud Iob legimus. Semel loquitur Deus, & secundo idipsum nõ repetit. Interpretatur Gregorius hæc verba in hũc modũ. Pater vnigenitũ cõsubstantialẽ sibi filiũ genuit. Loq; enim Dei, est verbum genuisse. Semel aũt loq; Dei, est verbũ aliud præter vnigenitũ nõ habere. Vnde & aptè subditur: Et secundo idipsum nõ repetit: quia videlicet hoc ipsum verbum, id est, filiũ, nõ nisi vnicũ genuit. Porrò si ad humanã geniturã animum adijcias, singularitatem inuenies. Paulus hãc vnitatem declarat cum de semine Abrahæ tractaret, cui tot promissiones recepisset Deus. Abrahæ ait, dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dicit, in seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno & semini tuo qui est Christus. Igitur præter vnũ illud semen, nullã benedictionẽ habet pater Isaac, necessariò igitur vnam dũtaxat habet. ¶ Quumq; eiulatu magno fleret, motus Isaac dixit ad eum. ¶ Inter oratoriẽ artis præcepta non postremũ esse putatur, lachrymas mouere. Sed hoc solum optimorum oratorũ est, neq; fieri posse lachrymas iudicibus excutiat vt orator, nisi prior ipse lachrymas profuderit, quod Ciceronẽ ipsum nõ semel fecisse orationes eius declarant. Cæterũ in tali misericordia cõmouenda, parcus esse debet orator, propterea quod talis vehemens affectus facilè in tediũ vertat, iuxta illud Apollonij dictũ, οὐδὲν θᾶσσον ξηραίνεται δάκρυον, id est, Lachryma nihil citius arescere. Cõtigit hoc verè Esau. Neq; enim lachrymæ eius vbertim profusæ, patris misericordiã elicere poterãt, quẽadmodum Paulus verè de Esau scribit: Nõ enim, inqt, inuenit pœnitentiæ locũ, quanquam cum lachrymis inquisisset eam. Porrò quod nostra vulgata lectio habet, motus Isaac, in Hebræo non habetur, sed additio Septuaginta est, κατανυχθεὶς ὁ Ἰσαὰκ. i. cum cõpunctus fuisset Isaac. ¶ In pinguedine terræ; & in rore cœli desuper erit benedictio tua. ¶ Dissentit Hebraica veritas cũ Septuaginta versione, à nostra hac vulgata æditione, atq; ea re sensum lõgè aliũ hæc diuersitas facit. Hebraicè sic legitur מִשְּׁמַנֵּי הָאָרֶץ יִהְיֶה מוֹשָׁבֶךָ id est. Pinguedines terræ erit habitatio tua. Sic & Septuaginta, ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς γῆς ἡ κατοίκησις σου, id est. A pinguedine terræ erit habitatio tua. Hanc interpretationem sequitur Tertullianus, Esau pmitttit benedictionem terrenam, & subijcit cœlestẽ, de opimitate terræ dicens, Erit inhabitatio tua & à rore cœli. Fieri potest vt & nostra æditio sic habuerit, sed librariorum vitio & longa cõsuetudine, p inhabitatio tua, factũ sit, benedictio tua. Facilè hic liquet cordato lectori, qualis sit hæc inhabitatio, vel si mauis, benedictio, quæ ab opimitate terræ Esau pollicet, nẽpe terrena hæc fœlicitas, & harum rerum benigna copia, atque luxus, quæ videmus tantopere à profanis & ἀθεοῖς ambiri: vt præ illis, omnia alia longè potiora, somnium existiment. Horum vnicum studium est ventri atq; abdomini seruire, nocturno certare mero, putere diurno, & tanq; ad perdenda vina, & fruges cõsumere nati. Hos Græci appellare solebant, γαστριμάργους, quod præter modum expleant ventrem cibo potuq;. Constat vocem esse cõpositã à γαστὴρ venter, & μάργος, insanus.

Luc. 12.

Cicero.

Cicero. li. 1 Inuent.

Heb. 12.

Tertul. lib. 3. cont. Mart.

Greg. lib. 23. in Iob.

Gal. 3.

Epimenid. Epimenides Cretensis, citante diuo Paulo in epistola ad Titum.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργοί.

Id est.

Cretenses vani vsq; malæ feræ, alui inertes.

Lucilius. Item Lucilius.

Viuite lurcones, comedones, viuite ventres.

Præter cæteros reges omnes nobilitatus est voluptatibus & delicijs Sardanapalus vltimus Assyriorum rex, cuius & nomen ob insignem hominis mollitiem prouerbio locum dedit, & Aristophan. τὶς ὁ σαρδανάπαλος; id est, Quis hic Sardanapalus? Huius sepulchro epitaphiũ huiusmodi literis Assyrijs insculptum fuit, ἔδου, πῖνε, ὄχευε ὡς τἄλλα οὐδενὸς ἄξια. id est, Ede, bibe, vtere Venere, nam cætera sunt nihil. In eadem classe erant Phæaces in insula Corcyra populi, sub rege Alcinoo, quos voluptuarios, comedones, et bibones fuisse, canit Homerus. Idem de procis Penelopes.

Aristoph. in Anib.

Homerus ὀδυσσ. α.

τούτοισιν μὲν ταῦτα μέλει, λίθαξεις καὶ ἀοιδαὶ
ἠδὲ χορὸς ἀλλότριον βίοτον νηποινὶ ἔδουσιν.

Id est.

Ipsos sollicitant hæc, concentus, citharæq;,
Et facilè, vt qui aliena sient impune vorantes.

In horum gregem referẽdus erat Esau, iam tum inquietus & venator, cui terræ pinguedo datur; vt fieret quod flaccus canit.

Hora. li. 1. epist.

Me pinguem & nitidum & bene curata cute, vises
Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.

¶ Viues in gladio, & fratri tuo seruies. ¶ Sæuũ & sanguinariũ Esau aĩm, hæc patris sui Isaac verba declarant, Gladius eṁ belli & vastationis est significatio, quo noĩe Deus Hebraicẽ genti parũ sibi morigerẽ bellum minatur חֶרֶב תִּחְיֶה אָבִיךָ id est: Gladius transibit per terram vestram. Pugnabant variæ gẽtes alijs atq; alijs armis, sed gladius semper existimatus est, omnium armorum instar esse, & plurimam cladem hosti inferre posse. Varro gladium appellatum putat à clade quam hostibus infert, cing commutato. Consul Lẽtulus apud Lucan. ad Pomp. hęc de gladio loquitur.

Leuit. 26.

Varro lib. 4. de latin. ling.

Lucan. lib. 8. phar.

Ensis habet vires, & gens quæcunq; virorum est,
Bella gerit gladijs.

Ab hac vastatione quæ gladio fit, Hebræi appellant gladium חֶרֶב à verbo חָרַב id est: Deuastauit. Sed vt ad Esau reuertar. Condidit hic haud dubio Idumæorũ gentem, quæ inter multas Syriæ gentes numeratur, Iudæis vt cognatione affinis, ita etiam loco proxima. Hebræi vocant אֲדֹם quod rubrum significat, Græci & Latini paulò cultiore voce appellãt Idumęã. Et Idumæorum res varijs casibus iactata erat dum Idumęorum res per Syriam pollerent. Hircanus Asmonęus eos ad Iudaica instituta adegit, perseuerarunt q; in illis ad vltimum templi ac Iudęorum excidium. Conflato Iudaico bello quod cum Romanis Iudæi cũ suo excidio gesserunt. Zelotæ huius belli authores ingentẽ Hierosolymis turbam excitarunt: verum à sacerdote Anano compressi templum occupabant. Hoc metu adacti Zelotæ Idumæorum opem implorare constituunt, eosq; vt Iudaicis legibus deuotos, vt sibi adessent, trepidis nuncijs missis, exorãt. Qualis tum fuerit Idumæorum animus, & quàm sanguinolenta illa commilitia, Iosephus declarat, αὐ μὲν γὰρ ἱστιμαίους αὐτόθεν ἠλπισαν πειθησομένους, ἅτε θορυβῶδεις καὶ ἄτακτον ἔθνος, ἀείτε μετέωρον πρὸς τὰ καινήματα, καὶ μεταβολαῖς χαῖρον πρὸς ὀλίγῳ δὲ χολακείᾳ πᾶν δεομένων τὰ ὅπλα κινοῦν, καὶ καθαπερεὶς ἑορτὴν εἰς τὰς παρατάξεις ἐπιγόμενον, Id est. Ipsos Idumæos sciebant persuadendos, vtpote gentem turbulentam & incondítam, semperq; suspensam ad motus, & mutationibus gaudentem, quæq; etiam ob paruam adulationem supplicũ, arma moueret, & in aciem tanquam ad festum festinaret. Quales verò se exhibuerint cum ciuitatem Hierosolymam occupassent, idem Iosephus tradit, ἐφείσαντο τε οὐδενὸς οἰκείου μᾶλλον, φύσει τε ὠμότατοι φονεύειν ὄντες, κατὰ τὴν ἀποκλείσαντων ἐχθρῶν τοῖς ὅπλοις. ἦσαν δὲ ὅμοιοι τοῖς ἱκετεύουσι καὶ τοῖς ἀμυνομένοις, καὶ πολλοὺς τῶν τε συγγενῶν ἀναμιμνήσκοντες, καὶ δεομένους τοῦ κοινοῦ ἱεροῦ λαβεῖν αἰδῶ, οἰκτίσειν τοῖς ἐφεστῶσιν, id est: Idumæi nulli parcebant, cum natura crudelissimi ad occidendũ essent, armis verò vtebantur cõtra illos qui portas clauserant. Æquales verò erant ergà supplices, & cõtra illos qui se defendebãt, multos verò cognationẽ cõmemorantes, & cõmunis tẽpli reuerentiã habere monẽtes gladijs trãsuerberabãt. Rursus, paulò post, ἀκοσμεῖσθαι δὲ τούτοις οἱ δυμοὶ τὴν Ἰδουμαίων, ἀλλὰ εἰς τὴν πόλιν βαπόμενοι, πάσαν μὲν οἰκίαν διήρπαζον, ἐκτείνον δὲ τὸν περιτυγχάνοντα καὶ τὸ μὲν ἄλλο πλῆθος αὐτοῖς ἐδόκει παρανάλωμα

Epimenid.

Lucilius.

Ioseph. libro. d. ἁλω.

Ioseph. eod. libro.

λωμαι, οὐδ' ἀρχικοῖς αὐξήσουσι, καὶ κατ' ἐκείνων τῶν τοῖς πλείοσι ἐφορᾶ. ταχέως δὲ ἁλόντες διεφθείροντο, καὶ τοῖς γεροῖς αὐτοῖς ἐπιστάντες, τὸν μὲν ἄνανον δι' πρὸς τὸν δῆμον εὐνοίας, τὸν δὲ ἰησοῦν τ ἀρχὴ τοῦ τέχνου λόγων ἐπίσκοπον. πολλῶν δὲ εἰς τοσοῦτον ἀσεβείας, ὥς τ' ἀτάφους ῥίψαι. καίτοι τοσαύτῃ ἰουδαίων πρὸς τὰς ἀταφὰς φρόνοιαν ποιουμένων, ὥστε καὶ οὐ τὰ κατασκήνης ἀνασκαφουμένος τε δυτ ἡλίου καθελεῖν τε θάπτειν, id est: Sed neq; his satiatus erat Idumæorum furor, verum in ciuitatē versi, ædes diripiebant, obuios occidebant, & reliqua plebs illis superuacanea putabatur, sacerdotes vestigabant, quos captos statim occidebant, & cadaueribus insistentes, ipsum Ananum ob beneuolētiam erga populum, Iesum verò ob verba quæ è muro loquutus erat, incessebāt. In tantum impieratis processerant, vt etiam occisos insepultos abijcerent; cum tamen Iudæis ea semper cura circa sepulturam fuerit, vt etiam condemnatos ad crucē, ante solis occasum tolli & sepeliri pręceperint. Ex his Iosephi verbis, tanquam ex vnguibus leo, facilè liquet Idumæorū sæuitia, vt non iniuria Isaac dixerit: Viues in gladio, quod non solum in Esau parentem, verumetiam in nepotes eius cōueniret. ☾Et fratri tuo seruies, tēpusq; veniet cū excutias & soluas iugum eius de ceruicib. tuis.☽ Si ad literam hæc accipere voles, non difficile inuenies reciprocam quandam inter Hebræos & Idumæos dominandi vicissitudinē, & mutuā inter sese vt vterq; populus vel potior erat vel infirmior, & libertatem, & seruitutem. Nam sub prima domo, cum Dauide & Salomone regibus, Iudæorū res potentissimæ essent, Idumæi illis seruitutem seruierunt. Rursus sub vltima domo, ab Asmoneis regibus armis domiti, fœliciter seruierūt Idumæi: cū patrijs erroribus abiectis, ac Mosaica lege suscepta, in Iudæorū gentē coaluerint. Sed hæc Idumæorum immutatio fœliciter illis cessit, cum ad regnandum illis ianuam aperiret, & vt vicissim in Iudæos regnum obtinerent, præstaret. Hoc significare videntur verba Isaac ad Esau: tēpusq; veniet cū excutias, ꝑ excutias in Heb. legit̄ תָּרִיד vt sit, tēpus erit quādo dominaberis. Sic enim quidam legere volunt, cum futurum תָּרִיד a verbo יָרַד idest, Descendit, veniat: non à verbo תָּרוּד idest, dominatus est. & Septuaginta ita vertérunt, ἔσται δὲ ἡνίκα καθέλῃς, id est: Erit quando auferes iugum, siue descendere facies, hoc enim יָרַד significat Sed hæc vt quisque volet, accipiat. Certè liquet Idumęos regnum obtinuisse in Iudæos, cuius initium fecerit Antipater quidam genere Idumæus, sed plurimum authoritate pollēs apud Hircanum sacerdotem & regem Iudæorum. Erat hic Hircanus ex Asmonęorum sanguine, vir haud quaquam malus, sed regno gerendo planè inutilis minimęq; accommodus. Huius igitur imbelliam cum exploratam haberet Antipater vir acri minimęq; plebeio ingenio, & tū in regno Iudaico maiorem in modum potentia valens, filios suos Iudæorum genti præfecit. Erat tū natu maior Phaselus, huic Hierosolymam regendam tradidit, natu minor Herodes, & hunc Galileæ pręfecit. His initijs facilè in Antipatri & filiorum eius manum Iudęorum regnum cōtraditur. Herodes siquidem nihil à patre degenerans, Romanorum, inprimis M. Antonij triumuiri amicitiam sibi conciliauit, cuius fauore ac Romano senatu suffragante, Herodes Iudaici regni coronam suscepit, filijsq; suis, quos complures, ex multis sustulit vxoribus; per manus tradidit. Erant tamen qui hunc Antipatrem Iudaici sanguinis fuisse fingerēt, ex illis qui è Babylonica captiuitate in Iudęam postliminio essent reuersi. Author huius fabulæ fuit Nicolaus Damascen. Sed vt scribit Iosephus, ταῦτα δὲ λέγει χαριζόμενος υἱῷ ἡρώδῃ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, βασιλεῖ τῶν ἰουδαίων id. ἀρχ. ἐκ τύχης τινὸς γενομένῳ, id est: Hæc dicit, vt gratificetur Herodi filio suo, qui fortunæ beneficio euasit rex Iudæorum. Hæc igitur fœlicior intelligentia erit verborum Isaac ad Esau vt Idumæi vicissim Iudæis essent imperaturi; quod in Antipatre & filijs eius Idumæis factum videmus, quàm impia illa & stulta fabula nostratium Iudæorum, qui Romanos atq; Christianos omnes Idumæos vocant, quod illis hodie seruiant seruorum in morem. Sed abeāt beluæ hæ in malā crucē, nos sequentia uideamus. ☾Oderat ergo semper Esau Iacob, pro benedictiōe q̄ benedixerat ei pater. Dixitq; in corde suo. Venient dies luctus patris mei, & occidā Iacob fratrē meū.☽ Sic natura ipsa cōparatū est, & dictat quoq; ratio, vt indiuulso inter se amore copulētur, q̄s unus genuerit parēs, & una emixa fuisset genitrix. Quis est

Ioseph. lib. 17. ἀρχ.

Salust. in Iugurta. est autem amicior quàm frater fratri. Ceterum si quando simultas inciderit inter fratres, ea solet esse atrocior quàm vulgarium inimicorum. Hinc illud verè dictū est apud Aristotelem, χαλεποὶ γὰρ πόλεμοι ἀδελφῶν. καὶ οἱ πόνοι τῶν ἔρξαντες οἶδε καὶ πέρα μισοῦσιν. id est: Acerba enim bella fratrum. Et qui suprà modum amant, ijdem & supra modum oderunt. Huc respicit illud ex Euripide.

Aristot. li. 7. polit.

Euripid. in Iphig.

ταραχὴ γ' ἀδελφῶν τίς δὴ ἔρωτα γίγνεται πλεονεξίαν τε δωμάτων. ἀπεπτύσα τοιάνδε συγγένειαν ἀλλήλων πικράν.

Id est.

Nonnullus olim ex cupiditate, fratribus,
Oritur tumultus, & è domorum opulentia
Germanitatem at istiusmodi quidem
Fratrum inter ipsos, execror amaristimam.

Iustin. li. 5. Fuit olim apud Persas impium bellum inter Artaxerxē & Cyrum fratres, quos pater Darius ex testamento hæredes reliquerat, sed Artaxerxen regni successorē, Cyro verò ciuitates quarum præfectus erat, dedit. Hoc patris decretum Cyro iniuria videbatur. Igitur vterq; in alterum bello exarsit, & frater in fratrē impijs armis armatur. Artoxerxes in prælio à fratre vulnus accepit. Porro Cyrus à regia cohorte armis impetitus in acie occubuit. Adeo plus valet insana dominandi libido atq; Eteoclea contentio, quàm vel paternum decretum, vel fraternus amor. Simplex ne furor putandus erit, qui vnū domicilium, antequam nascerentur, habitauerunt: & in ijsdem incunabilis infantiæ tempora peregerunt, eosdem appellauerunt parentes, ijs vnum regnum amplissimum, satis amplum non fuisse? Sed ad Esau nostrum reuertamur. Addidisset hic haud dubio furori suo secundum post natos homines in fratrem Iacob, parricidium: nisi per matrem communem, cordatā mulierē Rebeccā stetisset. ☾Nūciata sunt hæc Rebeccæ. Quæ timens & vocans Iacob filium suū, dixit ad eum. Ecce Esau frater tuus minatur vt occidat te. Nunc ergo fili mi audi vocem meam, & consurgens fuge ad Laban fratrē meū in Harā, habitabisq; cū eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui & cesset indignatio eius, obliuiscaturq; eorū quæ fecisti in eū: Postea mittā & adducam te inde huc.☽ Verum putat Rebecca prudētissima mulier. Nouerat quidem ferocem atq; agrestem Esau animū, sed hunc tamen irā tempore concoquere posse confidebat. Est Terentiana senten-

Terent. in ἑαυτοῦ τιμωρ.

tia. Diem adimere ægritudinem hominibus. Significat autem illud quod Seruius Sulpitius ad Ciceronem de obitu Tullię scribens ait. Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atq; molliat. Vnde verè Ouidius, tempus rerum edax appellat. Eodem spectat illud Sophoclis.

χρόνῳ γὰρ εὐμαρὴς θεός. Id est. *Sophocles.*

Tempus enim facilis Deus.

Videlicet quod oia leniat, molliatq;.

Citatur ex Iphiclo. *Iphiclus.*

λύπης δὲ πάσης δὴ ἰατρὸς χρόνος.

Id est.

Tempus molestijs medetur omnibus.

Quum in multis alijs, tum in Esau ferocia comprimēda hoc factum videmus. Fremebat in fratrem Iacob, cædem & sanguinem minabatur, cæterum vbi is apud Mesopotamiam vitam agebat, & exacto viginti annorum tempore, cum conceptā iram dies discussisset, inq; patriam repedaret, tantum abfuit vt fratri Iacob infestus obuiam prodiret Esau, vt etiam lubens illi in amplexus iret. ☾Dixitq; Rebecca ad Isaac. Tędet me vitæ meæ ꝓpter filias Heth. Si acceperit Iacob vxorem de stirpe huius terræ, nolo viuere.☽ Mirum est vnde tam malè cōuenerit Rebeccę cū vxoribus Esau, quas constat indigenas vel Phœnicas vel Syras fuisse, vt huius gentis nolit ducere vxorem filium Iacob, & si duxisset, vitam sibi acerbam fore proclamaret. Facilè hic patet Phœnicas mulieres parum castas et perditæ libidinis fuisse: nec minus quoq; Syras infames, ob magiam & damnatas artes, habitas. Phœnices multum coluisse Venerem tradūtur propter Adonem, qui ibi est natus, sacraq; Veneris cum luctu celebrasse, vbi ipsa dea lugēs inducitur, vt refert Macrobius. Erat apud Heliopolim Phœnicis vrbem templum Veneris sacrum, vt author est Socrates, filiæ quoq; eorum, antequam nuberent, prostituebantur, & hoc quęstu dotalem pecuniam merebant; sicq; fiebant meretrices antequam vxores. Præterea Phœnices ob nimium cauponandi & negotiādi studium malè apud Græcos audierūt. Hinc illud.

Macrob. li. 1. Saturn.

Lib. 6. Tripar. histor.

φοῖνιξ γὰρ ἐνθὺς γίγνομαι
τῷ μὲν δίδωμι χειρί, τῷ δὲ λαμβάνω.

Id est.

Phœnix enim fio ilico.

Quippe

Hoc fit cum negotiatorum more, aliquid datur, & vicissim accipitur. Porrò negotiatorum genus nihil habet sacrum, præter vnum pecuniæ lucrum, cui se totos ceu Deo consecrarũt. Hoc pietatem, hoc amicitiam, hoc honestum, hoc famã, hoc diuina pariter & humana omnia metiuntur, reliqua nugæ. Neq; Syrorũ mores nota caruisse, vel adagium illud testatur, σύροι πρὸς οὖς φοίνικας, id est: Syri contra Phœnices, quum versutus agit cũ versuto. Nam vtraq; gens dolis insignis est. Præterea apud Græcos, authore Plinio, extat tale prouerbiũ, πολλὰ σύρων λάχανα, id est, Multa Syrorum olera. Dicitur autem in magicæ artis peritos, & herbis maleficis eam exercentes. Serunt enim Syri herbam Staphylino simillimã, cui amatorium inesse Orpheum Plinius citat authorem. Igitur Esau connubia coniunxerat cum Syris & Phœnicibus, & his vxoribus in mala studia abductus est, didicitq; Dei contemptũ. Malè proinde Isaac & Rebeccæ innocentissimis hominibus, cum illis conuenit, quarum mores erant perditissimi. Hac vt opinor causa Paulus vocat Esau profanum & scortatorem ob Syrorum & Phœnicum connubia. ¶ Vocauit itaq; Isaac Iacob & benedixit eum. ¶ Constãtis animi signa in Isaac videmus, quod benedictionem quã errore, vt videri posset, inductus filio dederat, hic confirmat. Neq; hæc iterata putanda est, sed magis vt vberiorem ex illa voluptatem capiat, si rursus audiat filius. Platonis hæc vox est, λέγω δὲ καθάπερ εἶπον καὶ νῦν. οὐ γὰρ τὸ γε καλοῦ ἕνεκεν οὐδὲν βλάπτει, id est. Dico autẽ quẽadmodum dicebam. Nam nihil lædit quod pulchrum sit bis dicere. Arguit igitur clarè Isaac quàm minimè filio Iacob subcensuerit, ob benedictionem arte surreptam, quam hic sciens prudensq; confirmat. Natura enim sic comparatum est, ait Val. Max. vt quisquis se aliquid ordine, ac recta mente complexum confidit, vel iam gestũ, si obtrectetur; acriter tueatur.

Pli. li. 20.

Ad Hebr. 12.

Caput XXVIII.

Plato li. 6. de legib.

Val. Ma. lib. 3.

¶ Præcepitq; ei dicẽs, Noli accipere coniugem de genere Chanaan, sed vade & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ ad domum Bathuel patris matris tuæ, & accipe inde tibi vxorem de filiabus Laban auunculi tui. ¶ Volebant philosophi sapientis vitam socialem esse debere, & hanc non vnam, sed triplici genere diuisam, & quamq; non sine magna calamitate existere. Maxima & frequentissima hominũ societas est, vniuersus terrarum orbis, & quæ omnes homines complecti tur. Hæc vtiq; sicut aquarũ congregatio, quanto maior est, tãto periculis plenior, & linguarũ diuersitas hominem alienat ab homine. Altera societas est ciuilis, sed hanc perturbant fora, lites, bella nõ raro ciuilia, iudicia misera & dolenda: quandoquidem hi iudicant, qui conscientias eorum, de quibus iudicant, cernere nequeunt. Accedit huic infœlicitati longè crudelissimum illud & barbaricum inuẽtum, tormentis & quæstione veritatẽ exquirendi, & sæpè innocens luit pro incerto scelere certissimas pœnas. Suprema societas domestica censetur, quæ matrimonij nomine appellatur, quantis hæc abũdet malis quis enumerare valeat? Vnus nobis locuples testis Terentius erit. Vxorem duxi, quam ibi miseriam non vidi? nati filij, alia cura. Propemodum & illa in coniugio videmus, quæ idem author alibi in amore vicia ponit: Iniuriæ, suspiciones, inimicitiæ, bellum, pax rursus. Prudentissimus senex Isaac quo filio suo Iacob fœlix pararet coniugium, illũ procul ablegare sustinet, & in Mesopotamiã ire monet, ceu parum curans illud Hesiodi, quod de vxore ducenda præcipit.

Augu. lib. 19. de ciu. Dei.

Terent. in Adelphis.

In Eunuch.

Hesiodus.

τὼ δὲ μαλίσα γαμεῖν, ἥτις σέθεν ἐγγύθι ναίῃ.

Id est.

Hanc autem maximè duc in vxorem, quæ prope te habitat.

Vidit Isaac & Rebecca mater cũ vicinis Chanan. filiab. inauspicatũ matrimonium fore, vt quod inter diuersissimos et morib. & pietate coiret. Videbat vterq; lõgè fœlicissimũ connubiũ futurũ, quod similitudo conciliaret atq; æqualitas. Est eñ similitudo beneuolentiæ mater, cõsuetudinisq; & familiaritatis conciliatrix. In hanc sentẽtiã extant aliquot veterũ prouerbia, quorũ est illud ἥλικι ἥλικα τέρπει, id est, Æqualis æqualẽ delectat. Nam prima familiaritatis cõciliatio proficiscitur ab ætatis æqualitate, quã Græci vocãt ὁμηλικίαν. Ab hac æqualitate adagiũ illud manat, τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα. i. Æqualem tibi vxorẽ ducito. Celebratur & hoc inter sapiẽtũ apoph. atq; à nõnullis Pittaco ascribit, γάμῃ ἐκ τῶν ὁμοίων. i. Vxorẽ ducito ex æqualib. Nã si duxeris ex potẽtioribus, te prognatã, dominos tibi parabis, nõ affines. Hęc aũt sententia hoc impensius placuit Pittaco, quod ipse nobiliorem se duxerat, Draconis sororem, cuius imperium fastidiaq; molestissimè legitur tulisse. Verũ in hac æqualitate videndum erit, vt generis claritate æquales sint coniugati, ne alter nobilis, alter plebeius, hoc monet versus ille Euripidis.

Euripid. in Rheso.

οὐκ ἐθέλω ἐμαυτοῦ μείζονων γαμεῖν θέλω.

Id est,

Nolim ex potentioribus me coniugem.

Hoc queritur apud Ouidium Deianira, quod Herculi tanquàm potentiori atque nobiliori in coniugium venerit.

Ouidius in epist. Her.

Quàm male inæquales venunt ad aratra iuuenci,
Tam magno premitur coniuge nupta minor.

Nec minus spectandum erit, vt ætas non admodum discrepet. Ad hoc allusit Homerus.

Homerus odyss. o.

ἀτὰρ καὶ ὁμήλικες εἴμεν.

Id est.

Quinetiam sumus æquæui.

Quod si quicquam hac in parte peccatum erit, vt decrepito puella cõiugio iuncta fuerit, tum illud Aristophanis fiat necesse erit.

Aristop. in Thesm.

θέατοινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή.

Id est.

Regina siquidem mulier est sponso seni.

In Theodosij codice extat constitutio qua prohibentur prouinciales cum vxore Barbara habere coniugium, nec gentili viro permittitur cum prouinciali fœmina copulari. Nec minus etiam Christianorum sacris literis sancitur, Christianos cum Christianis cõiugio copulari, quod Isaac & Rebecca sensisse quoq; videntur, vt Iacob comparẽ sibi & religione & pietate vxorẽ sortiretur. Tum fiet illud quod apud Homerum legimus.

Homerus odyss. ρ.

ὡς ἀεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον.

Id est.

Ad similem Deus adducit, similemq; paremq;.

Est Solonis apophthegma, quemadmodum scribit Plutarchus in huius vita, admonens dictum hoc fuisse vulgo celebre, τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ, id est, Æqualitas bellum haud parit, Æqualitate enim continetur concordia. ¶ Deus autem omnipotens benẽdicat tibi, & crescere te faciat atque multiplicet, vt sis in turbas populorum, & det tibi benedictiones Abrahæ, & semini tuo post te, vt possideas terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus est auo tuo. ¶ Vehemẽs & supremus post diuina omnia suæ cuiq; patriæ amor est, neq; aliud est quod animo altius & penitius resideat, quàm natalis soli memoria, quæ vsq; adeò indiuulse inhærere soleat, vt vel parentibus & necessarijs omnibus morte interceptis vna tamen patriæ dilectio superesse videatur, quod Socrates apud Platonem hisce verbis effert,

Plutarc. in Solone.

Plato in Critone.

ἦ οὕτως εἶ σοφὸς ὥστε λελάθε σε ὅτι μητρός τε καὶ πατρὸς καὶ ἔτι ἄλλων προγόνων ἁπάντων, τιμιώτερον ὄν πατρίδος καὶ σεμνότερον καὶ ἁγιώτερον καὶ μείζονι μοίρᾳ καὶ τῇδε θεοῖς καὶ παρὰ ἀνθρώποις τοῖς νοῦν ἔχουσιν, καὶ σέβεσθαι δεῖ καὶ μᾶλλον ἐπείκειν καὶ θωπεύειν πατρίδα χαλεπαίνουσαν ἢ πατέρα, id est. Num ita sapiens es vt oblitus sis, quoniam matre & patre & progenitoribus omnibus alijs, honorabilius quiddam & reuerentius atq; sanctius est patria, & in maiore officio, & apud Deũ & apud homines, qui quidem prudentes sunt. Etiam venerari æquum est, & magis obsequi atq; inseruire patriæ periclitanti quã parẽti. Hactenus ille. Sed q̃ chariorẽ hoc grauiore animi dolore, vel relinquit vel amittit. Primus hoc diro tristitię telo percussus est Abrahã deserta patria sua. Sed erat apd illũ diuinũ præceptũ lõgè patria potius, & ea re magno animo solum vertit. Sequuti paternam pietatem sunt, filius Isaac & nepos Iacob, vterque Syriæ inquilinus: incertis & vagis sedibus vitam agentes, & tentoria sua subinde militum more transferentes: Hanc illorum peregrinationem simul & laudat & admiratur Paulus, κατὰ πίστιν ἀπέθανον οὗτοι πάντες, μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀλλὰ πόρρωθεν αὐτὰς ἰδόντες καὶ πεισθέντες, καὶ ἀσπασάμενοι καὶ ὁμολογήσαντες ὅτι ξένοι καὶ παρεπίδημοί εἰσιν ἐπὶ τῆς γῆς, id est, luxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes & salutantes & confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram. Hæc Paulus. Itaq; pientissimi viri suam peregrinationem diuinis oraculis solati sunt, simul & locum prouerbio primi ipsi fecerunt, quod longo post interuallo à Græcis & Latinis scriptoribus vsurpatũ est, πᾶσα γῆ πατρίς, id est. Quæuis terra patria. Admonet adagium, virum sapientẽ ac bonum, vbicunq; gentium vixerit, fœlicem esse. Idem innuit Aristophanes.

Hebr. 11.

Aristo. in Pluto.

πατρὶς γὰρ ἔστι πᾶσ' ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ.

Id est.

Illic enim patria est, vbi tibi sit bene

Fertur

Fertur hic quoque versiculus prouerbialis.

τοῖς γὰρ καλῶς πράσσουσι πᾶσα γῆ πατρίς.

Id est.

Solum omne patria prosperè quicunq; agit.

Demosth. Fertur quoq; illud Demosthenes, ἀνδρὶ σοφῷ πᾶσα γῆ βατή, ψυχῆς γὰρ ἀγαθῆς, πατρὶς ὁ σύμπας κόσμος, id est, Sapienti viro omnis terra patet, bonæ animæ patria est totus mundus. Vnde & Socrates interrogatus, cuiatis esset, κοσμικόν, id est, mundanum se esse respondit, non Athenienſem. Qu.Curt.libro 6. Nabarzanes nobilis Persa & Darij regis cum Besso percussor tale responsum Alexandro magno per literas dedit: Patriam esse, vbicunq; vir fortis sedem elegerit. Igitur philosophicum hunc animũ priores præstiterũt sancti hi patriarchæ, vt putarent omne solum forti esse patriam, vt piscibus æquor, & volucri vacuo quicquid in orbe patet. Cæterum Deus ipsum Iacob varijs afflictionibus & longinquæ à parentibus peregrinationi destinarat, nec minus dura seruitute exercere parabat, vt ne putaret paternam benedictionem, voluptatem sibi ac delicias pollicitam. ¶ Quũq; dimisisset eum Isaac, profectus peruenit in Mesopotamiam Syriæ, ad Laban filium Bathuel Syri fratrem Rebeccæ matris suæ. ¶ Non vna huius peregrinationis causa in Iacob videri potest. Iam dominum constituerat eum pater, & omnes fratres illius erãt seruituti subiecti. Sed quis vnquam clemens futurus erit dominus, nisi qui & ipse seruire didicerit? Quis liberalius seruis vtetur, nisi qui & ipse dominũ pertulerit? Seruiuit & ipse Iacob apud patruum Laban longam seruitutem, idq; vxoris ergo, quam in manum hoc seruitio accepit, vt disceret quàm in alios clementi vteretur seruitute; cuius ipse prior amaritudinem gustasset. Is enim qui bene administraturus erit imperium, eum prius imperium ferre oportet. Plato hanc sententiã prouerbialiter extulit, Plato libro σ. νόμ. δεῖ δὴ πάντ' ἄνθρωπον ἀνθρώπου, ὡς ὁ μὴ δουλεύσας, οὐδ' ἂν δεσπότης γένοιτο ἄξιος ἐπαίνου, id est, Iam illud oportet vnumquemq; de mortalibus vniuersis cogitare, qui non seruierit, eum haud quaquam dominum fore laude dignum. Plutarchus Plutarchus hanc laudem peculiariter tribuit Agesilao clarissimo Lacedæmoniorum duci, ἐλθεῖν δὲ τὸν ἀρχὴν μὴ ἀπαιδεύτου τοῦ ἀρχεσθαι, id est: Venisse ad imperium, non indoctum parere imperio. Natũ videtur prouerbiũ à nobili illo Solonis apophthegmate, ἀρχὴν πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι, id est. Imperium gere, sed vbi prius imperium ferre didiceris. Solon. Neq; solum hæc seruitus Iacob decreta erat, verumetiam vt domestica eius virtus, quam parentum conuictu hauserat, in lucem æderetur; & de vmbra in solẽ progrederetur, nec minus vt multorum populorum & mores & vrbes videret, è quorum vsu non raro in homine prudẽtia, & sanum rerum iudicium oriri solet. Suum Homerus Vlyssem celebrat, quem & πολύτροπον vocat, quasi ingenio versatilem & prudentem, huius tamen causam hanc reddere videtur. Homerus ὀδύσσ. α.

πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.

Id est.

Qui mores hominum multorum vidit & vrbes.

Quantum verò bonæ frugis attulerit mundi philosophis, prouincias lustrasse, nouos populos adisse, maria transisse, exẽplo nobis sunt clarissimi Græciæ philosophi. Pythagoras primo Ægyptum & Memphiticos vates adijt, & gentis literas percepit: deinde ad Persarum magos profectus, syderalem ab illis scientiam hausit; postea Cretam & Lacedæmonios inuisit, atq; vtriusq; gentis leges didicit. Vltimo in Italiam transmisit, & in vltimam eius oram sese abdidit, & philosophum sese appellari iussit. Quid vetat quo minus huc arcessatur Ionicæ philosophiæ caput Plato, Athenis quidem magister, cæterum sua ad Ægyptios & in Italiam peregrinatione, longè & clarior & doctior. Sed hæc philosophorum exempla parum fortassis Christianum mouebunt, & domestica longè erunt efficaciora. Hieronym. certè inter Latinos Theologos vel eximius, quas vir ille peregrinationes suscepit, vt pectus eruditiõe locupletaret? Et facile illi erat, ob ingenij facilitatem, ex mutis (vt aiunt) magistris, in summum virum euadere. Sed, vt dicitur, suam habet γνεργείαν, viua vox: & in aures discipuli de authoris ore transfusa fortius sonat. Itaq; Hieronymus vt ex doctissimorum virorum prælectione Theologiam hauriret, magnam Christiani orbis partem peragrauit. Italia in vtraq; lingua peritum reddidit, Galliam obiuit, & apud Treuiros domesticam egit consuetudinem.

tudinem. Constantinopoli prælegentem audiuit Gregorium Nazanzenum, Antiochiæ, Apollinarium: Alexandriæ, Didymum cæcum videntem suum. Sic varia instructus doctrina, quã mercatoris in morem è longa peregrinatione conuasarat, Bethlehemiticum rus sedem sibi & venturæ morti delegit. De Apostolis Christi quid attinet dicere? quos omnes Christus tanquam peregrinos per omnẽ terrarum orbem dissipauit, non quidem vt ipsi illa peregrinatione meliores redderentur, sed vt omne humanum genus à diaboli tyrannide vindicarent, atque à filijs hominum, filios Dei facerent. Neq; multum ab hac Apostolorum peregrinatione abludit Iacob hæc peregrinatio, vt qui patruo suo veri Dei agnitionem ostenderit, & filias eius, suas vxores, ad veram pietatem erudierit. Solet è re aliorum hominum esse, vt optimorum virorum mores omnibus cõspicui & in propatulo sint, ex quibus inculpatæ vitæ magisteria haurire facilè sit. Muta quies, ait Plutarchus Plutarchus, vitaq; sedentaria, in otio semota, non corporibus modò, verumetiam animis marcorem conciliat, non secus atq; aquæ latentes, putescũt: propterea quod vmbra sint opacæ, torpeantq;, neq; profluant; itidem eorum qui in otio degunt, vita; si quid habeat vsui futurum, tamen quia non promanat ad alios, nullo inde bibente, corrumpitur, & consenescit vis illa natiua. ¶ Videns autem Esau quod benedixisset pater suus Iacob, & misisset eũ in Mesopotamiã Syriæ, vt inde vxorem duceret, & quod post benedictionem præcepisset ei dicẽs: nõ accipias vxorem de filiabus Chanaan: quodq; obediens Iacob parentibus suis isset in Syriam: probans quoque quod non libenter aspiceret filias Chanaan pater suus: iuit ad Ismaelem, & duxit vxorẽ, absque his, quas prius habebat, Melech filiam Ismael filij Abraham, sororem Nabaioth. ¶ Anceps & dubia huius loci intelligentia videri poterit, quonam animo Esau post primas vxores inuisas parentibus, secundam duxerit, quæ illum arcto sanguinis gradu attingebat, nẽpe auiam: patris ne animum his nuptijs irritaret, an potius vt illius sibi beneuolentiam conciliaret: In vtrumq; nobis coniecturæ suppetũt. Vidit Esau patris erga se animum alienum, & fratrem Iacob suo loco arctiùs complecti, benedictionis quoque quam imprudens illi dederat, vsque adeò non pœnitere, vt etiam sciens prudensq; stabiliret. Hunc igitur patris erga se mutatum animum, Esau videri potest irritare voluisse, ducta in vxorem filia Ismaëlis patrui sui, vt vel sic patrem vlciscereturquem nulla sua iniuria minorem filium sibi maiori prætulisse putabat. Male enim inter Ismaëlem & Isaac conuenisse sacra nobis scriptura testis est. Nam pater amborum Abraham, Isaac ceu genuinum filium hæredem ex asse decreuerat, exhæredato Ismaële; cui tanquam notho, legata reliquerat. Hinc simultatem non obscuram Ismaëlitarum in Isaacos natam non temerè coniectabat Esau. Vt igitur esset quod patri dolorem inurere posset, filiam Ismaëlis, matrimonio sibi copulabat, non ignarus quàm ægrè patri cum illa conuenturum esset. Sunt tamen qui mitiorem sententiam huius noui Esau connubij afferant, nempe emerendi fauoris causa factum, quo alienati à se patris animum sibi conciliaret. Viderat Esau Chananeorum suas vxores parentibus graues doloremq; afferre, nuptias sibi ex Hebræorum sanguine, atq; adeò ex aui Abrahæ familia, confecit. Cæterum num quicquam apud patrem secundis hisce nuptijs profecerit Esau, incertum habetur. Arbitror illum fœlicius agere potuisse, si ad exemplar paternæ castitatis semel nuptias confecisset, neque dubiam nuptiarum aleam iterum experiri sustinuisset, vt cui priores nuptiæ pessimè verterint. Sed primus lapsus imprudentiæ datur: iteratus stultitiæ. Extat & Græcum epigramma in tales. Græcum epigrãma.

ἐς τὶς ἅπαξ γήμας, πάλι δεύτερα λέκτρα διώκει.

Ναυηγὸς πολύει δὶς βυθὸν ἀργαλέον.

Id est.

Altera connubium experto cui ducitur vxor,

Hic fracta repetit æquora sæua rate.

Sed nos ab Esau ad Iacob digrediemur, ¶ Igitur egressus Iacob de Bersebea, pergebat Aram. Quumq; venisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere, post solis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco. ¶ Hanc profectionem Iacob in Mesopotamiam Iosephus sic describit Ioseph. lib. α. ἀρχαιο διὰ τῆς καναναίας ἐπορεύετο, κἀκεῖ διὰ τὸ πῶς τοὺς ἐπιχωρίους μισεῖν

παρ᾽ οὐδενὶ ἥδιον κατάγοιτο, ὑπαιθρῷ δὲ κυλιόμενος, τὴν κεφαλὴν λίθοις ὑπ᾽ αὐτοῦ συμφορουμένοις ἐπιτιθεὶς, id est, Per Chananeam proficiscebatur, & ob odium in indigenas apud nullum diuertere volebat, sed sub dío manebat; caput, ab ipso congestis lapidíbus imponens. Satis hic locus arguit tetricam & duram Iacob σκληραγωγίαν, & quam non mollí lecto & culcitris subalaribus plumis ventosis assueuerit, qui peregrè proficiscens & continenti, tota die, itinere confecto, atque de via fessus; sub vesperam tamen sub dío manere, atq; caput somniculosum lapidi imponere sustinuerit. Sed sunt hæc prima laborum eius προγυμνάσματα, quibus de cubiculo ad aciem, de vmbra egreditur ad solem. Neq; enim corpus assuetum tunicis, loricæ onus ferret, & caput opertum linteo galeam recusaret, Vlysses subinde ab Homero vocatur πολύτλας, quasi multa sustinens, & multis exercitus laboribus, quibus per víginti annos terra mariq; iactatus erat. Caput eius galeę patiens erat, vt canit Homerus.

Homerus ὀδυ. χ.

κρατὶ δ᾽ ἐπ᾽ ἰφθίμῳ κυνέην εὐτυκτον ἔθηκεν.

Id est.

Capiti suo forti solidam galeam imposuit.

Quàm verò parum corpori suo indulserit, cum sese cubitum contulisset, idem poëta diuino carmine sic canit.

Homerus ὀδυ. υ.

οὐκ ἔθελ᾽ ἐν λέκτροισι καὶ ἐν δόμοισι καθεύδειν.
ἀλλ᾽ ἐν αὐλῇ τῷ βοὸς καὶ κώεσιν οἰῶν.

Id est.

Non volebat in lectis & in stragulis dormire.
Sed in crudo corio & pellibus ouium.

Nec minora exhausit Iacob, & ipse per víginti annorum tempus, duram seruiés seruitutem, noctesq; diesq;, & vt Hesiodi verbis vtar.

Hesiodus.

ἡ μὴν ὅτ᾽ ἐνυάζῃ, καὶ ὅταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ.

Id est.

Quumq; cubile petit, cumq; aureus exoritur sol.

Ex hac tam dura taliũ heroum διαιτα, initium habuisse videtur tetrica illa Lacedæmoniorum σκληραγωγία, qua Licurgi legibus edocti ad totius Græciæ principatum euehebantur, quo perpetuò vti potuissent, si Lycurgi decretis stare voluissent. Igitur Lycurgus haud ignarus, in teneris assuescere multum esse, leges suas à pueris recẽs natis auspicatur, quos minimè bene olentibus peregrini muris pelliculis inuoluit, neq; crepidatos mulierũ in morem animi causa inambulare censuit, sed his educationibus ad totius Græciæ principatum instituit, quas Xenophon in hunc modum describit, πόδας μὲν ὑποδήμασιν ἀπαλύνουσιν, ἀντὶ γυμνῆς τοῦ ἀπαλύνειν τοὺς πόδας ὑποδήμασιν ἔταξεν· ἀνυποδησίᾳ κρατύνει, νομίζων εἰ τοῦτο ἀσκήσειαν, πολὺ μὲν ῥᾷον ἄν ὀρθιαν δὲ βαίνειν, ἀσφαλέστερον δὲ πρανῆ καταβαίνειν, καὶ πηδᾶν καὶ ἀθρεῖν καὶ ἅλλομαι θᾶττον ἀνυποδήτου εἰ ἀσκηκώς εἴη τοὺς πόδας, ἢ ὑποδεδεμένος· σώματα δὲ ἱματίων μεταβολαῖς διαθρύπτουσι, ἀντὶ γε τοῦ ἱματίοις διαθρύπτειν, νομίζε ἑνὶ ἱματίῳ δι᾽ ἔτους προσεθίζειν, νομίζων οὕτω καὶ πρὸς ψῦχος καὶ πρὸς θάλπος ἄμεινον ἂν παρασκευάσειν. id est, Pueri molliunt calceis pedes. Contra hoc decreuit vt sine calceis ingrederentur, quo pedes indurarent, existimãs si hoc pacto exercerentur, facilius ardua scandere & prona descendere posse, etiam saltare, occurrere, currere facilius posse, si excalciati essent quàm si calciati. Sed & pueri vestium mutatione corpora emolliunt. Contra hoc censuit vt una veste per totum annum vterentur, putans sic satis instructos & contra frigus & cõtra æstum, futuros. De his Lycurgi legibus mentionem facit Iustinus, deq; Lacedæmoniorum educatione. Iuuenibus, ait, non amplius vna veste vti toto anno permissum. Pueros puberos non in forum, sed in agrum deduci præcepit, vt primos annos non in luxuria, sed in opere & in laboribus agerent. Nihil eos somnij causa substernere, & vitam sine pulmento degere, neque prius in vrbem redire, quàm viri facti essent. Quinetiã Lucani Italiæ populi, vt idem Iustinus scribit, ijsdem legibus liberos suos, quibus & Spartani instituere soliti erant. Quippè ab initio pubertatis in syluis, inter pastores habebantur, sine ministerio seruili, sine veste quam induerent, vel cui incubarent, vt à primis annis duritiæ, parsimoniæq; sine vllo vsu vrbis assuescerẽt. Cibus his præda venatica, potus mellis & lactis, & fontium liquor erat. Sic ad labores bellicos indurabantur. Author est Aristoteles, quibusdam gentibus moris fuisse, vt infantes in frigidum amnem immergerent, causam verò hanc reddit, συμφέρει δὲ ἐνθὺς καὶ πρὸς τὰ ψύχη σωνεθίζειν ἐκ μικρῶν παίδων. τοῦτο γὰρ καὶ πρὸς ὑγίειαν καὶ πρὸς πολεμικὰς πράξεις εὐχρηστότατον. διὸ παρὰ πολλοῖς δὴ τῶν βαρβάρων ἔθος, τοῖς μὲν εἰς ποταμοῦ ἀποβάπτειν τὰ γιγνόμενα ψυχρόν, τοῖς δὲ σκέπασμα μικρὸν ἀμπιέζειν. id est, Vtile est vt à pueris statim ad frigida assuescant. Hoc enim ad sanitatem & ad bellicas actiones vtilissimum. Propterea & multi barbari hunc morem habent vt natos infantes in frigidum flumen immergant, alij verò illos parua veste tegant. Hunc morem olim fuisse apud Germanos, dum illorum mores incorruptiores essent quãmodo sint, testis est Galenus his verbis, τὶς γὰρ ἂν ἡμῶν ὑπομένειν τῶν παρ᾽ ἡμῖν ἀνθρώπων εὐθὺς ἅμα τῷ γεννᾶσθαι ἔτι θερμὸν τὸ βρέφος, ἐπὶ τὰ τῶν ποταμῶν φέρειν ῥεύματα. κἀν ταῦθα καθάπερ φάσι τοὺς γερμανοὺς ἅμα παιδᾶν αὐτοῦ τῆς φύσεως, ἅμαπτε καὶ κρατύνειν τὰ σώματα, βάπτοντας εἰς τὸ ψυχρὸν ὕδωρ ὥσπερ τὸν διαπυρον σίδηρον. id est, Quis enim hominum qui apud nos sunt sustineret simulatque natus est infans calidus, statim eum ferre ad fluuiorum aquas, atque ibi, quod Germanos facere aiunt, simul & naturam eius experiri, simul & corpora eorum indurare, immergentes eos in frigidam aquam, quemadmodum ignitũ ferrum. Apparet & Rutulos Italiæ populos eundem obseruasse morem, vt Vergilius canit.

Xenophon. in Laced. Polis.

Iustin. li. 3

Galen. lib. a ὑγιεινῶν.

Verg. li. 9. Æneid.

natos ad flumina primum
Deferimus, sæuoq; gelu duramus & vndis.

Romanorum educatio parum abfuit ab hac Lacedæmoniorum & reliquarum iam dictarum gentium σκληραγωγίαι, Neque enim terrarum orbem facilè armis domuissent, nisi illorum mores procul à mollicie abfuissent. Indicat hoc de Romanis Ouidius.

Ouid. li. 1. Fast.

Nec pudor in stipula placidam cœpisse quietem.
Nec fœnum capiti suppositisse fuit.

Erant olim Macedones totius orientis, magni Alexãdri ductu, victores. Sed neque de tot gentibus victoria, citra laborum patientiam, & militiæ duritiam illis contingere potuisset. Darius vltimus Persarum rex prælium cum magno Alexandro conserturus, in castris suis habebat Caudemum Atheniẽsem exulem, qui percũctatus à Dario quid de suo exercitu, purpura auroq; instructo sentiret.

Q. Curt. li. 3. rerum gest. Alex. Mag.

Aristot. πολιτ. η.

Tum ille parum tempestiuè, cõtra quam rex expectabat, in Macedonicæ Phalangis atque adeò in Macedonum laudem expatiatur, atque inter alia hęc de Macedonibus infit. Et ne auri argentiq; studio teneri putes, ad huc illa disciplina, paupertate magistra stetit. Cibus, quem occupati parant, satiat; tempora somni arctiora quàm noctis sunt, fatigatis humus cubile est. Hactenus ille. In hoc diuerticulum, vt de tot gẽtium διαιτα loquerer, deduxit me patriarchæ Iacob Chameunía. Sed erat illi hæc humicubatio non fortuito, neque suo arbitratu suscepta, sed diuino quodam nutu destinata. Consueuit enim Deus sua arcana illis aperire, non qui in mollibus stratis pernox ac supini somno marcescunt, vel obscœnis voluptatibus nocturnum omne transigunt tempus; sed qui noctis succisiuas horas, vel honesto sacrarum literarum studio, vel sacris ad Deum precibus traducunt. His non raro diuina sua Deus aperire solet. Huius quidem argumentum habemus perspicuum sacrosanctam illam noctem, quæ Christi natiuitate vel sole clarius illustrata est, & ille ex virgine susceptus erat, qui crassas mundi huius tenebras suo esset fulgore discussurus Erant in illo sacræ natiuitatis articulo, quæ salutaris Israëlitico populo, atque adeò vniuerso humano generi affulsit, pastores; si conditionem spectes ex infimo hominum numero, ad infimum animalium ministerium destinati, mundo quidem despicabiles, cæterum Deo & superis, vt qui maximè curæ. Hi tum non profundo somno stertere, neque hesterno mero oscitabundi, in cubilibus volutari, sed vt nobis sacra historia testis est, nocturnas excubias pro gregibus suis agebant, iam tum nocte concubia ipsa re docentes quid exemplo principis pastorũ facere deberent episcopi pro salute populi sibi crediti. His igitur pastoribus vigilantibus ac contra somnium pugnantibus, angelus lætum illum nati Christi attulit nuncium, non sine magna luce, quæ illos vndique circumfulsit, & lætum pauorem incussit. Nec mirum si pastoribus sedulis minimeq; ociosis, ac ne noctu quidem quietem agentibus, Christi natiuitas primum sit annunciata; cum ipsa Christo parum fuerit læta, minimeque

ſuauis, quandoquidem in Pandocheo ob hoſpitũ frequẽtiam nullus erat puerperæ Mariæ locus, ſed recentem æditum infantem in præſepe condiderit. Huius proinde ad terras nõ tam ſalutarem quã etiam laborioſum & aſperum aduentum, cum per ſomnium Deus oſtenſurus eſſet Iacob, idq; in ſcalæ imagine, nolebat illum in tyrijs ſtragulis vel conchyliatis periſtromatis ſomnũ capere; ſed corpus labore & ex itinere exhauſtum, nudo ſolo affligere. Sed iam ſomnium Iacob diuinitus immiſſum audiamus. ¶ Vidit que in ſomnis ſcalã ſtantẽ ſuper terrã, & cacumen illius tangens cœlum: angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ dicentem ſibi. Ego ſum Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac. Terram in qua dormis tibi dabo & ſemini tuo eritq; ſemen tuũ quaſi puluis terræ. ¶ Hanc ſcalam, quam ſecundum quietem vidit Iacob, aſcẽdentes & deſcendentes item Angelos per eam, nedum Iudæorum Rabini, verumetiam Chriſtianorum doctores; pro ſua quiſq; religione interpretatus eſt. Rabi Moyſes Ægyptius non ineptè interpretatur angelos hoſce ſurſum ac deorſum per ſcalã commeantes, prophetas Iſraẽlitici populi: ſed prius aſcendiſſe hos quàm deſcendiſſe, nempe vt pectore ſacrum ſpiritum diuinitus haurirent, quo maiore poſtea fiducia populis inferne habitantibus aperirent, quæ prius à ſupernis acceperant. Auguſtinus interpretatur hos angelos aſcendentes & deſcendentes ad euangeliſtas, prædicatores Chriſti. Aſcendentes cum ad intelligendam eius ſupereminentiſsimam diuinitatem excedunt vniuerſam creaturam, vt eum inueniant in principio apud Deum, per quem facta ſunt omnia: deſcendentes autem vt eum inueniãt factũ ex muliere, factũ ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret. Rurſus alibi. Vide inquit, Paulum aſcendentem. Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, raptum fuiſſe vſque ad tertium cœlum, ſiue in corpore ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit, & audiuit ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui. Aſcendentem audiſtis, deſcendentem audite. Nõ potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus: quaſi paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam. Ecce deſcendit qui aſcenderat. Quære q̃ aſcẽderit? Vſq; ad tertiũ cœlũ. Quere q̃ deſcẽderit? Vſq; ad lac paruulis dandũ. Hactenus Auguſtin⁹. Neq; ab re fuerit, ſi ſcalam hãc à terra ad cœlos vſq; pertingentem, & angelos ſurſum ac deorſum irrequieto itinere commeãtes, ad Chriſti incarnationẽ referamus. Duo proinde ſcalæ huius latera duos eximios in veteri lege viros ſignificant, nempe Abraham & Dauid quorum prior Iudaicæ gentis ſator eſt, poſterior eandem ſceptri ditione gubernauit, vterque verò venturi Chriſti pollicitationem accepit. Inter hos igitur tanquam inter gemina ſcalæ latera, Chriſti generatio, longa patrum ſucceſsione, veluti per multos gradus decurrit. Quod verò angeli per hanc ſcalam crebro ſurſum ac deorſum commeant, atque irrequieto itinere conãtur, angelorum ſedulitatem clarè arguit, qua ſemper humanitatis Chriſti miniſtri fuerũt, ſiue illa aſpicias quæ vel in natiuitate facta legimus, vel etiã in paſsiõe, reſurrectione, aſcenſione in cœlum, contigerunt. In his certè omnibus nũquam Chriſto angelorum opera defuit. Sed quur Chriſti humanitatem, quam in terris afflictam egit, ſcalæ poſtiſsimum figura delineandam putauit Deus? Eſt enim ſcala præter omnibus notum organum, torquendi etiam inſtrumentum, vt Suidas ſcribit, κλιμὰξ ὄϑι ὄργανον βασανιστικὸν σλιαστρεφὸν τὰ σώματα βασανιζομένων, καὶ ἀριστοφάνης. βασάνιζε πάντα τρόπον ἐν κλίμακι δήσας, κρεμάσας ὑσριχίδιμαστιγῶν, δέρων, στρεβλῶν, ἔτι δὲ τὰς ὀνυχας ὀξέσιν ἐγχείαις, πολίνθους ἐπιτιθεὶς. i. Scala eſt torquendi quoddã inſtrumentum, quod corpus torquet illorum qui ſupplicio afficiũtur. Ariſtophanes. Modis omnibus de illo quæſtionem habe, ſcalæ impone, ſuſpende, loris cæde, deglube, torque, ad hæc acetum naribus infunde, lateres impone. Huic igitur ſcalæ Iacob Deum tum innixum vidit, quo ſignificaretur illum quandoque humana carne indutum, in ſcala crucis extendendum. Baſilius magni cognomine digniſſimus, refert ſcalam hanc, cum à terra ad cœlum vſque protenſa ſit, ad ſublime virtutis, quod quidem cum ſuopte ingenio arduum & difficile ſit, à facilioribus tanquam à terra auſpicandum erit, deinde ad optima quæq; pedetentim, tanquam

R. Moyses Ægyptius.

August. in Pſal. 44.

August. Tract. 7. in Ioann.

Suidas.

quam gradus quidam faciendus ſit, ne ſi principio difficillima quæque proponeres, alienes atque abſterreas à virtutis ſtudio infirmorum animos. Sunt enim, vt Græci aiunt, τὰ καλὰ δυσκολὰ, id eſt, Pulchra difficilia. Sed iam Baſilium ſua loquentem lingua audiamus. ἔκκλινον γὰρ φησὶν ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν. σοφῶς οὖν καὶ ἐντέχνως προσάγων ἡμᾶς εἰς ἀρετὴν, τὴν ἀναχώρησιν τῆς κακίας ἀρχὴν ἐποιήσατο τῶν καλῶν. εἰ γὰρ ἐυθὺς προσέβαλεν σοι τὰ τέλεια, ἀπεκνήσας ἂν πρὸς τὴν ἐγχείρησιν, νῦν δὲ τοῖς ἐυλιπεστέροις σε προσεθίζει ἵνα κατατολμήσης τῶν ἐφεξῆς. κλίμακι γὰρ προσεοικέναι φαίην ἂν ἔγωγε τῆς ἐυσεβείας τὴν ἄσκησιν. κλίμακι ἐκείνῃ ἣν ἰδὼν πότε ὁ μακαρίτης ἰακὼβ, ἧς τὰ μὲν ἦν πρόσγειος ἐγχαμαίζηλα, τὰ δὲ ὑπὲρ αὐτὸν ἤδη τὸν οὐρανὸν ἀνετείνετο, ὥστε δεῖ τοὺς εἰσαγομένους πρὸς τὸν κατ' ἀρετὴν βίον, τοῖς πρωτοῖς βαθμοῖς ἐπιβάλλειν τὸ ἴχνος. κἀκεῖθεν ἀεὶ τῶν ἐφεξῆς ἐπιβαίνειν, ἕως ἂν πρὸς τὸ ἐφικτὸν ὑψοῦ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει δόξῃ τῆς κατ' ὀλίγον προκοπῆς ἀναβῶσιν. ὥσπερ οὖν ἐστὶ τῆς κλίμακος πρώτη ἀλάβασις ἡ τῆς γῆς ἀναχώρησις, οὕτως ἐπὶ τῆς κατὰ θεὸν πολιτείας, ἀρχὴ προκοπῆς ὁ χωρισμὸς τοῦ κακοῦ. id eſt. Declina ait à malo & fac bonum. Sapienter igitur & artificioſe adducens nos ad virtutem, declinationem mali principium fecit bonorum. Si enim ſtatim tibi perfecta præciperet, piger certe eſſes ad conatum, nunc verò ad faciliora te aſſueſcit, vt poſtea ad reliqua audeas. Dicerem profectò ego pietatis ſtudium aſsimulari ſcalæ, illi inquam ſcalæ, quam beatus Iacob vidit. Huius inferna humi erant & terræ vicina, ſuperna verò ad cœlum vſque porrecta. Igitur opus erit ijs qui ad virtutis viam vitam inſtituunt, vt prioribus gradibus veſtigia adijciant, deinde ad ſequentia aſcendant, donec in ſummam altitudinem paulatim & pedetentim, quantum humanæ naturæ poſsibile fuerit, euaſerint. Quemadmodum igitur in ſcala primus aſcenſus eſt à terra receſſus, ita in diuino negotio, primus profectus eſt cum à malo quis receſſerit. Hactenus Baſilius. Non diſsimile eſt his quod Flaccus canit.

Virtus eſt vitium fugere, & ſapientia prima Stultitia caruiſſe.

Cæterum vt ad Baſilij ſcalam reuertamur. Primum igitur diuinæ huius ſcalæ gradum, atque adeò primos ad pietatem profectus, optimè intellexit Paulus, mirus artifex & magiſter ad optima quæque docenda. Dum enim apud Agrippam regem & Feſtum præſidem cauſam ſuam ex vinculis diceret, retulit ordine conuerſionem ſuam ad Chriſtianiſmum, obiter quoque multa commemorans de Prophetarum vaticinijs, déque fide illis in omnibus habenda. Quum igitur Paulus omnia hæc ſumma eloquentia apud Agrippã regem peroraſſet, mox ille ad Paulum ait. In modico ſuades me Chriſtianum fieri. Et Paulus. Opto apud Deum & in modico & in magno non tantum te, ſed etiam omnes qui audiunt hodie fieri tales qualis & ego ſum: exceptis vinculis his. Quid ais ô Paule? Vincula illa tua quibus ob Chriſti nomen aſtrictus duceris, alijs non optas, vel etiam ipſe odio habes? Quid glorioſius, & magis optandum, quàm ob Chriſti nomen vinculis alligari, ſupplicijsq; affligi? De his ſæpe gloriaris, & te vinctum in Domino profiteris, ſunt hæc ſtigmata Domini, quæ in corpore tuo te portare ſcribis, biſnè alios onerari non vis, quò maiori apud Deum gloria fulgeant, & tanquam inuidus dicis, Opto omnes fieri ſicut me, exceptis vinculis his? Atqui Apoſtolus hæc non ſuo iudicio loquutus eſt, ſed aliorum affectioni plurimũ condeſcẽdere coactus fuit. Sciebat auditores illos ſuos plus ſatis infirmos, atque à ſummis Chriſtianæ pietatis rebus plurimum abhorrere. Igitur in ſummos ſcalæ huius gradus, vt afflictiones & vincula ob Chriſtum perpeterentur, illos conſtituere non poterat: primis tantum ſcalæ admouit gradibus illos, vt Chriſtiani eſſe vellent, & fidei donum ante omnia illis precatur. Atqui vt Paulus ſcitè atque exactè ſacræ huius ſcalæ gradus agnouit, & in quem quiſque collocandus ſit optimè intellexit: ita Cyprianus inſignis ille Eccleſiæ Doctor & martyr,

Baſilius in pſal. α.

Actor. 26

Horatius in Epiſto.

parum hos perspexisse, Lactantio eloquentissimo viro existimatur. Scripsit sanctissimus hic Martyr in Demetrianum idololatram, vt ipse ait, oblatrantem aduersus Deum ore sacrilego, & verbis impijs obstrepentem. In hac tota oratione, Cyprianus rapitur eximia illa sua peritia diuinarum literarum, vt ijs solis contentus esset, quibus fides constaret. Atqui vt Lactantius scribit, hac materia non est vsus Cyprianus, vt debuit, nempe quod putet Demetrianum idololatram, in summo scalæ huius gradu, & Deo proximum ab illo constitutum, & non in infimo terræ vicino, vt par erat. Non enim scripturæ testimonijs, quam ille vtique vanam, fictam, commentitiam putabat; sed argumentis & ratione fuerat refellendus. Nam cum ageret contra hominem veritatis ignarum, dilatis paulisper diuinis lectionibus, formare hunc à principio tanquam rudem debuit: eique paulatim lucis principia monstrare, ne toto lumine obiecto caligaret. Nam sicut infans solidi ac fortis cibi capere vim non potest, ob stomachi tenerituinem, sed liquore lactis ac mollitudine alitur, donec firmatis viribus vesci fortioribus possit, ita & huic oportebat: quia nondum poterat capere diuina, prius humana testimonia offerri, id est, Philosophorum & historicorum, vt suis potissimum refutaretur authoribus. Nemo erit qui non facile in Lactantij sententiam pedibus discedere velit, nisi quis imperitos medicos imitandos putabit, qui non habita ratione morborum, eadem remedia admouent omnibus, cum diuersa mala diuersam curationem desiderent. Monent Græcinos.

Cyprianus cont. Dem.

Lactantius li. 5. cont. Gen.

μὴ ὑπὲρ τὸν πόδα τὸ ὑπόδημα.

Id est,

Ne supra pedem calceus.

Id est: Ne maiora viribus suscipias. Finitimũ est huic quod est apud Atheneũ, ἐκ θύμβρας οὐδ' ἐς ἄν δύναιτο κατασκευάσαι λόγχην, οὐδὲ ἐκ σωκράτους στρατιώτην ἀμεμπτον. Id est, Ex thymbra nemo queat conferre lanceam, neque è Socrate probum militem. Neque enim omnia omnibus pari filo conueniunt. Cæterum scalam hanc Iacob ad cœlos vsque à terra protensam, iam alia ratione consideremus. Fuit olim in Aphrica Donatistarum hæresis, quæ etiam per Numidiam & Mauritaniam, longe latéq; non tam errore suo, quàm etiam gladijs seuiebat. Contra hos multa scripsit Augustinus, & ante illum Optatus episcopus Mileuitanus, cuius sex libri contra Donatistas nostro hoc æuo in lucem prodierunt. Erat huius hæresis non vna impietas, & præter illud quod Ecclesiam suæ factioni stultè arrogabãt, baptismatis quoque sacramentum impiè iterabant. Neque his impietatibus contenti, altaria quoque Christi frangebant, remouebant, radebant. Quod quidem scelus, proh Deum, quàm exhorret Optatus? quibus verbis deplorat, quàm tragicè & grauiter exaggerat, & tanquam extremã impietatem insectatur. Sunt enim altaria, tanquam scala quædam, è quibus sacrificia Deo offeruntur, & his subuersis, scala ad cœlum subducta videtur. Sufficeret, inquit, insaniæ vestræ, quod membra laniastis Ecclesiæ, quod Dei populos iam dudum in vnitate positos, vestris seductionibus diuisistis. Inter hæc omnia vel altaribus parceretis. Quur vota & desideria hominum cum ipsis altaribus confregistis? Illic ad aures Dei ascendere populi solebat oratio. Quur concidistis precibus viam? & ne ad Deum supplicatio de more solito ascensum haberet, impia manu quodammodo scalam subducere laborastis? Et rursus Donatistarum sacrilegium sic exaggerat. Quid enim est tam sacrilegum, quàm altaria Dei (in quibus & vos aliquando obtulistis) frangere, radere, remouere? In quibus vota populi & membra Christi portata sunt; quo Deus omnipotens inuocatus sit, quo postulatus descẽdit Spiritussanctus: vnde à multis pignus salutis æternæ, & tutela fidei, & spes resurrectionis accepta est. Altaria, inquam, in quibus fraternitatis munera non iussit saluator poni, nisi quæ essent de pace condita. Depone, inquit, munus tuum ante altare, & redi prius, concorda cum fratre tuo, vt pro te sacerdos offerat. Quid est enim altare, nisi se-

Athe. li. 5

Optatus li. 6. contra Donat.

dis & corporis & sanguinis Christi? Et paulò post. Quid vobis fecerat Deus, qui illuc inuocari cõsueuerat? Quid vos offenderat Christus, cuius illic per certa momenta corpus & sanguis habitabat? Hoc modo & Iudæos estis imitati; illi manus iniecerunt Christo in cruce, à vobis percussus est in altari. Si catholicos illic insectari voluistis, vel vestris illic antiquis oblationibus parceretis. Ibi modò superbus inuentus es, vbi iam dudum humilis offerebas; ibi libenter peccas, vbi pro multorum peccatis orare consueueras. Hoc faciẽdo, in numerum sacrilegorum sacerdotum libenter intrastis, sociati sceleribus profanorum, de quibus apud dominum Helias propheta querelam deponit. His enim loquutus est verbis, quibus & vos inter alios ab ipso accusari meruistis. Domine (inquit) altaria tua confregerunt, dum dicit tua, indicat quia res est Dei, vbi Deo aliquid à quocunque oblatum est. Et statim post. Hoc tam immane facinus geminatum est, dum fregistis etiam calices Christi sanguinis portatores, quorum species reuocastis in massas, mercedem nefarijs nundinis prouocantes, ad quas nec emptores eligere valuistis sacrilegi, dum inconsiderate vẽdistis Sunt hęc Donatistarum opera meritò horrenda, cum ita sint à catholico Episcopo existimata. Atqui longe erunt horrendiora, cum etiam apud hæreticos, tanquam supplicio & exilio digna habita fuerint. Quem Arriani infestius insectati sunt quàm Athanasium Alexandrinum episcopum? in huius enim pernicíem nihil non moliti sunt, & omnes præstigiarum artes intenderunt. Frigebant iam omnes illorum artes, quibus illum impetebant, de tertia Arsenij manu amputata dolus patebat, ad lõgè grauiorem calumniam animum adiecerunt, quò apud Constantium Cæsarem Athanasium reum peragerent. Eam hercle oportebat atrocem esse, sed quæ nostro hoc æuo palma & laude digna videretur Euangelicastris nostratibus. Sparserunt igitur rumorem Arriani, Athanasium altare diruisse, & sacrum calicem à Macario eius presbytero fuisse diffractum. Quinetiam sacros codices ab Athanasio rogo fuisse iniectos objjciebãt. Hæc tum crimina digna putabantur exemplis summisq; cruciatibus. Cæterum vehemens hic Arrianorum calumniandi Athanasij furor, suis se vinculis implicuit, euenitque illis quod Græci dicunt μῦς ὀφθῶνιον, & Liciniano errore in suam calumniam recíderunt. Siquidem Arriani vbi imperatoris præsidio omnes occupassent ecclesias, & suæ hæresi quacunque dominarentur, nihilo mitiores fuerunt erga altaria quàm Donatistæ. Et hoc Arrianorum hæresim detestabiliorem reddit, quod ea tempestate facies ecclesiæ fœda & admodum turpis erat. Non enim sicut prius ab externis, sed à proprijs vastabatur. Fugabat alius, alius fugabatur, & vterq; de ecclesia erat. Ara nusquam, nec immolatio, nec libamina: præuaricatio tamen & lapsus erat, ac ruina multorum. Longum hic esset enumerare Vandalorum in Aphrica sacrilegia. Erant hi præter innatam barbariem, Arriana quoque hæresi infecti; quorum altero ad sæuitiam, altero ad impietatẽ ferebantur. His igitur duobus ceu stimulis quibusdam excitati, sæuierunt non minus in populum catholicum quàm etiam in Episcopos & presbyteros, quinetiam ecclesias igni incenderunt, altaria subuerterunt, sacra quoque vasa diuinis sacrificijs obeundis destinata, conflarunt, & in massas redigerunt. Denique in summum sacrilegij gradum ascenderunt. Extant de Vandalorum impietate conscripti libri, quibus illorum sacrilegia ad posteritatem peruenerunt. Possent quidem somnia & vana quædam commenta videri hæc Donatistarum & Arrianorum sacrilegia, nisi fidem illis facerent, nostro hoc æuo Lemniaca hæc facinora, & Pelopidarum scelera; quibus iam vsque adeo gaudet sectariorum populus, vt hæc magnam pietatis partem obtinere videantur. Altaria, quæ tanquam scala erant ad cœlum surrecta, subuersa modò, in barbarum & peregrinum morem translata omnia. Vastabant olim Romanum orbem barbarorum gentium examina, bellaq; gesserunt non contra homines tantum, sed etiam diuinis infesti fuerunt. Deplorat Hieronymus, tam indignam sacrarum rerum cladem, sed cum nostro hoc seculo, non minorem sacrarum rerũ vastitatẽ vidimus,

Historiæ Tripart. libro 4.

Eccle. hist. lib. 10.

Hieron. in epitaph. Nepot.

quàm ille suo, quid vetat, quo minus etiam suis verbis, nostros theomachos alloquamur? Quot matronæ, quot virgines Dei, & ingenua nobilia q̃ corpora, his beluis fuere ludibrio? Capti episcopi, interfecti presbyteri, & diuersorum officia clericorũ. Subuersæ ecclesiæ, ad altaria Christi stabulati equi, martyrum effossæ reliquiæ. Verum horum sacrilegiorum modò nullus est pudor, in sublimi plurimũ possunt aula, quos sacri ditarunt calices; quosq̃ etiam ad ludibrium, mensæ, per summum sacrilegium, inferri iubẽt. Non immeritò hic dicerem quod Catonem ferunt dixisse. Fures, inquit, priuatorum furtorum, in neruo atq̃ in compedibus ætatem agunt: fures publici in auro atq̃ in purpura. Inter gentes quæ olim erant paulo ciuiliores, summa semper ratio habita est sacrarum rerum. Malè audiunt Athenienses, quod ὕδωρ ὃ ἐν ἀλαβάστῳ σῴζουσι, πολὺ πρὸς τὰς ἱερὰς χέρνιβι χρῆσθαι, οὐκ ἀπαξιοῦντας ὑδροφορεῖσθαι, id est, Quod aquam quam tangere non deberent, præterquam in sacrificijs perfundendis, eam haurirent, & portarent. Et vt idem author scribit, πᾶσιν γὰρ ἐξῆν λαθεσπιῶν ἰόντας τοῖς πλὴν ἀλλήλων, ἱερῶν τῶν φόντων ἀπέχεσθαι, id est, Apud omnes Græcos hoc erat cõstitutum, vt si inuicem terras inuaderent, à templis tamen quæ in illis essent, abstinerent. Sed & apud Græcos receptum inter leges erat, sacrilegos communi debere sepultura carere, quod Diodorus Siculus scribit, ἀτάφους δὲ πᾶσι τοὺς ἱεροσύλους, id est, Sacrilegos insepultos abijci debere. Sed nihil mirum est, illos, quibus vt prouerbium dicit, nihil est sacrum, legem hanc parum comprobare. Sed iam scalam Iacob rursus videamus. [Viditque angelos Dei ascendentes & descendentes per eam.] Liquet nedum ex sacris literis, verumetiam ex historicorum & oratorum scriptis, verba hæc Ascendere & Descendere, non ad loci significationem semper vsurpari, verumetiam ad sortem aliquam vel sublimem vel humilem significandam. Sic homo cum humili abiectaq̃ vtitur fortuna, descendere dicitur, quum verò splendidam ambit, ascendere. In vtroque hoc significatu accipitur illud חוּגַר אֲשֶׁר בְּסִרְבְּךָ עֲלֵה עַל־יְרֵךְ בְּעֲלֹת וְאַתָּה חָרֵד בְּשָׁה בְּשָׁה id est, Peregrinus qui fuerit in medio tui ascendet super te ad altitudinem, & tu descendes ad inferiorem locum. Quis non statim intellígit affligendos Iudæos, & in vltimam sortem detrudendos, si parum dicto audientes fuerint, ethnicos verò primas habituros? In hoc significatu apud Esaiam quoque accipitur הַשְּׁמַיִם אֶעֱלֶה id est, In cœlum ascendam. Et statim אֶעֱלֶה עַל בָּמֳתֵי עָב id est: Ascendam super excelsa nubium. At qui Lucifer iam in cœlo erat, & propter superbiam è cœlo cecidit, quid opus fuit vt illuc ascẽderet? Nonne super altitudinem nubium ascenderat, cum iuxta Ezechielem, abietes & platani, per quas intelliguntur altitudines angelicæ dignitatis, non fuerint æquales frondibus illius, non adæquauerunt summitatem eius in paradiso Dei. Alium ergo ascensum oportet intelligi, videlicet ascensum cordis, nõ corporis, ascensum honoris non loci. Hanc honoris prouectionem Cicero quoque appellat ascensum. An verò in quibus subsellijs hæc ornamenta & lumina reipublicę viderem: in his me apparere nollẽ? quorũ ego opera illum in locum, atq̃ in hanc celsissimam sedem dignitatis atque honoris multis meis ac magnis laboribus & periculis ascendissem? Et Pompeius ad milites suos ait,

Quo potuit ciuem populus perducere liber
Ascendi, supraq̃ nihil nisi regna reliqui.

Et excelsum sacra scriptura illum vocat, quem præter cæteros honoribus & dignitatibus auctum videmus, quod Deus Israelitis pollicitus est וּלְתִתְךָ עַל יִרְאַת כָּל הַגּוֹיִם id est, Et ponet te excelsum super omnes gentes. Plinius quoque Vespasiano suo sic scribit. Te quidem in excelsissimo humani generis fastigio positũ, summa eloquentia, summa eruditione præditum; religiose adiri etiam à salutantibus scio. Quinetiam ascensio pro ingenij fœlicitate intelligitur, quum quis quod supra aliorum captum est, assequitur, & quod reliquis obstrusum est, ipse mentis acumine perspicit, q̃d in Psal. Dauid sic canit אַשְׁרֵי אָדָם עוֹז לוֹ בָּךְ מְסִלּוֹת בִּלְבָבָם id est: Beatus hõ cuius auxiliũ est in te, semitæ sunt in cordibus illorũ. Septuaginta paulo aliter verterũt, μακάριος ἀνὴρ οὗ ἐστὶν βοήθεια παρὰ σοῦ, ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ διέθετο, id est: Beatus vir cuius est auxilium suum à te, ascensiones in corde suo disposuit. Hanc mentis ascensionem significauit Christus, quum ad Machdalenam ait: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Huius prohibitionis causa diligenter pensitanda est, ait Augustinus. Quid est hoc si stans in terra non tangitur, sedens in cœlo quomodo ab hominibus tangetur? Ab apostolis & Thoma Christus se tangi & palpari iussit, priusquam ad patrem ascenderet, & in vna hac muliere causam habebat, ne tangeretur, quia nondum ad patrem ascẽdisset? Ait Augustinus quod Christus sic in se credi vult, hoc est, sic se spiritualiter tangi, quod ipse & pater vnum sunt. Eius quippe intimis sensibus quodammodo ascendit ad patrem, qui sic in eo profecerit vt patri agnoscat æqualem: aliter non rectè tangitur, id est, aliter non rectè in eũ creditur. Poterat autem sic credere Maria, vt eum putaret imparem patri, quod vtiq̃ prohibetur, cum ei dicitur: Noli me tangere, id est, noli in me sic credere quẽadmodum adhuc sapis. Noli tuũ sensum hucusque pertendere quod pro te factus sum, nec transire illud per quod facta es. Quomodo enim non carnaliter adhuc in eum credebat, quem sicut hominem flebat? Nondum enim ascendi, inquit, ad patrem meum. Ibi me tanges, quãdo me credideris patri non imparem Deum. Vsurpant ethnici verbum descendere, non ad loci significationem, sed cũ eximius quispiam ad alterius captum sese submittit, & deijcit humilitatis ergo, & Plin. Vespasiano suo: Maiorem te sciebam, quàm vt descensurum huc putarem. Ad hanc significationem retulerunt veteres Theologi ascensum & descensum angelorum, qui per scalam hanc Iacob sursum & deorsum commeabant. Angelos hos interpretantur Apostolos, quibus negotiũ à Christo datum fuit prædicandi euangelij. E quibus Ioannes præter cæteros sublimius in scalam ascendit hanc, cum diuina ope adiutus æternam Christi diuinitatem, & vnam eius cum patre naturam intuetur. In principio, ait, erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Rursus ad humanam Christi naturam quam assumpsit, descendit: & verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Quinetiam Paulus scalam hanc ascendit & descendit. Ascendit quidem quum se gloriatur vsq̃ in tertium cœlum subuectum, & in paradisum translatum, audiuisseq̃ vtrobiq̃ arcana verba, quæ non licet hominem mortalem loqui. Descendit idem cum Corinthios adhuc infantes in philosophia Christi videret, alere illos coactus fuit, nõ solido cibo doctrinę perfectioris, sed lacte crassioris doctrinæ. Sunt quoq̃ apud veteres theologos, qui scalam hanc ad Christianam vitam, quæ in mortali hoc corpore agitur, referant. In scala hac Iacob nõ statur, neq̃ sedetur, sed vel ascenditur, vel descenditur, ita quisq̃ vel virtutis viam ingreditur, vel si hoc minus fit, tum præceps in vicia labitur, nullum hic medium inuenire est. Monent igitur ad virtutis viam quotidie, & donec hæc vita superest, vrgendam: neq̃ quicquam in ea cessandũ, sed porrò semper enitendum. Ad hanc scalam ascendẽdam, & ad quotidianæ virtutis studium capessendum Paulus nos hortatur, quod licet exterior nostri pars corpus, quotidianis laboribus paulatim conficiatur, tamen animus interior ac melior nostri pars, indies deficiente corpore, vegetior fieri debet ac valentior. Si senex ille Terentianus seipsum in opere rustico faciundo excrucias, vicinum rogat, ne quod vacuum laboris tempus sibi detur, quanto magis nobis curandum erit, vt ne dies aliqua nobis citra pietatis fructum elabatur? Nobilissimo pictori Apelli fuit perpetua consuetudo, nunquam tam occupatam diem agendi, vt non lineam ducendo exerceret artem. Sed & Solon Athenienses per omnem suam vitam ad eruditionem per gradus quosdam ascendebat, quando se quotidie aliquid addiscẽtem, senem fieri dicebat. Titus quoq̃ Vespasianus per eosdem liberalitatis & ciuilitatis gradus quotidie ambulare non desistit, atq̃ recordatus quõdam super cœnã quod nihil cuiquam toto die præstitisset, memorabilem illam meritoq̃ laudandã vocem edidit. Amici diẽ perdidi. Ad hãc virtutum perseuerantiam, & iugem ad optima quęq̃ profectum, Anthonius monachorũ maximus iã moriturus discipulos

A. Gel. li. 11. noct. att.
Theucyd. libro 8.
Diodor. Sicul. li. 15.
Deut. 28.
Deut. 26.
Pli. in pro.
Pli. in pro.
Ioan. 20.
Esaiæ 14.
Augu. in Ioann.
Cicero pro Syll.
Luca. libr. 2. Phar.
Ioan. 1.

2. Cor. 12.
1. Cor. 3.
2. Cor. 4.
Terent. in ἑαυτ.
Pli. li. 35.
Cic. de Se.
Sueton. in Tito.

los suos hortatur. Hoc sit, inquit, primum cunctis mãdatum, nullum in arrepti propositi vigore lacessere, sed quasi incipientem semper augere quod cœperit, quod prior Dauid dixit יָלֵךְ מֵחַיִל אֶל־חָיִל id est. Ibunt de virtute in virtutem. Sunt & aliq Theologorum de scala hac interpretationes. Cæterum, equidem sic sentio nihil prohibere scalam hanc à cœlo ad terras vsq demissam, diuinam liberalitatem intellígi debere; qua fit vt optima quæq, variæq dotes, à Deo ad homines proficiscantur. Quid enim est tam eximium et præstans inter mortales, quod non cœlitus & singulari Dei bonitate homini cõtingit, & per illam tanquam per scalam aliquam nobis deuehitur? Verum vt multi sunt scalæ huius gradus, ita variæ sunt singulorum hominum dotes. Hanc igitur scalam cœlestem neq ethnici ignorare potuerunt. Homerus fingit Iouem in cœlo stare, & auream cathenam in terras vsq demittere, qua terram & mare, potentia sua, ad se tracturum pollicetur.

Homerus ἰλιαδ. θ. σειρὴν μὲν κὴν ἔπ ᾳτα πόδι ῥίον οὐλύμποιο
δήσαιμι. τὰ δὲ κ' αὖτε μετήορα πάντα γένοιτο
τόσσον ἐγὼ πέριειμι θεῶν, πέριειμι τε καὶ ἀνθρώπων. Id est.

Cathenam deinde ego circa verticem olympi ligarem,
Qua omnia in sublimi traherem,
Vlq, adeo ego supero deos omnes & homines.

Verum vt in scala multi gradus sunt, ita cathena hæc multis annulis connexa est. Igitur hæc aurea cathena cœlo demissa varijs quemq dotibus beat, iuxta munificentiam Dei, quæ partitur singulis vt videtur expedire. Nam alij datur sapientiæ sermo, vt fida cordataq det consilia, alij sermo scientiæ, vt cognitione rerum ac disciplinarum adiuuet cõmodum reipublicæ, alteri fidei robur, vt vel montes transferre possit. Sunt id genus aliæ complures dotes, verum vnus & idem opifex partitur cuiq, vt ipsi visum fuerit, quod Homerus quoq sic canit. 1. Cor. 12

Homerus ὀδυσσ. ζ. Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει ὄλβον ὀλύμπιος ἀνθρώποισιν
ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖς ὥπως ἐθέλῃσιν ἑκάστῳ. Id est.

Iuppiter olympius diuitias distribuit hominibus
Bonis & malis, vnicuiq, quomodo ipse voluerit.

Alibi quoq Paulus scalam hanc, siue auream illam Homericã cathenam, è cœlo ad terram demissam describit. Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, nẽpe cum debellatis inferis, ascendit rediuiuus in sublime regnum patris, secum adducens victoriæ suæ trophæum captiuorum gregem, è peccati diabolicq tyrannide liberatũ, atq inde è liberalitate patris per cœlestem spiritum, dedit varia donorum genera inter homines dispertiens, quemadmodum triumphantibus est solenne, missilia in populum è sublimi spargere. E cœlo misit dona, & cœlestia misit. Porro dona è cœlo in terrã à Christo sparsa enumerat Paulus. Et ipse quosdam dedit Apostolos, principes & authores euãgelicæ prædicationis, quosdam prophetas, qui Mosaicæ legis inuolucra norint explicare, quosdam Euangelistas, qui Apostolorum fungentes vicibus obambulantes circunferant euangelium, quosdã rursus pastores ac doctores, velut episcopos, qui pabulo sacri sermonis ac salubri vitæ exemplo pascant Christi gregem. Neq solum Ecclesiasticæ hæ functiones & dignitates cœlitus in ecclesiam deuenerunt, sed etiam fides, qua se quisq Deo astringit, & obnoxium reddit, à diuina munificentia, tanquam à cathena verè aurea in hominem venit. Sic enim Christus ait: Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Deniq si quid bonæ rei, si quid veræ lucis, si quid illibatę sapientię, id totum authori Deo referimus acceptũ. Omne enim datum optimũ, ait Iacobus, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Senserunt ethnici quoq viri omnia præclara, & quę supra communem aliorum hominum captum essent, cœlitus dari; siue illi poëtæ essent, siue oratores. Mihi verò, ait Cicero, ne hæc quidem notiora & illustriora carere vi diuina videntur, vt ego aut poëtam, graue plenumq carmen sine cœlesti aliquo mentis instinctu putem fundere, aut eloquentiam quandam sine vi fluere abundanter, sonantibus verbis vberibusq sententijs. Hinc frequens apud Homerum Musæ inuocatio. Ephes. 4. Iacobi 1. Cic. lib. 1. Tusc quæst.

Homerus ἰλιαδ. α. μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος οὐλομένην. Id est,

Dic dea pestiferam Pelidæ principis iram.

Et

ἔνεσπε μοι ἔννεπε μοῦσα. Id est.

Dic mihi musa virum.

Et Vergilius.

Verg. lib. 1. Æneid. *Musa mihi causas memora.*

Hunc motum qui existit in heroicis animis, vocant φυσικὰς ἀρετὰς, siue poëticũ furorem, Homerus auream cathenã cœlo demissam; sacra scriptura, scalam à cœlo ad terram porrectam. Vates illos, quos Ennius sanctos appellat, vbi sacer hic furor inuasit, & veluti aurea cathena quædam contigit, mox diuino carmine heroũ facta cecinerunt. Et patriarcha noster Iacob, sub scala hac somniũ capiens, & mox experrectus, in diuinas laudes ora soluit, atq vulgatissimum illud cecinit: E Terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli. ¬ Aurea hæc cathena, & scala per multos gradus, ad terras vsq demissa; optimè etiam in omnibus creaturis videri potest. Incipiunt enim hæ à cœlestibus eoq nobiliorib. & vsq ad terrenas, mutua successione, & ordine degenerantes, desinunt; tandem ad vltimam rerum fecem peruenũt. Hanc scalam, vel si maus, cathenam, Vergilius sic describit.

Verg. libr. 6. Æneid. *Principio cœlum, ac terras, camposq liquentes,*
Lucentemq globum lunæ, titaniaq astra,
Spiritus intus alit, totamq infusa per artus:
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudumq genus, vitæq volantum,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.

¬ Dilataberis ad orientem & occidentem, & septentrionem & meridiem, & benedicentur in te, & in semine tuo cunctæ tribus terræ. ¬ Quatuor orbis partes, Deus ipse primus hoc loco ostendisse videtur, quas postea non tam poëtæ quàm geographi descripsisse legimus. Appellantur hæc partes varijs nominibus, aliquando cardines, regiones, limites. Sunt verò oriens, occasus, meridies, septentrio. Differũt hi cardines, quod duo scilicet, Septentrio, & Meridies immobiles sunt, & immobilibus punctis axis sphærici, in quibus totũ cœlum voluitur, attribuuntur. Oriens & occidens variãt propter solis motum in Zodiaco circulo per signa gradusq signorum variantem. Nunquam enim vno aliquo tempore, ex eodem loco signi, aut oritur, aut occidit: sed de die in diem variat. Hos quatuor orbis cardines regius propheta sic canit מִמִּזְרָח וּמִמַּעֲרָב מִצָּפוֹן וּמִמִּדְבָּר id est, Ab ortu & occasu, ab aquilone & mari. Homer. apud Græcos primum quatuor has orbis partes sic describit.

ὦ φίλοι οὐ γὰρ τοί ἴδμεν ὅπη ζόφος οὐ ὅπη ἠὼς
οὐδ' ὅπη ἠέλιος φαεσίμβροτος εἰς ὑπὸ γαῖαν
οὐδ' ὅπη αὖ ἔπεται. Homerus ὀδυσσ. κ.

Id est.

Me latet ô socij tenebræ locus, aut vbi Eous,
Aut vbi sol terras subeat, dans lumina mundo,
Aut vbi conscendat.

Homerum sequuti Latini poëtæ, quatuor hos cardines orbis eleganter, & plurimis versibus cecinere. Lucan. post Vergilium inter Latinos facile princeps, has quatuor orbis plagas sic describit. Lucan. lib. 1. Phar.

Vnde venit Titan, & nox vbi sydera condit:
Quaq dies medius flagrantibus æstuat horis.
Et qua bruma regens, ac nescia vere remitti,
Astringit Scythicum glaciali frigore pontum.

Plures etiam fuerunt, qui hos quatuor orbis cardines, à quatuor ventorum nominibus appellandos censuerunt. Hoc Christus dominus noster apud Marcum fecisse legitur. Tunc, ait, mittet angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis. De ventorum numero varia apud scriptores prodita sunt. Sunt qui duodecim esse velint, alij octo. Multi quatuor duntaxat esse dicunt quasi principaliores, quibus reliqui vt minus clari adijciantur, & insiti sint. In hac sentẽtia Homer. est, qui quatuor orbis partes, à quatuor ventis, qui à qualibet parte flant, appellat. Mare. 13.

σὺν δ' εὖρός τ' νότος τ' ἔπεσον ζέφυρός τε δυσαής.
καὶ βορέης αἰθριγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων. Homerus ὀδυσσ. ε. Id est.

Cumq Euro incubuit Zephyrusq, notusq furentes,
Sudaficusq, simul boreas, mala plurima voluens.

E Surgens ergo Iacob mane tulit lapidem quẽ suppositerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum desuper. ¬ Duo sunt liquores, ait Plinius, corporibus humanis gratissimi, intus vini, foris olei; arborum è genere ambo præcipui, sed olei necessarius. Oleo natura tepefacere corpus, & contra algores munire. Eidemq feruores capitis refrigerare. Sed & liquor olei membra recreat. Hanc olei naturam optimè nouerũt vetustissimi; qui in lauacris & balneis nullo alio liquore, ad corporis recreationẽ, nisi oleo vsi fuerũt. Phæaces suscipiũt hospitio Vlyss. varijs discriminib. afflictum & seminudũ. Deinde vt lauatũ eat, Pli. li. 14. 15. 12.

monent

monent. Suppeditant Alcinoi famulæ quæ ad lauachrum necessaria erant.

Homerus odyss. ζ. ἀλῶσαν δὲ οἱ χρυσέῃ ἐν λεκάνῃσιν ὑγρὸν ἔλαιον
νίψασθαι δ' αὖρα μὲν λοῦσ' ἀστάμου ὀφρήσι
δίης δὲ τόσ' ἀμφιπόλοισι μετηύδα δῖος Ὀδυσσεύς
ἀμφίπολοι σῶν δ' οὕνεκα ἀπόστεον ὄφρ' ἐγὼ αὐτὸς
ἁλμυρὸν ὤμοιιν ἀπολούσομαι, ἀμφὶ δὲ ἔλαιον
χείσομαι, ἦ γὰρ δίης ἐκὰ χρόος ἐστὶν ἀλοιφῆς. i.
Dederunt ei liquidum oleum in auro lecytho
Et insserunt vt lauaret in fluuij fluctu,
Verum nobilis Vlysses loquitur ad famulas,
Famulæ state à procul, vt ego ipse humeros meos
Marina aqua abluam, & oleo inungam,
Satis certè diu à corpore meo abfuit vnctio.

Apul. li. 1. de Asin. aur. Et Apuleius. Vnam ex duabus meis lacinijs exuo, eumq; propere vestio, dicam an ne contego? & ilico lauacro trado, quod vnctui, quod tersui ipse præministro. Vidua quoq; ad Elizeum prophetam ait 4. Reg. 4. אין לשפחתך כל בבית כי אם אסוך שמן id est. Non est ancillæ tuæ quicquam in domo, nisi vnctoriũ olei. Siue vt nostra lectio habet: Nisi parum olei quo vngar. Cæterum oleum in magno mysterio esse cœpit in legalibus & propheticis literis, neq; aliud in liquoribus inuenitur quod spiritualem intelligentiam facilius suppeditare potest; quàm olei vocabulũ. Mysteriorum horum initium Iacob indicasse videtur, qui lapidem oleo perfudit, siue vt Hebraicè legitur יצק שמן על ראשה id est. Fudit oleum super caput eius. Iudæis postea Deus præcepit, vt ex oleo sacrum conficerent vnguentũ, quo perungi possent ij, qui vocabãtur ad sacerdotium, vel Lact. li. 4. ad regnum. Et sicut nunc, inquit Lactantius, Romanis indumentum purpureum insigne est regiæ dignitatis assumptæ; sic illis vnctio sacri vnguenti nomen ac potestatem regiam cõferebat. Et Augustinus, August. in Psal. 4. Nec in aliquo alibi vngebantur reges & sacerdotes, nisi in illo regno, vbi Christus prophetabatur, & vngebatur, & vnde venturum erat nomen Christi. Nusquam alibi omnino est, in nulla gente, in Suidas. nullo regno. De hoc regni oleo Suidas sic scribit, τὸ χρίσμα τοῦ βασιλείας ἐλαίου, ὅπερ οἱ πεφῆντα ἐξ ἀφάρατος ἐπιφερόμενοι ἐν χρίον τοῖς βασιλεῦσι, καὶ ὁ ἐλαβίδ τοῦ μὲν χρίσεως ἡ ξυίθη ἐξ σαμαήλ. τὰς ἡ τοῦ λαοῦ ἀναγορεύσεις ἡ ἰσοχία χρίσις ἀνελιαφόρως ἀνόμασεν, id est. Vnctio regni oleum est, hoc prophetæ in cornu ferebant, & vngebant reges, & Dauid quidem hac vnctione dignatus est, per Samuelem. Sed & populi declarationes, historia indifferenter appellat vnctiones. Hactenus Suidas. Significat Suidas suffragia illa populi & declarationes, quas in eligendo rege conferre solebant, vnctionem vocari. Quod satis declarauit populus Israeliticus in Absolone filio regis Dauid, quem sibi populus tumultuarijs suffragijs regem creauerat, reprobato Dauid. Sic em populus dicebat אבשלום אשר משחנו עלינו במלחמה id est. Absalon autem, quem vnximus super nos mortuus est in bello. Vix credibile est, Absalonem solenni more à sacerdotibus vnctũ fuisse, sed potius à furente populo, & nouarum rerum auido, regem creatũ, quod illi vnctum fuisse, dixerunt. Inter multa sacra, quæ secũdo templo, quod post Babylonicam captiuitatem extructum erat, defuerũt; erat sacra hæc vnctio quoq; Archa enim fœderis domini, quam iubente domino, Moyses in deserto construxerat, priori templo, quod Salomon ædificauerat, illata fuit. Asseruabat hæc præter alia quæ Iudæis sacrosancta erant, vnctionis hoc oleum. Deinde vastato templo à Chaldeis, archa hæc in Babyloniam trãslata est, neq; postea Iudæis postliminio redeuntibus, restituta fuit, neq; in tẽplo secundo illo post Babyloniam condito, archa hæc fœderis domini, in qua vnctionis oleum asseruabatur, erat; eoq; magna dignitas secundo huic tẽplo detracta existimabatur, eratq; prior domus à Salomone extructa hoc nomine longe clarior. At qui omnia hęc diuino consilio sic acta sunt. Est quomodo gloria domus huius vltimæ longè clarior fuit quàm prioris. Non erat in secunda domo archa hæc fœderis domini, nõ vnctio quæ Iudæis erat sacrosancta; atqui Messias Christus dominus sua præsentia secundum hoc templum, & nobilitauit, & longè illustrius reddidit. Neq; enim fas erat vt visibile hoc & typicum oleum in secundo hoc tẽplo esset quo Messias ingrediturus erat, diuino oleo vnctus אחבת צדק ותשנא רשע על כן משחך אלהים אלהיך שמן ששון מחבריך Psal. 45. id est. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Typicum hoc oleum, & verum Basilius sic descri- Basilius. bit,

bit. ἐπειδὴ ἔδει χρηματίσαι τὸ τυπικὸν χρίσμα, καὶ τοὺς τυπικοὺς ἀρχιερέας καὶ βασιλέας, ἐχρίδη τῷ ἀληθινῷ χρίσματι ἡ σὰρξ τοῦ κυρίου τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς αὐτὴν ἐπιδημίᾳ, ὅπερ ἀγαλλιάσεως ἔλαιον προσηγορεύεται. ἐχρίδη δὲ παρὰ τοὺς μετόχους αὐτοῦ, τουτέστι ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους τοὺς μετέχοντας τοῦ χρίσου. ὅτι ἐκείνοις μὲν μερικῆς ἐδίδετο πνεύματος κοινωνία, ἐπὶ δὲ τὸν ὑὸν τοῦ θεοῦ κατελθὸν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὡς φησὶν ἰωάννης μεῖνεν ἐπ' αὐτόν. καλῶς δὲ ἀγαλλιάσεως ἔλαιον τὸ πνεῦμα προσαγορεύεται, ἐπειδὴ καὶ εἷς τῶν ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἐνεργεμένων καρπῶν δεύτερα χαρά. i. Quoniam oportebat vt figuraretur vnctio illa vmbratilis, & vmbratiles sacerdotes & reges, & tunc vngeretur vera vnctione caro domini aduentu spiritus sancti in ipsam: appellatur verò oleum exultationis. Vnctus verò est præ consortibus suis, id est, supra omes homines, qui cum Christo consortes sunt. Ideò illis quidem dabatur particularis quædam spiritus cõmunio; at in filium Dei descendens spiritus sanctus, super ipsum, vt Ioannes ait, mansit. Pulchrè verò Spiritussanctus appellatur oleum exultationis, quoniam vnus è fructibus spiritus qui in nobis operãtur, gaudium est. Hactenus Homerus Basilius. Græci veteres χρίειν dicebant vngi, quod nunc ἀλείφειν, sicut indicat Homericus iste versus.

αὐτοὺς δὲ δμῶας λοῦσαν καὶ χρῖσαν ἔλαιῳ

Ob hanc rationem nos Iesum seruatorem nostrum, Christum nuncupamus, id est, vnctum, qui Hebraicè משיח Messias dicitur. Cęterum vnctionis vocabulum, neq; apud discipulos Christi alienum esse poterat Creuerat iam doctrina Christi in immensum, nedum apud Iudæos, sed etiam apud exteras gentes. Pharisæorũ furor nihil non in discipulos Christi eiusq; doctrinam moliabatur; at illa erat sacrosancta & inculpata, nec minus discipuli omnium virtutum sese commendabant ornamentis. Hic iam Pharisæi inuidiæ & odij facibus accensi, discipulos ignominioso vt putabant vocabulo, Galilæos vocabant. Sed & alios qui apud Iudæos doctrinæ Christi studebant, hac voce incessere instituebant. Hinc vox illa Pharisæorum ad Nicodemum. Nunquid & tu Galilæus es? At contra hunc Pharisæorum conatum obuiam iuit Spiritussanctus, qui omnes discipulos Christi, & qui tum credebant, & qui post multa secula in illum credituri erant, appellari volebat משיחים Meschihim, id est, χριστιανοὺς siue vnctos. Dolebant Iudæi hanc appellationem tam sacram ad discipulos Christi translatam; vt qui probè scirẽt patres suos viros sanctos, Abraham, Isaac & Iacob משיחים id est, vnctos & Psal. 105. χριστοὺς appellatos fuisse. Hinc illud in Psalmo אל תגעו במשיחי id est. Non tangetis vnctos meos. Cõgruum enim erat, vt discipuli Christi, qui patriarcharum fidem fuissent amplexi, illorum etiam nomen assumerent. Accessit autem hæc appellatio Apostolis, & omnibus Christi dogma sequentibus, vt Christiani appellarentur; in clarissima Syrię vrbe Antio- Suidas. chia. Meminit huius rei, præter Apostolorum actos, & Suidas, ἐπὶ κλαυδίου βασιλέως ῥωμαίων, πέτρου τοῦ ἀποστόλου χειροτονήσαντος εὐόδιον ἐν ἀντιοχείᾳ, μετωνομάσθησαν οἱ πάλαι λεγόμενοι ναζωραῖοι καὶ γαλιλαῖοι, χριστιανοί. id est. Sub Claudio Romanorũ Imperatore, cum Petrus Apostolus ordinasset Euodiũ Antiochiæ, vocati sunt Christiani, qui prius appellabantur Nazaræi & Galilæi. Quàm verò honorabile & dignitatis plenum fuerit discipulos Christi appellari Christianos, satis declarauit Iulianus Imperator, qui odio suo in Christianam religionem, ingenij sui dotes, plurimum obfuscauit. Furebat hic in Greg. Nazanz. cont. Iulian. Christianos, & pro Christianis, Galilæos appellari iusserat, vt Nazãzenus scribit, ἐνθυσιῶν καινοτομεῖ περὶ τὴν προσηγορίαν, γαλιλαίους ἀντὶ χριστιανῶν ὀνομάσας τε καὶ νομοθετήσας, ἔργῳ δ' ἡλονότι μέγιστον εἰς δόξαν, καὶ τιμιώτατον ἡ τοῦ χρίσου κλῆσις ἐξῶν ἀποσεῖσαι ταύτης ἡμᾶς ἐπιθύμησεν. ἢ φυβούμενος γε τὴν δύναμιν τῆς προσηγορίας, ὥσπερ οἱ δαίμονες. καὶ δὲ τοῦτο μεταβαίνων ἐφ' ἕτερον ὄνομα οὐκ εὐθύτων, οὐδὲ γνωρίμων, id est, Confestim enim nomenclaturam nostram innouare cœpit, Galilæos pro Christianis appellans, & lege etiam ita vocari iubens, re ipsa demonstrans, honoratissimum esse & maximam conferre gloriam appellari à Christo, quum nos hac appellatiõe priuare studeret, nisi forsitan nomenclaturæ vim timuit, quẽadmodum & dæmones, ac ideò illam ad aliud transtulit nomen minus assuetum, aut cognitum. Hactenus Nazanzenus. Fuit nostro euo Elias

Leuita Iudæus, sacræ linguæ suæ professor Romæ, satis, vt accipio, candidus. Sed neq; prælectionibus contentus fuit homo linguæ suæ peritissimus, verumetiã scriptis à posteritate exaudiri voluit. Extat Grãmatica Hebraica ab eo edita, & plures alij libri, Hebraicæ linguæ candidatis inprimis necessarij. Cæterum laborauit hic nonnullo sed innato omnibus Iudæis in Christianos odio. Nam in præfatione, quã Grammaticæ suæ prætulit, Christianos vocat Nazaræos כי הנוצרים חלוסי סתר שמואל וספר מלכים וספר דברי הימים כל אחד לשני חלקים id est. Qm̃ Nazaræi diuidũt librũ Samuelis, & librũ Regũ, & librũ, verborũ dierũ, quenq; in duas partes. Haud dubio Christianos putat, quos Nazaræos cõtemptim appellat. Cæterũ sacrosanctũ hoc Christianorum nomen, altiùs iam in mundo radices egit q̃ vt vllis valeat hominũ viribus euelli. Quinetiam vt iugis perpetuaq; in Christianorum animis nominis sui memoria perseuerare, atq; oculis obuersari posset, Apostoli, Spiritusancto sic dictante, visibile hoc oleum, siue χρῖσμα in vsu Christianis omnibus esse voluerunt. Erat quidẽ Chrismatis vsus, in veteri lege, solis regibus & sacerdotibus, quo Christus rex summus, & sacerdos verus præfigurabatur. Sed postquam per seipsum veniens Christus Dei filius, à Deo patre cœlesti, & vero vnguento est delibutus, iam non soli pontifices & reges, sed & omnis Ecclesia vnctione chrismatis per impositionem manuum cõsecratur, Pertinet haud dubio ad hoc nostrum iam institutum argumentum, si huc adduxero veterum theologorum testimonia, quibus clarescat, Apostolicum hoc institutũ fuisse, baptizatos chrismate inungẽdi. Tertullianus inter latinos vetustissimus, baptismatis ritum sic describit. Sed & caro abluitur, vt anima emaculetur. Caro vngitur, vt anima consecretur. Rursus alibi Sed illẽ quidem vsque nunc nec aquam reprobauit creatoris, qua suos abluit, nec oleum quo suos vngit. Cyprianus plenius explicat baptizandi ritum, nempe Apostolicum morem, quem libet hic adijcere, quo omnibus clarescat, nostri seculi schismatarchas, è diametro cum veteri pugnare Ecclesia, & in sacrum baptismatis sacramentum impios & sacrilegos esse.

Elias Leuitam.

Tertull. de resurr. car.

Libro 1. cont. Mar.

Cyprian. li. 3. Epistol.

Oportet verò mundari & sanctificari aquam prius à sacerdote, vt possit baptismo suo peccata hominis, qui baptizatur, abluere: quia per Ezechielem Prophetam Dominus dicit: Et aspergam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus immunditijs vestris, & ab omnibus simulachris vestris; & mundabo vos, & dabo vobis cor nouũ, & spiritum nouum dabo vobis. Et paulò post. Vngi quoque necesse est eum, qui baptizatus sit, vt accepto Chrismate, id est, vnctione, esse vnctus Dei, & habere in se Christi gratiam possit. Porro autẽ Eucharistiam, & vndè baptizati vnguntur oleum in altari sanctificatur. Sanctificare autem nõ potuit olei creaturam, qui nec altare habuit, nec Ecclesiam. Vnde nec vnctio spiritualis apud hæreticos potest esse, cum constet oleum sanctificari, & eucharistiam fieri apud illos omnino non posse. Hactenus Cyprianus. Si euangelicastris nostris semel animo immotum sederet, veteribus Theologis citra vllũ cauillũ astipulari, atq; ab illorũ decretis ne latum quidem culmum discedere; quid iam illis hic dicendum foret, cum sole clarius videant, veterem illum & apostolicum baptizandi ritum ab illis antiquatum, & extinctum? Cyprianus vult aquam baptismatis lauacro destinatam, prius sacerdotali benedictione sanctificari debere, quo peccatorum sordes expiare possit, idq; prophetico testimonio suffulcit: quid Pseudeuangelici? nihil horum illis curæ est, fabris & sutoribus baptizandi Põtificium concedũt, nulla aquæ benedictionis vsquam mentio, aqua recens vel è lacuna, vel puteo hausta, baptismatis regenerationem perficiunt, mox eandem hominum pedibus conculcandam igniominiosè effundunt. Vult Cyprianus plurimum referre ad baptismatis sacramentum ritè peragendũ, vnctionem, qua necesse sit vt baptizatus vngatur, quò vnctus Dei, & habere in se Christi gratiam possit. At nullus modò apud Pseudeuangelicos chrismatis est usus, quod in totum, sathanæ illos spiritu in apostolicas omnes traditiones impellente, impiè abrogarunt. Vt uerò illorum sacrilegium conspectius esse possit, multoq; clarius omnibus innotescat, non grauabor huc afferre ex Hieronymo huius

huius unctionis usum: quæ suo tempore, sacrosancta habita est, tanquam apostolica quædam traditio per manus tradita. Igitur Hieronymus sic explicat illud Hieremiæ. Præcipitauit Dominus, nec pepercit, omnia speciosa Iacob, destruxit in furore suo munitiones virginis Iudæ, & deiecit in terram, polluit regnum & principes eius. Mystice inquit, destruit Dominus speciosa Iacob, cum decorem animæ diabolica arte deceptæ spernit, & munitionem doctrinæ seculari sapientia conditæ, in qua maximè confidebat diruit; & polluit honorem regni & principatum eius quem habuit in perceptione baptismatis, & sacri vnctione chrismatis: ita vt iam non mereatur cum cæteris fidelibus ab Apostolo Petro audire: Vos estis genus electum, quando seruit diuersis vitijs, & obtemperat hostis antiqui suasionibus malignis. Rursus explicans illud Hieremiæ, Maledixit sanctificatiõi, Maledicit, inqt, sanctificationi suæ, quãdo Christianũ nomen in q̃ gloriabamur, & quod in sacro baptismate p̃ sancti chrismatis vnctionẽ suscepimus, pollutũ duxerit; qa facinora nostra & praui actus nostri hoc promeruerũt. Rursus alibi. Ecclesiæ salus in summi sacerdotis dignitate pendet, cui si non exors quædam & ab omnibus eminens detur potestas, tot in Ecclesijs efficientur schismata, quot sacerdotes. Inde venit, vt sine chrismate, & episcopi iussione, neque presbyter, neq; diaconus ius habeat baptizandi. Quod frequenter si tamen necessitas cogit, scimus etiam licere laicis. Hactenus Hieronymus. Nec desunt nobis ex Augustino loca, quibus vnctionem baptismatis astruamus. Sic enim scribit. Dominus Iesus ipse Spiritum sanctum nõ solum dedit vt Deus, sed etiam accepit vt homo, propterea dictus est, plenus gratia. Et manifestiùs de illo scriptum est in actibus Apostolorum, quoniam vnxit eum Deus Spiritusancto. Non vtiq; oleo visibili, sed dono gratiæ, quod visibili significatur vnguento quo baptizatos vngit Ecclesia. Ne putes verò quamuis aquam ad baptismi gratiam percipiendam idoneã esse posse, docet hoc Augustinus, & ferè eadem quæ Cyprianus. Per mare rubrũ transitus, est baptismus. Sed quia baptismus, id est, salutis aqua, non est salutis, nisi in Christi nomine consecrata, qui p̃ nobis sanguinem fudit, cruce ipsius aqua signetur. Hoc vt significaret ille baptismus, mare rubrum fuit. Rursus de efficacia & virtute crucis Christi, quæ omnibus sacramentis inprimis necessaria est, sic scribit. Quid est quod omnes nouerunt signum Christi, nisi crux Christi? Quod signũ nisi adhibeatur, siue frontibus credentium, siue ipsi aquæ qua regenerantur, siue oleo quo chrismate vnguntur, siue sacrificio, quo aluntur, nihil eorum ritè perficitur. Hæc Augustinus. Vtinam tot clara veterum Theologorũ testimonia belli illi indoctæ plebis impostores vel legerent, vel certè curarent, & baptismatis sacramentum ritè atque Apostolicè conferrent, non mancum & dimidiatum. Si Christiani ab vnctione, id est, Chrismate Christiani appellamur, cõstat Euangelicastros illos ne Christianos quidem vocandos, qui chrismatis vsum, quo appellamur, impiè abrogarũt. Certè si aliqua appellatione digni erunt, nulla hercle alia nisi Galilæorum nomine, non Christianorum censebuntur, & quod Iulianus Imperator in Christianos impiè lege sancire volebat, hoc optimè in pseudeuangelicos conuenit; vt Galilæi, non Christiani vocentur. Cæterum ad Iacob reuertamur. Nulli non facile perspicuum est, quid vnctio hæc lapidis figurauerit, nempe Christum in carne, in qua vnctus est oleo exultationis præ participibus suis. ¶ Vouit etiam Iacob votum dicens. Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusq; fuero prospere ad domũ patris mei, erit mihi dominus in Deũ. ¶ Si votũ hoc Iacob excusserim⁹ & peniti⁹ inspexerim⁹ videbimus eũ summa modestia, & magna aĩ moderatiõe, oĩa optasse à Deo. Non summas diuitias, & oĩbus cõspiciendas opes, precibus ambire volebat; nec etiam mundanum fastum & strepitum, prece hac sua à Deo petere sustinuit: sed neque sordidam & egestatis plenam sortem habere volebat: verum inter vtramque vitæ conditionem, & summam illam, & abiectam hanc mediam sibi delegit, & mediocritatem precibus amplexus est, quam sibi à Deo donari precibus exoptat. Postulat idem à Deo

Hieron. li. 1. in Lamẽt. Hier.

Aug. in Ioan. tract. 118.

Thren. 2.

Hieron. cont. Luci.

Au. li. 15 de Trin.

Aug. Omilia. 27.

Pro.30. & Salomon in Prouerbijs, nēpe mediocritatem, & mediam vitæ conditionem רֵאשׁ רָעֵשֶׁר אַל תִּתֶּן לִי חַטְרִיחֶבְרֵ לַחֶם חֻקִּי id est, Paupertatem & diuitias ne dederis mihi, nutri me pane demensi mei. Causam verò sic reddit. פֶּן אֶשְׂבַּע וְכִחַשְׁתִּי וְאָמַרְתִּי מִי יְהוָה וּפֶן אֶרְוַשׁ וְגָנַבְתִּי וְתָפַשְׂתִּי שֵׁם אֱלֹהָי Ne forte satier, & negando dicam, quis est Dominus? aut ne fortè paupertate oppressus, furtum committam & assumam nomen Dei mei. Porrò quod Sapiens tantopere diuitiarum affluentiam deprecetur, nulla alia causa est, nisi quod luxum & viciorum examina secum trahere soleant, superbiam quoque, atque alia infinita mala, ad hæc homo seipsum dediscere solet & subitò alius fieri, quod Euri-
Euripides. pides ait.

ὅτε πλούτου ἔζωκειλε τὸν κεκτημένον,
εἰς ἕτερον ἦθος οὐκ ἐν ᾧ τὸ πρόσθεν ἦν.

Diuitiæ Dominium torquent in alium
Morem, non in quo prius erat.

Val.Max. lib.6. Sunt quoque diuitiæ, vt ait Valerius Maximus, fragiles, affluunt subitò, repēte dilabuntur, nullo in loco, nulla in persona stabilibus nixa radicibus, consistūt, sed incertissimo flatu fortunæ huc atque illuc actæ, quos in sublime extulerunt, improuiso decursu destitutos, in profundo cladium miserabiliter immergunt. Huius infœlicitatis exemplum est Euangelicus ille diues, apud terrigenas fortunatus, apud inferos verò sempiternis addictus supplicijs, qui in illorum albo non erat, de quibus Flaccus canit,

Horat. li. 1. Epist. *Dij tibi diuitias dederant, artemq; fruendi.*

Quid ergo mirum si Sapiens hic diuitias aspernetur, easq; sibi à Deo dari nolit, quæ homini tot malorum causæ fuerunt? Neque minori studio paupertatem deprecatur, hic modis omnibus sapientissimus. Nec immerito, cum paupertatem sciat non minorem moribus pernicíem afferre quàm diuitias. Est quidem
Hesiodus. paupertas, vt Hesiodus ait, μακάρων ἀλοσις αἰεν ἐόντων, id est, Immortalium Deorum donū, & sacra scriptura inquit, יְחוֹנַת מִרוּדִים
1. Reg. 2. id est, Dominus pauperem facit, sed tamen Græci aiunt, πενίαν φέρειν, οὐ παντὸς
Menander ἀλλ' ἀνδρὸς σοφοῦ. id est, paupertatem ferre, non omnis, sed viri sapientis. Ait scriptura paupertatem hominis mentem ad furta & ad pessima quæque studia peruertere, nec integram esse sinere, idem quoque Hesiodus canit, qui paupertatem vo Hesiodus.
cat ὀλομένην θυμοφθόρον, id est, Pernitiosam, corrumpentem animum viro. Apud Græcos fertur hic lambus.

ἡ γὰρ πένης πρόχειρος εἰς τὸ δρᾶν κακά.

Id est.

Inopia facilis est ad agendum mala.

Vt iam paupertas honesta sit, minimeq; ob ignominiam homini contingēs, certè plurimum authoritati detrahere solet, neque idem valet homo pauper, quātuis cordatus & consultus, vt diues & opibus pollens. Fertur apud Græcos Cratonis hoc. Cratonis.

οὐκ ἔστι πενίας οὐδὲν ἀθλιώτερον.
ἐν τῷ βίῳ σύμπτωμα, καὶ γὰρ ἂν φύσει
πουσιᾶς ἦς, πένης δὲ κατάγελως ἔσῃ.

Id est.

Non est paupertate vllus molestior
In vita casus, quod si maximè fueris probus,
Tamen pauper, eris risu dignus.

Paupertatis comites sunt fames & egestas, quam Vergilius sic depingit, & Verg.li.6.
malè suada fames, & turpis egestas. Quū Æneid.
ergo vtrobique tam in diuitijs quàm in paupertate ingens discrimen subesse soleat, rectè putauerunt sapientissimi viri, inprimis Iacob patriarcha, ne in neutrā peccarent partem, mediam quandam viam ingrediendam esse ab ipsis. Sapiens orat, vt illi duntaxat ea suppetant quę ad præsentis vitæ necessitatem necessaria sint: Iacob temporales res naturæ finibus metitur, cum suppeteret quo alceretur & vestiretur; nihil amplius requirens. Sunt ergo diuitiæ & paupertas duo illa loca periculorum plena, quæ in huius vitæ vasto pelago innumeros absorbent. Appellantur hęc ab Homero Scylla & Charybdis, inter quas summa moderatione opus est, vt vitæ nostræ nauicula, ita medium secet iter; ne vel hinc, vel inde salutis nostræ naufragium faciamus. Hoc præceptū accepit Vlysses à Circe, vt Scyllam & Charybdin vitaret, & medium inter vtrasq; teneret iter.

ἡμεῖς μὲν σεινωπὸν ἀνεστείλομεν γόοωντες. Homer.li.
ἐνθεν μὲν γὰρ σκύλλ', ἑτέρωθι δ' δινὰ χαεῦβδις μ. ὀδύνας.
δεινὸν ἀνεβρόιβδησε θαλάσσης ἄλμυρον ὕδωρ.

Id est.

Id est.

Atq; per angustum mæsti rate legimus æquor
Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis
Obsidet, atq; imò barathri ter gurgite vastos
Sorbet.

Aristot. li. 1. πολιτ. Aristoteles quoque putat statum ciuitatis optimè posse administrari, si ciues fuerint mediocribus opibus præditi, & non in immensum diuitijs excellentes, vel etiam extrema paupertate aspernabiles. ἐν πάσαις δὴ ταῖς πόλεσιν ἔστι τρία μέρη τῆς πόλεως, οἱ μὲν εὔποροι σφόδρα, οἱ δὲ ἄποροι σφόδρα. οἱ δὲ τρίτοι οἱ μέσοι τούτων. ἐπεὶ τοίνυν ὁμολογεῖται τὸ μέτριον ἄριστον καὶ τὸ μέσον, φανερὸν ὅτι καὶ τῶν εὐτυχημάτων ἡ κτῆσις ἡ μέση βελτίστη πάντων ῥᾴστη γὰρ τῷ λόγῳ πείθαρχεῖν. ὑπερκαλοῦ ἢ ὑπερίσχυρον, ἢ ὑπερευγενῆ, ἢ ὑπερπλούσιον, ἢ ταὐταυτία τούτοις, ὑπερπόνηρον, ἢ ὑπερκακοδενῆ, καὶ σφόδρα ἄτιμον, χαλεπὸν τῷ λόγῳ ἀκολουθεῖν. γίγνονται γὰρ οἱ μὲν ὕβρισται καὶ μεγαλοπόνηροι μᾶλλον, οἱ δὲ κακοῦργοι, καὶ μικροπόνηροι λίαν. Id est. In cunctis autem ciuitatibus, partes sunt tres. Nam alij diuitijs excellunt, alij paupertate nimia deprimuntur, alij sunt inter hos medij. Quum igitur confessi simus mediocritatem, & medium esse optimum palā quod bonorum fortunæ mediocris possessio, est optima omnium existimanda. Hæc enim facilis est ad obedientiam mandatorum. At enim si modum excedant in alterutram partem (ceu forma, si viribus, si nobilitate generis, si diuitijs, vel ijs contrarijs, ceu si paupertate nimia, si imbecillitate egregia, si ignominia multa) difficile est vt rationi obediant. Fiunt enim istorum alij superbi & delinquētes aperte in rebus magnis, alij occultè prauí, & in rebus exiguis fraudatores. Hinc fortasse est quod subindè in sacris literis legimus הָרֵהּ חַמְלָה גְלַהּ לֹא נָשָׂא יָעִיר רִשְׁמֹאל Ecc.7.
id est. Per viam regiā gradiemur, non declinabimus neq; ad dextrā, neq; ad sinistrā. אַל תְּהִי צַדִּיק הַרְבֵּה וְאַל תִּתְחַכֵּם יוֹתֵר Rursus alibi
Horat. li. 2. Epist. id est. Noli esse iustus multum, neque plus sapias quàm necesse est. Et Flaccus sic canit.

Insani sapiens nomen ferat, æquus iniqui,
Vltra quàm satis est, virtutem si petat ipsam.

Sed hæc fortassis alium intellectum desiderant, vt verò ad Iacob reuertamur, optauit hic votis à Deo non summas & splendidas diuitias, quæ semper dominis suis inuidiam conciliare solent; & sordidam inopiam à se abesse volebat, vt quæ non raro ingentium malorum causa mortalibus esse assolet, frugalem victū & vestitum dūtaxat à Deo rogauit, nempe medium illud, & bonorum mediocris fortunæ possessionem. Hæc meritò aurea mediocritas vocatur, quæ Horatiano præconio sic extollitur.

Auream quisquis mediocritatem Horat. lib.
Diligit, tutus caret obsoleti 2. Od.
Sordibus tecti: caret inuidenda
Sobrius aula.

Hoc Flacci carmen sumptum videtur ex illo Hesiodico adagio, πολὺ ἥμισυ παντὸς. id est, Dimidium plus toto, quo commendatur aurea hæc mediocritas. Refertur & exponitur à Platone, ὁπόταν ἢ τὸ μὲν Plato lib.
ὅλον λαμβάνειν ζημιῶδες, τὸ δὲ ἥμισυ μέτριον. γνόμ.
id est, Videlicet cum totum accipere noxium fuerit, dimidium autem moderatū. Hanc mediocritatem semper poētæ qui fuerunt cordatiores non prædicauerunt solum, verumetiam sibi ipsis optauerūt.

Hoc erat in votis, modus agri non ita magnus, Horat.li.2
Hortus vbi, & tecto vicinus iugis aquæ fons, Sat. 6.
Et paulum syluæ super his foret.

Vouit quoq; Statyricus Poēta ad eundem fere modū, quo Iacob sibi vouebat, nempe mediocritatem hanc.

mensura tamen quæ,
Sufficiat census, si quis me consulat ædam. Iuuenalis
In quantum sitis atq; fames, & frigora poscunt. Satyr. 14.

Profectus igitur Iacob venit in terram Orientalem, ב siue vt Hebraísmus habet וַיִּשָּׂא יַעֲקֹב Genes. cap.
רַגְלָיו וַיֵּלֶךְ אֶרֶץ בְּנֵי קֶדֶם XXIX.
Et Septuaginta sic verterunt, καὶ ἐξάρας Ἰακὼβ τοὺς πόδας, ἐπορεύθη εἰς γῆν ἀνατολῶν. id est. Leuans verò Iacob pedes suos, profectus est ad terram filiorum orientis. Primò omnium non sine summa admiratione legimus, quod Iacob Abrahæ nepos, Isaac filius, virorum prædiuitum, in longe dissitam terram missus sit, sed cum nullo famulicio, quo patris fœlicitatem suamq; declararet; sed neq; iumento vectus est, quorum copiam haud dubio pater habebat, tantum inopis peregrini schemate, & baculum manibus ferens, longinquam peregrinationem ingressus est. Sciebat Abraham auum suum cum iusto comitatu seruum suum in Mesopotamiam misisse, vt inde Rebeccam matrem suam ad Isaac pa

tris nuptias adueheret; ad hæc vestes & aurea vasa magnificè cælata, sponsaliorum vice matri donata optimè meminisse poterat, quinetiam ipse, vbi ad Rachelem futuram suam vxorem venit, lachrymis infœlicitatem suam testabatur. Cæterũ causa huius tam frugalis & inopis profectionis Iacob in Mesopotamiã, non vna videri potest. Credibile est, Esau, qui tum Iacob erat infensus, impias manus in fratrem obarmasse, atq; cædem ei cum filijs parasse. Iacob igitur, cum vndiq; tyrãnus vrgeret, præcipiti consilio, & cura tumultuaria, magis ad fugam sese accingere cogebatur, quàm ad profectionem; satis habere putans, si modò fratris sui manus effugeret. Cõtigit Iacob idem quod poëtæ Ouidio in exilium ituro euenit, qui de sua præcipiti festinatione ita conqueritur.

Ouid. lib. 1. Trist.

Non mihi seruorum, comites non cura legendi,
Non aptæ profugo vestis, opisque fuit.

Sed neq; alienum à vero fuerit, si profectionis huius tam humilis, tamq; sine apparatu, causa sit dolor & mœstitia Iacob. Amabat certe parentes suos, vt qui ardentissimo amore, nec ab illorum consuetudine sese distrahi vel latum digitum vnquam sustinuit, egitq; cum illis à puero non tam domesticam quàm etiam sanctam familiaritatem. Hinc ergo sancto iuueni ingens mœstitia oboritur, & vehemens dolor corda eius vellicare, quod à sacrosancto parentum conuictu diuellendus esset. Odisse itaq; omnem viæ apparatum, neq; seruorum comitatum, & iumentorum operam habere velle, sed pedes ingratum iter capessere, vt hac rerũ humilitate tanquam iusticium aliquod declararet. Fuit certè hic mos clarissimis semper viris, vt domestico aliquo dolore affecti, minimè corporibus ad voluptatem quid indulgerent, sed potius animi vulnus corporis quoque afflictione grauarent. Sic Cato Vticensis egit, dum Iulius Cæsar victor euasisset in Pharsalico prælio, de Pompeio & ciuibus Romanis; fugit ipse in Aphricam cum infœlicis exercitus reliquijs. Iter hoc Plutarchus sic describit. ἡμέρας δὲ σωνεχῶς ἐπὶ τὰς πορείας γενομένης, πρῶτος ἠνήσατο μήτε ἵππῳ, μήτε ὑποζυγίῳ χρησάμενος, ἐπόμενος δὲ καθημένῳ, ἀφ' ἧς ἡμέρας τὴν κατὰ φάρσαλον

Plutarchus in Catone Vtic.

ἔγνω ἥπαρ, καὶ τοῦτο τῷ λοιπῷ προσέθηκε πένθει, τὸ μὴ κατακλιθῆναι πλὴν καθεύδων. id est. Quum iam continuo septem dies iter fecissent, Cato ipse primus præcessit, neq; equo vtens neq; aliquo alio iumento; cænabat verò sedens, ex qua die cladem in campis Pharsalicis acceptam cognouerat, ad veterem vero luctum etiam hoc iam addiderat, vt non resideret nisi dormiturus. Hoc institutum prior indicasse videtur Iacob, qui grauissimo cordolio ob parentum desiderium affectus, sub dio somnũ cepit, capiti lapidem subdẽs, neq; vllo iumento ad tam longinquum iter emetiendum vtens. Præter causas iam dictas, hæc quoq; laude digna videtur, quod pedestre hoc iter arguit corpus Iacob minimè effœminatum & delitijs fractum, sed robur sibi comparare ex hac corporis exercitatione voluisse, οἱ πόνοι τίκτουσι τὴν ἀνανδρίαν, inquit Euripides, id est. Labores generant virilitatem. Refert Plutarchus inter tres pœnitentias Catonis Censorij fuisse alteram, πολύσας, ὅπου λιματτὸν ἢν τρέφεσθαι. id est. Si naufragasset vspiam quo pedibus proficisci potuisset, quod prior Iacob hac ambulandi sua patientia docuisse videtur. [Vidit puteum in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum, nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur.] Libet hic paulisper à literæ superficie digredi, & in allegoricum intellectum, paulo fusius expatiari. Ad puteum hũc in agro tres ouium greges accubant. Puteus hic non immerito Christi doctrina accipitur, à quo omne hominum genus vitæ suæ laticem affatim haurire poterit, & salutis suę sitim explere. Est verò in Christi Ecclesia triplex quoddam hominũ genus, quod Christus in Euangelio his verbis significat. Tunc duo erunt in agro, vnus assumetur & vnus relinquetur. Duę erunt molentes in mola, vna assumetur, & altera relinquetur. Duo in lecto, vnus assumetur, & alter relinquetur. Posset meritò studioso lectori mirum videri, quur Christus dicat in agro & lecto viros fuisse; in mola verò fœminis locum dederit. Hic sciendum erit veteribus hunc morem fuisse, vt ancillas & seruas seruili hoc opere grauarent in molis perpetuam agere seruitutem; eratq; hoc ignominiosum magis quàm honestum. Sic in

Euripides.

Plutarchus in Catone Cens.

Matt. 24.

Ægypto

Exod. 11. Ægypto legimus cladem desetuisse à primogenito Pharaonis עַד בְּכוֹר הַשִּׁפְחָה אֲשֶׁר אַחַר הָרֵחַיִם id est. Vsq; ad primogenitũ ancillæ quæ est post molam. Canit Homerus Alcinoum regem Phęacum quinquaginta habuisse seruas ancillas, quæ aulico famulicio farinam molebant.

Hom. libr. η. ὀδυσ.

πεντήκοντα δ' οἱ λμωαὶ κατὰ δῶμα γυναῖκες
αἱ μὲν ἀλετρεύουσι μύλης ἐπὶ μήλοπα καρπόν.

Id est.

Quinquaginta mulieres famulæ erant ei in ædibus,
Hæ molebant in molis cerealem fructum.

Idem de Vlysis ædibus canit Homer. in quibus duodecim erant famulæ, quæ continuò frumenta molebant.

Hom. libr. υ. ὀδυσ.

φῆμιν δ' ἐξ οἴκοιο γυνὴ πρόϊεκεν ἀλετρὶς
πλησίον· ἔνθ' ἀρά οἱ μύλαι εἵατο· τοιμενὶ λαῶν
τῇσιν δώδεκα πᾶσαι ἐπειρέοντο γυναῖκες
ἄλφιτα τεύχουσαι καὶ ἀλεύατα μυελὸν ἀνδρῶν.

Id est.

Augurium de ex ædibus præmisit molitrix,
E vicino, ibi certè regi Vlyssi erant molæ, quibus
Duodecim mulieres exercebantur, parantes frumẽtũ,
Et farinam ad virorum sustentationem.

Et ad literæ intellectum hoc pertinet. Cæterum supradictum illud trium hominum genus, Augustinus refert ad triplicem professionẽ quæ in ecclesia est. Qui sunt, inquit, duo in agro? Quod dicit Apostolus. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Dei agricultura estis, In agro laboramus. Duo in agro clerici sunt. Vnus assumetur, & alter relinquetur. Assumetur bonus, & malus relinquetur. In molẽdino duæ, ad plebes retulit. Quare in molẽdino? quia deuinctæ in seculo circuitu rerum temporalium, tanquam mola detinentur. Et inde vna assumetur, & vna relinquetur. Quæ inde assumetur? Faciens opera bona, attendens indigẽtiam seruorum Dei, indigentiam pauperum, in confessione fidelis, in lætitia spei certa, vigilans ad Deum, nulli imprecans mala, diligens quantum potest, non solum amicos, sed etiã inimicos, præter vxorem suam non sciens aliam, præter maritum suum non sciens aliquem: assumetur hæc de molendino, quæ aũt aliter fuerit, relinquetur. Alij aũt dicũt. Quietẽ volumus, neminẽ volumus pati, remouem' nos à turbis, bene erit nobis in quadã securitate. Si quietem quæris, quasi lectum quæris, vt sine aliqua sollicitudine requiescas. Et inde vnus assumetur, & vnus relinquetur. Nemo vos fallat fratres, si non vultis falli, & vultis amare fratres, scitote omnem professionem in ecclesia habere fictos. Non dixi omnem hominem esse fictum, sed omnem professionem habere fictas personas. Hactenus Augustinus. Hi ergo sunt tres ouium greges, qui iuxta puteum hunc accubant, quos omnes Christus viuifica sua aqua semper potat & reficit. Sed quo alio honestiore vocabulo coniugatorum professionem verecundius significare potuisset, nisi molæ voce? Est enim molere, præter omnibus notum significatum, etiam inire, quod Græci sic vsurpant, & in epigrammate sic legimus, ὅδ' ἔφη νυκτὸς ἀλήλεκέναι. Horatius quoq; insectatur alienas permolere vxores. Ambrosius adulterum comparat viperæ quę murenam ad coitum pellicit: Discite, ô viri, qui alienam permolere quærit vxorem, cuius serpentis sibi ascisere cupiat contubernium, cui etiam comparandus ipse serpenti sit. Sunt hæc tria hominum genera non solum modò apud Christianos, verumetiam in veteri lege, sub tribus clarissimorum virorum nominibus præfigurata fuerunt. Sunt tres viri apud Ezechielem, quos Deus de magna tribulatione liberaturus est, nempe Noe, Daniel & Iob. In his tribus nominibus, ait Augustinus, tria quædam genera hominum significat Deus. Iam enim tres illi viri dormierunt, & apud Deum sunt spiritus eorum, & corpora eorum in terram fluxerunt, expectant resurrectionem, & ad dexteram collocationem; nec aliquam in hoc mundo tribulationem timent, vnde se cupiant liberari. Quomodo ergo de illa tribulatione liberabuntur Noe, Daniel & Iob? Quãdo dicebat ista Ezechiel, solus forsitã Daniel in corpore fuit. Item Noe & Iob olim dormierant; & somno mortis patribus appositi fuerant, quomodo ergo poterant de imminente tribulatione liberari, iam olim de carne liberati? Sed in Noe significantur boni præpositi, qui regunt & gubernant ecclesiam, quomodo Noe in diluuio gubernauit arcam. In Daniel significantur omnes sancti continentes. In Iob significantur omnes coniugati iusti & bene viuentes. Hæc

Augu. in Psal. 99.

Horat. in Serm.

Amb. lib. 5. Hexa.

Ezec. 14.

Augu. de excidio vrbis.

enim tria genera hominũ de illa tribulatione liberat Deus. Hæc Augustinus. Possumus quoq; tres hos ouium greges intelligere ad triplicem castitatis virtutem. Vnam coniugalem, aliam viduitatis, tertiam virginitatis. Non enim aliam sic prædicamus, inquit Ambrosius, vt excludamus alias. Suis quibusq; professionibus ista conducunt. In hoc Ecclesiæ opulens disciplina, quod quos præferat habet, quos reijciat non habet, atque vtinam habere nunquam possit. Ita igitur virginitatem prędicamus, vt viduas non reijciamus, ita viduas honoramus, vt suus honor coniugio reseruetur. Non nostra hoc præcepta, sed diuina testimonia docent. Reminiscamur itaq; quemadmodum Maria, quemadmodum Anna, quēadmodum Susanna laudentur. Et quemadmodum laudes earum non tantummodo prædicandæ sunt, sed disciplinæ etiam sunt sequendæ; reminiscamur vbi Susanna, vbi Anna, vbi Maria sint repertę, & aduertamus quemadmodum singulæ aptis laudibus prædicentur, & vbi nam commorantur. Nupta in paradiso, vidua in templo, virgo in secreto, sed in illis tardior fructus, in virgine maturior. Illas senectus probat, virginitas laus ætatis est, nec adiumenta quærit annorum, quæ omnium est fructus ætatū. Hactenus Ambrosius. Habet Euangelium de semine illo quod sparsum in terram bonam attulit fructum aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum. Quid prohibet ternos hosce fructus ad tres illos ouium greges referre? Centesimus & sexagesimus, & tricesimus fructus, inquit Hieronymus, quanquam de vna terra, & de vna semēte nascatur, tamē multum differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias. Nam & ipsa digitorum cōiunctio, quasi molli se complexans osculo, & fœderans, maritum pingit & coniugem. Sexaginta verò ad viduas, eo quod in angustia, & tribulatione sunt positæ. Vnde & superiori digito deprimuntur, quanto'q; maior est difficultas expertæ quondam voluptatis illecebris abstinere, tanto maius est præmium. Porrò centesimus numerus (diligenter quæso lector attende) de sinistra transfertur ad dexteram, & eisdem quidem digitis, sed non eadem manu, quibus in læua nuptæ significantur

Ambr. in lib. de Viduis.

& viduæ, circulum faciens; exprimit virginitatis coronam. Hæc Hieronymus.

¶ Dixitq; Iacob ad pastores. Fratres vnde estis? Qui responderunt. De Aram. Quos interrogans, Nunquid, ait, nostis Laban filium Nachor. Dixerunt. Nouimus. Sanus ne est? inquit. Valet, inquiunt. ¶ Quod nos legimus. Sanus ne est, inquit, Valet, inquiunt. In Hebræo legitur הֲשָׁלוֹם לוֹ וַיֹּאמְרוּ שָׁלוֹם id est. Nunquid pax est illi? Responderunt, pax. Est hæc vox שָׁלוֹם pax mirè familiaris Hebræis, qua non solum vtuntur quum bellorum rabies & hostilis gladius procul absit, verumetiam in percūctando super statu amicorum, & de illorum valetudine amicè familiariterque rogitando, num sani sint, num omnia ex sententia illis succedant. Sic Helizeus vsurpat שָׁלוֹם cum ait Giezi puero suo de Sunamitide muliere. Curre in occursum eius & dic ad eam הֲשָׁלוֹם לָךְ הֲשָׁלוֹם לְאִישֵׁךְ הֲשָׁלוֹם לַיָּלֶד וַתֹּאמֶר שָׁלוֹם Est ne pax tibi, & pax viro tuo, & pax puero? Quæ respondit. Pax. Quod tamē nostra lectio habet: Rectè ne agitur circa te & circa virum tuum, & circa filium tuum? Quæ respondit: Rectè. Sunt variæ voces apud Latinos & Græcos, quibus amici salutem sibi inuicem precantur. Latini dicunt Aue. Græci duas habent voces precatorias, nempe χαῖρε & ὑγίαινε, quibus tamen diuersis temporibus vtuntur, vt scribit Thomas Magister, ἰσέον δὲ ὅτι ὡς αἱ πάλαι ὡς προῤῥήσεις, αἱ μὲν ἑωθιναὶ, χαῖρε, αἱ δὲ ἑσπερειναὶ ὑγίαινε, ὡς λουκιανὸς γὰρ ὁ φησὶν ὡς ἐν τῷ πρὸς ἀγοραῖον διαλόγῳ. ἀσπαζόμενος πρὸς σέ ὡς πρωϊαιτερινὸν τὸ ἑωθινὸν, εἰδὼς τὸν σωκράτη τοῦτον φωνῶν ἀφέναι καὶ χαίρειν λαβόντα, ἐγὼ δὲ ὁ χρισοῦς ἐπιλαθόμενος, ὑγιαίνειν σε εὔχομαι, id est. Sciendum est quod veterum salutationes, aliquæ fuerunt matutinæ, vt est, Aue, aliquæ vespertinæ, vt est, Salue. Hoc significat Lucianus in libello de lapsu salutationis. Quum venissem ad te vt loquerer mane, congruum etiam fuisset vt hanc vocem dixissem, & te Auere iussissem. Ego verò auri oblitus, saluere te putaui. Et Artemidorus ἐρρῶσο καὶ ὑγίαινε ἀπαλλαττόμενοι ἀλλήλων λέγουσι καὶ πρὸς ὕπνον τρεπόμενοι.

Thomas Magister.

Artemid.

Id est. Vale & salue dicunt qui à se discedunt, & qui cubitum sese conferunt. Cæterum apparet Hebræos nullam aliā salutationē vsurpasse nisi quę pacis nomine

Matt. 10. ne fieret, quod ex Matthæo colligere poterimus. Sic enim legimus, εἰσερχόμενοι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, ἀσπάσασθε αὐτὴν λέγοντες εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ. καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἡ οἰκία ἀξία, ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτὴν, ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἀξία ἡ εἰρήνη ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπιστραφήτω. Id est. Quum ingressi fueritis domū, salutate illam. Si quidem digna fuerit domus, veniat pax vestra supra illam, si verò non fuerit digna, pax vestra ad vos reuertatur. Qualis fuerit hæc salutatio expressa non est, sed magis significata est & colligi potest ex eo quod sequitur. Veniat pax vestra supra illam. Liquet ergo salutationes Hebræorum cum pace fuisse coniunctas. Scio quidem in vulgata editione aliter legi, nempe ita. Intrātes autem domum salutate eam dicentes. Pax huic domui. Sed nihil horum in Græcis exemplaribus inuenitur. Fuit hæc salutatio adeo familiaris Christo, vt in nouam vitam rediuiuus haud temerè alijs verbis salutauerit, nisi εἰρήνη ὑμῖν. Et hodie, ait Tertullianus, Iudæi pacis nomine appellant, & retro in scripturis sic salutabant. Hæc Tertullianus. Est verò salutatio Iudæorum qua hodie vtūtur שָׁלוֹם לְךָ, id est, Pax tibi. Quum igitur inter Iacob & pastores vltro citroq;, sermones pastorales, & bucolico carmine digni, fuissent habiti, tandem Rachel à Deo Iacob destinata vxor, peroportunè illi fit obuiam, quę tum gentium illarum more, paternas pascebat oues. ¶ Quam cum vidisset Iacob, & sciret consobrinam suam, ouesq; Laban auunculi sui: amouit lapidem quo puteus claudebatur, & adaquato grege, osculatus est eam, & eleuata voce fleuit, & indicauit ei quod frater esset patris sui, & filius Rebeccæ. ¶ Quis non admiratione dignum putabit, quod patriarchis tam facile tamq; ex sentētia semper nuptiæ obiectæ fuerint? Abrahæ seruus sibi ipsi nuptiarum omen concepit, quod deinde fœliciter sequutus, in ædes optatas à futura sponsa deducitur, ibiq; sponsalia cōficiūtur. Neq; in hac parte infœlicior fuit Iacob, qui adamandam suam vxorē Rachel nondum satis cognitam, obuiam habuit. Sed agebantur oia hæc diuina quadam dispensatione, ne quis captum vxorum fortuitū esse putaret. Hinc est quod verissimè Salomon ait מֵיְהוָה אִשָּׁה מַשְׂכֶּלֶת id est, A domino est vxor prudēs, & Aristotelis illud non admodum abludit, ὅθεν τοὺς ὁμοιοὺς φάσιν ὡς τοὺς ὁμοίους, id est, Vnde similem aiunt ad similem: quod nō solum in bonis cōtingere solet, verumetiam in moribus vitiosis parumq; bonis. Neque hic quęstio illa ociosa videri potest, quomodo Iacob Rachelem ignotus ignotam adhuc osculari sustinuerit, quod scriptura propemodum significare videtur, quū dicat illum oues Rachelis prius adaquasse, & statim in oscula ruisse, deinde in lachrymas effusum, & indicasse necessitudinem quæ ipsi cum illa intercederet. Putant hic schema quoddam latere, sed sacrę scripturæ familiare, quo inuerso ordine quid narratur; vt cum id quod prius factum fuerit, posterius scribatur. Tale est illud in Psalmo: Hic accipiet benedictionem à domino, & misericordiam à Deo salutari suo: prius enim dominus miserādo iustificat impium, & sic benedicendo coronat iustum. Appellant hunc loquendi modum ὑστερολογίαν, siue ὕστερον πρότερον, cum id quod primum esse debet, secundo loco ponitur, vel cum sensus & ordo preposterus redditur; tale est.

Tertul. li. 5. cont. Marc.

Prou. 19.

Aristo. 7. eth.

Psal. 23.

Postera Phœbea lustrabat lampade terras,
Humentemq; aurora polo dimouerat vmbram. *Verg.*

Prius enim est, vt noctis vmbra discedat, deinde sol oriens omnia suo fulgore collustret. Item

frugesq; receptas
Et torrere parant flammis, & frangere saxo. *Verg. libr. 1. Æneid.*

Atqui fruges prius mola franguntur, & postea in panes coquuntur. Item.

Postquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit. *Li. 3. Æneid.*

Prius enim Polyphemus ad æquora venit, & sic altos tetigit fluctus. Per hoc igitur schema ὑστερον πρότερον), soluitur quęstio hæc de osculatione qua Iacob in osculatione Rachelis ruit, vt prius omnia ordine narrauerit, deinde agnitam cōsobrinam consanguinitatis iure osculatus fuerit, quamuis scriptura inuerso ordine narrauerit. Neq; enim credibile est Iacob iuuenem tetrica parentum disciplina institutum ignotæ puellę oues adaquasse, & pro insumpta opera, osculū mercedis loco accepisse. Sunt inter infirmæ & iamiā morituræ virginitatis signa oscula quoq;, & inter amoris lineas hæc annumerant. Extat dicteriū apud Germanos, fœminā cętera omnia habere venalia, quæ virū ad osculum admittit. Scitum est illud Plaut. oppido quam lepide in eo negotio dictū.

Plaut. in Curcul.

Qui

Qui esse vult nucleum frangat nucem. Et apud eundem percunctatur quidam de muliere num virgo sit, tum alter respondet, per se quidem virginem etiam nunc esse, nisi fortasse oscula virginitatem adimere possint: Ad hæc grauiter alter & increpatoriè, Tu quidem scias flammam fumo esse proximam, fumo nihil comburi potest, flamma potest, satis ostendit, oscula libidinis esse suscitabula. Qui igitur cubare nolit, osculum etiam ne det. Refert
Val. Ma. lib. 5. Valerius Maximus rigidum exemplum P. Meuij, qui in libertum gratum admodum sibi animaduertit, quia eum nubilis iam ætatis filiæ suæ osculum dedisse cognouerat: cum præsertim nõ libidine sed errore lapsus videri posset. Cæterum amaritudine pœnæ teneris adhuc puellæ sensibus castitatis disciplinam ingenerari magni æstimauit, eiq; tam tristi exemplo præcepit, vt non solum virginitatem illibatam, sed etiam oscula ad virum syncera perferret. Idem factum refert de adolescente quodam qui amore filiæ Pisistrati Atheniensium tyranni succẽsus, illam obuiã sibi factã osculabaẽ. Vxor maritũ hortabatur, vt de adolescẽte capitale supplicium sumeret. Respondit ille. Si illos
Eodẽ lib.
Pli. li. 14. qui nos amant interficiemus, quid ijs faciemus quibus odio sumus? Apud Romanos ius fuit viris fœminas osculandi sed propinquis, idq; non lasciuiæ causa fiebat, sed magis explorationis, vt scirent an temetum olerent; sic enim vinum appellabant, à quo Romanæ matronæ tum abstinebant. Quis verò fuerit osculandi ritus, heroum tempore, & quas potissimum corporis partes viri inuicem oscularentur, canit Homerus, dum Eumæus Telemachum è Pylo redeuntem pregaudio oscularetur.

Homerus ὀδυσ. π.
λύσε δὲ μιν λεφαλήντε καὶ ἄμφω φάεα καλὰ χεῖρας τ' ἀμφοτέρας, θαλερὸν δὲ οἱ ὤκτισε θυμόν.

Id est.

Osculabatur eum, caput, & ambos claros oculos,
Et ambas manus, exciderunt q; ei calidæ lachrymæ.

Solebant & in bello superati, quo facilius misericordiam assequerentur, victoribus genua osculari, quod Vlysses ait se fecisse regi in Ægypto.

Homerus ὀδυσ. ζ.
αὐτὰρ ἐγὼ βασιλῆος ἐναντίον ἤλυθον ἵππων καὶ λύσα γούνατ' ἐλών, ὅ μ' ἐλεήσας.

Id est.

Verum ego regis equis obuiam iui,
Et osculabar genua eius, hic verò eripuit me, & miserabatur.

Bello ciuili Syllano, dum Marius ex Aphrica in Italiam reuersus Romam cepisset, & in contrariam sibi factionem gladijs & cædibus sæuiret: clementiæ suę signum dederat manum, quam osculandam porrigebat, quibus parcere volebat.

spes vna salutis
Oscula pollutæ fixisse trementia dextræ. *Luca. li. 2. pharſ.*

Qualia verò esse debeant Christianorum oscula, ostendit Paulus Thessalonicensibus, quum ait, ἀσπάσασθε οὺς ἀδελφοὺς πάντας φιλήματι ἁγίῳ, Id est. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Sancta o- *Ambroſ.* scula, inquit Ambros. sunt in salutatione Christiana: cætera carnalia sunt, quia quicquid sine Christo fit, carnale est; ac per hoc & mortale. Qui enim authorem vitæ contemnit, in morte est. His Ambrosij verbis facilè liquere potest, quid de lasciuis osculis sentiendum sit. ¶ At illa festinans, nunciauit patri suo. Qui cum audisset venisse Iacob filium sororis suæ, occurrit obuiam ei, cõplectensq; eum, & in oscula ruens: duxit in domum suam. Auditis autem causis itineris: respondit, Os meum es & caro mea. ¶ Cognationes, & necessitudines, varijs nominibus appellantur. Hebræi ossis & carnis nomine, vt hic Laban nepotem suum Iacob vocat os suum, & carnem suam. Protoplastus comparem suam Euam ex consopiti latere subductam, ijsdem verbis compellat: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Porrò Græci appellant à sanguine, πῶς αἵματος, καὶ γὰρ αἵματι, id est, Sanguine iuncti. Græcos sequuti sunt Latini, qui sanguinem pro genere & progenie dicunt. Cicero. Magna est enim vis humanitatis, multum valet communio *Cicero pro* sanguinis. Anchises apud Vergilium Iu- *Roſcio* lium Cæsarem nepotem suum, vt ciuili *Amer.* bello abstineat, sic affatur quàm mitibus verbis.

Proijce tela manu sanguis meus. *Vergil. li. 6. Æneid.*

¶ Et postquam impleti sunt dies mensis vnius, dixit ei. Num quia frater meus es, gratis seruies mihi? Dic quid mercedis accipies. ¶ Vix aliud quid in humanis inuenitur, quod hominem ad ardua quæq; & difficilia subeũda fortiorem minimeq; pigrum reddat atq; merces aliqua optima, quæ labori ad finem vsq; deducto, proposita sit. Contra iacere illum necesse est, qui citra illã mercedis spem, inuitus magis quàm voluntarius operam nauat. Ostendit hoc Martialis versibus hisce satis prouerbialibus.

Martial.
In steriles campos nolunt iuga ferre iuuenci,
Pingue solum lassat, sed labor ipse iuuat.

Grammaticorum opera, inprimis necessaria est erudiẽdę pueritiæ. Sunt enim hi, qui parua illa quidem pueris tradunt; sed sine quibus magna cõstare non possunt. Hoc nomine inprimis calamitosi & afflicti censentur, quod cum ętate parum rationis compotes res illis est, & inter puueros consenescentes, fœtore & pedore cõtabescant. Horum necessariam operam, & ærumnosum laborem, vt mitigat mercedis amplitudo, ita defraudatum mineruale, plurimum diligentiæ detrahere solet. Queritur hoc Satyricus poẽta.

Iuuenalis.
Nosse volunt omnes, mercedem soluere nemo.

Vidit hoc prudenter Laban etsi homo barbarus, tamẽ Iacob necessario suo, quo promptiore animo in rustico opere faciundo operam nauaret, mercedem aliquam decernere operæ pretium putauit; iam tum opere declarans quod postea Græci hoc versu præcepturi essent.

μισθὸς δ' αὐδῆι φίλῳ ἐρημίῳ ἀρκιος ἔσω.

Id est.

Æqua viro merces, fac præstituatur amico.

¶ Habebat Laban duas filias. Nomen maioris Lia, minor verò appellabatur Rachel. Sed Lia lippis erat oculis. Rachel decora facie & venusto aspectu, quam diligebat Iacob. ¶ Quemadmo-
Pli. li. 11. dum, vt Plinius scribit, animus in oculis habitare solet, ita amoris incitabulum ex his emanare perspicuum est. Pepulit Iacob oculorum in Rachele claritas & fulgor, cum Liæ non perinde afficeretur. Erãt enim oculi eius, vt scriptura ait רכות id est, Teneri, siue, vt Septuaginta verterũt, ἀσθενεῖς, id est, infirmi. Nostra lectio habet, Lippis oculis, quod Græci βλέμμα ὑγρόν, id est, Aspectus humidus, dicunt. Sunt enim oculorum vicia, ἀγρεμόν, τὸ λευκώμα, *Lucianus.* γλαῦκωμα, λήμη, id est, Albugo, lippitudo. Lucianus, ἢ φθόνος μὴ σοι ἐλέγχῃ τὸ γλαῦκον τῶν ὀμμάτων, id est, An times, ne arguat glaucedinem oculorum. Laudat idem μέλανα ὄμματα, id est, Nigros oculos. Putat Adamantius in Physiognomicis quod *Adaman.* γλαυκότης μὲν ὀφθαλμοῖς ἀχρωτέρου, μελανότης ἡμερωτέρου, id est, Glaucitas in oculis rusticitatem arguit, nigror ciuilitatem. Iacob ergo Rachelem sibi vxorem deuouit, oculis eius captus. ¶ Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septem annis, & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. ¶ Hic non immeritò quæritur, qui fieri poterit, vt Iacob tam efflictim amanti, septenne hoc seruitium breue tempus videri potuerit, cum videamus amãtes omnes odisse moram, atq; ægrè vnũ diem diuelli ab amato posse. Phędria adolescens fortis sibi videbatur si paucos dies à Thaide abstineret. Tãdem ego non illa caream si sit opus, vel *Ter. in Eunuch.* totum triduum? Quem deridens Parmeno. Hui, Vniuersum triduum? vide quid agas. Adeo totum septennium non tulisset, cui triduum magnum erat. Et pastor apud Vergilium cupidinis telo percussus, ait,

Verg. ecl. 7.
Si mihi non hæc lux toto iam longior anno est,

Flaccus idem ferè significare videtur.

Vt nox longa, quibus mentitur amica. *Horat. in Epist. Aphrodiſ.*

De Amantibus scribit hæc Aphrodisæus, ἐκκαίνεται δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ φλεγμαίνον ἐμφυτον θερμὸν ἐκ φλεγμάτων καὶ σφοδρᾶς φροντίδος τῆς πρὸς τὸ ποθούμενον, id est, Exuritur ipsis innata illa in corde caliditas, ex irrequieta & vehementiore cura, quam habent erga id quod concupiscunt. Cæterum Iacob amor vt iustus & cordatus, ita à furiosa cupidinis flamma alienus erat. Demulcebat hic omnem laborem, omnemq; operam, quam in rustico opere exercendo insumebat, & leuiorem & faciliorem reddebat. Dulcis erat mercede labor, canit Ouid. Lasciuit Tibullus poẽ- *Ouid. li. 6. Faſt.* ta venereus, quod presente adamata, fortior amator redditur ad labores quosque exantlandos.

Tibull. li. 2. Eleg.
O Ego cum dominam aspicerem, quam fortiter illic
Versarem valido pingue bidente solum.
Agricolæq; modo curuum sectarer aratrum,
Dum subigunt steriles arua ferenda boues,
Nec quererer quod sol graciles exureret artus,
Læderet aut teneras pustula rupta manus.

Hermione apud Ouidium turpe non putat viro, si ob charam vxorem bella gerat.

nec

nec turpe marito est,
Aspera pro charo bella tulisse thoro.

Quid mirum, vel etiam sancto patriarche Iacob indignum erit, si futurã sibi charissimam coniugem, septem annorum seruitio sibi parauerit? ¶ Dixitq; ad Laban. Da mihi vxorẽ, quia iam tempus impletum est vt ingrediar ad illam. Qui vocatis multis amicorũ turbis ad conuiuium, fecit nuptias. ¶ Coniugij dignitatem & honorem, senserunt ethnici quoque homines, vsq; adeò, vt illud non ab alio originem habere putarent, nisi à dijs ipsis. Hauserunt hanc opinionẽ haud dubio, à maioribus per manus acceptam; qua scimus hominem à Deo creatum, & mox eundem matrimonio, cum compare suo, conuinctum. Verum idololatria irrepente, & multorum deorum persuasione deprauati pagani, matrimonium dijs suis vendicare nõ dubitabant. Sic enim Dionysius Halicarnasseus scribit, ὅτι οὗτοι οἱ εὑρόντες καὶ διέξαντες οὐ γάμους τοῖς ἀνθρώποις, ζεὺς γὰρ καὶ ἥρα τοῦτοι ζευγνύντες τε καὶ συνδυάζοντες, οὗτοι τοι ὁ μὴ κατὴρ καλεῖται τῶν τῶν, ἡ ζυγία, ἀφ' ἧς ζευγνύεται τὸ θῆλυ τῷ ἄρρενι. id est. Quoniam ipsi dij inuenerũt & demonstrauerunt hominibus nuptias. Iuppiter quidem & Iuno primi coniunxerũt & cõbinauerunt, sicq; ille appellatur pater omnium; hæc verò Zygia à iungendo fœminam mari. Et Apuleius de Iunone ait. Quam cunctus oriens Zygiam veneratur, sic appellata quod iugo cõcordi matrimonia iungeret, & amicitias componeret. Et Vergilius putat quod Iunoni vincla iugalia curæ sint. Quinetiam finxerũt dẽos hominũ nuptijs interfuisse. Et Cadmi Harmoniesq; nuptias præsentia sua dij honorarunt, in quibus & musas epithalamium cecinisse fama est.

Ouid. in epist. Hero.
Dion. Halicarnas.
Apul. lib. aur. si.
Verg. lib. 1. Æneid.
Theognis.

μοῦσαι καὶ χάριτες λοῦσαι διὸς, αἳ ποτε λαδμου.
εἰς γάμου ἐλθοῦσαι καλὸν ἀεισατ' ἔπος. i.
Musæ & gratiæ filiæ Iouis, quæ aliquando Cadmi
In nuptias venientes, elegans cecinere carmen.

Nec iam mirum videri debet, si Christus dominus noster nuptijs interesse, & in illis diuina sua opera auspicari voluerit, quod quidem plurimum ad nuptiarũ dignitatem commendandam valet. Cæterum quod nos legimus. Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium fecit nuptias, in Hebræo paulò aliter legitur. Sic וַיֶּאֱסֹף לְבָן אֶת כָּל אַנְשֵׁי מְקוֹם וַיַּעַשׂ מִשְׁתֶּה id est. Et congregauit Laban omnes homines loci, & fecit conuiuium. Pro, conuiuium, Septuaginta legunt, γάμον, id est, nuptias. Sed in idem vtraq; vox recidit, quoniam authore polluce, ὁ γάμος καλοῖτ' ἂν καὶ συνδυασμὸς καὶ συνοδος καὶ αὐδηδὸς καὶ γυναικὸς, ἀλλὰ τὼ ἑστίασιν γάμον καλεῖ ὅμηρος. id est. Nuptiæ non solum vocantur vnio & congressus viri & mulieris; sed etiam conuiuium ipsum nuptiæ vocantur ab Homero. Sic ergo Laban fecit conuiuium, id est, nuptias. Porrò cõuiuandi hic mos in nuptijs videtur sanè antiquissimus esse, quod in euangelio liquido ostẽditur, vbi semper nuptijs conuiuia addita legimus; neq; in conuiuijs agitandis nuptiarũ officia satis habebant, verum etiã gelotopæi, sanniones, sales & ludi, choreæ, cytharæ & lyræ personabant ad omnem animi remissionem & lasciuiam. Homerus nuptias Hermiones filiæ Menelai in hunc modum describit.

Iul. Poll.

ὣς οἱ μὲν δαίνυντο κατ' ὄνειρον μέγα δῶμα
γείτονες ἠδ' ἕταροι μυκηθμοῦ λυδιαδίμοιο
τερπόμενοι, μετὰ δὲ σφίν ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδὸς
φορμίζων, δοιὼ δὲ λυδιστῆρες, κατ' αὐτὸς
μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνευον κατὰ μέσον.

Home. lib. δ. ὀδυσ.

Id est.

Sic hi quidem epulabantur in celsitecta magna domo
Vicini atq; socij illustris Menelai
Oblectati, inter eos autem canebat diuinus cantor,
Pulsans cytharam, duo autem saltatores in ipsis
Cantum incipientes, voluebantur per medios.

Rursus alibi.

γὼ δὲ δύω ποίησε πόλεις μερόπων ἀνθρώπων
καλὰς, γὼ τῇ μὲν ῥα γαμοιτ' ἔσαν ἐλπίναι
λῶροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνευον γὼ δ' ἄρα τοῖσιν
αὐλοὶ φορμιγγές τε βολὼ ἔχον, αἱ δὲ γυναῖκες
ἱστάμεναι θαύμαζον ἐπὶ προθύροισιν ἑκάστη. i.
Duas ciuitates fecit hominum mortalium
Pulchras, & in hac quidem nuptiæ erant, & conuiuia;
Pueri autem saltatores volutabantur, in his autem
Tibiæ, lyræq; vocem habebant, mulieres autem
Stantes admirabantur in vestibulis vnaquæq.

Home. lib. σ. ἰλιαδ.

Hæc tãta morum corruptela, & vitiorum irritamenta, vtinam à Christianorũ nuptijs abessent, quibus hodie nihil agitur dissolutius, & ab omni grauitate alienius; feruent omnia luxu, & in nepotinis sumptibus conquirẽdis, maria omnia, terræ, syluæq; exhauriũtur. Saltationes vsq; adeò familiares nuptijs sunt, vt citra illas, ne nuptias quidem appellandas esse putent.

Ambros. libr. 3. de virg.
Cicero pro Murena.

Sunt certè saltationes tãquam progymnasmata quædam ad omnem ἀδιαφθορίαν. Insectatur Ambrosius saltationem, quam Christianã virginẽ minimè decere scribit; & quo maiore authoritate illud astrueret, Ciceronẽ testem allegat, quid ille de saltatione sentiret. Debet igitur bonæ conscíæ mentis esse lętitia, non inconditis comessationibus, non nuptialibus excitata symphonijs. Ibi enim intuta verecundia, illecebra suspecta est, vbi comes delicíarum est extrema saltatio. Ab hac virgines Dei procul esse desidero. Nemo enim, vt dixit quidam secularium doctor, saltat sobrius, nisi qui insanit. Quod si iuxta sapientiam secularem, saltationis, aut temulentia author est, aut demẽtia, quid diuinarum scripturarum cautum putamus exemplis, cum Ioannes pronuncius Christi, saltatricis optione iugulatus, exemplo sit plus nocuisse saltationis illecebram: quàm sacrilegi furoris amentiam. Cæterum hæc nuptiarum vicia quatenus in totum abscindi non possunt, optandum foret, vt parcius prudentiusq; omnia administrarentur; & certis legibus astringerentur.

Plato li. 5. s. νόμων.

De conuiuarum numero, qui nuptijs interesse debeant, hæc scribit Plato. περὶ δὲ ἑστιάσεων, φίλους μὲν χρὴ καὶ φίλας μὴ πλείους πέντε ἑκατέρων συγκαλεῖν, συγγενῶν δὲ καὶ οἰκείων ὡσαύτως τοσούτους ἄλλους ἑκατέρων. αὐλήματα δὲ μὴ γίγνεσθω πλείω ἢ κατὰ τὴν οὐσίαν μηδενί. id est. De conuiuijs verò. Amicos quidem oportet & amicas non plures quinq; ex vtraq; parte cõuocare. Cõsanguineorum verò & domestícorũ eodem modo tot ab vtraq; parte. Sumptus verò nõ maior erit, quàm cuiusq; fortuna fuerit. Porrò idem Plato ebrietatem à nuptijs arcet, maximè verò à sponso & sponsa, quos maximè sobrios esse in nuptijs decet.

Plato eod. libro.

πίνειν δὲ εἰς μέθην, οὔτε ἄλλοθι πού πρέπει, πολὺ ἐν ταῖς τοῦ τὸν οἶνον δόντος θεοῦ ἑορταῖς οὔτ' ἀσφαλὲς οὔτ' οὖν δὴ πρὸς γάμους ἐπιτρεπόντα, ἐν οἷς ἔμφρονα μάλιστα εἶναι πρέπει, πρέπει, νύμφην καὶ νύμφιον, μεταβολὴν οὐ σμικρὰν βίου μεταλαμβάνοντας, ἅμα δὲ καὶ τὸ γενόμενον, ὅπως ὅτι μάλιστα δὴ ἔμφρονον ἀεὶ γίγνηται: id est. Bibere vsque ad ebrietatem neq; vsquam fas est, nisi in festis Dei qui vinum dederit. Sed neque qui in nuptijs occupatur, in quibus maximè prudentem esse decet sponsum & sponsam, vt qui iam nõ paruam vitæ mutationem incipiant, simul etiam vt fœtus quàm maximè à prudentibus nascatur. Tradit tamen Hesiodus in præceptis suis, ab hilariore conuiuio, & non à tristibus sacris accedendum esse ad vxorem, quod ex humido nascãtur & alantur omnia animantia, & ideo Venus ex mari orta.

Hesiodus πρὸς ἐργων.

μὴ δ' ἀπὸ δυσφήμοιο τάφου ἀπονοσφίσσαντα.
σπερμαίνειν γυνεὴ, ἀλλ' ἀθανάτων ἀπὸ δαιτὸς

¶ Et vespere Liam filiam suam introduxit ad illum, dans ancillam filiæ Zelpham nomine. Ad quam cùm ex more Iacob fuisset ingressus, facto mane vidit Lyam, & dixit ad socerũ suum. Quid est quod facere voluisti? ¶

Græci & Romani in varias cæremonias easq; tanquã sacrosanctas in nuptijs obseruabant. Ducebantur sponsæ ad nouum maritum sub noctem, atq; vespera appetente, quod Catullus in carmine nuptiali testatur.

Catullus.

Vesper adest iuuenes: consurgite: vesper Olympo,
Expectata diu vix tandem lumina tollit.

Ex hac consuetudine hunc quoq; morem seruabant Græci, vt in nuptijs faces nuptæ præferrent, quum ad marítum duceretur, quod Homerus significat.

Homer. li. Σ. ἰλιαδ.

νύμφας δ' ἐκ θαλάμων δαΐδων ὑπολαμπομενάων.
ἠγίνεον ἀνὰ ἄστυ, πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει.

Id est.

Sponsas autem è cubiculis, faculis accensis
Ducebant per vrbem, multus autem hymenæus agitabatur.

Porrò faces quæ præferebantur, erant quinque, quas ex spina alba confectas, pueri patrimi matrimiq; gestabant. Quo numero haud dubie significabatur quinque geminos vno mulieris puerperio progigni posse: vel quod par numerus qui fœmineus est, & impar qui masculus, simul copulati progenerant. Hinc aqua & ignis in nuptialibus sacris afferebantur. Quæ duo elementa vitam mortalium maximè continent, vt videlicet ostenderent ita virũ fœminamq; disiunctos steriles esse ac infœcundos; sicuti sine humore calor nihil gignere possunt. Coniunctos verò vim habere generationis aptissimam. Quinetiam noua nupta limen maritalis domus pedibus nõ tãgebat, sed aliorum manibus in ædes ferebatur. Causam hãc affert Plutarchus, quod quasi inuitæ in domum veniant, in

Plutarchus

qua virginitatem amissuræ sint. Hunc morem ostendit Catullus in carmine nuptiali Mallij & Iuliæ.

Catullus.

Transfer omne cum bono
Limen aureolos pedes
Rasilemq; subi forem.

Et Lucanus de Martia Catonis vxore sic canit.

Lucan. lib. 2. Pharſ.

Translata vetuit contingere limina planta.

Nuptiarum quoq; vocabulum verecundiæ plenum est. Sunt enim nuptiæ dictæ, quod pudoris gratia puellæ sese obnuberent. Quem morem Romani obseruabant, vt Lucanus canit.

Eodem lib.

Non timidum nuptæ leuiter tectura pudorem
Lutea demissos velarunt flammea vultus.

Sunt & aliæ nuptiarum cæremoniæ, quas huc ascíscere superuacaneum foret. Cæterum mirum non iniuria videri debet, Iacob non sensisse qua cum muliere rem haberet, neq; ante nisi mane Labã fraudem cognouerit; quod non Rachelẽ pactam vxorem, sed Lyam subiecísset. Sunt qui hic continentiam & verecundiam Iacob argui putent, quod non continuò suis in morem in Venerem præceps iuerit, sed bonam noctis partem orationi dederit, & supplex Deo fuerit, quo deinceps fœlici successu fortunaret omnia; quod aliàs à religiosis viris etiam factitatum legimus, tanquam satis habuerit vir minimè lasciuus, rem nuptiarum magis libasse tum, quàm ea sese ingurgitasse. Et hoc quidem fœlicis matrimonij & fœliciùs perseueraturi, initium censetur. Vidit hoc prudenter Lycurgus Lacedæmoniorum legislator seuerissimus, moderatam Venerem semper amorem quasi recentem inter compares seruare.

Xenoph. de Pol. Lace.

Moderandum igitur censuit congressum inter coniuges. Causam hanc reddit Xenophon. ἐπεί γε μὴν γυνὴ πρὸς ἄνδρα ἔλθοι ὁρῶν τοὺς ἄλλους τὸ πρῶτον τοῦ χρόνου ἀμέτρως ταῖς γυναιξὶ σιτουντας, καὶ τουτοις ταυαντία ἔγνω. ἔθηκε γὰρ αἰδεῖσθαι μὲν εἰσιόντα ὀφθῆναι, αἰδεῖσθαι δ' ἰδεῖν. οὕτω δὲ σιτουντων, ποθεινοτέρως μὲν αὐτῶν σφῶν αὐτῶν ἔχειν. ἐρρωμενέστερα δ' γίγνεσθαι ἔστι βλαστανειν οὕτω μᾶλλον ἢ εἰ ἀκόροι ἀλλήλων εἰεν. Id est. Quoniã verò cum vxor ad virum venit, videns q; alios primo tempore intemperanter mulieribus vti, contraria his statuit. Censuit enim legibus vt qui ad vxorem iret ab alijs videretur, & sic verecũdia afficeretur, quod idem contingeret si ab ea exiret. Quum ergo sic congrederentur, necesse erat vt maius desiderium inter ipsos esset, firmiusq; etiam fieret magis quàm si semper satiati inuicem essent. Qualis vero fuerit primus Lacedæmoniorum in nuptijs congressus, describit Plutarchus.

Plutarchus in Lycurgo

ἐγαμουν δὲ δι' ἁρπαγῆς οὐ μικρὰς οὐδὲ ἀώρους πρὸς γάμον, ἀλλὰ καὶ ἀκμαζουσας καὶ πεπεῖρους. τὴν δ' ἁρπασθεῖσαν ἡ νυμφευτρια καλουμενη παραλαβουσα. τὴν μὲν κεφαλὴν ἐν χρῷ περικειρεν, ἱματίῳ δὲ αὐδρείῳ καὶ ὑποδήματι ἐνσκευασασα κατεκλινεν ἐπι σιβαδα μονον ἀνεφωτος. ὁ δὲ νυμφιος οὐ μεθυων οὐδὲ τρυπωμενος, ἀλλὰ νηφων ὥσπερ ἀεὶ δεδειπνηκως ἐν τοῖς φιδιτιοις παρεισελθων, ἐλυε τὴν ζωνην καὶ μετηνεγκεν ἀράμενος ἐπι τὴν κλινην, συσσιατρίψας δὲ χρονον οὐ πολυν ἀπῆει κοσμιως ὑπνῶν εἰωθὼς ὁ προτερον καθευδησων μετα τῶν ἄλλων νεων καὶ ὁ λοιπὸν οὕτως ἐπραττε, τοῖς μὲν ἡλικιωταις συσσιτιμεμενων καὶ συναναπαυομενος. πρὸς δὲ τὴν νυμφην μετ' εὐλαβείας φοιτῶν αἰσχυνομενος καὶ δεδοικως μητις ἐδοιτο τῶν ἐνδον. ἅμα καὶ τῆς νυμφης ἐπιτεχνωμενης καὶ συνευπορουσης ὅπως ἂν ἐν καιρῷ καὶ λανθανοντες ἀλλήλοις συμπορευοιντο, καὶ τουτο ἐπραττον οὐκ ὀλιγον χρόνον, ἀλλ' ὥστε καὶ παῖδας γενεσθαι ἐνιους, πρὶν ἐς ἡμέραν θεασασθαι τὰς αὑτῶν γυναῖκας. ἡ δὲ τοιαυτη συνουσία οὐ μόνον ἐγκρατείας καὶ σωφροσυνης ἄσκησις ἦν, ἀλλὰ τοῖς τε σώμασι γονίμους, καὶ τῷ φιλεῖν ἀεὶ καινους καὶ προσφατους ἔχειν ἐπὶ τὴν κοινωνίαν, οὐδὲ διακορεῖς οὐδὲ δυσκολους ταῖς αὐαίσιν κοινωνίαις, ἀλλ' ἀεί τι λέγανον καὶ ὑπεκκαυμα πόθου καὶ χάριτος ἐναπολιπόντας ἀλλήλοις. Id est. Rapiunt verò ad nuptias puellas non paruas neq; intempestiuas, sed adultas & maturas. Hanc verò raptã pronuba accipiens caput ad viuam cutem tondet, veste virili & calceis ornat, deinde in stragulum reclinat absque lumine. Sponsus verò non ebrius neque comessationibus fractus, sed sobrius vt in sodalicio cœnare consueuit, accedens cingulum soluit & alleuans in lectum transfert. Deinde non multum tempus cum illa manet, sed abit modestè dormiturus cum alijs iuuenibus vbi prius consueuit & postea sic agit cum æqualibus suis conuersans & quiescens, ad sponsam verò cum metuit, metuens & timens ne qs sentiat q intro est, sed & sponsa modis omnibus curat atq; operam dat vt clanculo & suo tempore conueniant. Atque hoc agunt non paruum aliquod tempus; sed

sed quousq; filij quoq; aliquibus nascantur & vxores illorũ in publico videant. Hic talis congressus nõ solum continentiæ & modestiæ exercitium est, verum etiam corpore fœcũdos reddit, & ad amorem nouos, & recentes ad congressum, neq; satiatos neq; inertes vt impudenter misceantur, sed semper reliquum desiderij aliquod suscitabulum & gratiæ apud vtrosq; relinqtur. Hæc Plutarchus. Hanc Lacedæmoniorũ in pprijs vxoribus continentiam, iam tum meditatum fuisse Iacob credibile est; vt soluta zona, secubuerit. Neq; tamẽ ignoro quid Iosephus scribat de Iacob.

Iosephus li. 2. ἀρχαιολ.

νυκτὸς δ' ἐπιγενομενη, οὐδεν πεποιηκυια τῷ ἰακώβῳ παρεκατακλινα λαβανον τὴν ἑτεραν τῶν θυγατερῶν τὴν πρεσβυτεραν τε τῆς ῥαχηλος, καὶ τὴν ὄψιν οὐκ ἐνεπεπε. σωκεληθὼν δ' ἐκεῖνος ὑπὸ μεθης καὶ σκοτους, ἅτα μετ' ἡμεραν γνους ἀδικίαν ἐπεκαλει λαβανῳ. Id est. Nocte appetente, nihil sentiente Iacob collocat Labã alteram filiarum quæ natu maior erat quàm Rachel, aspectuq; non perinde venustam. Cum hac cõgressus propter ebrietatem & tenebras, postea clara die insimulat iniustitiã Labani. Hanc Iacob cum Laban expostulationem sacra scriptura sic scribit. ¶ Quid est quod facere voluisti? Nonne pro Rachel seruiui tibi? Quare imposuisti mihi? Respondit Laban. Non est in loco nostro consuetudinis vt minores ante tradamus ad nuptias. ¶ Fuit hic mos inter clarissimas olim gentes crebro agitatus, de ordinibus maritandis, qui non raro maximorum dissidiorum causas peperit. Populus Romanus à regio imperio liber, in patricios & plebeios diuissus erat. Patricij, exclusis plebeis, inter se connubia inibant, & contaminari sanguinem suum, confundiq; iura gentium rebantur, & qui tali fortè matrimonio nasceretur, dimidius esset patrũ, dimidius plebis. Sed C. Canuleius Trib. pleb. rogationem promulgauit, magna patrũ inuidia, de connubio inter patres & plebem communicando, & de ordinibus indifferenter maritandis, obtinuitq; inuitè consentientibus patribus, vt connubiũ foret promiscuũ. Erat olim in Italia Samnitarum gens, præter summas diuitias, animi quoq; magnitudine præstantissima, vt quæ Romanorum arma centum ferè annos exercuerit, neq; bellandi finẽ fecerit, donec in totum ferè extincta sit.

T. Liuius lib. 4. ab vrb. cond.

Apud hos vt Strabo scribit, honesta lex, & quæ ad virtutem excitabat, talis extabat

Strabo. li. 5. Geog.

οὐ γὰρ ἔξεσι διδόναι τὰς θυγατέρας οἷς αὐ ἐθελωσιν, ἀλλὰ κρίνεσθαι κατὰ ἔτος, δίκα μὲν παρθένους, δίκα δὲ τῶν νέων τοὺς ἀρίσους, καὶ τὰς ἀρίστας τούτῳ τῷ πρότῳ τὴν πρότην διδοῦσι, τῷ δευτέρῳ τὴν δευτέραν, καὶ ἑξῆς οὕτως. ἐὰν δ' ὁ λαβὼν τὸ γέρας μεταβαλλομενος γένηται πονηρός, ἀτιμαζουσι καὶ ἀφαιρουῦται τὴν δοθεῖσαν. Id est. Non enim filias suas, quibus collibuerit, nuptum dare fas est. Verum quotannis decẽ præstantes decerni virgines, ac optimos totidem adolescentes, ex ijs primam primo locari, secundam secundo, & ita deinceps. Hoc pacto, quod si is qui primam accepit, honestam institutionem mutauerit in deterius, habitus contemptui per ignominiam est, & ei locata adimitur.

Strabo li. 5. Geog.

Refert idẽ Strabo ex Onesicrito ritum quendam nubendi filiasq; elocãdi apud Taxilos Indiæ gentem esse.

τοὺς μὲν δυναμενους εκδιδοναι τὰς παῖδας ὑπο πενίας, προσαγειν εἰς ἀγορὰν ἐν ἀκμῇ τῆς ὥρας, ὄχλῳ τε καὶ τυμπάνοις, οἷς περ καὶ τὸ πολεμικὸν σημαίνουσιν. ὄχλου προσκληθεντος τῷ ὃ προσελθόντι τὰ ὀπίδια πρώτον ἀνασύρεσθαι μέχρι τῶν ὤμων, εἶτα τὰ πρόσθεν. ἀρέσασαν δὲ καὶ συμπεσθεῖσαν, ἐφ' οἷς ἂν δοκῇ συνοικεῖν. Id est. Qui filias præ inopia locare nõ possunt, in ipso ætatis flore in forum perducunt, cum tuba & classicis, quibus bellica significari solent. Tum multitudine conuocata, puella accedenti primum posteriora humerotenus detegit, postea verò anteriora. Quæ cum placita fuerint & approbata, quibuscunq; videtur nubit. Refertur à Cicerone Themistoclis Athenienſis dictum cordatum & penitis pectoribus condendum.

Cicer. li. 2. Officior.

Hic cum cõsuleretur, vtrũ bono viro pauperi, aut minus probo diuiti filiam collocaret: ego verò, inquit, malo virum, qui pecunia egeat, quã pecuniam, quæ viro.

Iust. li. 3.

Lycurgus quoque in legibus quibus Lacedæmoniorum rempublicam formauit, statuit virgines sine dote nubere. Iussit vt vxores eligerentur, non pecunia, seueriusq; matrimonia sua viri cohercerent, cum nullis dotis frenis tenerentur. ¶ Imple hebdomadam dierum huius copulæ, & hanc quoque dabo tibi pro tẽpore quo seruiturus es mihi septẽ alijs annis. ¶ Satis apparet nuptiarũ officium per totos septem dies protractum epulis & comessationibus, cantibus, saltationibus.

Homerus ὀδυσ. φ. Sunt enim hæc, vt Homerus canit, ἀναθήματα λαυτῷ, id est, Additamenta conuiuij. Erant apud Græcos tres dies nuptijs destinati, & quisq; suo vocabulo appellabatur, vt scribit Pollux. Iulius Pollux. προαύλια δὲ ἡ πρὸ τῶν γάμων ἡμέρα, ἐπαύλια δὲ ἡ μετ' αὐτὴν, καὶ ἀπαύλια δὲ ἐν ᾗ ὁ νυμφίος εἰς τὸν πενθερὸν ἀπὸ τῆς νύμφης ἀπαυλίζεται. id est, προαύλια est dies qui præcedit nuptias, ἐπαύλια est secunda dies nuptiarum, ἀπαύλια verò est dies in qua sponsus in soceri domo à sponsa excipitur. Sunt etiam inter nuptialia conuiuia, repotia, sic appellata, quando postridiè nuptias apud nouum maritũ cænaẽ, quod quasi potio reficiaẽ. ¶Tandem Iacob potitus optatis nuptijs amorem sequentis priori prætulit, seruiens apud Laban septem alijs annis.¶

Videmus Iacob nõ omninò ab humanis affectionibus alienum fuisse. Amorem omnem suum à Lia quam ignorans insciensq; inierat in Rachelem trãstulit: Vsq; adeò forma corporisq; pulchritudo hominem trãsuersum rapere solet, quandoquidem, vt verè Theognides canit, Theognides.

ὅσσι καλὸν φίλον ἔῃσι, τόδ' οὐκ καλὸν, οὐ φίλον ἔῃσι.

Id est.

Quoniam quod pulchrum est idem est etiã charũ, quod verò non pulchrum, nec etiam charum est. Cæterum solet non rarò natura ipsa corporis vicia alijs dotibus pensare. Hac igitur benignitate factum est, vt Lia cõtinenti puerperio quatuor filios enixa sit, & in amorem Iacob sese fœcunditatis ergo insinuaret, quum interim Rachel formæ elegantiam sterilitate sua deuenustaret. Neq; Lia in tam fœlici quatuor filiorũ partu ingrata Deo fuit, sed vt quemq; enixa erat, ita etiam in illorum nominibus diuinam laudem testabatur. Cæterum libet hic paulum à litera digredi, & in alia mentem dirigere. Duæ hæ vxores Iacob germanæ sorores quidem, verum pulchritudine longè dispares, vt cum Rachel facie fuerit honesta & liberali, Lia vero inamœna, & lippiẽtibus oculis; magnã veteribus Theologis ansam ad allegorias meditandas tractandasq; præbuerunt. Fuerunt qui duas has sorores in matrimonio cum Iacob collocatas, vtranq; gentem Iudaicam & gentilem intellexerint; sed fidei connubio Christo copulatas. Ex his igitur Christus filios sustulit, partim dum ipse in terris adhuc degeret, partim apostolorum opera, iam in cœlum sublatus. Neque enim paruus è ludæis populus Christo accessit, quum legamus vna die tria milia credidisse, & alia quinq;. Sunt quoq; è veteribus theologis, qui Liam & Rachel ad geminam vitam referunt. Lia quidẽ mortalem hanc vitam exprimit, calamitosam, & lachrymarum plenam: Rachel futurã delineat, & quidem fœlicissimam, omnibusq; afflictionibus exemptam. Quinetiam germanæ hæ sorores Lia & Rachel geminã vitam quam Christianus quisq; in hac vita exercet significant, nempe vel actiuam, vel contemplatiuam. Cæterum quemadmodum in speculo verarum imaginum formæ elucent, ita etiam complura apud ethnicos videmus, q̃ ex sacris literis parũ appositè ad illos deriuata sunt. Quis crederet ethnicos hoïes Rachelem & Liã tanq; suas spõsas ambire voluisse, sed Rachelẽ multò impẽsius, vt quæ illis longè pulcherrima visa fuisset: Græcorũ philosophia initio in duas diuisa fuit partes, Naturalem, & Moralem. Naturalis illa philosophia præstantior visa est multoq; dignior. Alleuabat hęc animos vultusq; hominum ad cœlestia corpora, fulgẽtem Solem, lucẽtemq; globum Lunæ, titaniaq; astra. Horum venerandam faciem admirabantur, cursus, ortus obitusq; solerti ingenio deprehendere satagebãt. Ad hanc philosophiæ partem, tanquam ad Rachelem, primi illi Græcorum philosophi, magno studio rapiebantur. Habet tamen hæc philosophia originem à barbaris. Assyrij, vt Cicero scribit, propter planiciem, magnitudinemq; regionum, quas incolebant, cum cœlum ex omni parte patens, atq; apertum intuerentur: traiectiones, motusq; stellarũ obseruauerunt. Apud Græcos eclipsim Solis & Lunæ peruestigauit Thales Milesius, olympiadis quadragesimæ octauæ anno quarto, prædicto solis defectu, qui Alyatte rege factus est, anno vrbis conditæ centesimo septuagesimo. Ab hoc Thalete varij deinde discipuli profecti sunt, sed in naturalibus rebus peruestigandis omnem operã, studiumq; posuerunt. Post multos successit Socrates longè omnium philosophorum clarissimus, vir temperans, castus, iustus, modestus, iniuriarũ

Cicer. li. 1. de Diuina.

Plin. lib. 2.

patiens, neque opum, neq; voluptatis, ac ne gloriæ quidem appetens, nihil enim eum scripsisse certum est. Hic igitur Socrates, vt Cicero scribit, primus à rebus occultis & ab ipsa natura inuolutis, in quibus omnes ante eum Philosophi occupati fuerant, auocauit philosophiã, & ad corrigendos componendosq; mores inflexisse memoratur, cum ante illum omnes magis physicis, id est, naturalibus rebus perscrutandis operam maximam impenderint. Et hæc altera illa philosophiæ pars, quam Ethicen appellamus, siue moralem, quæ non immeritò Liæ cõparamus. Et quidem hæc Ethica parum speciosa minimeq; adamanda putata est, verum longè fœcundior, & ad numerosam filiorum sobolem generandam aprimè apta visa est. Hanc igitur moralem philosophiam Socrates cupidè complexus est, cum videret cœlestia illa, vel procul esse à naturæ cognitione, vel si maximè cognita essent, nihil tamẽ ad bene viuendum conferre. Hinc illud Homeri, cum frequens in ore habebat. Homerus ὀδυσ. δ.

Cicer. li. 1. Academ.

ὅσσι τοι ἐν μεγάροισι, κακὸν τ' ἀγαθόν τ' τέτυκται.

Id est.

Ædibus in nostris quæ praua aut recta gerantur.

Ante Socratem philosophorum nomen, aut nullum, aut perquàm exiguum in Græcia erat, quos physica tãquam Rachel ediderat. Cæterũ vbi Socrates moralem philosophiam tanquam Liam sibi deuouerat, tum philosophiæ illa lumina Plato & Aristoteles, & philosophorum nomen longè lateq; per Græciam inclarescere cœpit. Nam, vt Cicero scribit, cũ essent plures orti ferè à Socrate, quod ex illius varijs, & diuersis, in omnem partem diffusis disputationibus alius aliud apprehenderat, proseminatæ sunt quasi familię dissentiẽtes inter se, & multum disiunctæ & dispares; cum tamen omnes philosophi, se Socraticos & dici vellent, & esse arbitrarentur. Hactenus Cicero. Cæterum duæ hæ Rachel & Lia plenius à veteribus Theologis ad contemplatiuam & actiuam referuntur. Neque alienum fuerit paucis hic disserere vnde duæ hæ vitæ pendeant. Deus enim vniuersorum summum bonum, bifariam consideratur. Vno modo vt in se manẽs diuinitate plenissimus, sapientissimus, per se sufficientissimus, fœlicissimus, & seipsum solus vt est, cognoscẽs: Alio vero modo quasi seipsum propagans extra, & suæ bonitatis exuperantiã latè diffundens, cuncta disponens, gubernans omnia, cunctisq; prouidens sufficientissimè. Per vitam itaq; contemplatiuam nos huius vitæ boni summitatem (quantum mortalibus conceditur) adepti, ipsum imitamur in sua diuinitate manentem seipsum vt est contemplantem, sapientissimum, optimumq; rerum omnium finem. Per vitam verò actiuam (si in ea rectè viuamus) ipsum imitamur, vt rebus omnibus suam bonitatem communicantem, omnia suauiter disponentem, sapienter gubernantem omnia, omnibus sollicitè prouidentem, & vt optimum atque fœlicissimum rerum omnium patrem atq; regem. Et quemadmodum per hæc sensibilia ad inuisibilia Dei ritè aspiramus: ita quoque ex agibilium vita ad contemplatiuam recto ordine assurgendum est. Est enim actiua administratiua vita, vt terrena & sensibilis: contemplatiua verò, vt diuina, atque inuisibilis. Quantum verò à se differãt contemplatiua ab actiua, docet Suidas θεωρία, αἱρετωτέρα πρᾶξεως τοῦ εἶναι πρὸς τὰ τιμιώτερα τὴν ἐνεργείαν αὐτῆς. ἡ μὲν γὰρ πρᾶξις πρὸς τὰ πρακτέα τε καὶ ἐφ' ἡμῖν, ἡ δὲ θεωρία, πρὸς τὰ θεῖα, καὶ ἐπειδὴ τῷ τιμιωτάτῳ τῆς ψυχῆς γίνεται, τιμιώτατον γὰρ ὁ νοῦς τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, οὗ ἐνεργεία ἡ θεωρία. Id est. Contemplatio elegibilior est quã actio: causa verò est quoniam effectus eius est circa preciosiora. Actio verò est circa agibilia & quæ ad nos pertinent. Contemplatio spectat diuina, & quoniam nobilissima animæ parte fit, est enim inter potentias animæ mẽs nobilissima, cuius effectu contemplatio fit. Contemplatiua hæc vita communis olim fuit omnibus ferè Christianis, qui ad Christi professionem ab Apostolis ascíti erant. Porrò magna turba erat in Ecclesia Alexandrina, quam Marcus Euangelista Petri Apostoli discipulus, statuit. In horum laudem Philo Iudæus Alexandrinus expatiatur, quos appellat τὰς θεραπευτὰς & mulieres τὰς θεραπευτίδας. Causam nominis reddit Suidas post Eusebium. Suidas.

Cicero li. 3 de Orat.

Suidas.

παρὰ τὸ τὰς ψυχὰς τῶν πεφυσιόντων αὐτοῖς ἀπὸ κακίας παθῶν ἰατρὸν δίκην ἀπαλλάττοντας θεραπεύειν, ἢ τὸ πρὸς τὸ θεῖον καθαρᾶς καὶ εἰλικρινοῦς θεραπείας καὶ θρησκείας ἕνεκα. οὗτοι πρῶτον μὲν ἀρξάμενοι φιλοσοφεῖν, ἐβίσαντο τῶν προσκόντων καὶ τῶν ὑπαρχόντων, ἔπειτα δὲ πάσας ἀποτεξάμενοι τὰς τοῦ βίου φροντίσι καὶ ἔξω τειχῶν πόλεθόντες, ἐν μονάγροις ἢ κήποις ἢ ὄρεσιν τὰς διατριβὰς ποιοῦνται, τὰς ἐκ τῶν νόμοιν ἐπιμιξίας ἀλυσιτελεῖς τε καὶ βλαβερὰς εἰδότες, τὸν πεφυτικὸν ζηλοῦσι καὶ ἀσκοῦσι βίον. καὶ ἐν ἑκάστῃ συμμορίᾳ οἴκημα ὀνόμα ἱερόν, ὃ καλοῦσι σεμνεῖον, καὶ μοναστήριον ἐν ᾧ μονούμενοι τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου μυστήρια τελοῦνται, μηδὲν μηδὲν κομίζοντες μὴ ποτόν, μὴ σῖτον, μηδὲ τὴν ἄλλων ὅσα πρὸς τὰς τοῦ σώματος χρείας ἀναγκαῖα, ἀλλὰ νόμους καὶ λόγια θεσπίζοντα διὰ προφητῶν καὶ ὕμνους καὶ τἄλλα οἷς ἐπιστήμη καὶ εὐσέβεια συναύξονται τε καὶ τελειοῦνται. καὶ συναλόντι φάναι, σιτίου ἢ ποτοῦ οὐδεὶς αὐτῶν προσενέγκοιτο πρὸ ἡλίου δύσεως, ἐπειδὴ τὸ μὲν φιλοσοφεῖν ἀξίον φωτὸς εἶναι κρίνουσι, σκότους δὲ τὰς τοῦ σώματος ἀνάγκας. ὧς δὲ ἀζηνήσεις τῶν ἱερῶν λογίων γινόντα αὐτοῖς δι' ὑπονοιῶν ἐν ἀλληγορίαις. πάσα γὰρ νομοθεσία δοκεῖ τοῖς αὐδιεάσιν τούτοις ζῴων ἐοικέναι. καὶ σῶμα μὲν ἔχειν τὰς ῥητὰς διαλέξεις. ψυχὴν δὲ τὸν ἐνατοκεκρυμμένον τᾶς λέξεσιν ἀόρατον νοῶν. ὡσαύτως δὲ εἰσι τῆς αὐτῆς κατασκεύης καὶ αἱ γυναῖκες. Id est. Propterea quod animas ipsos accedentium à malis affectionibus, medicorum more curant, vel quod animas suas Deo castas & integras offerant, per cultum & religionem. Hi cum primum philosophari incipiunt ab omnibus consanguineis & facultatibus sese expediunt, & omnes curas vitæ à se ponunt, & extra muros secedunt, in agris, vel hortis aut montibus vitam agentes, etiam refugientes imparis propositi consortia, & vitæ dissimilis contubernia, scientes impedimento esse hæc, itaq; vitam propheticam sectantur & exercent. Habet verò quælibet multitudo sacram ædem aliquam, quam vocant cœnobium siue monasterium, in hac solitarie vitam agunt, & venerabilis vitæ mysteria peragunt, nihil secum ferunt, non potum, nō cibum, neque vlla alia quæ corporis necessitas exigit, sed leges & oracula à prophetis vaticinata, hymnos quoque atque alia quibus scientia & pietas augetur, perficiturq;. Et vt summatim dicam. Cibum vel potum nullus ipsorum sumit ante solis occasum, quoniam ipsum philosophandi opus dignum esse iudicant die, corporis necessitates nocte. Porrò enarrationes sacrorum oraculorum fiunt ab ipsis allegorico intellectu. Omnis enim lex videtur viris illis similis esse animali. Corpus quidem habere sermones, animam verò esse inuisibilem intellectum in verbis latentem. Sed & mulieres pari modo in eodem viuunt instituto. Hactenus Suidas ex Philone. Scribit hæc Philo, vt Hieronymus author est, de prima Marci Euangelistæ apud Alexandriam Ecclesia, & in nostrorum laude versatus est: non solum eos ibi sed in multis quoque prouincijs esse memorans: & habitacula eorum dicens monasteria. Ex quo apparet talem primum Christo credentium fuisse Ecclesiam, quales nunc monachi esse nituntur & cupiunt, vt nihil cuiusquam proprium sit, nullus inter illos diues, nullus pauper, patrimonia gentibus diuiduntur, orationi vacatur, & Psalmis, doctrinæ quoque & continentiæ, quales & Lucas refert, primum Hierosolymæ fuisse credentes. Hactenus Hieronymus. Porrò liber Philonis, quem de Apostolicis viris scripsit, titulū habet, περὶ βίου θεωρητικοῦ ἱκετῶν, id est, De vita contemplatiua supplicum, quod videlicet cœlestia contemplentur, & semper Deum orent. Atqui nulli mirum videri debet si contemplatiua hæc vita semper pientissimis viris cordi fuerit, cum etiam eandem videamus summis philosophis maximè in pretio habitam, imò vt verum fatear, tanto dignior nobis haberi debet, quanto apud ethnicorum præstantissimos viros, summa semper habita est atque præstantissima. Aristoteles diuino suo ingenio, per decem Ethicorum libros de moribus disserit, ad quos actiuæ vitæ fœlicitatem pertinere scribit, tandem in decimo totius operis libro de fœlicitate diuina ac contemplatiua vita sermonem oxorditur, quæ actiuam vitam multis nominibus longè superat. Siquidem ea vita quæ ab actiua, administratiuaq; virtute manat, secundum sibi vendicat locum, causam reddit hanc Aristoteles, αὐ γὰρ κατ' αὐτὴν ἐνέργειαι, ἀνθρωπικαί. δίκαια γὰρ καὶ ἀνδρεῖα καὶ τὰ ἄλλα τὰ κατὰ τὰς ἀρετὰς

Hieron. in Philone.

Aristot. lib. x. Ethic.

τὰς πρὸς ἀλλήλους πραττόμενα, ἐν συναλλάγμασιν καὶ χρείαις καὶ πράξεσι παντοίοις, ἐν τοῖς πάθεσιν τὸ πρέπον ἑκάστῳ διαιροῦντες πάντα δ'. εἶν φαίνεται πάντα ἀνθρωπικά. Id est. Operationes quæ ab hac prodeunt humanæ sunt, nam iusta & fortia, & cætera quæ à virtutibus proficiscuntur, inter nos ipsos agimus, in commercijs & necessitatibus atque actibus communibus, & item affectibus, vnicuique seruantes decorum. Hæc autem omnia cōstat esse humana. Affert Aristoteles varias rationes quur cōtemplatiua vita inprimis beatissima censeatur, nempe quod beatis illis & supernis mentibus admodum affinis sit, quibus contemplatio vnicum & solum opus sit, οὐ θεοὺς γὰρ μάλιστα ὑπολήψομεν μακαρίους ᾗ δυδαίμονας εἶν. πράξεις δὲ ποίας ἀπονέμομεν χρεῶν αὐτοῖς ποτερὰ τὰς δικαίας, ἢ γελοῖοι φανοῦν? συναλλάττοντες καὶ παραταθήκας ἀποδιδόντες, ᾗ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. ἀλλὰ οὐ αὐδρείους ὑμαλοῦντας τὰ φοβερὰ καὶ κινδυνωδοῦντας ὅτι καλόν, ἢ οὐ ἐλευθέρους. τίνι δὲ δίδοῦσιν, ἄτοπον δ' εἰ ᾗ ἔσαι αὐτοῖς νόμισμα ἥτι τοιοῦτον. εἰ δὲ σώφρονες, τί ἂν εἴη. ἢ φορτικὸς ὁ ἔπαινος ὅτι δὴ ἔχασι φαύλας ὀλιγομίας· διεξῆσι δὲ πάντα φαίνοιτ' ἂν τὰ πρὸς τὰς πράξεις, μικρὰ καὶ αὐάξια θεῶν. ἀλλὰ μὴν ζῶντε πάντες ὑπολήψασιν αὐτὸς καὶ γὴ δρᾶν ἄρα. ὁ γὰρ δὴ καθεύδειν, ὥσπερ ᾗ γὴ δυνάμενος. ὧδ' δὴ ζῶντι τῷ πράττειν ἀφῃρημένῳ, ἔτι ἢ μᾶλλον τὸ ποιεῖν, τί λείπεται πλὴν θεωρία. ὥστε ἡ τοῦ θεῖ γὴ δρᾶν μακαριότητι διαφέρει ἡ θεωρητικὴ ἂν εἴη. ᾗ τῶν ἀνθρώπινον δὲ ἡ ταύτῃ συγγενεστάτη, εὐδαιμονικωτάτη. Id est. Deos maximè beatos esse putamus, atq; fœlices, at quosnā actus tribuere illis oportet, iustósne? An ridiculi videbuntur, si commutent, & deposita reddāt, & huiusmodi cætera agant? An fortes nec propterea quod formidolosas res sustinent, periculaq; subeūt honestatis ipsius causa? An liberales? at cuinam dabunt? Absurdum est insuper si numos etiam habeant, aut aliquid tale? An temperantes? at quid nā fuerint? An laus sit importuna si prauas dij cupiditates non habere dicantur? Ita per omnia discurrēt, cuncta quę sunt circa actus, parua quædam, & nō digna dijs immortalibus sanè videntur. At verò viuere ipsos vniuersi putant, quare & operari. Non enim oportet illos (vt Endymionem aiunt) dormire. Viuenti ei igitur, cui actio & multo magis effectio non tribuitur: quid nam aliud præter cōtemplationē restat? Quare Dei operatio precellens beatitudine, cōtemplatio sine cōtrouersia fuerit. Et humanarum igitur operationum ea homo est summe fœlix, quæ illi maximè est cognata. Sunt item plura apud Aristotelem argumenta quibus contemplatiuæ vitæ dignitatem effert & laudat. Exrant Sermones complures nomine Maximi Tyrij Platonici philosophi de varijs rebus conscripti. Inter hos duo sermones extant de vita actiua & contemplatiua scripti, quibus vtriusque vitæ præconium complectitur, sed vsqueadeò ambigue, vt nescias vtri palmam concedere videatur, & quā cui preferre velit. Putat tamē actiuā vitam optimè è speculatiua formari posse, quod illa quæ honesta & vtilia factu in rebus publicis sint, à ratione mentis & sapientia petenda videantur. Græcorum philosophi contemplatiuæ vitæ sese asseruerunt & in illa omnem operam studiumq; posuerunt. Verum hoc contemplatiuo suo ocio, optimas quasq; ratiōes & vias peruestigarunt, quibus ciuitates & ciuium mores optimi instituendi forent. Exemplo nobis esse poterunt Academia & Licium, in quibus Plato & Aristoteles, à forensi strepitu semoti, contemplatiuā agebant vitam, sed quę politicas atq; actiuas vrbium ciuiumq; peperit institutiones. Scripsit enim vterq; in contēplatiuo suo ocio, politicarum rerum libros, pari tum eruditione tum ingenio. Hinc etiam fit, vt Maximus ídem scribit, quod contemplatiua vita potior sit quàm actiua, nempe quod hæc ab illa formetur, instituaturqúe. Cæterum si vtilitatem spectare velis, præstantior erit actiua. Hæc enim regna, vrbes, populosqúe, pacis fœdere astringit, atque continet, vicijs & sceleribus compertos, supplicijs afficit, de humano genere bene meritos beneficijs muneribusqúe cumulat. Denique actiuæ vitæ omnia referimus accepta. Has tantas eius dotes optimè significat Lia, quę sūbinde prægnans, vberem filiorum messem marito Iacob edidit. Neque negandum est, vtranque virtutem contemplatiuam & actiuam, summa perfectione in Deo esse. Est certè Deus in diuina sua natura plenissimus, sapientissimus, atq; nullius egens, sua fœlicitate fœlicissimus, atque sua beatitudine beatissimus. Sed vt ait Maximus

Eodem lib.

Maximus Tyrius.

Maximus. Tyrius. ximus, nec Iuppiter ipse ocium agit: qui si cesset feriatus, cessare etiã cogatur & cœlum ab agendo circuitu. Cesset item nutrire & tellus, fluere amnes, pelagus excipere, cessent vicissitudines, cessent præterea hominum virtutes, animalium salus, procreatio fructuum. Vniuersus deniq; orbis ab errore distractus, confusionem simul ac perturbationem incurrat. Iouis negotium indefessum penitus est, continuum, ac vigilantissimum, quod nunq; aut deficiat, aut etiam ab opere recedat, perennem enim salutem vniuersis rebus effundat. Hanc actiuam virtutem Dei pa
Ioann. 5. tris & suam Christus agnoscit vbi ait, pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Neq; alienum fuerit si in vno homine geminam hanc vitam inueniri posse dicamus. Describit propheta Ezechiel
Ezech. 1. quatuor illa cœlestia animalia, oculis vndiq; plena, senas alas habentia, verum vt propheta scribit יְדֵי אָדָם מִתַּחַת בַּכַּנְפֵיהֶם id est, Et manus hominis erant sub alis eorum. Quis tã obesis naribus erit, cui non statim allegoricus intellectus hic suboleat, contemplatiuam vitam cum actiua iũctã esse posse? Christus dominus noster totius pietatis exemplar, vtranq; hanc vitam optimè præstitit. In monte pernox in oratione perseuerabat, qua nihil pernicius in sublime piæ mẽtis alis ferri amat: idem in operibus mirus & varius, quum mortuos ad vitam excitaret, leprosos mũdaret, debeles & claudos ad pristinũ mẽ
Ioan. 2. brorum robur instauraret. Idem neq; manibus temperabat, cum in templo Hierosolymitano fori speciem inuenisset, colũbas & boues prostantes, cõtexuit sibi veluti flagellum è funiculis, tãquam canes è domo Dei profligaturus, magnaq; indignatione simul & authoritate, omnes illos exegit è templo, negociatores vna cũ suis mercibus exturbans. Si Homero credimus Vlysses vtile virtutis & sapientiæ exemplar fuit, at idem neq; in operibus cessauit, vt poëta canit.

Homer. li. α. ὀδυσ. ἀρνύμενος, ἵππους τε καὶ ἀνέρας εὐρυκρείων.
Id est.
Qui reditum in patriam, socijs vitamq; redemit.

Quid quod neq; manibus temperauit, dum Thersitẽ plurimis verbis garriente,
Home. lib. β. ἰλιαδ. vsq; ad liuidas vibices sceptro verberauit,

σκήπτρῳ δὲ μετάφρενον, ἠδὲ καὶ ὤμω
πλῆξεν, ὀδὰξ ἰδίνωθη, θαλερὴ δ' ἐκπέσε δάκρυ.
σμῶδιξ δ' αἱματόεσσα μετ' ἀφρένα ἠὐπαίεσκε
σκήπτρου ὑπὸ χειρὸς, Id est.
Et dorsum sceptro percussit Vlysses.
Atq; humeros crebris angustos ictibus heros,
Hic sed contractus lachrymas profudit obortas,
Percusso in dorso mox subsiliere rubentes,
Sanguine vibices duro sub pondere sceptri.

Cernens autem Rachel quod infœcunda esset inuidit sorori suæ.] Coniugium ipsum omnibus suis numeris consummatum esse non videtur, si liberi defuerint; qui tanq; fructus quidam matrimonij esse censentur. Scribit Aristoteles, quod non essendi solum causa, verumetiam bene essendi mas & fœmina opemutua coniungũtur, *Genesis Cap. XXX.* *Arist. lib. α. οἰκον.*

καὶ τὰ τέκνων κτῆσις ὁ λειτουργίας ἕνεκα τῆ φύσει μόνον ἢ καὶ τυχαία, ἀλλὰ καὶ ὠφελείας ἕ γὰρ ὧν δυνάμενοι εἰς ἀδυνάτους πονήσωσι πάλιν κομίζονται παρὰ δυναμένων ἀδυνατοῦντες γὰρ τῷ γήρα. ἅμα δὲ καὶ ἡ φύσις αὐξαπληροῖ ταύτῃ τῇ περιόδῳ τὸ ἀεὶ εἶναι, ἐπεὶ κατ' ἀριθμὸν ὁ δυνατὸν, ἀλλὰ κατ' εἶδος. ὅτω πεφυκόνομεν τῶν θείων ἑκάτερος ἡ φύσις τοῦτο αὐξῆσαι καὶ μετὰ γυναικὸς πρὸς τὴν διαιωνίαν. Id est. Filios procreant, non solum vt id naturæ tributum ferant, verumetiam vt cõmoda exinde suscipiant. Valentes enim ipsi, imbecilles suos labore tuentur, & alunt. Mox ipsi imbecilles ob senũ facti, à valentib. eadẽ reportant. Et simul natura per hunc circuitũ adimplet sempiternitatem ex quo secundum numerum non potest, at secundum speciem. Sic enim diuina prouidentia, vtriusq; natura ordinata est, viri scilicet & mulieris ad societatem. Scribit Plato quoque de nuptiarum fine hæc, *Plato libro de leg.*

πρὸς γάμων δὴ τοῦτ' ἔσται πρᾶγμα θεῖον λεγόμενον, ὡς χρὴ τὰ ἀειγενοῦς φύσεως αὐτὸ χαίρειν. καὶ παῖδας παίδων καταλείποντι ἀεὶ τῷ θεῷ ὑπηρέτας αὐθ' αὐτῷ παραδιδόναι. Id est. Quod ad nuptias pertinet, hæc sint illarum solatia dicta, quod necesse sit semper naturæ mãsuræ inseruire, & qui filios filiorum reliquerit, tãquam si Deo pro se famulos tradiderit. Rursus, γεννῶντας τε καὶ ἐκτρέφοντας παῖδας καθάπερ λαμπάδα τὸν βίον παραδιδόντας ἄλλοις ἐξ ἄλλων, θεραπεύοντας ἀεὶ θεοὺς κατὰ νόμους. Id est. Generare & educare filios, tanquam lampada vitam tradentes alijs ex alijs, colentesque semper deos legitimè. Hæc Plato. Inter varia mortis solatia, hoc quoq; vnũ esse existimatur, filiorũ superstitũ vita & præstãtia, qui defunctum parentem voce vultuque referant, sic certè fit vt mortui memoria semper quasi

Eccle. 30. quasi viua sit, & in longum propagetur. Vidit hoc Sapiens Sirach, quum sic ait, ἐτελεύτησεν αὐτὸ ὁ πατὴρ, καὶ ὡς οὐκ ἀπέθανεν, ὅμοιον γὰρ αὐτὸ κατέλιπεν μετ' αὐτόν. ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ εἶδεν καὶ ἐυφράνθη, καὶ ἐν τῇ τελευτῇ αὐτοῦ οὐκ ἐλυπήθη, ἐναντίον ἐχθρῶν κατέλιπεν ἐκδίκον καὶ τοῖς φίλοις ἀνταποδιδόντα χάριν. Id est. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus. Similẽ eũ reliquit sibi post se. In vita sua vidit, & lætatus est in illo, in obitu suo non est contristatus, nec cõfusus est coram inimicis. Reliquit enim defensorem, & amicis gratiam reddentẽ. [Et ait marito suo. Da mihi liberos alioqui moriar.] Mirum est muliebre genus tãto studio liberos affectare, quos & per tot mensium fastidia, & per sæuos partus dolores mundo edunt. Sed est hic illis amor insitus, & à natura innatus, vt Euripides ait. *Euripid. in Phœniss.*

δεινὸν γυναῖξιν αἱ δι' ὠδῖνων γονὰ,
καὶ φιλοτεκνοῦν πᾶς πᾶν γυναικεῖον γένος.
Id est.
Filij quidem mulieribus per dolores fiunt,
Et tamen amans filios est omne muliebre genus.

Extant huius amoris crebra exempla in puellis hauddum nubilibus, quas videmus puppas sinu atq; in cunis circumferre, identidem exosculari; iam tum nuptiarum opus meditantes. Quinetiam saeris virginibus, perpetuus cum puppis lusus est, quas videmus venustè & scitè indusiatas, ac regio cultu ornatas, summo etiam laicorum studio spectari. Has igitur illæ in delicijs habent & amore fouent, & quasi spirantes puellos studiosè curant. Adeo τὸ φιλοτεκνοῦν illud è mulierum animis excuti non potest. Hanc dotem mulier naturæ beneficio accepit, nẽpe fœcunditatem & filiorum nutricationem, qua vetus illud vicium pensare debet, quod prior diaboli calliditate decepta sit, & virum in damnationis suæ consortium pellexerit. Solẽt filij honesti maximum matribus honorem afferre, neq; aliud est quo vehementius sibi mulieres placere solent, quàm ob filiorum præstãtiam. Sunt enim liberi maxima ornamenta matronis; quod Corneliæ Aphricani filiæ & Gracchorum matris exemplo satis ostensum est. Apud hanc cum Campana quædam matrona ornamenta sua quæ pulcherrima habebat, insolentius iactasset, tum Cornelia traxit illam sermone quousq; è schola redirẽt liberi; & hæc, in-
Val. Max. lib. 4.
quit, ornamenta mea sunt. [Cui iratus respondit Iacob. Num pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui?] Sterilitatis causas haud dubium est plures à natura hominis vel si mauis, vicio proficisci. Aristot. *Arist. li. 6. de gen. an.*
has causas sterilitatis in viris & mulieribus reddit, καὶ γὰρ ἐκ γήρους ὅταν πηρωθῶσιν οὗ τόποι οὗ πρὸς τὴν μίξιν χρησιμοι γόνου γυναῖκες καὶ ἄνδρες, ὥστε τὰς μὲν μὴ ἡβᾶν οὗ δὲ μὴ γεναιᾶν, ἀλλ' δυνοχίας διατελεῖν ὄντας. τοῖς δὲ πθοῖόσης ἡλικίας, τὸ αὐτὸ συμβαίνει πάσχειν, ὅτε μὲν δι' δυσποιΐαν τῶν σώματων τοῖς μὲν γὰρ πωτέροις γινομένοις, τοῖς δ' δυκτικωτέροις τὸ σῶμα κατεναλίσκεται τὸ πρίηπωμα τὸ πορματικόν. καὶ τοῖς μὲν ὁ γίνεται τὰ κατα μικία, τοῖς δὲ ἡ γονῆ, ὅτε δὲ σὰ νόσου, οἱ μὲν ὑγρόν καὶ ψυχρὸν πθοῖωται, τοῖς δὲ γυναικεῖν καθάρσεις φαῦλαι καὶ πλήρεις νοσιματικῶν πρίηπωμάτων. πολλοῖς δὲ καὶ πολλοῖς καὶ σὰ πηρώματα τοῦτο συμβαίνει τὸ παθὸς, πδὶ τὰ μόρια καὶ οὗ τόπος οὗ πδὶ τὴν ὁμιλίαν χρησιμος. Id est. Nã & à primo ortu naturæ locis ad coitũ cõmodis oblæsis, steriles & mulieres & viri redduntur, vt alteræ non pubescant, alteri non barbescant, sed spadones quidã sint. Alijs in processu ætatis, idem accidit affectus, aut propter corporis nutricationem pleniorem, mulieribus enim pinguioribus factis, viris corpore melius habito excremẽtum seminale in corpus absumitur. Itaq; fit vt illis menstrua desint, his genitura, aut ex morbo, viris humidũ frigidumq; emittitur semen; mulieribus purgationes viciantur, plenæq; excremẽtorũ morbificorũ redduntur. Multis etiã tũ viris tũ mulierib. hoc idẽ accidit malũ oblæsis partib. & locis accommodatis ad Venerẽ. Hæc Arist. Cæterum ex multis sacræ scripturæ locis liquido cõstat, non raro sterilitatẽ diuino iudicio mulierib. irrogari, & fœcunditatem rursus magni muneris loco donari, quod Dauid sic ait מוֹשִׁיבִי עֲקֶרֶת הַבַּיִת אֵם הַבָּנִים שְׂמֵחָה id est: Ponere sterilẽ in familiã, & in matrẽ ob filios lætantẽ. Scribunt Hebræi Deum sibi retinuisse tres claues, quas nulli nuncio cõmisit, nẽpe clauẽ חַיָּה id est, vitæ, & clauẽ גְּשָׁמִים id est, pluuiarũ, & clauem תְּחִיַּת הַמֵּתִים vitę mortuorum, putat resurrectionem mortuorum. Clauem vitæ putat sterilitatem vel fœcunditatem. Hinc aliquãdo legimus in scriptura יְהוָה סָגַר רַחְמָהּ id est: Dominus conclusit vulnus eius, & contra בְּרִיתָהּ יָרֵי אֶת רַחְמָהּ, i. Aperuit dominus *Psal. 113.*

minus vuluam eius. Plato diuino suo ingenio semper proximè ad maiestatem sacrarum literarũ accessit. Sciuit ergo quẽadmodum nuptiæ diuinum essent institutum, ita quoq; illarum fructum è superis emanare, ἡ γὰρ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνουσία τόκου ἄιτιον. ἔστι δὲ τοῦτο θείου τὸ πρᾶγμα, καὶ τοῦτο γὰρ θνητῷ ὄντι τοῦ ζῴου ἀθανατοῦ ἄιτιον ἡ λύπησις καὶ ἡ ἡδονησις. Id est. Ex viri & vxoris cõgressu partus nascitur, atqui hæc res diuina est. Et quamuis in mortali semper animante fiat, tamen hæc prægnatio & genitura ab immortalibus est. Nec Romanos latere poterat, fœcũditatem diuinum esse munus. Hinc ad varios Deos & superstitiones conuersi sunt, quibus sterilitatem depelli posse putarunt. Habebant Cerere natos Liberum & Liberam, eosq; non fratres solum, verumetiam coniuges. Putant hos esse Solem & Lunam, in quorũ potestate sint vires generandi, sub Libero virorum, sub Libera vis fœminarum. Erant inter Romanorum festa Lupercalia quæ in Februario mense agebantur à iuuenibus. Describit Plutarchus illa in hunc modum, τῶν δ' εὐγενῶν νεανίσκων καὶ ἀρχόντων, πολλοὶ διαθέουσιν αὐτὰ τὴν πόλιν γυμνοὶ σκυτεσιν λασιοις τὸν ἐμπροσθῶν ὧν παιδιᾷ καὶ γέλωτι παίοντες. πολλαὶ δὲ καὶ τῶν τέλει γυναικῶν ἐπίτηδες ὑπαντῶσαι, παχέι χουσι ὥσπερ ὑπ' διδασκάλου τοῦ χεῖρε ταῖς πληγαῖς, πεπεισμέναι πρὸς ὀδυνίαν ἐλυούσας, ἀγόνοις δὲ πρὸς λύπησιν ἀγαθὸν εἶναι. Id est. Multi ex nobilibus et claris iuuenibus nudi per vrbem discurrunt, & scuticis hirsutis obuios per ludũ & risum cædunt. Quinetiam multæ claræ mulieres data opera his obuiam eunt, & seipsas plagis tãquã in schola offerũt, manus his præbentes, persuasæ plagas has prægnantibus ad faciliorem partum, sterilibus verò ad fœcunditatem proficere. Ad hunc superstitiosum morem Ouidius respexit, cum sic in Fastis canit.

Plato in Sympos.

Plutarc. in Cæsare.

Nupta quid expectas, non tu pollentibus herbis,
Aut prece, aut magico murmure mater eris.
Excipe fœcundæ patienter verbera dextræ,
Iam socer optatum nomen habebit aui.

Ouid. li. 2. Fast.

Abfuerunt à Iacob vxoribus tales superstitiones, & ab alijs cordatis Iudaicæ gentis mulieribus. Notum est qualibus precibus ad Deum fusis, Anna, prophetam Samuelem à Deo impetrauit. Sed et Iacob vxores precibus rem omnem egerunt apud Deum. Hinc vtriusq; vox est שָׁמַע בְּקוֹלִי id est. Audiuit vocem meam. Retulit quoq; Anna filium suum Samuelem Deo acceptum, quod nomine ipso significatum volebat, appellauit enim nomen eius Samuel כִּי בִירֻחָהוּ שְׁאֻלֹתִיו id est, quoniam à Deo postulaui eum. Idem Suidas scribit, ὅν σαμουὴλ ἐκαλεσε θεαδίτητον ὡς ἄν τις εἴποι. Id est. Vocauit eum Samuel, vt sit quasi à Deo petitum. ℄ Habeo famulã Balã, ingredere ad illam, vt pariat super genua mea, & habeam ex illa filios. ❊ Quid est, vt pariat super genua mea? an sit vt pariat filios quos possim ego adoptionis lege tanquã meos, super genua collocare, vt solẽt matres quando magna voluptate infantibus & pueris adblandiri solent. Ad hũc morem respexit Iob quum inquit סַדְּרוּ־בִי בִּרְכָּיִם id est. Quare occupauerunt me genua. Siue, vt nostra lectio habet: Quare exceptus genubus? Sed & Homerus eundem morem sic canit.

1. Reg. 1.

Suidas.

Iob. 3.

Homer. li. 1. Iliad.

ὅτι μαλ' ὁ δ' Ἰλιαδὸς ὃς ἀθανάτοισιν μάχοιτο
ἑδρήτι μὶν παῖδες ποτὶ γόνασι παππάζεσι.

Id est.

Qui dijs infensus gerit immortalibus arma,
Non penes hunc genubus nati super vsq; sedebunt,
Blandiri assueti.

℄ Egressus autem Ruben tempore messis triticeæ in agrum reperit mandragoras, quas matri Liæ detulit. Dixitq; Rachel. Da mihi partem de mandragoris filij tui, &c. ❊ Mandragoræ in Hebræo vocantur דּוּדָאִים In Cantico quoq; de his legimus חֲדוּדַאִים נָתְנוּ רֵיחַ id est. Mandragoræ dederunt odorem. Inter Iudæorum Rabinos, quibus maximè credendum esset, non satis constat quid mandragoræ sint. Kimhi dicit תם שֹׁרֶשׁ עֲשֵׂה שֶׁהוּא כְּדְמוּת אָדָם id est. Mandragoræ sunt herbæ radix quę est secundum similitudinem hominis. Dioscorides scribit mandragoras varijs nominibus appellatas, habere verò radices duplicis generis, nempe masculini & fœminini. Porrò fœmininam radicem nigram esse, & masculinam albam, ad hæc folia diuersa vtrisq; esse. Sunt qui mandragoræ poma in cibum sumpta sterilibus mulieribus fœcũditatem afferre putẽt. Quod quidem Augustino parum probatur, qui fructũ hũc nulla alia re gratum esse scribit nisi suaueolentia; cætera insipidum. Porrò quod ad fœcunditatis opinionem attinet, hanc Dioscorides comprobare videtur, qui de pomis

Dauid Kimhi.

Dioscorid.

Augu. lib. 22. cont. Faust.

Dios. li. 4.

pomis mandragoricis sic scribit, τὸ δὲ ἀπὸ μαῖα τῶν μήλων πολὺν ὑστεραν καθαίρει. Id est, Semen malorum potum vuluam purgat. Putat idem radici vim amatoriam inesse, δοκεῖ ἡ ῥίζα φίλτρον εἶναι ποιητικὴ. Quod si hæc vera sunt, facile intelligere est, quare de mandragoris inter mulierculas certamen exortum sit. Scribit de mandragoris Dioscorides alia, μανδραγόρου δὲ πολὺν τοῦ εὐθέως καὶ ἐπακολουθεῖ καὶ ἔκλυσις καταφορά τε ἰσχυρὰ κατὰ μηδὲν διαφέρουσα πάθους τοῦ λεγομένου λεθάργου. Id est. Si quis mãdragoram biberit statim sequitur grauedo & dissolutio, atq; somnolentia vehemens, quę in nullo differt à morbo quem lethargum dicimus. Hinc Suidas ait, μανδραγόρας, ὑπνωτικὸς καρπός, ἡ λήθης ποιητικός. Id est. Mandragora fructus est somnum vel obliuionem faciens. Et Xenoph. τοῦ γὰρ ὄντι οἶνος ἀρδῶν τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας ὥσπερ ὁ μανδραγόρας ἀνανθρώπους κοιμίζει. Id est. Reuera enim vinum rigans animas, ipsas tristitias, quemadmodum mandragora homines soporat. Quid verò allegoricè significent mandragorica hæc poma suaueolentia, & à Lia Racheli donata, fortasse ab alijs fœlicius tractatum est, vt nostra opera necessaria non sit. ℄ Recordatus est dominus Rachelis, exaudiuitq; eam, & aperuit vuluam eius. Quæ concepit & peperit filium, dicens: Abstulit Deus opprobrium meum. Et vocauit nomẽ eius Ioseph. ❊ Quemadmodum videmus telurem hanc communem omnium mortalium parentem apprimè fœcundam esse, benignęq; omnib. è suo sinu vitæ alimoniã suppeditare; ita contra si qua sterilis sit, minimeq́ue cum fœnore accepta semina reddens, eam execramur, vt humana opera indignam, quæ in illa excolenda luditur. Hæc tam sæua deuotio non iniustè à terra in hominem translata est, cum hic ab illa formatus sit, & plurima similitudo inter vtrunq; videatur. Sub veteri Mosaica lege Deus Israelitici populi sui multitudini semper consuluit, eumq; in immẽsum crescere volebat, & odisse sterilem hominem, quem à sua gente procul abesse iubebat. Hoc diuinum scitum postea amplexi sunt gentium legislatores. Lycurgus sanctissimas leges Lacedæmonijs cõdidit, quibus inhonori censebantur agami, & steriles, neq; parem cum fœcundis honorem communicabant. Hinc illud in Dercyllida à iuuene Spartano dictũ nemo non probat, qui assurgere illi noluit, quanquam imperatori non improbo, neque cedere subsellio, verbum illud promens dignum memoratu. Ideo tibi non assurgo, quoniam neq; tu filium qui mihi cederet, genuisti. Hoc tum opprobrio affectus est clarus Spartanus, sed ἄτεκνος à iuuene sed ἐντέκνῳ. Neq; Romanorũ grauitas in steriles clementior erat. Censorię notæ in vicios os quoq; sæuiebant, verum in steriles hunc in modum detonabant. Natura vobis quemadmodum nascendi, ita gignendi legem scribit, parentesq; vos alendo nepotum nutriẽdorum debito (si quis est pudor) alligauerunt. Quid ni gloriaretur Rachel sese hac ignominiosa nota exemptam, idq; diuino beneficio, quum filium nobilissimum Ioseph genuisset. Cæterum quum Iacob nuptias & numerosam eius prolem, cum itẽ vxorum eius tam vehemens desideriũ ad filios habẽdos, videam: facile erit vt quis Fausti Mileuitani illius blasphemias retundat. Fuit hic, si linguæ nitorem aspicias, latinę linguę peritissimus, & inprimis eloquens; sin mores & religionem, barbarus & Manicheus. Scurratur hic in Deũ veteris testamenti, quem tãquam sanguinis & bellorum auidum atq; Iudæorum corruptorem impiè proscindit. Sed & cõiuges Iacob viruleter impetit vt lasciuas, cum tamen nulla in illis lasciuię videatur significatio, vt quæ congressum viri nulla voluptatis causa, sed liberorum gratia certatim ambirẽt. Quod quidem vel hinc liquere poterit, quod famulas suas cum marito congredi æquo animo passæ sint, filiosq; ex illis natos materno animo fouerint, inq; filiorum loco semper habuerint, nõ hic zelotypię furor illas vexabat, neq; famulas vt pellices suas persequutæ sunt; sed magis chariores habuerunt quod illarum opera è marito filijs abundare contigisset. Adeo tum coniugij fructus non libido putabat esse, sed ingens filiorũ messis. Trahebat ergo illarũ coniugium libidinem secum captiuam tanquam pedissequam, nõ sequebatur illã vt dominã. Huius castimoniæ cum hodie nulla exempla extent, pdigij instar habet, & plurimũ inter hęc nostratia, & illarũ matrimonia interesse facit. Hinc fortasse est quod Plato duas Veneres facit, priorem cœlestem, quam οὐρανίαν vocat, posteriorẽ appellat πάνδημον

Lib. 6.

Suidas.

Xenop. in Sympos.

Val. Ma. lib. 2.

πανδήμου, id est, popularem, & omnibus ferè communem. Ad eũdem modum duplicem amorem facit, qui vtramq; Venerem comitari solet. Causam reddit Plato,

Plato in Sympo.

πάντες γὰρ ἴσμεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνευ Ἔρωτος Ἀφροδίτη. τούτῳ δὲ μιᾶς μὴ οὔσης, εἷς ἂν εἴη Ἔρως. ἐπεὶ δὲ δύο ἐστόν, δύο καὶ ἀνάγκη καὶ Ἔρωτε εἶναι. πῶς δ' οὐ δύο τὰ θεά; ἡ μὲν γε πρεσβυτέρα καὶ ἀμήτωρ, οὐρανοῦ θυγάτηρ, ἣν δὴ καὶ οὐρανίαν ἐπονομάζομεν. ἡ δὲ νεωτέρα, Διὸς καὶ Διώνης, ἣν δὴ καὶ πανδήμου καλοῦμεν. αὐταγκαῖον δὴ καὶ Ἔρωτα τὸν μὲν τῆς ἑτέρας συνεργόν, πανδήμου ὀρθῶς καλεῖσθαι, τὸν δὲ οὐρανίου. ἐπαινεῖν μὲν δὴ δεῖ πάντες θεούς. ἃ δ' ἂν ἑκάτερος εἴληχε πειρατέον εἰπεῖν. πᾶσα γὰρ πρᾶξις, ὥσθ' ἕκαστα ἐφ' ἑαυτῆς πραττομένη, οὔτε καλή, οὔτε αἰσχρά. οἷον, ὅ νῦν ἡμεῖς ποιοῦμεν, ἢ πίνειν, ἢ ἄδειν, ἢ διαλέγεσθαι. οὐκ ἔστι τούτων αὐτὸ καθ' αὑτὸ καλὸν ὁδεί, ἀλλ' ἐν τῷ πράττειν ὡς ἂν πραχθῇ τοιοῦτον ἀπτεῖν. καλῶς μὲν γὰρ πραττόμενον καὶ ὀρθῶς καλὸν γίγνεται. μὴ ὀρθῶς δὲ αἰσχρόν. οὕτω δὴ καὶ τὸ ἐρᾶν καὶ ὁ Ἔρως, οὐ πᾶς ἐστὶ καλὸς, οὐδὲ ἄξιος ἐγκωμιάζεσθαι, ἀλλ' ὁ καλῶς πεπρεπῶν ἐρᾶν. ὁ μὲν δὴ πανδήμου Ἀφροδίτης ὡς εἰκῇ τε καὶ φαύλως, πανδήμου ἐστὶ καὶ ἐργάζεται ὅτι ἂν τύχοι, καὶ οὗτος ἐστὶν ὃν οἱ φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων ἐρῶσιν. ἐρῶσι δὲ οἱ τοιοῦτοι πρῶτον μὲν οὐ κ ἧττον γυναικῶν ἢ παίδων. ἔπειτα οἷς καὶ ἐρῶσι τῶν σωμάτων μᾶλλον, ἢ τῶν ψυχῶν, ἔπειτα ὅσ' ἂν δύνωνται ἀνοησιάτατα, πρὸς τὸ διὰ τρᾶξαι μόνον βλέποντες, ἀμελοῦντες δὲ τοῦ καλῶς ἢ μή, ὅθεν δὴ καὶ συμβαίνει αὐτοῖς ὅ, τι ἂν τύχωσι τοῦτο πράττειν, ὁμοίως μὲν ἀγαθὸν ὁμοίως τοὐναντίον. εἰσὶ γὰρ καὶ ἐκ τῆς θεοῦ νεωτέρας τε οὔσης πολὺ ἢ τῆς ἑτέρας, καὶ μετεχούσης τῶν γενέσεων καὶ θήλεος καὶ ἄρρενος. ὁ δὲ τῆς οὐρανίας, πρῶτον μὲν ὁ μετεχούσης θήλεος, ἀλλ' ἄρρενος μόνον, καὶ δεῦρο οὕτος ὁ τῶν παίδων ἔρως. ἔπειτα πρεσβυτέρας, ὕβρεως ἀμοίρου. ὅθεν δὴ καὶ τὸ ἀρρένων τρέπονται οἱ ἐκ τούτου ἐρώντες. ἐπαινοῦσι τὸ φύσει ἐρρωμενέστερον. καὶ νοῦν μᾶλλον ἔχον ἀγαπῶντες, id est. Omnes scimus, quod Venus non sit absque amore. Si verò vna esset Venus, esset profectò & vnus amor, quoniam verò duæ sunt, ergo etiam duo sunt amores. Vnde ergo duæ deæ sunt? Est quidem altera vetustior & absque matre, cœli filia, quam cœlestem appellamus; altera iunior est, Iouis & Dionès filia, quam vulgarem dicimus. Necessarium verò est etiam Amorem vtriq; Veneri cooperatorem esse, & alterum appellari vulgarem, alterum verò cœlestem. Igitur necessarium est vt omnes deos laudemus, at tentandum nobis vt dicamus quid vterque sortitus sit. In omni siquidē actione sic est. Hæc in seipsa facta neq; bona est, neque turpis, vt quæ nos nunc agimus, vel bibere, vel cãtare, aut sermocinari. Nihil horum per se ipsum actum, honestũ censetur; sed in actione, vt quodque actum est, tale fit. Proinde cum quid honestè & rectè fit, tum honestum esse putatur; sin verò non rectè, turpe. Ad eundem modũ est amare & Amor. Non omnis est honestus, neq; laudari dignus, sed ille qui honestè amare nos monet. Igitur amor plebeæ Veneris & ipse plebeius est, agitq; quodcunque temerè, & hic est quem infima illa hominum fex amat. Amant quidem tales non minus mulieres quàm etiam pueros, deinde illorum corpora magis amant quàm animas; ad hæc maximè secordes, respiciunt illi quidem solum ad opus, minimè curantes rectè ne fiat an secus. Hinc fit vt quodcunque illis agere contigeret, temerè agitant, nullum discrimen inter bonum & contrarium facientes. Sic igitur amor plebeæ huius Veneris longè diuersus est ab altera. Hic enim in generatione fœminas & mares tollit. At amor cœlestis Veneris, primo quidem nõ generat fœminas, sed mares solum, siquidem hic est filiorum amor, ad hęc impudicitiæ quoq; expers hęc est. Vnde contingit vt afflatus, qui ex hoc amore emanant, magis ad mares vertantur, qui natura sunt & fortiores, & prudentiores. Hæc Plato. De duabus his Veneribus apud Xenophontem legitur, qui vtriusq; diuersa templa & sacra fuisse tradit, ὅτι γε μὴν τοι χωρὶς ἑκάτερα βωμοί τε εἰσὶν καὶ ναοὶ καὶ θυσίαι, τῇ μὲν πανδήμῳ ἑαδ' ἰουγότερα, τῇ δὲ οὐρανίᾳ ἁγνότερα, οἶδα. εἰκάσαι δ' ἂν καὶ οὗν ἔρωτας, τὸν μὲν πανδήμου τῶν σωμάτων ἐπιτίμᾳ, τὸν δ' οὐρανίαν καὶ ψυχῆς τε καὶ φιλίας καὶ τῶν καλῶν ἐργῶν, id est. Quoniam seorsim vtriq; aræ sunt, templa & sacrificia, & vulgari molliora sunt sacra, cœlestí verò castiora. Scio. Conijcere verò facile est amores. Vulgaris quidem ad corporum amorem mittit, cœlestis verò ad animæ & amicitiæ atq; honestorum operum. Sic igitur clarissimorum philosophorum sententia clarescit, qualis fuerit Iacob & vxorum eius Venus & amor, nempe cœlestis ille & castus, quod tot masculi partus satis arguunt; quos Plato è cœlestí Venere & amore nasci asserit. Plebeæ Veneris, & vulgaris amoris exemplum apud Terentium

Xenoph. in Sympo.

Terentius in Eunucho

um hoc est. In amore hæc omnia insunt vicia: Iniuriæ, suspiciones, inimicitię, inducię, bellum, pax rursum. Incerta hæc si postules ratione certa facere, nihilo plus agas, quàm si des operam, vt cum ratione insanias. Nec illud à plebeia Venere atq; amore abest, quod Hypsipile contra Medeam furens vociferatur.

Ouid. in Epist. Heroi.

Pellicis ipsa meos implessem sanguine vultus,
Quosq; veneficijs abstulit illa suis.
Quod gemit Hypsipyle, lecti quoq; succuba nostri
Mereat, & leges sentiat ipsa suas.
Vtq; ego destituor coniunx, materq; duorum,
A totidem natis orba sit, atq; viro.
Nec male parta diu teneat, peiusq; relinquat,
Exulet, & toto quærat in orbe fugam.

Porrò cœlestis Veneris atq; amoris, exemplum illud esse potest, quod Maro canit de casta vxore, quæ non totam diem solum in labore absumit, sed etiam

Verg. li. 8. Æneid.

Noctem addens operi, famulasq; ad lumina longo
Exercet penso, castum vt seruare cubile
Coniugis, & possit paruos educere natos.

Ad hæc respondent quæ Iacob ait ad Laban socerum suum. ¶ Dimitte me & reuertar in patriam meam, & ad terram meam. Da mihi vxores & liberos meos pro quibus seruiui tibi vt abeam. Tu verò nosti seruitutẽ qua seruiui tibi. Iustum est igitur vt aliquando prouideam etiam domui meæ. ¶ Hæc Iacob verba vera esse arguunt illa quæ Homerus de cuiusq; patria canit, qua nihil dulcius homini esse solet.

Hom. lib. 1 ὀδυσ.

ὡς οὐδὲν γλυκιόν ἧς πατρίδος, οὐδὲ τοκῆος
γίγνεται. εἴπερ καὶ τις ἀπὸ πρόβι οἶκον ἔναιεν
ἐν ἀλλοδαπῇ ναίει, ἀπὸ πάνυθι τοκήων.

Id est.

Certè nihil dulcius sua patria neq; parentibus
Est, quamuis quis procul diuitem domum
Terra in aliena habitet, procul à parentibus.

Reliquerat Iacob natale solum & patrios penates, charissimosq; parentes, idq; metu fratris sui Esau, cæterum patriæ dulcedo desideriumq;, cordatum alioqui virum tetigit, neq; sui immemorem esse sinebat. Excesserat quidem patria, solumq; vertere cogebatur, ob fratris metum, sed vbi illum tot iam annorum tempore mitigatum putabat, repetere patriam domũ cogitabat. Potuisset quidẽ in fertilissimis Mesopotamię cãpis æuũ agere, sed patria traxit illũ, atq; adeò prima vitæ incunabula. De Mesopotamia hæc scribit Strabo, ὅτι γὰρ εὐθυστος ἡ χώρα καὶ εὐερνὴς ὥστε καὶ τὰ ἀθάλλη τρέφειν, καὶ ἄρωμα τὸ ἀμωμον, καὶ λεοντοβοτος ὅτι. id est. Nam regio fœcũda est, & maximè pascendis bobus idonea, sylueſtris, fert quæ semper virent, & aroma amomum. Alit etiã leones. Sed hęc tanta bona alieni soli, patrię suæ præferre nolebat Iacob, neq; potiora ducere; quod nõ sapientis viri esse ferebat Eurípides.

Strabo lib. 16.

Euripides.

ὡς ἐν γέμοι κρίνοιτ' ἂν μὴ καλῶς φρονεῖν,
ὅστις πατρῴας γῆς ἀτιμάζων ὅρους
ἄλλην ἐπαινεῖ καὶ τρόποισιν ἁδέται;
Certè non bene sapere mihi iudicatur,
Quicunq; patriæ terræ terminos inhonorans
Aliam laudat, & moribus gaudet.

Canit Homerus vt Calypso πότνια θεὰ Vlyssem demulcere atq; verbis persuadere parabat, vt omisso patriæ desiderio & charissima vxore Penelope oblita, apud illam habitare vellet, magnum inde premium suscepturus: nempe immortalitatem, cæteraq; diuorum bona. Atqui Vlysses negat sibi patria Ithaca quicquã charius, neque committere velle vt in illam ingratus sit, si quicquam illi preferre videatur.

Home. lib. 5. ὀδυσ.

ἀλλὰ καὶ ὡς ἐθέλω καὶ ἐλθόμαι ἤματα πάντα.
οἴκαδε τ' ἐλθέμεναι, καὶ νόστιμον ἦμαρ ἰδέσθαι.

Id est.

Atqui sic volo, & per omnes dies cupio
Domum redire, & reducem diem videre.

Homerum proximè imitatus videtur Ouidius, in Pontum ob libidinosa carmina, ab Augusto Cæsare, relegatus, in quo nihil tam frequẽs in ore habuit, quàm patriæ desiderium, vt aliquando contingeret in Italiam redire, &

Ouidius de Ponto.

Fumum de patrijs posse videre focis.

Pericles ille Athenienſis plurimũ conferre putat ad hominis siue fœlicitatem siue infœlicitatem, patriæ suæ vel salutem, vel calamitatem ἐγὼ γὰρ ἡγοῦμαι πόλιν πολὺ ξύμπασαν ὀρθουμένην ὠφελεῖν τοὺς ἰδιώτας ἢ καθ' ἕκαστον τῶν πολιτῶν εὐπραγοῦσαν, ἀθρόαν δὲ σφαλλομένην, καλῶς μὲν γὰρ φερόμενον ὁ αὐτὸς τὸ καθ' ἑαυτὸν διαφθειρόμενος τῆς πατρίδος, οὐδὲν ἧσσον ξυναπόλλυται. κακοτυχοῦν δὲ ἐν εὐτυχούσῃ, πολλῷ μᾶλλον διασώζεται. id est. Ego quidem sic puto totam ciuitatem firmam plus priuatis ciuibus prodèsse posse, quàm si in singulis fortunata sit, in tota verò labefactata. Vbi verò priuatim cum viro benè agitur, vastata tamen patria nihilo minùs cum illa perit: sin verò ipse infœlix, in fœlici tamen agat patria, facile saluatur. Idem quoque Valerius

Thucydides lib. 2.

Maximus scribit, quod euersa domo interdum reipublicæ status manere potest, at vrbis ruina penates omniũ secum trahat necesse est: Fuerunt olim clarissimi aliquot viri, q optimè de patria sua meriti, non tamen ipsi satis pro dignitate ab illa vicissim tractati fuerunt, sed in exilium per summam ingratitudinem pulsi sunt. Tulerunt tamen illam ignominiam ciuili & moderato animo, nec vnquam hostilem in patriam animum induerunt, sed contra vt matrem quamuis parum cõ modam obseruarũt. Themistocles Athenienſis ostracismo in exilium actus ad Xerxem Persarum regem cõfugit, à quo amico animo susceptus, tres vrbes ab eo ad vitæ subsidium accepit, regíq; operam suam, si bello certare vellet, pollicebatur. Verum vbi rex bellum aduersus Græciam & Athenienses parabat, tum Themistocles ratus ingratum esse, si regis bene de se meriti militiam detrectaret, impium verò esse, si cõtra patriam bellaret. Igitur ne alterutro vel ingratitudinis vicio, vel impietatis scelere teneretur, thaurino sanguine hausto, mortem oppetijt. Eandem fidem præstitit patriæ suæ Demaratus rex Lacedæmoniorum, è patria profugus, qui apud Xerxem exulabat. Is cùm cognouisset regem bellum contra Græciam parare, amicior patriæ post fugam quàm regi post beneficia, ne inopinato bello opprimeretur, omnia in tabellis ligneis Magistratibus perscribit, easdemq; cæra superinducta delet, ne aut scriptura sine tegmine indicium daret, aut recens cæra proderet dolum. Fido deinde seruo perferendas tradit, iusso magistratibus Spartanorum tradere. Quis Romanorũ ducum clarior Aphricano superiore fuit? Is enim est qui Romanorum rem armis Hannibalis & Carthaginensium, labentem ac maximis cladibus iam fessam, ac propè extinctam, nobili sua indole restituit, & Hannibale victo, seruitutis iugum Carthaginensibus imposuit. Hic tamen maligna ciuium suorum compulsus inuidia, in exilium abijt, ibíq; mortuus, sepulchro suo hoc eulogium inscribi mãdauit: Ingrata patria, ne ossa quidem mea habes. Quid ista, ait Valerius Maximus, aut necessitate indignius, aut querela iustius, aut vltione moderatius? cineres ei suos negauit, quam in cineres collabi nõ

Plutarc. in Themisto.

Iust. lib. 2.

Val. Max. lib. 5.

fuerat passus. Hac tum vindicta maximus vir Aphricanus in patria sua vlciscẽda, contentus fuit. Hoc nempe est Pythagoræ præceptum, qui interrogatus τῶς δεῖ ἀγνωμονουσῃ πατρίδι προσφέρεσθαι, εἶπεν ὡς μητρί. Id est. Quomodo quis se exhibere debeat erga patriam ingratam, respondit, vt erga matrem. Aristides Athenienſis, iustus appellatus, cum in exilium iturus esset, interrogabatur, quam ob causam potissimum tristaretur, respondit, ob patriam quæ propter illius exilium, male auditura esset. Essent huius generis complura exempla, sed pauca hæc adduxisse satis sit, idq; ob Iacob patriæ suæ desiderium & amorem, quo vir tantus carere non poterat. ¶ Iustum est igitur, vt aliquando etiam prouideam domui meæ. ⁊ Domus Hebreæ linguæ consuetudine familiã significat. Hinc Dauid canit בית יעקב מעם לועז *Psal. 113.* Id est, Domus Iacob de populo barbaro, cum totam Israëliticam gentem significaret. Et Esaias ait שמעו־נא בית דוד id est, *Esa. 7.* Audite dom⁹ Dauid, cum Dauid posteritatem intellígeret. Latini ad eundem modum loquuntur, & Vergilius canit, *Verg. li. 1 Æneid.* Cum domus Assarici, Troianos intelligens, à quibus Romani oriundi erant. Appellat Iacob domum suam nõ solum vxores cum filijs, sed etiam possessiones, quibus illos alí necesse est, quod Aristoteles scribit. μέρη δὲ οἰκίας, ἄνθρωπος τε καὶ κτῆσις ἐστίν. Id est, Domus quidem partes sunt, homo & possessio. Apud Xenophõtem etiam legimus quid sit domus, οἶκος δὲ τί δοκεῖ ἡμῖν εἶναι; ἆρα ὅπερ οἰκία, ἢ καὶ ὅσα τις ἔξω τῆς οἰκίας ἐκέκτητο πάντα τοῦ οἴκου ταῦτα δοκεῖ; ἔμοιγ' οὖν ἔφη ὁ Κριτόβουλος δοκεῖ, καὶ εἰ μάλ' ἐν τῇ αὐτῇ πόλει εἴη ᾧ ἐκέκτηντο, πάντα τοῦ οἴκου εἶναι ὅσα τις κέκτηται. Id est. Quid tandem domus nobis esse videtur, nunquid sola habitatio, an non etiã quæcunq; quis extra domum acquisiuit, omnia hæc domus nomine habenda erũt. Mihi quidem sic esse videtur, ait Critobolus, etiã si neq; in ciuitate ipsa fuerint illa quæ Dominus habet, tamen quæcunq; possidet vocãtur domus eius. Hæc Xenophon. Et Iacob quidem itineri accinctus erat, patriam terram repetiturus, eò secum trahens domum & peculium sudore suo partum. Porrò Laban non ignarus erat, quantum rebus suis accreuisset fideli vtilíq; seruitio Iacob, ægrè pfectionem

Pythagoræ dictum.

Aristidis vox.

Aristot. in Oeco.

Xenoph. in oikon.

nem eius tulit, & quoquo modo eum apud se diutius morari operam dedit. ¶ Inueniam, inquit, gratiam in conspectu tuo. Experimẽto didici, qa benedixit mihi Deus, ppter te. ⁊ Satis hic locus arguit, clareq; conuincit non raro bonorum hominum conuictũ, bona non pœnitenda malis afferre solere. Laban homo non per omnia sincerus veri Dei cultor, tamen ob domesticam boni viri Iacob consuetudinem, à Deo maximis donis cumulatus est. Quod qdem cum omnibus vsq; adeò clarum esset, vt ipse iam negare non posset, pro magno negotio duxit cum Iacob genere suo domesticum deinceps agere conuictum; certò sciens diuinam munificentiam sibi in nullo defuturam, si Iacob vteretur seruo, qui bona fide omnia administraret. A sapiente patre familias haud quaquã alienum esse videtur, si in famulis deligendis, optimum quemq; sibi delegerit, pietate religione'q; conspicuum. Sic certe fiet vt negotia eius Deus fortunet, & in maius prouehat. Verum est quod Cyrus apud Xenophontem ait, οὐδὲ γὲ οἰκοδομήσαιτο οὐ οἰκεῖος, πονηροῖς οἰκέταις χρώμενος. Id est: Fieri non potest vt domus illa bene administretur, quæ malignis seruis vtitur. Neq; clam Iacob esse poterat Labã magnifice ob suum cum illo incolatum, auctum à Deo, ¶ Modicum, ait Iacob, habuisti antequã venirem ad te, & nunc dines effectus es, benedixitq; tibi Deus ad introitũ meũ. ⁊ Ad introitum meum, in Hebræo legitur לרגלי & Septuaginta rectè verterũt ἐπὶ τῷ ποδί μου, id est, Ad pedem meum. Hinc exortum videtur prouerbium illud, boni pedis homo, cum de fœlici loquimur, cuius accessus alijs salutem afferre solet. Talem hominem Aphri appellare solebant Namphanionem. Extat inter epistolas Augustini Maximi Madaurensis ethnici hominis epistola, in qua Christianorũ martyres insectari videtur, quos dijs suis præferri indignè tulit. Maximè verò deridet archimartyrem Namphanionẽ, quem indignum putat cunctis dijs immortalibus præferri debere. Miratur Augustinus cur Maximus homo Apher, Punica nomina tantopere deridéat. Nam si vocabulum interpretemur, inquit, Namphonio quid aliud significat quàm boni pedis hominem? id est, cuius aduentus afferat aliquid fœlicitatis: sicut solemus

Xenoph. li. 8. mag.

Aug. Epistola. 43. & 44.

dicere, secundo pede introisse, cuius introitum prosperitas aliqua consequuta sit. Euander Arcas cum Herculi sacra celebraret, eum inuitat, vt secundo pede ad illa venire velit.

Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo. *Vergli. 8. & 10. Æneid.*

Rursus magnam Deorum matrem inuocat, vt Phrygibus propitiata adesse velit, secundo pede id fieri postulat.

Phrygibusq; adsis pede Diua secundo.

Igitur Iacob cum iam quatuordecim annis oues Laban pro filiabus eius pauisset, rursus in gratiam eius idem seruitium subire non detrectat, idq; ob pactã mercedem. ¶ Gyra omnes greges tuos, & separa cunctas oues varias & sparso vellere, & quodcunq; fuluum, & maculosum variumq; fuerit, tã in ouibus quàm in capris erit merces mea. ⁊ Quod nos legimus, gyra, in Hebræo legitur אֶעֱבֹר id est, Transibo. Literæ huius intellectus sanè difficilis & perplexus esse videtur, quamuis propius intuenti sese offerre videatur. Proposuit Iacob socero suo Laban conditionem, vt mercedis loco acciperet è grege suo, quẽ pasturus erat, partus omnes versicolores & varios. Tum Laban cum cõditionem illam ratam haberet, è suo grege prius secreuit varias oues, versicolores boues, & quicquid varium erat. Porrò vnicolorẽ gregem Iacob statim tradidit pascẽdum, hac tamen conditione vt mercedis loco Iacob cederet, quicquid varium ex vnicoloribus nasceretur, quicquid verò vnicolorium, Laban acciperet. Hic Iacob artificio quodam vsus, vt è grege, versicoloria, quæ sibi ex pacto debebantur, omnia nascerẽtur, virgas, partim derasas, & proinde albas, partim integras eoq; virides, ouibus aquatum venientibus in canalibus proposuit, vt diuersum hũc virgarum colorem oculis haurientes, diuersos etiam fœtus conciperent, parerentq;. Quod etiam euenit, adeò vt Iacob breui pecuniosissimus, pecorisq; abundantissimus euaderet. Cæterum si quis mirari velit, quod Iacob immẽsos suos labores, vigiliasq; immodicas, ouibus & armentis, veluti paruo precio, pensari sustinuerit, hic sciat veteribus illis in pecoribus & agrorum multitudine diuitias omnes fuisse, quæstumq; ex his omnium iustissimum putatum. Boues olim dotis vice dabantur puellis forma præstãtibus. Hinc

Hom.li.6. ab Homero puellæ formosæ vocantur ἀλφεσίβοιαι, ὅτι τὴν εὐμορφίαν βόας εὐρίσκουσαι ἔθυον, id est, quia propter formæ elegãtiam dotis nomine boues inueniunt.

ἔνθα μὲν ἠίθεοι καὶ παρθένοι ἀλφεσίβοιαι.

Multa sunt huiusmodi exempla apud Romanos quibus clarum est illum quæstum olim sanctissimum habitum, quem è pecoribus & agris capiebant. Non puduit Romanos totius orbis domitores, victricibus suis manibus, oues pascere, & aratri stiuæ admouere. Hoc in Romanorum laudem canit Ouidius.

Ouid.li.1. Fast.

Iura dabat populis posito modo Prætor aratro,
Pascebatq; suas ipse Senator oues.

Plin.li.18 Idem quoq; scribit Plinius. Ipsorũ tũc manibus imperatorum colebantur agri, (vt fas est credere) gaudente terra vomere laureato & triũphali aratore. Q. Cincinnato aranti quatuor sua iugera in Vaticano, viator attulit Dictaturam, & quidem vt traditur nudo, plenoq; puluerisetiamnum ore. Cui viator, vela corpus, inquit, vt proferã Senatus populiq; Romani mandata. Tales tum etiam viatores erant, quod ipsum nomen inditum est, subinde & ex agris seminatũ ducesq; accersentibus. Qui igitur indignum Iacob esse potuit sub dio agere, quũ Romanis semper honestissimum fuerit in agris degere? Porrò quod ad varios pecorum oiuiumq; colores, attinet, non vna causa huius mutationis esse potest. Plurimum ad hoc aquarum natura conferre putatur. Est enim vt Aristoteles scribit ζωτικώτερον τὸ ὑγρὸν τοῦ ξηροῦ καὶ γῆς ὕδωρ. id est, vitalius humidum quàm siccum, & aqua quàm terra. Et alibi de hac pecorum mutatione quam aquarum natura affert, sic scribit. μεταβάλλουσι δ' ἔνια τῶν ζώων τὰς χρόας τῶν τριχῶν κατὰ τὰς τῶν ὑδάτων μεταβολάς. ἔνθα μὲν γὰρ λευκὰ γίνεται, ἔνθα δὲ μέλανα. ταῦτα δὲ καὶ περὶ τὰς ὀχείας ὅθεν ὕδατα πολλαχοῦ τοιαῦτα, ἃ ποιοῦντα καὶ ὀχευσαντα μετὰ τὴν πόσιν, μέλανας γεννῶσι τοὺς ἄρνας, οἷον ἐν τῇ Χαλκιδικῇ τῇ ἐπὶ τῆς θράκης, ἐν τῇ Ἀσσυρίτιδι ἐποίει ὁ καλούμενος Ψυχρὸς ποταμός. καὶ ἐν τῇ Ἀκαρνανίᾳ δὲ δύο ποταμοί εἰσιν, ὧν, ὁ μὲν λευκὰ ὑποζύγια μέλανα ποιεῖ τὰ πρόβατα. οἱονεὶ δὲ καὶ Σκάμανδρος ποταμὸς ξανθὰ πρόβατα ποιεῖν. διὸ καὶ τὴν ὁμώνυμον φασίν αὐτοῖς Σκαμανδρον. Ξανθὸν προσαγορεύειν αὐτόν. id est. A quarũ item diuersarum vsu, nonnulla suos immutant colores: alibi enim candida, alibi nigra reddunt. Sunt etiam aquæ multis in locis, quas cum oues biberint, moxq; inierint, nigros generant agnos, vt in terra Assyritide agri Chalcidici Thraciæ facit amnis, quem præ nimia frigiditate psychrum vocant. Et in Antandria quoque duo sunt fluuij, quorum alter candorem, alter nigritiam pecoribus facit. Scamander etiam amnis flauas reddere oues creditur: quamobrem Xanthum pro Scamandro nuncupatum ab Homero autumant. Eudemus, authore Plinio, in Hesticœotide fontes duos tradit esse, Ceronẽ, ex quo bibẽtes oues nigras fieri, Melan, ex q̃ albas: ex vtroq; aũt varias. Tradit Plinius varios in multis locis esse fontes, è quibus candorẽ vel nigrorẽ, vel fuscitatẽ bibẽtes trahãt. Varro, authore Solino, affirmat in littore rubri maris fontem esse, quem si oues biberint, mutent vellerum qualitatem, & antea candidæ, amittant quod fuerint vsq; ad hauſtum: ac fuluo postmodum nigrescant colore. Cæterum quod Iacob non vnius coloris, sed varias oues mercedis loco sibi pactus sit, ab allegorico intellectu haud quaquam alienum esse videtur. Christus fidei suæ populos haud alio quàm ouium nomine appellare solitus est, eosq; non ex gente vna constare volebat, vt Donatistæ somniabãt, verũ ex varijs differentibusq; Ecclesiæ suæ ouile impleri iussit, cum tamen omnes vna fides complectatur. Est enim Ecclesia regina illa quæ à dextris Christi stat, in vestitu deaurato, circumamicta varietate. Vestis huiꝰ reginæ quæ est, ait Augustinus. Et preciosa est, & varia est. Sacramenta doctrinæ in linguis omnibus varijs. Alia lingua Aphrica, alia Syra, alia Græca, alia Hebræa, alia illa & illa. Faciunt istæ linguæ varietatem vestis reginæ huius. Quomodo autem omnis varietas vestis in vnitate cõcordat, sic & omnes linguæ ad unam fidem. In ueste ista uarietas sit, scissura non sit. Ecce uarietatem intelleximus de diuersitate linguarum & uestem intelleximus propter unitatem. In ipsa autem uarietate aurum quod est? Ipsa sapientia. Quælibet sit uarietas linguarum, unum aurum prædicatur non diuersum aurum, sed uarietas de auro. Eãdem quippe sapientiã, eandem doctrinam & disciplinam omnes linguæ prædicant. Varietas in linguis, aurum

Arist.li.3 de gen.ani.

Arist.li.3 hist.ani.

Plin.li.31

Solinus.

Aug.in Psal.44.

aurum in sententijs. Hactenus Augustinus. Hanc linguarum, in Ecclesia sua, varietatem, mire dilexit Christus sponsus. Super Apostolos enim suos, Spiritussancti gratiam, in multarum linguarum varietate effudit. Audiuimus eos, ait scriptura Actuum Apostolorum, loquentes varijs linguis magnalia Dei. Sed & crucis supplicio affectus, causa mortis eius fuit scripta tribus clarissimis totiꝰ orbis linguis, Hebraica יֵשׁוּעַ נֹצְרִי מֶלֶךְ הַיְּהוּדִים Græca. Ιησοῦς ὁ ναζαραῖος βασιλεὺς τῶν ἰουδαίων. Latina. Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hic est titulus, quem meritò appellamus, triumphalem, & quem Iudæorum furor corrumpere non potuit. Hunc crebro in sacrifica Liturgia repræsentamus, quam tametsi Latine celebremus, duæ tamen reliquæ linguæ perraro desunt, Hebraica הַלְלוּיָהּ Græca κύριε ἐλέησον. Hæ igitur linguæ Christi sacrificio nobilitatæ sunt, neque proinde est vt quæq; factio in suum dissidium Christi Ecclesiam compingat, quam ille tot linguis voluit esse cõmunem. Valeant Donatistæ, qui in Aphrica solum Christianam Ecclesiam fuisse nugabantur; quasi Christus ob vsitatum circo nomen mappam, mortuus fuisset. Abeãt Luciferiani, q̃ in sua schismate Christianã professionem esse iactabant, quasi ob Sardorum tãtum mastrucam Dei filius è cœlo descendisset. Absint pseudeuangelici Sectarij, qui Euangelij & Ecclesiæ nomine sibi blandiuntur, quasi Christo Saxonicum tantum zythum potare libuisset. Varias certè ille habet oues, non ex vna tantum gente, in suum ouile conductas. Sed quid opus sit si Christi Ecclesiam, quæ è tot gentium linguarumq; varietate constat, miremur: cum illam in omnibus ferè creaturis videamus. Cœlum non vno motu agi deprehẽsum est. Sol cœlestium & terrestriũ rerum oculus, non ex eodem puncto semper oritur occiditq;, neq; perpetuò vnam cœli partem cursu suo secat, sed vel ad Septentrionalẽ populum vel ad Meridionalem, per duodecim zodiaci signa, iter flectit, nempe quod ita rerum omnium vtilitas postulet. Luna non semper eandem faciem mortalibus ostendit, sed modo crescit, modo senescit, modo arcuata, modo pleno fulget orbe, modo maculis plena, modo nitida. Maximè verò varius est quinq; erronum motus, tum occultantur, tum rursus aperiuntur, tum abeunt, tum recedunt: tum antecedunt, tum autẽ subsequuntur, tum celeriũs mouentur, tum tardiũs: tum omninò ne mouentur quidem: sed ad quoddã tempus insistunt. Sin inferna hæc spectare velimus, quid terra hac erit admirabilius? quæ vestita floribus, herbis, arboribꝰ, frugibus, quorum omniũ incredibilis multitudo, insatiabili varietate distinguitur. Adduc huc fontium gelidas perennitates, liquores pellucidos amnium, riparum vestitus viridissimos, speluncarum concauas altitudines, saxorum asperitates, impendentiũ montiũ altitudines, immensitatesq; camporum. Quæ verò, & quàm varia genera bestiarum, vel cicurum, vel ferarũ? quarum aliæ corijs tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ: pluma alias, alias squama videmus obductas: alias esse cornubus armatas, alias habere effugia pennarum. Hæc & complura alia in creaturis tam admiranda, declarant Deum varietate in primis gaudere, vt mirum esse iam non debeat si Iacob varias oues sibi delegerit. Cætérum ars illa quam scriptura de Iacob refert, quod virgas partim integras, partim cortice nudatas, ouibus proposuerit, ad allegoricum intellectum à veteribus Theologis refertur. Inter varios sacræ scripturæ intellectus Allegoria non posterior esse videt. Hanc Christus princeps in nouo testamẽto indicasse videtur, deinde Paulus post Christum multas allegorias fœliciter aperuit atq; tractauit. Atqui geminus scripturæ intellectus literalis & allegoricus, ne Iudæos quidẽ cordatiores fugisse videtur. Appellant hi literalem sensum דָּבָר קָטֹן id est, Verbum paruum. Spiritualem, siue Allegoricum דָּבָר גָּדוֹל id est, Verbum magnũ. Huc facit quod in Prouerbijs legimus תַּפּוּחֵי זָהָב בְּמַשְׂכִּיּוֹת כֶּסֶף דָּבָר דָּבַר עַל אָפְנָיו id est, Poma aurea in cancellaturis argenteis verbum dictum secundum ambas facies suas. Hæc verba Salomonis Rabi Moyses Ægyptius ad vtrumq; scripturę intellectũ refert. Verbum dictum secundum ambas facies suas, id est, secundum interiorem & exteriorem sensum, est sicut pomum in cancellatura argentea. Ac si dicat, necessarium esse, vt sit sensus exterior preciosus & bonus, velut argentũ: interior

Act.2.

Cicer.li.2. de nat.De.

Prou.25.

Rabi Moyses lib.1. Duct.

interior verò multò melior, ſicut aurum, donec ſe habeat exterior ad interiorem, ſicuti ſe habet argentum comparatum ad aurum. Neceſſe quoque eſt, vt ſit aliquid in exteriori ſenſu, quod ducat ac trahat conſiderantem ad interiorem. Quemadmodum pomum aureum veſtitum retiaculo argenteo, cum procul reſpicitur, vel abſcq; multo intuitu, totum videtur argenteum. Quum verò ob valorem argenti, atq; decorem, habens viſum acutũ, prouocatus acceſſerit; videbit profectò aureum pomum intus latere. Sic igitur ſunt verba Prophetarum: frequenter eẽ ea quæ exterius ſunt, ſapientia ſunt vtilis ad multa: vt ad compoſitionem morũ, ac ſtatus congregationis hominum: ſicut patet in ſuperficie prouerbiorum Salomonis: quæ autem interius ſunt, ſapientia eſt perutilis in credendis ſecundum veritatem. Hæc Moyſes Ægyptius. Cæterum in allegorijs meditandis tractandiſq;, opus erit ſagaci ingenio, minimeq; ſtupido, ſed fœlici & acri iudicio p̃dito. Fuerunt apud Chriſtianos qui in Theologiæ parte hac tractanda, plus nimio ſibi indulſerunt, & allegorijs plus ſatis vela laxarunt. Origenes omnium iudicio plurimum ingenio & eruditione valebat, cæterum allegoriarum vſq; ad reprehenſionem ſtudioſus & affectator, quaſq; etiã literæ fundamento cõuulſo & ſublato, ſtabilire conatus eſt. Stomachatur Chryſoſtomus in illos (Origenem haud dubio ſignificans) qui omnia quæ de paradiſo in ſcriptura legimus, ad allegoriã rapiunt, & illum in terra fuiſſe negãt, ſed cœleſtem & ſpiritualem locum aliquem eſſe fingunt. Extant Baſilij meritò Magni cognomine appellati Omiliæ in primigenias ſex dies. Succenſet itidem ille in inſulſas nonnullorum allegorias, qui omnia à literæ intellectu auocant, & alſo traducere conantur. διὰ νόμους ἀλληγορίας εἰ καὶ μὴ παρ' ἐμαυτοῦ ἐξευρὼν, ἀλλὰ τοῖς παρ' ἑτέρων πεπονημένοις τυγχάνω. ἃς οἱ μὴ καταλεχόμενοι τὰς κοινὰς, τῶν γεγραμμένων ἐννοίας, τὸ ὅλως οὐχ ὅλως λέγουσι ἀλλὰ τίνα ἄλλην φύσιν. καὶ τὸν ἰχθὺν πρὸς τὸ ἑαυτοῖς δοκοῦν ἑρμηνεύουσι, καὶ ἑρπετῶν γένεσιν καὶ θήρων, ἐπὶ τὰς οἰκείας ὑπονοίας παρατρέψαντες ἐξηγοῦνται, ὥσπερ οἱ ὀνειροκρίται τῶν φαινομένων ἐν ταῖς καθ' ὕπνον φαντασίαις πρὸς τὸν οἰκεῖον σκοπὸν τὰς ἐξηγήσεις ποιούμενοι. ἐγὼ δὲ χόρτον ἀκούσας, χόρτον νοῶ, καὶ φυτὸν μὴ ἰχθύν. καὶ θηρίον καὶ κτῆνος, πάντα ὡς εἴρηται οὕτως ἐπιλέγομαι. Id eſt. Neque allegoriarum leges me latẽt, quæ quidem etſi à meipſo non nouerim, tamen aliorum labore partas, deprehendi. Sunt quidem qui illa quæ communi intellectu ſcripta ſunt non ſuſcipiunt, Aquam non dicunt eſſe aquam, ſed aliã quandam naturam. Piſcem, vt ipſis viſum fuerit, interpretantur, & reptilium generationem beſtiarumq; ſuis opinionibus peruertunt atque enarrant, vt ſomniorum interpretes, qui illa quæ per quietem viderunt, ad proprium inſtitutum referunt. Equidem cum fœnum audio, fœnum intelligo, & plantam, piſcem, beſtiam, iumentum, omnia vt dicta ſunt, ſic accipio. Hactenus Baſilius. An hic putandum erit Baſilium allegoriarum morem in totum damnaſſe, & à ſacra ſcriptura abeſſe voluiſſe? Haud quaquam hoc credibile eſt. Volunt allegoriæ Homericum illud in ſe ſeruari ἀμέμφεα δ' αἴσιμα πάντα. id eſt, Mediocria cuncta ſint. Et illud Chilonis inprimis amant μηδὲν ἄγαν. id eſt. Ne quid nimis. Neque enim omnia ſub allegoriarum, leges cogenda ſunt, quæ tum locum habebunt, cum litera fundamentum ſit, ipſæ verò tanquam culmen ſuperſtruantur. Quod ſi quis citra vllum delectum & diſcrimen allegorias tractabit, & omnia erunt, amuſsis vt aiunt alba, hic ſtatim illud e Prouer. audiet בְּרִיתִי חֶלֶב יוֹצִיא חֶמְאָה וּמְרִיר אַף יוֹצִיא דָם id eſt. Quum quis premit lac, educit butyrum, & qui premit nares, elicit ſanguinem. Sanguinem elicit, quiſque immodicus allegoriarum amator, omnia ad allegoriam rapit. Sic enim fiet vt ad abſurditates multas tandem deueniat. Prudentis lectoris eſt, inquit Hieronymus, non eundem ordinem tropologiæ & hiſtoriæ quærere. Nam & Apoſtolus, Agar & Saram ad duo teſtamenta refert: & tamẽ non omnia quæ in hiſtoria illa narrantur, tropologicè interpretari poſſumus. Et ad Epheſios de Adam & Eua diſputans ait: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam: & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna: Sacramentum hoc magnũ eſt: Ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia. Nunquid totum principiũ Geneſeos, & fabricam mundi, & hominũ cõditionem ad

Chryſoſt. Omil. 12. in Gen.

Omil. Baſilius 8. ex hẽ exa.

Homerus odyſ. o.

Prou. 30.

Hieronim. Ionã Prop.

ad Chriſtum & ad Eccleſiam referre poſſumus, quia hoc teſtimonio ſic abuſus eſt Apoſtolus: Hoc enim quod ſcriptũ eſt: Ideo relinquet homo patrem ſuum: referamus ad Chriſtum: vt dicamus eum patrem in cœlis reliquiſſe Deum, vt gentium populus iungeretur eccleſiæ: hoc ẽd ſequitur, matrem ſuam: quomodo poſſumus interpretari? niſi fortè dicamus reliquiſſe eum cœleſtem Hieruſalẽ: quæ eſt mater ſanctorum: & cętera multo his difficiliora. Illud etiam quod ab eodem Apoſtolo ſcribitur. Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra: petra autẽ erat Chriſtus: nequaquam nos arctat: vt omnem exodi librum referamus ad Chriſtum: Quid enim poſſumus dicere, quod hæc petra à Moyſe percuſſa ſit, nõ ſemel, ſed bis; quod aquæ fluxerint, & torrẽtes repleti ſint? Num vniuerſam loci huius hiſtoriam per hanc occaſionem cogemus ſub leges allegoriæ? & non potius vnuſquiſq; locus ſecundum hiſtoriæ diuerſitatem, diuerſam recipiet intelligentiam ſpiritualem? Igitur ſicut hęc teſtimonia ſuas interpretationes habent: vt nec præcedẽtia, nec conſequentia eandem deſiderant allegoriã: ſic & Ionas propheta, non abſque periculo interpretantis, totus referri ad dominum poterit. Nec ex eo quod in Euangelio dicitur: Generatio peſsima & adultera, ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ: ſicut enim fuit Ionas in vẽtre cœti, tribus diebus & trib. noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus: reliqua etiam quæ in propheta digeſta ſunt, eodem ordine referũtur ad Chriſtum. Ex his Hieronymi verbis facilè nobis intelligere datur, quatenus nobis allegorizando procedere fas ſit, neq; omnia in omnibus ſcripturæ locis ad allegoriam rapere debere. Non illibenter hic vſurparem adagium illud Iuriſconſultorũ de xenijs accipiendis. Non omnia, nec paſsim, nec ab omnib. quod ad eundem modum cum allegorijs agendum ſit, quæ non in omnibus ſcripturæ locis admitti poterit. Idem quoq; nos monent virgæ Iacob ouibus propoſitæ. Eas nõ in totum omnes cortice nudauit, ſed ex parte deraſas, & ex parte cortice veſtitas eſſe fiuit; ſignificans tum parabolicè, ſacram ſcripturam aliquando ſimpliciter intelligendam, aliquando etiam ad allegoricum intellectum aperiri poſſe.

Geneſis Caput XXXI.

¶ Poſtquam autem audiuit verba filiorum Laban dicentium, tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris, & illius facultate ditatus factus eſt inclitus: animaduertit quoq; faciem Laban quod nõ eſſet erga ſe ſicut heri & nudiuſtertius: maximè dicente ſibi domino: reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam eroq; tecum: miſit & vocauit Rachel & Lyan in agrum vbi paſcebat greges. ¶ Iacob patriarcha defunctus iam ſeruitute non minus diuturna quã etiam graui, ad hæc numeroſa prole & multa re bona locuples, ſoceri ſui Laban inuidiã in ſe puocauit, nec minus filios eius inuidiæ ſtimuli vehementius perſtrinxerũt. Inuidiæ in Iacob cauſa erat nimia eius, vt Laban filijſq; eius videbatur, fœlicitas, & hæc in aliorum animis inuidiã parere ſolet. Sophoclis hoc dictum eſt.

πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντ' ὁ φθόνος ἕρπει.

Sophocl. in Aiac. fur.

Id eſt.

Ad habentem enim inuidia ſerpit.

Et filij Labã propalam inuidiam præferebant, cum illam verbis ſignificarent, eratq; proinde Iacob minus ab illis periculum. Cæterum Laban aliud verbis in ore habebat, & aliud in animi receſſu premebat; eratq; eõ magis Iacob timendus, quo amicus inimicus difficilis cognituvi detur, maioremq; perniciem afferre ſolet.

ὃς δὲ μιᾷ γλώσσῃ δίχ' ἐφέ νοον οὔτ' ἐταῖρον
λεύσσ' λεύσσ' ἐχθρὸς βέλτερος ἢ φίλος ὤν. .i.

Theognid.

Socius qui vna lingua duplicem mentem habet,
Hic ô Cyrne grauis hoſtis magis eſt quàm amicus.

Sed erat in Iacob ingenium neutiquã plebeiũ vel ſtupidũ; verum acre, & ſingula quæq; facile perſpicies. Affectiones in hominis mẽte alte repoſitæ, nulla alia hominis parte citius q̃ facie produntur. Eſt enim hæc, vt Plin. ſcribit, hilaritatis, clemẽtiæ, triſtitiæ, ſeueritatis index. Atqui inuidia inprimis oculis proditur. Hos enim ſibi tanquam ſedem delegit Inuidia, tormentum alienæ fœlicitatis. Quũ Dauid priũatus adhuc ſingulari certamine Goliam Allophylum proſtraſſet, & cum Saule rege triumphabundus incederet, ab agmine mulierum excipiuntur, quæ cum maiore laude Dauid quàm regem Saul extollerent, mox ille regni ſucceſſorem ſuſpicatus, inuidiæ facibus ſuccẽditur, quam ſacra ſcriptura ſic indicat: Non rectis ergo oculis Saul aſpiciebat Dauid à die illa & deinceps, quod Septuaginta

Pli. li. 11.

1. Reg. 18

legunt, ὡς ἐκεῖνος ἐπόμενος τοῦ δαβίδ ἀφ' ἡμέρας ἐκείνης, καὶ ἐπέκεινα. Id est. Et erat Saul limis aspiciens Dauid ab illa die & deinceps. Hebraicè legitur שָׁאוּל עָיִן אֶת דָּוִיד id est. Saul toruo oculo respexit Dauid. Est enim עַיִן oculus. Hinc עִיֵּן verbũ, inuidiam oculis significauit, quod Ouid. quoq; ponit in descriptione inuidiæ.

Ouid. li. 2. Metam.

Nusquam recta acies

Et inter Græca epigrammata hoc de Inuidia legitur:

Lib. 1. Epigram.

ὁ φθόνος δὴ κάκιστος· ἔχει δέ τι λαθρόν· ἐν αὐτῷ·
τήκει γὰρ φθονερῶν ὄμματα καὶ κεφάλας. .i.

Inuidia est pessimũ quid, sed habet quoddã pulchrũ in se, Consumit enim inuidentium oculos, & cor.

Basilius περὶ φθόνου.

Diuus Basilius quoq; omiliam contra Inuidiam scripsit, in qua hæc de illa elegãter refert, ἁπλοῖ δὲ τῶς καὶ αὐτῷ τῷ πρόσωπῳ τυγχάνουσιν οἱ φθονοῦντες. ὄμμα τόποις ξηρὸν καὶ ἀλαμπές, παρειὰ λαξηκρής, ὀφρῦς συμπεπτωκυῖα, ἡ ψυχὴ τῷ πάθει συγκεχυμένη, τὸ δὲ ἀληθέστατον κριτήριον ἀδὶ ἐν τοῖς προσώποις ἐκ ἔχουσα. Id est. Inuidi etiam facie ipsorum manifesti fiunt. Oculi illorum aridi sunt & obscuri, genæ demissę, supercilia contracta, anhelitus morbo ipso confusus, neq; in negotijs veritatis iudicium habet. Has igitur inuidiæ notas, in facie inq; oculis Laban aduertit Iacob. Neq; hoc dissimulauit apud filias eius, vxores suas, quas in agrũ euocauit, vt communicato cum ipsis consilio, quid in posterum sibi agendũ esset, scire posset. ⊏ Video faciem patris vestri, quod non sit erga me sicut heri & nudiustertius. ⊐ Et post longam expostulationem iniuriarũ quas à Laban patre ipsarum accepit, tandem ad illas ait: ⊏ Tulit Deus substantiam patris vestri, & dedit mihi. ⊐ Et ipsę respondent. ⊏ Sed Deus tulit opes patris nostri, & eas tradidit nobis ac filijs nostris. ⊐ Fuerunt inter philosophos, qui perpetua hæc bona, quæ temporalia appellamus, inter adiaphora posuerunt, vt quæ ad veram hominis fœlicitatem, nihil conferre valeant, etiã si maximè affuerint: nec etiam quicquam ab illa detrahere, si bono, & studioso defuerint. Scribit certè de his bonis Terentius grauiter & philosophicè, tales fieri opes qualis is est qui illas habet.

Terent. in Heaut.

Qui habet quæ quidem in homine dicuntur bona
Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias.
Atq; hæc perinde sunt, vt illius aũs, qui ea possidet,
Qui vti sit, ei bona: qui non vtitur rectè, mala.

Theognid.

Extat apud Theogniden quod proximè ad Terentianam hanc sententiã facit.

ὑμαρέως τοὶ χρῆμα θεοὶ δόσαν, ὅστε τι δειλὸν
ὅτ' ἀγαθὸν. χαλεπῷ δ' ὀρύγματι κῦδος ἔχει. i.

Facilè quidem dij opes dederunt, verum neq; malas, Neq; bonas, verum difficili opere, gloriam habent.

Sunt verò hæc temporalia bona & mala, vt Augustinus scribit, bonis & malis communia: vt nec bona cupidius appetãtur, quæ mali quoq; habere cernuntur, nec mala turpiter euitentur, quibus & boni plerunq; afficiũtur. Canit idem Theognides, paupertate bonũ opprimi, & malum diuitijs florere.

Aug. li. 1. de ciu. Dei

αὐδρ' ἀγαθόν, ψυχὴν ταύτ' δάμνησι μάλισε
χρήματα μὲν δαίμων καὶ τανυπάκων αὐδρὶ δίδωσιν.

Theognid.

Sunt tamen temporalia hæc bona in Dei potestate, qui illas diuino suo iudicio non raro petentibus dat: Causam hãc reddit Augustinus, si non ea, inquit, Deus quibusdam petentibus euidentissima largitate cõcederet, non ad eum ista pertinere diceremus. Itemq; si omnibus eas petentibus daret, non nisi propter talia premia seruiẽdum illi esse arbitraremur: nec pios nos faceret talis seruitus, sed potius cupidos & auaros. Hęc Augustinus. Est certè id verissimum, non in nostris viribus esse vt abundemus, & quotidie experientia condiscimus, alijs laborantib. nihil, alijs dormientibus omnia conficere deos. Qui plurimum laborant, egent plerunq;, & cõtrarium apparet in ijs qui non laborant.

Aug. li. 1. de ciu. Dei

Theognid.

ὄλεις λύσιν ἄτης καὶ λέρδεος ἄτιος αὐτὸς
ἀλλὰ θεοὶ τούτων δώτορες ἀμφοτέρων. Id est.

Nullus sibi causa est vel damni, vel lucri,
Sed Dei horum amborum datores sunt.

Hesiodus grauiter monet, nulli exprobrãdam esse paupertatem, ratio est quod sit donum Dei esse diuitem vel pauperẽ.

Hesiodus περὶ ἔργ.

μηδέποτ' οὐλομένῳ πενίῃ δυμοφθόρον ἀνδρὶ
τετλαῖ' ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐοῦσαν.
Id est.

Nunquam perniciosam paupertatem pauperi viro
Exprobrare sustine, cum donum sit immortalium deorum.

Hom. subinde vocat deos δοτῆρας ἐάων, id est, Largitores bonorum. Sed & Iacob cum vxorbus suis præsentes suas diuitius à Deo se accepisse, non sine magna gratiarum actione fatentur. Præterea vxores Iacob Rachel & Lia ita ad illum loquuntur. ⊏ Vnde omnia quæ præcepit tibi dominus

minus fac. Surrexit itaq; Iacob, & impositis liberis ac coniugibus suis super camelos, abijt, tulitq; omnem substantiam suam & greges, & quicquid in Mesopotamia acquisierat, pergens ad Isaac patrem suum in terram Chanaan. ⊐ Diuinitus olim dictum est, siue à protoplasto, siue à diuino spiritu qui hoc dictauit עַל כֵּן יַעֲזֹב אִישׁ אֶת אָבִיו וְאֶת אִמּוֹ וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ id est, Propterea relinquet vir patrem suum, & matrem suã, & hærebit cũ vxore sua. Haud dubio magna est affectio quam natura filijs erga parentes inseuit, neq; solum in hominibus hoc esse videmus, sed etiã omnibus animantibus infixum est. Cæterũ cordati viri erga vxorem amor, hunc innatum filiorum in parentes amorem, ferè æquat, ac propemodum superare conatur: dum filius maritali copula innexus, amorem omnem in vxorem transfert, & secessione facta à parentibus, relictisq; illis, cum vxore domesticam agit consuetudinem. Erant olim Germani vxorum suarum amantissimi, nec dubitabant pro illarum salute, fortia hostibus pectora opponere, ob captiuitatis metum, quàm lõgè impatientius fœminarum suarum nomine timebãt. At qui quid prohibere poterit, quo minus & mulier vicissim viro suo summum amorem referat, patrio vel parem, vel etiam, si ita negotium tulerit, superiorem? Erant vxores Iacob Rachel & Lia natæ in Mesopotamia, parentib. dignitate præstantibus, fortuna, vt apparet, satis splendida; sed plus valuit amor maritalis paucorum annorum consuetudine imbibitus, quàm parentalis, à natura ipsa validissimè ingenitus. Malebant igitur cum Iacob, quem à patria sua exulem virum acceperãt, & iam rursu sin patriam remeante, in sibijpsis exilium proficisci, quàm in patria & ciuiũ oculis claras cẽseri. Plus potuit filiarum Laban in Iacob virum syncerus amor, quàm ipsius Laban patris in generum suum Iacob inuidia. Putabantq; se magis in patria esse cum Iacob vbiubi ille vitam ageret, quã si deserto illo cum patre æuum exigerẽt. Quàm vehemens sit maritalis hic amor, & quàm superet illum parentalem; declarant complura exempla Roman. Portia Catonis filia, sed Bruti vxor fuit. Cato apud Vticam, post profligatas Reip. partes, mortem sibi consciuit, neq; tamen tã miserabilis patris nex filiam à vitæ desiderio pellere potuit. Cæterum Bruto in Philippis mortuo, eadẽ Portia vxor diutius viuere nõ sustinuit. Potuit ergo Portia sublato patre viuere, sed marito extincto viuere nõ potuit. Clarũ quoq; est Sulpitiæ exemplum erga virũ suũ Lentulũ à Triumuiris proscriptum. Hæc cum à matre Iulia diligentissimè custoditetur, ne Lentulũ Crustelionem virũ suũ proscriptũ à triumuiris in Siciliam prosequeretur; nihilominus familiari veste sumpta, cum duabus ancillis totidemq; seruis, ad eum clãdestina fuga peruenit. Nec est aliud à natura mulieri datũ, quo mansurã in secula famam sibi parare potest, quàm afflictam viri sui fortunam sequi, nec ab illo diuellier; quod Pompeius Pharsalica victus pugna Corneliæ suæ ingessit.

Corn. Tac. de morib. Germ.

Lucan. lib 8. Pharsal.

Laudis in hoc sexu, non legum iura, nec arma,
Vnica materia est, coniunx miser.

Eandem laudẽ merẽtur Rachel & Lia, quæ Iacob virum suum, ob inuidiã fugiẽtem, cum periculo sequi malebãt quã tutò deserere. Cæterũ videndum nobis est, dum Rachelis & sororis eius laudẽ quærimus, quod cũ viro Iacob profectę sint, ne Moyses nobis contrariũ ingerat. Quã atrociter de Rachelis abitu scribere videtur, quũ inquit. ⊏ Rachel furata est idola patris sui. ⊐ Ita ne Moyses furti insimularet volebat Rachelẽ, quod idola patris sui subduxerit? Sed Moyses verba hæc non suo iudicio scripsit, q̃d furtũ putaret esse, sed potius Laban affectui seruiuit, qui idololatria, haud dubio tanq; atrox furtũ hoc habiturus erat, q̃d idola ex ędib. suis subducta essent, q̃d ipse postea satis declarat cũ atrociter in Iacob inuehitur. Quur, inquit, furatus es deos meos. Porrò qd̃ sacra scriptura nõ semper ex sententia scribentis loquatur, sed etiã interdũ alterius iudicio affectuiq; seruiat: satis manifestũ facit illud quod in Iob legimus. Post longã em̃ disceptationẽ, quã cum amicis suis habebat, tandẽ scriptura ait. Omiserunt aũt tres viri isti respõdere Iob, eo q̃ iustũ sibi videretur. Gregorius de his verbis ita censet. Hoc quod de Iob dicitur, eo quod iustus sibi videretur, sacræ huius scriptor historiæ ad amicorum iudicium retulit, non autem beatũ Iob de elationis tumore reprobrauit. Salomõ in initio, puerbiorũ suorum, variam & multiplicem

Val. Max. lib. 6.

Plutarc. in Bruto.

Greg. libr. 33. in Iob.

illorum

illorum vtilitatem quam afferre prudentibus possint, enumerat. Sic enim ait לְתֵת לִפְתָאיִם עָרְמָה & Septuaginta legunt, ἵνα δῶ ἀκάκοις πανουργίαν. Id est. Vt detur paruulis siue simplicibus astutia. D. Basilius explicans principium prouerbiorũ, scribit, τὴν πανουργίαν, id est, astutiam, nõ semper in malam partem accipi, sed esse medium vocabulum, vt sit mala astutia, & bona astutia. Sic enim scribit, καλὴ πανουργία τῶν ἑβραίων κατασοφισαμένων οὐν ἀγνῶτας, καὶ τόντε μισθὸν τῆς ἐργασίας τῆς πόλεως ἐπολαβόντων. καὶ ὕλας ἑαυτοῖς πρὸς τὴν σκηνὴν συμπορισαμένων. ἐπανετῶς ἐπανουργεύσαντο οὐ μᾶλλον πορισάμενοι τὰ ἀρόγα τῶν ἑβραίων. καλὴ πανουργία φεβέκκας, τὴν μεγάλην εὐλογίαν ἣν ἡ πρὸς ξενισάσης. καλῶς ἐπανουργεύσατο φαυῆ. καλῶς φαχήλ. ἡ μὲν οὖν κατασκόπους πορισαμένη, ἡ δὲ τὸν πατέρα κατασοφισαμένη, καὶ τὴν εἰδωλολατρείας ἐλευθερώσασα. Id est. Bona astutia Hebræorum fuit, quando Ægyptios decipiebant, tum enim mercedẽ accipiebant ciuitatum à se conditarum, & sibijpsis materiam suppeditabant ad tabernaculum. Laudabiliter astutia vsæ sunt obstetrices, conseruantes masculos Hebræorum. Pulchra astutia Rebeccæ fuit quum magnã illam benedictionem filio minori acquireret. Pulchrè astuta fuit Raab, pulchrè Rachel, illa quidem exploratores saluos præstitit, hæc verò patrem decipiens, ab idololatria illum liberauit. Hastenus Basilius. Monet quoque Nazanzenus ex hoc Rachel exemplo, vt feliciora & nobiliora quæq; ingenia, à prauis parẽtum ingenijs descisciãt, neque maiorum instituta sectari velint, εἰ μὲν τὶς, οἷα χηλ, πλέοι, ψυχὴ πατριαρχικὴ καὶ μεγαλή, καὶ τὰ εἴδωλα λήθοι ἄπορ οὐ εὕρης τοῦ πατρὸς, οὐχ ἵνα φυλάξῃς, ἀλλ' ἵνα ἀχανίσῃς. id est, Etenim si quæpiam Rachel es aut Lia anima patriarchalis, ac magna, patris tui cum inueneris idola surripe: non vt conserues, sed vt deleas. Iacob igitur omnibus ad fugã paratis, vt scriptura refert, Eamnẽ transmisit. ❑ Est haud dubio amnis hic Euphrates, celebratissimus totius Asiæ fluuiorum, quem necesse est superare eum, qui ex Mesopotamia in Syriam proficisci velit, quandoquidem hic ab occidente Mesopotamiam, qua Syriæ coniungitur, stringit. Credibile est Euphratem per antonomasiam vocari amnem, quod Hebraismus ostendit, qui addito articulo loquitur הַנָּהָר id est. Et transiecit ipsum fluuium. Sed & Septuaginta articulum præponunt, καὶ διέβη τὸν ποταμόν. Refert quoq; scriptura Iacob perrexisse cõtra montem Galaad. ❑ Vtitur hic scriptura anticipatione. Neq; enim tum ita locus ille vocabatur, sed paulò post hoc nomen adeptus est, cum inter Laban & Iacob fœdus percussum est. Tale est illud apud Vergilium de Ænea, qui Troia profugus, in Italiam Lauinaq; venit Littora. Neq; locus ille tum ita vocabatur, cum Æneas illo venisset; sed postea sic dictus est, pace inter Æneam & Latinum facta, tum Æneas Latini regis filiam Lauiniam vxorem duxit, & oppidum condidit Lauinium ab vxore sic appellatum. Hæc anticipatio sacræ scripturæ admodum familiaris est, & perquàm libenter vtitur. Apud Ioannem legimus de Maria sorore Lazari & Marthę, quod dominum vnguento vnxerit, quod tamẽ sequẽti capite ab illa factum legimus. Et hæc est recapitulatio quæ inter septẽ Tychonij regulas suum quoq; locum habet. Eas Augustinus adeo non improbat, vt etiam perquam diligenter exornet sacræ scripturæ testimonijs. ❑ Nunciatum est Laban quod fugeret Iacob. Qui assumptis fratribus suis, persequutus est eum diebus septem, & comprehendit eum in monte Galaad: viditq; in somnis dicentem sibi dominum. Caue ne quicquam asperè loquaris contra Iacob. ❑ Quid putabimus Labã genero suo Iacob exprobratum fuisse, nisi somno diuinitus immisso prohibitus esset? An ingratitudinem tot beneficiorum in illum collatorum, & pristinam paupertatem inopiamq; quam ipse suis opibus à Iacob profligasse se putari volebat? Canit certè Ouidius.

Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas.

Cæterum erat Laban plurimum Iacob obnoxius, nec minoribus illi quàm Iacob ipsi beneficijs deuinctus erat. Neque ignorabat Laban pecuniam suam vigilãtia & sudore Iacob insigniter multiplicatam. Sed Laban oculos vsqueadeo obtexere inuidiæ tenebræ, vt præ insania haudquaquam sui compos, sua in Iacob merita exprobratũ pergeret, interim oblitus quæ in illum Iacob contulisset. Deus igitur Iacob verecundiæ consulens, effrenem Laban animũ cõpescuit, monuitq; vt à verborũ intẽperie, & ab ingratitudinis, paupertatisq; pristinæ exprobratiõe tempera-

Basilius in proverb. Salom.

Verg. libr. 1. Æneid.

T. Liu. lib. 1. ab vrb. con.

Ioann. 11. 12.

Aug. libr. 3. de Doct. Christ.

Ouid. in Epist. Ho.

Greg. Nazanzen. de pasch.

temperaret. Est enim, vt Cicero ait, odiosum sanè genus hominum, officia exprobrantium: quę meminisse debet is, in quẽ collata sunt, non commemorare qui contulit. Lacerat animum & premit (inquit Seneca) frequens meritorum commemoratio. Sed & extremum scelus est, paupertatem inopiamq; cui exprobare, quod raro Deus inultum esse sinit. Ab hac tam intempestiua insectatione dehortatur Theognides.

Cic. de Amicit.

Seneca.

Theognid.

μὴ ποτε τοὶ πρηΐλω θυμοφθόρον αὐθὶ χολωθεὶς
μηδ' ἀχεμοστείλω οὐλομένω πρόφερε
ζεὺς γὰρ τοὶ τὸ τάλαντον ἐπιῤῥέπει ἄλλοτε ἄλλῳ
ἄλλοτε μὲν πλουτεῖν, ἄλλοτε δ' οὐδὲν ἔχειν. i.
Neq; vnquam paupertatem perniciosam viro iratus,
Neq; inopiam vastatricem obijcere velis,
Iuppiter enim libram quoquoversum vergit,
Interdum diuitias dat, interdum nihil habere.

❑ Dixit Laban ad Iacob. Quur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi, vt prosequerer te cum gaudio, & canticis & tympanis & cytharis. ❑ Apud Theognidem præceptum hoc legitur, ne quis hospitem inuitum apud se detineat, neq; etiam foras expellat eũ, qui exire adhuc nolit.

Theognid.

μηδ' ἀέκοντα θύραζε λέλευ' ὀκ ἐθέλοντ' ἰέναι.
μὴ δὲ θύραζε λέλευ' ὀκ ἐθέλοντ' ἰέναι.

Homerus quoq; docet hospitem præsentem honorandum, sed volẽtem discedere, dimittendum.

Homerus ὀδύσσ. ο.

χὴν ξένον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν.

Liquet ex multis locis apud Homerum, veteres, hospites nõ solum comiter tractasse, verumetiam abeuntes summa humanitate prosequutos. Vlysses hospes domesticam egit cõsuetudinem apud Alcinoum regem Phæacum in insula Corcyra. Huncabire parantem rex & regina, ad mare, summa comitate, cum seruorum & mulierum pompa, deduxerunt; vestes & commeatum in nauim imponentes.

Homerus ὀδύσσ. ν.

τῷ δ' ἅμα λήρυκα πρόεα μνῶν ἀλκινόοιο
ἀγεῖθ' ὑδὶ νῆα θοὴν καὶ δίνα θαλάσσης
κῆρύκα δ' ἄρα οἱ δμῶας ἅμ' ἔπεμπε γυναῖκας
τὴν δ' ἑτέρην χλόον πυκινὴν ἅμ' ὄπασσε λομίζειν
τὴν μὲν φάρος ἔχουσαν ἐυπλυνές ἠδὲ χιτῶνα
ἄλλη σῖτον τ' ἔφερε καὶ οἶνον ἐρυθρόν.

Talis hospitum cum comitate deductio vocatur πομπὴ, siue παράπεμψις, ductores & duces πομπωδοὶ. Talem deductionem parabat Calypso Vlysi, vt Homerus canit.

Homerus ὀδύσσ. ε.

καὶ τοτ' ὀδυσσῆϊ μεγαλήτορι μήδετο πομπὴν.

Hanc igitur veterum ciuilitatem & comitatem, in abeuntes hospites, significat Laban, qua se Iacob vicio defraudatum queritur, quod se inscio profectus esset. Reddit tamen rationem Iacob clandestini sui abitus. ❑ Quod inscio te profectus sum, timui ne violenter auferres filias tuas. ❑ Timor hic Iacob non frustra, neq; de nihilo fuit. His enim cõditionibus Laban filias suas Iacob collocauerat, vt Iosephus scribit, εἰ μὲν τοὶ παρ' αὐτῷ μένοι τινὰ χρόνον, τοῦτο ποιήσειν, εἰς γὰρ χαναναίους οὐκ ἂν πέμψειν τὴν θυγατέρα, μεταμέλειν γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦ γαμοῦ καὶ ἀδελφῆς καὶ ἀς ἐκεῖ σωφρόνων. Id est. Si quidem apud illum maneret Iacob tempus aliquot, neq; enim in Chananæos filiam missurum. Pœnitere enim illum affinitatis sororis suæ contractæ apud illos. Idẽ verba Laban significant, quæ ad Iacob loquutus erat, cum illi Rachel pollicetur שוֹב תְּתִּי אֹתָהּ לְךָ מִתִּתִּי אֹתָהּ לְאִישׁ אַחֵר שְׁבָה עִמָּדִי Id est. Melius est vt dem illam tibi quam viro alteri, mane apud me. Videntur veteres illi à longinquis nuptijs abhorruisse, neq; libenter filias suas aliò nuptum misisse. Hesiodus inter nuptialia præcepta hoc etiam præcipit.

Ioseph libr. 1. ἀρχαι.

Genes. 29.

Hesiodus.

τὴν δὲ μαλίστα γαμεῖν, ἥτις σέθεν ἐγγύθι ναίει.

Id est.

Hanc verò maximè duc in vxorem, quæ prope te habitat.

Porrò Laban vbi satisfactum sibi vidit de clandestino Iacob recessu, mox sermonem de dijs suis furtim à Rachel sublatis, mouet. Quod quidem cum clam Iacob esset, neq; in aliquo sibi conscius, dat socero Laban suppellectilem omnẽ perscrutãdi eius potestatem, qui ne quicquã deos suos vestigatus, tandem Rachelis filiæ tentorium subit. ❑ Tum illa festinãs abscondit idola subter stramẽta cameli & sedit desuper, scrutantiq; omne tentorium & nihil inuenienti, ait. Ne irascatur dominus meus quod corãte assurgere nequeo. ❑ Verum est quod prouerbij loco dicitur νόμος καὶ χώρα, nimirũ quod alij sint aliarum gentium mores & consuetudines. Sunt nonnulla apud nos recepta, quę apud alios improba videantur, rursus ibi concessa, quæ apud nos ne fasta. Aiunt Græci αὐχάρσις παρ' ἀθηναίοις

ἀθλιωτοῖς σολοικίζει, ἀθλιωτοὶ δὲ παρὰ σκυθαῖς, id est, Anacharsis apud Athenienses solœcismum facit, Athenienses apud Scythas. Apud Romanos arrogantiæ plenum atque ignominiosum erat si filius patrẽ appellasset dominum. Augustus quamuis rerum potiretur, domini appellationem tamen semper exhorruit, ac ne à liberis quidem aut nepotibus suis, vel serio, vel ioco, dominum se appellari, passus est. Extat acerbum dystichon Marcialis in Sosibianum, qui patrem suum dominum dixerat.

Sueton. in Augu.

Marcialis.

E seruo scis te genitum, blandeq; fateris:
Cum dicis dominum, Sosibiane, patrem.

Atqui citra reprehensionẽ Rachel patrẽ appellauit dominũ, vt quæ patriæ suæ consuetudini seruiret. Magno olim risu & ludibrio fuit Porphyrio & Iuliano Augusto, Christianæ religionis hostibus, Magdalenæ verba, quibus quem hortulanum putabat, dominum vocauerat, nõ tam mulieris simplicitatem incessentes, quàm etiam Euangelistæ, vt putabant secordiam, traducere conantes. Sed frustra hic nasum rinocerotis in vtrunq; leuant, cum obuios, vt ait Seneca, si nomen non succurrit dominos salutamus. ⊏Iuxta cõsuetudinem fœminarum nunc accidit mihi.⊐

Seneca.

Quod in Hebræo legitur בִּי דֶרֶךְ נָשִׁים לִי id est, Quoniam via mulierum est mihi. Sed via pro consuetudine Hebraicè ponitur, quod Latini etiam imitati sunt. Terentianus pater ait se tractasse animum amantis filij, non vt decuit ægrotum, sed vi & peruulgata via patrum, vt sit rigida consuetudine patrum. Simulabat Rachel afflictionem illam, qua subinde mulieres afficiuntur, quando menstruo illo & mõstroso sanguine exonerantur. De hoc hęc scribit Aristoteles, ἡ δὲ τῶν γυναικείων ὁρμὴ πόδι ζω γίνεται πόδι φθίνοντας οὖς μῆνας. διὸ φασίν τινες τῶν σοφιζομένων καὶ τὴν σελήνην ἐν δῆλον, ὅτι ἅμα συμβαίνει ταῖς μὲν ἡ κάθαρσις, τῇ δ' ἡ φθίσις. καὶ μετὰ τὴν κάθαρσιν καὶ τὴν φθίσιν, ἡ πλήρωσις ἀμφοῖν. καὶ ταῖς μὲν συνεχῶς καθ' ἕκαστον ὀλιγάκις τὰ καταμήνια φοιτᾷ, πρὸς μῆνα δὲ τρίτον ταῖς πλείσαις. ὅσαις μὲν οὖν ὀλίγον χρόνον γίνεται δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας, ἀπαλλάττεσθαι ῥᾷον. ὅσαις δὲ πολλὰς, χαλεπώτερον. πονοῦσι γὰρ τὰς ἡμέρας ταύτας. ταῖς μὲν γὰρ καθ' ὀλίγον, ἀθρόα ἡ κάθαρσις γίνεται ταῖς δὲ, τὸ σῶμα βαρύνεται πάσας ἕως ἂν ἐξέλθῃ, id est. Profluuiũ autem mensium decrescente luna cõtingit; quãobrem nonnulli cauillo sexum fœmineum Iunæ tribuunt, quoniam simul vt illa decrescat, & mulier purgetur, moxq; repleantur ambæ, eueniat. Paucis mẽstrua singulis mensibus mouentur, sed vno intermisso plurimis. Facilius agitur cũ ijs, quibus breui tempore, hoc est, biduo aut triduo profluunt: sed quibus longũ protrahitur, difficiliùs: laborant enim id temporis, alijs nanque vniuersim hæc purgatio fit, alijs paulatim. Attamen omnibus corpus grauatur, quandiu effluat humor. Qualem verò colorem menstrua hæc habeant, describit sic Aristoteles, τοῦτο δὲ ὃν αἷμα οἷον νεόσφακτον, id est, Menstruum est sanguis quasi recens occisi animalis. De huius monstrifica natura hæc scribit Plinius. Acescunt superuentu musta, sterilescunt tactæ fruges, moriuntur insita, exurũtur hortorum germina, & fructus arborum quibus insedere, decidunt: speculorum, fulgor aspectu ipso hebetatur, acies ferri præstringitur, eborisq́ue nitor, aluei apum emoriuntur: æs etiam ac ferrum rubigo protinus corripit; odorq; dirus aëra: & in rabiem agũtur gustato eo canes, atque insanabili veneno morsus inficitur. Scribit & Plinius plura alia æquè prodigiosa. Sed nos sequẽtia videamus. Laban ergo cum se sua opinione frustratum videret, neque idola sua peruestigare posset, nõ iniuria rubore afficitur. Creuit hic animus Iacob, iniuriamque suam verbis vltum ibat. Igitur totis velis remisq́ue in Laban inuehitur, nec voci iraq; pepercit. ⊏Tumensque Iacob cum iurgio ait. Quamobcul pam meam, & ob quod peccatum meum sic exarsisti post me, & scrutatus es omnem suppellectilem meam? Quid inuenisti de cuncta substantia domus tuæ? Pone hic coram fratribus meis & fratribus tuis, & iudicent inter me & te.⊐ Verum hic esse video quod Flaccus scribit, non semper æquabilem vocem in vno argumento esse posse. Assurgit interdum comœdia tragicè, & Tragœdia non raro sermone gaudet pedestri.

Terent. in Eun. prol.

Arist. lib. 8. de gen. ani. cap. 4.

Arist. eod. libro.

Plin. lib. 7.

Horat. in Arte poe.

Iratusq́; Chremes tumido delitigat ore,
Et Tragicus plerunq; dolet sermone pedestri.

In Iacob hactenus socci verba audiuimus, plena tranquillitatis & modestiæ, insurgit hic tragico cothurno, & contorta vibrataq́ue verba in Laban eiaculatur, neque mirum hoc cui videri debet, quandoquidem nullum animal tam minutum aut inbecille est quod irritatum, non excandescat ira. Verum certè est prouerbiũ illud: Sua est & formicis ira. Et Publius mimographus rectè scripsit: Furor fit lęsa patiẽtia. Pergit Iacob ingrato socero suo Laban, omnes suas erumnas enumerare. ⊏Ego damnum omne reddebam, quicquid furtim perierat à me exigebas.⊐ In Hebræo paulò aliter legitur גְּנֻבָתִי יוֹם וּגְנֻבָתִי לָיְלָה & Septuaginta rectè verterunt κλέμματα ἡμέρας, καὶ κλέμματα νυκτὸς, id est, Furtum diei, & furtum noctis, à me exigebas. Furtum noctis haud dubio vocat luporum insidias. Lupus plurimum oculorum acie cernit, & tenebras noctis euincit. Ipsos quoq; λύκους, id est, lupos, ait Macrobius, ἀπὸ τῆς λύκης, id est, à luce prima appellatos quidam putant, quia hæ feræ maximè id tempus aptum rapiendo pecori obseruant, quod ante lucanum post nocturnam famem ad pastum stabulis expellitur, Furtum Diei à furibus committitur, quod potissimum fit quando densa nebula campi & syluæ inuoluuntur. Est igitur nebula pastoribus ingrata, furibus verò maximè commoda, vt canit Homerus:

Macrob. lib. 1. Satur.

Homerus Iliad. γ.

ἤυτ' ὄρεος κορυφῆσι νότος κατεχέετο ὀμίχλη
ποιμέσιν ἄυτι φίλη, κλέπτῃ δὲ τε νυκτὸς ἀμείνων.

⊏Die noctuq;, æstu vrgebar & gelu.⊐ Hic locus satis arguit, in vna eadem terra haudquaquam diurnum æstum parem esse noctí, neq; nocturnum gelu respõdere diei, sed longè à se discrepare. Aiũt qui ex nostris in Syria fuerunt, & Arabiam montemq; Synai pietatis ergo inuisere, quũ montem summo matutino crepusculo ascenderent, tantum tum gelu fuisse, vt igni accenso opus haberent, cum tamen insequens dies flagrantissimo sole exæstuaret. Extat apud Lucianum dialogus admodum festiuus de Micillo paupere, qui per somnium se videbat esse ditissimum. Verum mox à gallo excitatus imprecatur illi, vt qui cuperet somnium illud ad auroram vsq; somniare, quo scilicet diutius fortunatus esset. A nocturno enim gelu coniectat nondum mane esse: καίτοι εἰ γε χρὴ τεκμαίρεσθαι τῇ τε ἠσυχίᾳ τοσοῦτον ἔτι οὖσα, καὶ οὐδ' κρύει, μηδέπω μὲ τὸ ὀρθρινὸν ὥσπερ εἴωθεν ἀποκναίον τι. γνώμων γὰρ οὕτω ἀψευδεστατος μοι, πῶς ἐλαυνούσης ἡμέρας. id est. Atqui si opus fuerit coniectare silentio adhuc magno, & frigore, nondum matutinum tempus me, vt consueuit, grauat. Norma enim hæc est verissima mihi, appetentis diei. Ex his ergo cognoscimus cur nocte illa qua Christus captus legitur, ignis in atrio pontificis succẽsus sit, idq; verno tempore. Ambrosius putat hoc ad literam intelligi nõ posse. Si tempus, inquit, consideremus, frigus esse non poterat. Sed frigus erat vbi Iesus non agnoscebatur, vbi non erat qui lucem videret, vbi negabatur ignis consumens. Frigus ergo erat mentis, non corporis. Atqui nulla regio tam calida die est, quæ eadem frigidas non habeat noctes. Si in Mesopotamia Iacob gelu noctu adustus est, multò magis in Syria hoc fieri credibile erit. ⊏Fugiebatq; somnus ab oculis meis.⊐ Fuerunt apud Græcos Philosophi, qui summo ingenio τὰ οἰκονομικὰ tractarunt, sed quem diligẽtiorem œconomum & vigilantiorem inuenirent quàm Iacob hunc patriarchã? Hic igitur primus œconomus fuit longè omnium vigilantissimus, & quem iure optimo τῆς οἰκονομίας gnomonem dixeris. A Iacob tanquam ab archetypo œconomi formã sumpsit Aristoteles, quem & sic depingit, ἐγείρεσθαι χρὴ πρότερον οἰκέτας οἰκετῶν, καὶ καθεύδειν ὕστερον, καὶ μηδὲ ποτε ἀφύλακτον οἰκίαν εἶναι, ὅσπερ πόλιν. ὅσα τρόπῳ ποιεῖν, μήτε νυκτὸς μήτε ἡμέρας παρίεναι τὸ, τε διανίστασθαι νύκτωρ. τοῦτο γὰρ καὶ πρὸς ὑγίειαν καὶ οἰκονομίαν καὶ φιλόσοφον χρήσιμον, id est, Expergisci decet prius Dominum quàm seruum, & cubitum ire posterius, nec vnquam incustoditam esse domum, quemadmodũ nec vrbem, quando opus est, neq; die neque noctu. Et ante lucem surgere, quod & ad sanitatem, & ad curam rei familiaris, & ad studium philosophiæ prodest quàm plurimum. Refertur apud Xenophõtem responsum barbari cuiusdam, sed quod optimè declarat, quantum momentum afferat, ad domestica negotia rectè administranda, Domini oculus atque vigilantia. βασιλεὺς ἄρα ἵππου ἐπιτυχὼν ἀγαθοῦ, παχύνει αὐτοῦ ὡς τάχιστα βουλόμενος ἤρετο τῶν δεινῶν τινὰ ἀμφ' ἵππους δοκούντων εἶναι, τὸ τάχιστα παχύνει ἵππον, τὸν δ' εἰπεῖν ὅτι δεσπότου ὀφθαλμός. οὕτω δ' ἔφη ὦ σώκρατες καὶ τ' ἄλλα μοι δοκεῖ δεσπότου ὀφθαλμὸς τὰ καλὰ τε κἀγαθὰ μάλιστα ἐγείζεσθαι. id est, Rex quidam

Lucianus in Gallo.

Ambrosius in Luc.

Arist. lib. 1. oikonom.

Xenophon oikonom.

dam cum bellum equum assequutus esset, volensq; illum quàm celerrimè impinguari, rogat quendam, qui optimè intelligebat quæ ad equos pertinebant, quid celerrimè equum habitiorem redderet, tum illum respondisse ferunt, quod Domini oculus. Sic alia quoq; ô Socrates, mihi videtur Domini oculus pulchra & bona reddere. Est certè somnus humanæ naturæ diuina benignitate largitus, qui cum homini sese infuderit, tum fessa membra leuantur, & ad futurum laborem vires reparãtur. Cœlestia illa τὰ φαινομένα, perpetuo & irrequieto cursu ferũtur, atque iugi ortu obituq; temporum vices emetiuntur, atqui hominis vita grata vice somno interpollat vigiliaq;, alioqui durabilis non esset si alterna hac vice careret. Vergilius quoq; somnum diuũm donum vocat.

Verg. li. 2 Æneid.

Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuũm gratissima serpit.

Theocritus quoq; somnum his versibus describit, appellaturq; ab eo λυσιμελὴς, quod μελεδῶνας, id est, curas soluat.

Theocr. in Europ.

ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάροισιν ἐφίζων
λυσιμελὴς, πεδόθεν μαλακῷ κατὰ φάρεα δεσμῷ.

Tempore quo mollis gratissima munera somni
Irrepunt, vincliq; ligant prædulcibus artus.

Cæterum quemadmodum homini necessum est vt illa quæ à diuina largitate accepit, caute prudenterq; administret: ita etiam in somno faciundum erit, vt illo moderatè vtatur, & quantum reficiendis viribus opus sit, non quantum carnalis affectus dictat. Potest certè homo somno vti vt Dominus, & non ab illo in seruitutem redigi vt seruus. Agesilaus ille Lacedæmoniorum rex, immensas suas virtutes, hac quoq; laude clariores reddidit, quod somno moderari nouerat, frenumq; inijcere, vt de illo scribit Xenophon. οὐ μὴν ὕπνῳ γε δεσποτῇ, ἀλλ' ἀρχομένῳ ὑπὸ τῶν πρακτέων ἐχρῆτο, id est, Haud quaquã somno vt Domino, sed vt subdito in negotijs vtebatur. Vnde melius Ecclesiastici pastores sedulitatis & vigilantiæ suæ exemplum peterent, quàm ab Iacob, qui cura diurna nocturnaq; gregem pascebat? Ad Iacob vigilantiam proximè accedunt Euangelici illi pastores, quos sacrosancta dominicæ natiuitatis nox insomnes reperit, ποιμένες ἦσαν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ ἀγραυλοῦντες, καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποίμνην αὐτῶν. Id est. Pastores erant in eadem regione, in agro agentes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Clarè tum pastores illi, quod Christo nascente vigilabant, præfigurabãt, Christianos pastores nihil aliud magis decere quàm vigilantiam & sedulitatem, qua dominico gregi salutaria omnia prospicere debeant, in nullo verò dormitare. Hanc tanquam genuinam veri pastoris notam Paulus suo Timotheo cõmendat. Quum enim Dominicum gregem in præceps iturum vir Propheticí Spiritus, & noxia quæq; pro optimis electurum, videret, vt corrupto rationis iudicio: huic pesti tam perniciabili Paulo nihil aliud opponendũ duxit, nisi pastoris sedulitatem & vigilantiam. Tu verò vigila in omnibus, labora. Siue vt Græcè legitur σὺ δὲ νῆφε ἐν πᾶσι, κακοπάθησον, id est, Tu verò attentus sis in omnibus, mala sustine. Referunt poëtæ Iunonem, pellicẽ suam Io iam in vaccam rransformatam, Argo custodiendam tradidisse. Erat verò Argus pastor, non solum oculatus, verum etiam oculeus totus, qui exertis & vigilantibus oculis vaccam obseruaret, quod Ouidius sic canit.

Luc. 2.

2. Tim. 4.

Ouid. lib. Meta.

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat,
Inde suis vicibus capiebant bina quietem,
Cætera seruabant, atq; in statione manebant.

Quid aliud hoc poëtico inuolucro significatur, nisi summa vigilãtia opus esse illi, qui veri pastoris officium ritè in Ecclesia obire velit? Neque solum hæc in Ecclesiasticis Prælatis optanda est, verum etiam regum & principum pulcherrima dos esset, vt pro populo suo tutando, & in iure dicundo, insomnes noctes agere non dubitarent, & graui somno stertentibus alijs, ipsi quæ in rempublicam essent, peruigili cura dispicerent, potioremq; ducerent populi sui salutem, quàm priuatam suam voluptatem. Quid aliud esse putamus, quod Homerus de Ioue Deorum Deo canit, quem dijs hominibusq; dormientibus, insomnem fuisse fingit, ac de Achille exaltando cogitasse?

Xenoph. in Agesil.

Homerus Ἰλιαδ.

ἀλλοὶ μὲν ῥα θεοί τε, καὶ αἰνέρες ἱππακοῦται,
εὗδον

εὗδον πανύχιοι. σέο δ' οὐκ ἔχε νύδιμος ὕπνος
ἀλλ' ὅ γε μερμήριζε κατὰ φρένα, ὡς ἀχιλῆα
τιμήσῃ ὀλέσῃ δὲ πολέας ἐπὶ νηυσὶν ἀχαιῶν.

Id est.

Altera turba Deũm noctem populiq; pelasgi
Per totam placido mulcebant corpora somno,
At non vlla quies dulci comitata sopore
Lumina rectoris magni subigebat Olympi,
Ille sed intento varios in pectore motus
Volueba t, qui nam læsum decoraret Achillem.

Neq; dissimile est Homericum hoc illi quod Dauid de Deo canit לֹא יָנוּם וְלֹא יִישָׁן שׁוֹמֵר יִשְׂרָאֵל id est, Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israël. Persarum rex, authore Plutarcho, vnum habebat cubicularium, cui hoc negotij mandatum erat, vt diluculo ingressus illi diceret: Surge rex, atque ea cura negotia, quæ te curare voluit Mesoromasdes. Quis citra stomachum ferre posset præfectum, rerum omnium securum, quique, expectantibus in ædium suarum vestibulo, consultoribus, ipse dies noctesq; sterteret, dum clarum mane fenestras intrat, & angustas extendit lumine rimas? Huic nihil aliud expectandum esset nisi vt διὸς ἄγγελος illud Homericum occineret.

Psal. 121.

Plutarchus de doct. princ.

Homer. li. Ἰλιαδ.

οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἀνδρα
ᾧ λαοί τ' ἐπιτετράφαται καὶ τόσσα μέμηλε.

Id est.

Haud decet obscuri concessas corporis horas
Tota nocte ducem pigro transmittere somno,
Cui populi commissa salus, & credita summa
Imperij tanta rerum stat mole tuenda.

Cæterum vt ad Iacob nostrum reuertamur, vigilantia hæc eius poterit exemplo omnibus esse pastoribus, qua ærumnas suas facilè cõsolari possent, si quas ob populi sui salutem exanclare cogantur. Sed iam reliquam expostulationem Iacob cum socero Laban audiamus. ¶Immutasti quoq; mercedẽ meã decẽ vicibus.¶ Si cui hoc mirum videri poterit, quomodo intra sexennium decies pecora parare potuerint, huic necesse est vt prodigiosam Mesopotamiæ fertilitatem cogitare velit. Debet hæc non minus Euphrati & Tigri paradisiacis fluminibus, quàm Ægyptus suo Nilo. Mesopotamiam, ait Cicero, fertilem efficit Euphrates: in quam quotannos quasi nouos agros inuehit. Et Lucanus de Mosopotamiæ campis canit.

Homerus Ἰλιαδ.

Cic. lib. 2. de nat. Deo.

Lucan. lib. 2. Pharis.

vbi spargus in agros
Fertilis Euphrates phariæ vice fungitur vndæ.

Q. Curtius de Mesopotamiæ fertilitate & causa hæc scribit. Inter Tigrim & Euphratem iacentia, tam vberi & pingui solo sunt, vt à pastu repelli pecora dicantur, ne satietas perimat. Causa fertilitatis est humor, qui ex vtroq; amne manat, toto fere solo per venas aquarum resudãte. Dionysius de Mesopotamiæ mira fertilitate tam pecorum quàm hominũ hæc in vniuersum scribit.

Q. Curt. libr. 5.

Dionys. de situ orbis.

οὐ μὴν τοι λείης γε νομὰς ἀνοσατο βοῦτης
οὐδ' ὅς τις σύριγγι κερώνυχα πᾶσα γραάρῳν
μήλοις ἀγραύλοισιν ἐφέστηται. οὐδὲ μὴν ὕλην.
παντοίην φυτοεργὸς ἀνὴρ ἀθερίσαζο κεραπῶν
τοίη ἐπὶ κείνης αἴας ἄρσις πέλει. ἐν μὴν ἀέξειν.
ποίην ἐν δὲ νομεύς ἐυανθέας. ἐν δὲ κεκαυδ-
ρῶν
φύτλην. λαμπίσειν τε καὶ ἀθανάτοισιν ὁμοίην.

Quum igitur Mesopotamia talis sit, facile creditu est pecudes quoque bis in anno grauidas fieri potuisse, vt Laban mercedem Iacob decies intra sexennij tempus mutare potuerit. ¶ Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modo nudum me dimisisses. Et paulò post. Iurauit ergo Iacob per timorem patris sui Isaac.¶ Apud Malachiam prophetam legimus Deum dicentem אִם אֲדוֹנִים אָנִי אַיֵּה מוֹרָאִי id est: Si Dominus ego vbi timor meus. Iacob appellat Deum patris sui Isaac מוֹרָא timorem. Ex his scripturæ locis ortum videtur quod à grammaticis & quidem clarissimis traditur, Deum à timore dictum. Nam δεῖος græcè, timor est Latinè. Et Statij hic versus in prouerbiũ versus est. Primus in orbe Deos fecit timor. Verum vt à timore Deus dictus videtur, ita etiam timor ad Deum ipsum adducit; vt sit tanquam gradus quidam quo proximè ad Deum ascenditur. Cæterum timor vox mesa est, & geminam timoris significationem significat. Est enim timor quo nocentes cruciatum formidant, furor, & nocentis conscientiæ vermis, qui rodit quotidiè atque vrit malam mentem, malum animum. Talem timorem habuit Nero Cæsar, qui interfecta matre sua Agrippina, tanti sceleris conscientiam, nũquam ferre potuit, sæpe confessus exagitari se materna specie, verberibus furiarum, ac tedis ardentibus. Quin & facto per magos sacro, euocare manes & exorare tẽtauit. Peregrinatione quidẽ Græ-

Malach. 1.

Statius in Thebaide.

Suetonius in Neron.

ciæ Eleusinis sacris, quorum initiatione impij & scelerati voce præconis summouerentur, interesse non ausus est. Hic timor nefandum Imperatorem tum agitabat. Est & alius diuinus & salutaris timor, qui à Deo prouenit, quẽ Dauid ita depingit יִרְאַת יְהוָה טְהוֹרָה עֹמֶדֶת לָעַד id est, Timor Domini sincerus permanens in seculum. Sed & Salomon de hoc timore sic scribit יִרְאַת יְהוָה רֵאשִׁית דָּעַת id est, Timor Domini principium scientiæ. Quod Septuaginta sic legunt, ἀρχὴ σοφίας φόβος κυρίου, id est, Principium sapientiæ timor Domini. Explicat Suidas hæc sapientiæ verba ad hunc modum. Ἐστὶ φόβος κυρίου ἀρχὴ σοφίας, ὁ βουλόμενος σοφὸς εἶναι ἀφ' εὐλαβείας ἄρχεται. εἰ δὲ τὸ ἀρχὴ ἐπὶ τῆς ἡγεμονίας παραληφθῇ φόβος κυρίου, οὐχ ὁ παθητικὸς ὁ διὰ κολάσεως πεσγινόμενος, ἡ γὰρ τελεία ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον, ἀλλ' ἡ ἱκετικὴ σεβασμὸν εὐλάβειαν. οὗτος γὰρ ὁ φόβος κυρίου πάντα ὑπερέβαλε. id est. Timor Domini principium sapientiæ propterea est, quoniam qui vult sapiens esse à pio metu incipit. Quod si principium hic pro principatu accipitur, tum timor Domini nõ est perturbatiuus, qui suppliciorum metu hominem inuadit, quandoquidem perfecta charitas foras mittit timorẽ, sed venerabilis hic metus censetur, qui in veneratione consistit. Talis enim metus Domini omnia superat. Talis ergo timor hic fuit, quem sacra scriptura Isaac asscribit, intraneus ille, qui amore superior est, quem Hebræi appellant פחד Græci verò τὴν εὐλάβειαν. Fuit hic timor in Symeone qui erat δίκαιος καὶ εὐλαβής, id est, Iustus & timoratus. ⊏ Afflictionem meam & laborẽ manuum mearum respexit Dominus. ⅃ Vsurpatur respicere latinis scriptoribus pro iuuare. Cicero, Nisi quis nos Deus respexerit. Afflictiones ergo suas & labores Deo curæ fuisse grate profitetur Iacob. Dij enim, vt Homerus canit, πόνοι ἄσιμα ἔργ' ἀνθρώπων. id est: Honorant decentia opa hominũ. Deus enim quemadmodũ homini laborem imperauit, ita etiam, vt Æschylus scribit, φιλεῖ δὲ τῷ μάχοντι συναρύσιον θεός, laboranti adesse solet Deus. Quum igitur in hunc modum Iacob soceri sui laban ingratitudinem magna libertate incesseret; & hic sibi satisfactum per omnia putaret, neque aliquem ad respondendum locum sibi relictum videret, vltro generum suuum Iacob ad fœdus secum ineundum inuitat. ⊏ Respondit ei Laban, Filiæ meæ & filij & greges tui, & omnia quæ cernis mea sunt. Quid possum facere filijs & nepotibus meis? Veni ergo & ineamus fœdus, vt sit testimonium inter me & te. Tulit itaque Iacob lapidem, & erexit illum in titulum. Dixitque fratribus suis. Afferte lapides: qui congregantes fecerunt tumulum, comederuntque super eum, quem vocauit Laban tumulum testis, & Iacob aceruum testimonij. ⅃ Quis nõ iure miretur seculi illius simplicitatem, vel vt verius loquar, candidam fidem? Icti fœderis inter Laban socerum & Iacob generum, testes erant lapides in tumulum congesti, & eos non clanculo, neque priuato suo quisque consilio, congesserunt, sed filiorum & necessariorum manibus coaceruati sunt, eo haud dubio consilio, vt fœdus illud non modò inter viuentes etiamnum valeret, sed etiam apud pastores inuiolabile perseueraret. Non tum erant literarum monumenta in vsu, quibus fœdera & pacta conscripta atque annulis consignata, ad posteritatis notitiam sepo nuntur; sed tumuli, & erecti lapides fœderum testes erant. Sed erat illis tanta fides, quantam hodie ne literę quidem, vel boum tergoribus æquabiles, habere videantur. Atqui vt quod sentiam, exprimam, videtur hic mos erigendorum lapidum vel columnarum peruetustus esse, & priscis regibus perq̃ familiaris fuisse. Quũ enim reges illi bello victores fuissent, & exteras terras suo subdidissent imperio, statim, ne res ipsorũ p̃clare bello gestæ inobliuionẽ venirẽt, lapides vel colũnas erigendas curabant, vt apud posteritatem præclara illorum facinora audirentur. Agebant hæc, vt opinor, ob scriptorum inopiam, qui res ipsorum literis celebrare possent. Ferunt Liberum patrẽ cum exercitu Indiam intrasse, & illam bello subegisse, victoriæq; suæ monumenta lapides esse voluisse, vt Dionysius scribit.

Psal. 19.
Pro. 1.
Suidas.
Luc. 2.
Cicero.
Homer. li. ξ. ὀδυ.
Æschylus.
Dionys. de situ orbis.

ἐνθάδε καὶ σῦλαι θηβαιγενέος Διονύσου
ἑστᾶσιν πυμάτοιο παρὰ ῥόον ὠχεανοῖο
ἐν ὀλίῳ ὑστατίοισιν ἐν οὔρεσιν.

Id est.

Ibi quoq; columnæ Thebani Dionysij
Stant, apud fluxum vltimi Oceani
In extremis montibus Indorum.

Et Q. Curtius, Transierant iam Macedones

dones: Liberi patris terminos, quorum monumenta lapides erant crebris inter vallis dispositi. Omnibus cognitum est metas laborum Herculis in Aphrica Abylam fuisse, in Hispania Calpam, siue illæ columnæ fuerint, siue lapidum tumuli. Non scio an sacræ scripturæ candidatis gratificaturus sim, si locum illum qui in prouerbijs Salomonis legitur, huc interpretaturus, adduxero. Is est: Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem. Quid rogo est aceruus Mercurij? Num Salomonem Mercurium illum ethnicorum Deum sciuisse putabimus? Nõ hercle opinor. Hebraica lectio plana est בֹּקֵר בְּמַרְגֵּמָה & Septuaginta recte sic verterunt, ὃς ἀποδεσμεύει λίθον ἐν σφενδόνῃ. id est, Qui ligat lapidem in funda. Sunt ex Hebræis tamen qui מַרְגֵּמָה non fundã interpretẽtur, sed מַרְגֵּמָה אֲבָנִים id est, aceruum lapidum, vt sit, Qui injicit lapidem in aceruum lapidum. Sic quoq; credibile est olim intellexisse Symmachum, Aquilam, Theodotionem, qui מַרְגֵּמָה interpretati sunt ἑρμαῖον λόφον. id est, aceruum lapidum. Vsurpat Homerus hanc vocem.

Q. Curtius lib. 7.
Prou. 26.
Homerus ὀδυσ. π.

ἤδη ἔσεν πόλιος ὅθι δ' ἑρμαῖος λόφος ὄδην.

Id est.

Ante vrbem veneram vbi erat aceruus lapidum.

Strabo quoq; eandem vocem vsurpat, παρ' ὅλην δὲ τὴν ὁδὸν ἡν ἰδεῖν ἑκατέρωθεν πολλαχοῦ ὥσπερ ἑρμαῖα πέτρου ἀλίθατον σρογγύλον. id est, Per totam viam videre erat vtrinque lapidum aceruos, petram sublimem & rotundã. Vocant Græci lapidũ congeriẽ ἑρμαῖον ab τοῦ ἑρμοῦ, id est, à Mercurio, ob hanc causam. Aiunt Mercuriũ primum tanquam præconem & nuncium in itinere, sicubi inueniebat lapides extra viam mouisse, indeq; factum vt hi qui eodem modo saxis vias purgarent, tales cumulos congestorum lapidum appellauerint in honerem Mercurij ἑρμαῖον λόφον. Hinc factũ est cum interpres noster in Græco legisset ἑρμαῖον λόφον, interpretari voluerit aceruũ Mercurij, quũ multo significãtius fuisset, aceruũ lapidũ. Sic enim nullum negotium exhibuisset linguarum imperitis. Sed iam ad tumulos Iacob & Laban veniamus. Non satis fuit illis lapidum aceruos comportasse, quo posteris ad memoriam essent; sed etiam instructis mensis, conuiuium inierunt, vt ostenderent se omnem simultatem inuicem condonare, & sarcita gratia in suam quenq; reuerti debere. ⊏ Igitur Iacob immolatis victimis in monte, vocauit fratres suos vt ederent panem. ⅃ Video in his verbis obstrusius quiddam inesse, nec certa ratione carere. Iacob simulatq; sacrificasset in monte, fratres suos ad conuiuium vocat, satis nos docet, corpus curare nõ debere, nisi prius sacris fuerimus operati, vt diuina ipsa, adeoq; quæ ad animũ pertinent potiora semper ducamus, quàm quæ ad corpus spectant. Huic admodum affine est & illud, ne edamus priusquam precationem dixerimus. Tale quid apud Hesiodum legimus, sub hoc verborum inuolucro.

Strabo.

μὴ δ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιρρέκτων αὐελόντα

ἔδειν. Id est.

Ex ollis non sacrificatis ne capias cibum,

Monemur hoc dicto, ne in cibũ suum more, ruamus: nisi prius ad Deum precationem dixerimus. Elegans cum primis & pium hoc preceptũ est, videturq; à Iacob hoc instituto desumptũ, & ad Græcos translatum. Homerus siquidem cum heroas conuiuium instruere canit, prius eos precationem ad Deum fecisse scribit.

Hesiodus, νόει ἔργ.
Hom. libr. α. ἰλιαδ.

αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἔυξαντο καὶ οὐλοχύτας πεβάλοντο
αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν
μηρούς τ' ἐξέταμον κατά τε κνίσσῃ ἐκάλυψαν.

Id est.

At postquam superum sunt numina magna pretati,
Et Molæ salsæ libamina proiecerunt
Principio abductum altari mactare iuuencum
Curarunt, tandem direptam auellere pellem.

Neq; vnquam pocula apud Homerum sumunt, nisi prius libauerint dijs suis. Hinc apud Homerũ aliquando legimus.

Homerus ἡ. ὀδυσ.

αὐτὰρ ἐπεὶ πάσασπ' ἐπιον θ' ὅσον ἤθελε θυμός.

Id est.

Postquam libabant, biberunt quantum animus volebat.

Et rursus.

οἶνον ἐπικρήσαι ἵνα καὶ δὶς τέρπικεραίνῳ
πασσόμεθ', ὃς θ' ἱκέτῃσιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ.

Vinum misceamus, vt Ioui tonanti
Libemus, qui iustis supplicatiõibus semper præsto est.

Quinetiam in mensa nihil antiquius ducebant, quàm pocula dijs libare, eosq; in

in ore habere: lõgè dissimiles ijs, quibus sermonibus cõuiualibus obscœnis & libidinosis epulas & mensæ sacra polluere familiare est. Verg. de Euandro sic canit.

Verg. li. 8 Æneid.

Et sacer impleuit dextram scyphus: ocyus omnes,
In mensam læti libant, diuosq; precantur.

[Iacob autem abijt in itinere quod cœperat, fueruntq; ei obuiam angeli Dei. Quos cum vidisset ait. Castra Dei sunt hęc.] Diuinam potentiã in nullis suis creaturis non magnopere miramur, & suspicimus. Non est enim vlla natura etiam in extremis infimisq; bestiolis, ait Augustinus, quam non ille constituit: à quo est omnis modus, omnis species, omnis ordo: sine quibus nihil rerum inueniri vel cogitari potest: quanto magis angelica creatura, quæ omnia cætera quæ Deus condidit, naturæ dignitate præcedit. De angelis scribit hæc Suidas. οἱ ἄγγελοι μόνον τὴν τοῦ νοὸς καταλήψει εἰσὶ περιγραπτοί, ὄντες ἐν τόπῳ οὐ δὲ ἐν σώματι οὐδὲ χρόνῳ. πρὸ γὰρ τοῦ ἡλίου ἡ γένεσις αὐτῶν. ἀγγέλους πονηροὺς τοὺς τὴν τιμωρίας ὑπουργοὺς ἡ γραφὴ καλεῖ ὥσπερ ἡμέραν πονηρὰν τὴν τὴν τιμωρίας. ὀργὴν δὲ καὶ θυμὸν καὶ θλῖψιν ἐπὶ θεοῦ τὰς πικρὰς τιμωρίας καλεῖ, οὐ γὰρ φύσιν οὐ γὰρ πρόαιρεσιν φησίν. Id est, Angeli solum comprehensione intellectus circumscripti sunt, neq; in loco, neq; in corpore, neq; in tempore. Generatio eorum est ante Solem. Angelos malos scriptura appellat supplicij ministros, quemadmodũ diẽ malũ, diẽ supplicij. Iram & indignationẽ & tribulationem in Deo atrocia supplicia vocat, neq; enim vel naturam, vel studium sic vocat. Est hic gentium consensus Hebręi angelum vocant מלאך à verbo לאך misit: Gręci ἄγγελον, à verbo ἀγγέλλω mitto, vtraque lingua à mittendo dictus. Græci frequẽter angelos vocant nuncios quoscunque ab hominibus missos. Homerus angelum appellat nuncium à Ioue missum,

Gene. cap. XXXII.

August. li. 11. de ciu. Dei.

Suidas.

Homerus Ἰλιαδ. β.

νῦν δ' ἐμέθεν ξύνες ὦκα. Ἀτὰρ δὲ τοι ἄγγελος εἰμὶ
Nunc me intellige cito, Iouis enim angelus sum.

In sacra lingua מלאך id est, angelus, est vox æquiuoca. Non inuenies opus aliquod, ait Moyses Ægyptius, quod creator faciat, nisi per manum angeli. Tu aũt iam scis quod מלאך interpretatur nuncius. Quicunq; autem implet iussionẽ, vocatur angelus. Etiam motus animalium irrationabiliũ, dicit scriptura, quod sunt per manus angeli: cum ille motus fuerit præparatus per rem spiritualem, quæ dedit ei potentiã, vt sic moueretur: sicut dixit Daniel: Misit Dominus Angelum suum, & conclusit ora leonum, & non me contaminauerunt. Motus etiam Asinæ Balaam omnes fuerunt per manum angeli. Elementa etiam vltima vocant Angeli: sicut dixit Dauid, Qui facit angelos suos spiritus. Dicitur etiam angelus nuncius hominis: sicut dicitur, Misit Iacob angelos, id est, nuncios. Dicitur etiã Propheta: vt ibi, Et ascẽdit angelus Domini de Galgalis. Et iterum, Misit angelum suum, & eduxit nos de Ægypto. Hoc est, nuncium suum: quod R. Salomon & Dauid Kimhi cæteriq; exponũt de Propheta Moyse. Aiũt Hebræi angelos hosce qui Iacob obuiabant esse illos, quos Syriæ Deus præfecerat, quod quidem & sacra scriptura indicare videtur, quod singulis regnis singuli Angeli à Deo in ministerium dati sint; & Paulus angelos vocat λειτουργικὰ πνεύματα, id est, administratorios spiritũ. Ad hoc facit quod in Deuteronomio legimus, sed iuxta Septuaginta: Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum Angelorum Dei: quod Habraicè legitur נצב גבולות עמים למספר בני ישראל id est. Cõstituit terminos populorum iuxta numerum filiorũ Israël. Legimus tamen in Daniele de quatuor ventis cœli qui pugnabant in mari magno. Quatuor vẽtos cœli, ait Hieronymus, quatuor arbitror angelicas potestates, quibus principalia regna commissa sunt, pugnabant in mari magno: quia vnusquisq; angelus facit pro regno quod sibi creditum est. Hunc sacræ scripturæ locum Ethnici quoque imitati esse videntur, qui finxerunt ἐνοπίους Deos, quasi dicas indigenas, & certis quibusdam locis gaudentes. Horum Plato ita meminit: ἐγὼ γοῦν ὦ φαῖδρε αἰτιῶμαι τοὺς ἐνοπίους θεούς, id est, Et hoc quidẽ ego ô Phædre dijs loci refero acceptum. Sed & Iuppiter, apud Homerum, Troiã sibi charam, ante omnes alias vrbes esse dicit.

Moyses Ægyptius li. 2. Ducis.

Hebr. 1.

Deut. 32.

Dan. 7.

Hieron. in Daniele.

Plato in Phæd.

Hom. lib. Ἰλιαδ.

αὖ γὰρ ὅτ' ἠελίῳ τε καὶ οὐρανῷ ἀστερόεντι
ναιετάουσι πόλιες ἐπιχθονίῳν ἀνθρώπων
πάων μοι πόδι κῆρι τίσασκετο ἰλιόθι ἱρὴ
καὶ πρίαμος, καὶ λαὸς ἐὐμμελίω πριάμοιο.

Id est,

Quotq; operit stellis cœli radiantibus orbis,
Vrbibus ex ipsis cordi mihi gratius vnum
Ilion, & Priamus, Priami quoq; Martia proles.

Quinetiam Iuno contra Iouem disceptans, iactat se habere certas aliquot vrbes quibus præ cæteris propicia sit,

Hom. eod. libro.

ἤτοι ἐμοὶ τρεῖς μὲν πολὺ φίλταται εἰσὶ πόλιες
ἄργος τε σπάρτη τε, καὶ εὐρυάγυια μυκήνη.

Id est.

Tres equidem ante alias dilexi Iuppiter vrbes,
Argon & illustrem Sparten, diteq; Micenas.

Sed erant hæ inanes ethnicorum superstitiones, & in profunda ignorantiæ caligine mersorum impietates. Cæterum nos Deus euangelica luce ad meliorẽ pietatem instituit & erudiuit. Quos enim iustius locorũ genios esse putabimus quã sanctorum martyrum venerandam fauillam, cineresq; quiescentes, quos optimo iure Deus tanquam tutelares quosdam diuos his reliquit locis, in quibus ob Christi professionem, non tam acerbam quàm etiam sanctam mortem oppetiuerunt. Christianus poëta Prudentius Agnetis sepulchrum Romanis saluti fuisse canit.

Prudent.

Agnes sepulchrum est Romuli in domo,
Fortis puellæ martyris inclytæ.
Conspectu in ipso condita turrium,
Seruat salutem virgo Quiritium,
Nec non & ipsos protegit aduenas.

[Misit autem & nuncios ante se ad Esau fratrẽ suum in terram Seyr in regione Ædom, præcepitque eis dicens. Sic loquimini domino meo Esau. Hæc dicit frater tuus Iacob. Apud Laban peregrinatus sum & fui vsq; in præsentem diem. Habeo boues & asinos & oues, & seruos & ancillas, mittoque nunc legationem ad dominum meum, vt inueniam gratiam in conspectu tuo. Reuersique sunt nuntij ad Iacob dicentes. Venimus ad Esau fratrem tuum, & ecce properat in occursum tuũ cũ quadringentis viris.] Frater, Grecè vocat ἀδελφὸς, ab α quod ὁμοῦ in compositione significat, & δελφὺς, quæ vox vuluam vel vterum significat, vnde ἀδελφοὶ, qui ex vulua vel vtero prodierunt eodem, quasi vterini. Sunt qui dicunt prisca Grecorũ lingua δελφὸν vnum vocitari: vnde & frater ἀδελφὸς dicitur, quasi iam non vnus. Apud Latinos P. Nigidius homo impense doctus, fratris vocabulum, arguto subtilique ἐτύμῳ interpretatur. Frater, inquit, est dictus, quasi ferè alter. Græci vsurpãt ἀδελφὸν, vt sit similis, & congruens. Isocrates, λαλᾶ μὲν ἓν καὶ τοῦτο καὶ πρέποντα

Macro. lib. 1. Sa.

A. Gel. libro 13.

Isocrates.

πᾶς πᾶσι ἡγεμονίας ἀμφισβητοῦσι. ἀδελφὰ δὲ τὰ εἰρημένων καὶ τοιαῦτα οἷα τὰς εἰκὸς οὐ. ἐν τοιούτων γινομένους, ἃ πᾶς δ' ἀρεῖον καὶ ξέρξου πολεμήσαντες ἔπραξαν. Id est. Pulchra quidem hæc sunt & decentia illis qui ob principatum disceptarunt, quinetiam germana supradictis, taliaq; adeo cuiusmodi parerat eos facere qui ex huiuscemodi orti essent, qui contra Darium & Xerxem bella gesserunt. Cicero quoq; vsurpat germanum, pro simili & congruenti. Illud verò germanum consilijs Catilinæ & Lentuli, quod me domo mea expulisti. Sed sunt hæc vocum interpretamenta. Cæterum pietatem erga parẽtes proximè sequitur pietas paterna, quam sic effert Valerius Maximus. Quam copiosæ suauitatis illa recordatio est, in eodem domicilio, antequam nasceretur, habitauit: in ijsdem incunabilis infantiæ tempora peregit: eosdem appellauit parentes, eadem pro me vota excubuerunt: parem ex maiorum imaginibus gloriam traxit. Fraternam hãc pietatem, & mutuam inter ipsos fiduciam graphicè describit Homer. Quum enim rex Agamemnon optimos quosq; è Grecis ad conuiuium inuitasset, solus Menelaus regis frater non vocatus venit, tanquam significaret fratri apud fratrem nihil inconcessum esse.

Cicero.

Val. Max. lib. 5.

Homerus Ἰλιαδ. β.

αὐτόματος δὲ οἱ ἦλθε θοὸς ἀγαθὸς μενέλαος.

Id est.

Vltimus ipse sua Menelaus sponte frequentat.

At qui vt ferè nullus amor æquior fraterno inuenitur, sic nullum, vbi cœperit, iniquius odiũ; nulla acrior inuidia, quã inter fratres, exardescit. Longum hic esset fraterni odij exempla congerere. Primigenia tellus, atque adeo nuper diuino verbo creata, innoxio fraterno sanguine fœdata est. Quis ignorat, quod vrbis Romæ, fraterno primi maduerunt sanguine muri. Sed & Statius canit.

Statius li. 1. Theb.

Fraternas acies alternaq; regna profanis
Decertata odijs.

Quinetiam Ouidius deplorat fratrum gratiam raram esse. Quum igitur res humanæ tot infœlicitatibus & discordijs obnoxiæ sint, vix vlli fidendum videtur, nisi qui cum modium salis absumpseris. Monet Hesiodus grauiter vt qui cum fratre iocatur testem adhibeat, ne quæ iocãdo dixerit, sibi inuertantur.

Ouidius 1. Metam.

καὶ τὸ λαστιγνύτω γελάσας ὦν μάρτυρα δῆδαι.

Non latebant hæc Iacob virum prudẽtem. Esau fratris sui ferociam, animiq; impotẽtiam plus satis perspectam habebat, neq; illi ipse tuto committẽdum putabat, nisi prius animũ eius, vt erga se affectus esset exploratum haberet. Retulerunt legati quos ad Esau miserat, atrocem nuncium, fratrem eius, cum quadringentorũ armatorum manu, ad eum perdendum, tanquam ad hostem contẽdere. Hic perterritus Iacob, tutum non putauit vniuersam pecuniam suam sub vnum fortunæ ictum committere, diuidere illam in duas turmas tutius existimauit. Inprimis verò in summo rerum discrimine, & iam humanis rebus desperans, ad diuinam opẽ cõfugit. ¶ Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac domine qui dixisti mihi reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuæ, & beneficiam tibi: &c, Erue me de manu fratris mei quia valde eum timeo. ⁊ Quis in hoc orationis procœmio rhetoricæ artis præceptiones eruderaret? Beneuolentiam sibi Iacob apud Deum conciliare conatur à personis haud quaquam pœnitendis, Abraham & Isaac, viris semper apud Deum summa in existimatione habitis, & quorum nominibus nihil abnegaturum certo sperabat. Sciebat auum suum Abraham à duorum regum libidine & violentia, Deum tutum præstitisse; & Saram marito Abrahæ intectam restitutam. Nec ignorabat patrem Isaac aræ tanquam hostiam admotum, & dum intentatum ceruicibus gladium expectat, vita donatum. Non iniuria igitur tantorum virorum nepos & filius, similem apud Deum sibi gratiã precatur, vt quantum illis præstiterit in exteris hostibus propulsandis, tantum sibi in irato fratre mitigando præstare vellet. Neque deest Iacob iusta exauditionis suæ ratio, nẽpe quod à Deo iussus esset in patriam repedare, quodq; præcipienti auscultauerit, quid ni sibi obtemperantem exaudiret, quò à fratre Esau tutus esset? Quod Achilles Homeric. optimè nouit.

Homerus ἀ. ἰλιαδ.

ὅστις θεοῖς ἀθανάτοισι μάλιστ' ἔκλυον αὐτῷ.

Id est.

Nam quicunq; Deũm monitis auscultat amicis,
A superis nullam fert supplex ille repulsam.

Post supplicationem Iacob sibi quoq; deesse noluit. ¶ Sed separauit de his quæ habebat munera Esau fratri suo, capras ducentas, hircos viginti, oues ducentas, arietes viginti, camelos fœtas cum pullis suis triginta. Vaccas quadraginta, & tauros viginti, asinas viginti, & pullos earum decem. ⁊

Ex hoc munere, q̃ Iacob fratri suo Esau decidit, facile est nobis cõiicere, quantus fuerit reliqui pecoris grex, quẽ præ se Iacob in patriam vsque egit. Sed erant tum pecora & armenta veræ & solæ diuitiæ, non solum plebeiorum hominum, vt modo videre est, sed etiam regum & magnatum. Homerus vt significaret Thyesten apprimè diuitẽ esse appellat eum πολύαρνα quasi multas agnas habentem. Habebat Vlysses boum ouium q̃ greges, quos seruus Melanthius ad procos adducebat. Quod Penelope queritur opes suas absumi à procis.

Homerus ἰλιαδ. β.

Ouid. Pen. ad Vlyss.

Irus inops, pecorisq; Melanthius author edendi,
Viscera nostra, tuæ dilacerantur, opes.

In nullum igitur grauius sæuijt Vlysses quàm in Melanthium hunc, quem naribus & auribus abscisis, pedibus manibusq; truncis sæuo supplicio interemit, declarans implacabili hac sua ira, quàm molestè tulerit, ouium & caprarum suarum iacturam, quæ tum solæ diuitiæ esse putabantur. Quid? quod maius olim pretium, longè dignius erat boum quàm auri, ipsumq̃ aurum boum æstimatione taxabatur. Notum apud Homerum est, arma Glaucí aurea æstimata fuisse centum bobus, cum Diomedis ærea, nouem tantum bobus taxarentur. Ex qua consuetudine, inquit Plinius, mulcta legum antiquarum pecore constat, etiam Romæ. Inculpati Romanorum mores multum in peius mutari cœperant, iam ciuilibus bellis personantibus. Erant tamen qui veterum diuitiarum morem mordicus tenerent, & pecoribus magis quàm auro diuites esse mallent. Igitur C. Asinio Gallo, C. Marcio Censorino Coss. ad VI. calendas Februarij C. Cæcilius Claudius Isidorus testamento suo edixit, quamuis multa ciuili bello perdidisset, tamen relinquere seruorum quatuor milia cẽtum XVI. iuga boum tria milia sexcenta, reliqui pecoris ducenta quinquaginta septem milia.

Homerus ἰλιαδ. ζ.

Pli. li. 33.

Pli. eod. li.

¶ Et

¶ Et misit per manus seruorum suorum, singulos seorsum greges, dixitq; pueris suis. Antecedite me, & sit spatium inter gregem & gregem. Et præcepit priori dicens. Si obuium habuerit fratrẽ meũ Esau, & interrogauerit te, cuius es aut quo vadis, aut cuius sunt ista quæ sequeris: respondebis: Serui tui Iacob. Munera misit domino suo Esau. Ipse quoque post nos venit. Similiter dedit mandata secundo & tertio, & cunctis qui sequebãtur greges. ⁊ Hic mihi non iniuria in mentem venit Plautinum illud: Si quam rem accures sobriè ac frugaliter, solet illa recta sub manus succedere, atq; ædepol fermè vt quisq; rem accurat suam, sic ei procedit. Quàm accuratè Iacob fratri suo Esau munera curat, & quo facilius sæuiciam eius expugnet, munera hæc non ex vno animantium genere constare volebat, sed ex omni tot pecorum grege delecta. Sed neque hactenus cura eius stetit. Quinetiam munera sua longè reddidit gratiora, mira verborum ciuilitate, cum fratri suo primigenij iure sese cedere assimulat, dominum suum, illum subide appellans. Hoc nempe est quod in sapientia sua Sirach monet, τέκνον ἐν ἀγαθοῖς μὴ δῶς μῶμον, καὶ ἐν πάσῃ δώσει λύπην λόγῳ. ὀχὶ καύσων ἀπαπάσει δρόσος; οὕτως κρείσσων λόγος ἢ δόσις. ἰδὲ ἰδοὺ λόγος ὑπὲρ δόμα ἀγαθόν; καὶ ἀμφότερα παρὰ ἀνδρὶ κεχαριτωμένῳ. Quæ verba translatio nostra sic reddit. Fili in bonis non des querelam, & in omni dato non des tristitiam verbi mali. Nõne ardorem refrigerat ros? Sic & verbum melius est quàm datum. Nonne ecce verbum super datum bonum. Sed vtraq; cum homine iustificato, Terentianus Phædria cum eunuchum Thaidi emisset, negotium Parmenoni dedit, vt illum ad meretricem duceret, & tanquam muneri desperaret, seruo mandat. Munus nostrum, inquit, ornato verbis, quod poteris. Nullus ducũ Græcorum vehementius Troianos Achille afflixit. Hic tamen iniuria à rege Agamemnone affectus, bello in totum abstinuit, & Græcorum res à Troianis affligi ocio supinus spectauit. A Græcis in commune consultum est, quemadmodum Achillem ab inerti ocio ad bellicũ studium traducerent, vt omissa priuata sua iracundia in Agamemnonem, Græcorum omnium salutem tueretur. Erat enim Achilles, vt Horatius scribit.

Plautus in Persa.

Ecclc. 18.

Terent. in Eunuch.

Horat. in art.

Impiger, iracundus, inexorabilis, acer.

Contra tale igitur Achillis ingenium Græci decernunt ad illum legationem, cum splendidis donis, inprimis verò vt munera hæc comi oratione ad Achillem perferrẽtur, in qua plurimum spei ad placandum Achillem reponerent.

ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν
φραζώμεθ' ὡς κέν μίν ἀρησάμενοι πεπίθοιμεν
δώροισιν τ' ἀγανοῖσιν, ἔπεσσί τε μειλιχίοισιν.

Hom. lib. i. ἰλιαδ.

Id est.

At nunc consultabimus omnes
Qui nam placantes mollire queamus Achillis,
Et donis mutis, & blandis pectora dictis.

Sed prior hoc Iacob sensisse videtur, eoq; fratrem iracundum non tam muneribus placare studebat, quàm etiam mollibus verbis. Salomonis verbum hoc verũ est מַרְגֵּעַ אַף יָשִׁיב חֵמָה id est: Respõsio mollis frangit iram. ¶ Dixit enim, Placabo eũ muneribus quæ præcedunt, & postea videbo illum, forsitan propitiabitur mihi. ⁊ Hinc forsitã desumptum est quod Ouidius longo post canit.

Prou. 15.

Munera (crede mihi) placant hominesq; deosq;,
Placatur donis Iuppiter ipse datis.
Quid faciet sapiens? stultus quoq; munere gaudet,
Ipse quoq; accepto munere mitis erit.

Ouid. li. 3. de art. am.

Neq; dubitabat Iacob fratris sui Esau animũ facilè muneribus flecti posse. Porrò quod ait, forsitan, non semper dubitantis dictio est, forsitan, sed certò sciẽtis assueratio interdũ. Græce τάχα, Latine forsitan est. Vsurpat Homerus τάχα forsitan, pro certo.

ἦ τάχα χήρη
σεῦ ἔσομαι, τάχα γὰρ σε κατακτανέουσιν Ἀχαιοί
πάντες ἐφορμηθέντες.

Hom. libr. ζ. ἰλιαδ.

Hic τάχα non pro fortasse intelligitur, sed pro certo & indubitato. Non em̃ dubitaret Andromache (illius enim hæc Homerica verba sunt) omnibus simul insurgentibus, vnum Hectorem facile ab omnibus posse prosterni. Quinetiam in Euangelicis literis, forsitan pro certo vsurpatur. Nam paterfamilias cum frustra semel atque iterum ad agricolas seruos suos misisset, & supplicijs ab illis essent affecti: Nouissimè misit ad eos filium suum dicens, verebuntur fortè filium meum. Rursus alibi: Neque me scitis, neque patrem meum. Si me scireris, forsitan & patrem meum scireris.

Matt. 21.

Ioann. 8.

Hic

Hic forsitan pro haud dubio accipitur, quemadmodum & in Iacob verbis, forsitan propitiabitur mihi, pro, haud dubio propitius mihi erit. ¶ Iacob transiuit vadum Iaboc, traductisq; omnibus quæ ad se pertinebāt, mansit solus, & ecce vir luctabatur cum eo vsque mane, qui cum videret quod eum superare non posset, tetigit neruū fœmoris eius, & statim emarcuit. ¶ Haud scio an alius quispiam locus sit, qui, si ad literam intelligendus sit, maius negotium studioso lectori exhibere poterit, quàm lucta hęc Iacob, ὠταγωνισὴς hic Iacob variè à scriptura refertur. Appellatur enim אישׁ id est, vir. Septuaginta legunt, ἄνθρωπος, id est, Homo, & paulo post idem appellat se אֱלֹהִים id est, Deū.

Ozeæ 12. In propheta Ozea angelus fuisse legitur וַיָּשַׂר אֶל מַלְאָךְ id est, Luctatus est cum angelo. Atqui in eodem propheta legitur שָׂרִיתָ אֶת אֱלֹהִים id est, Certauit cum Deo. Iosephus, φωνήσασμα vocat. φανήσασμαι σωτηρίας ἀγωνιζόμενον, ἐκεῖνος πεκαταρχόντος μάχης. Id est, Iacob in spectrum quoddā incidit, & certauit, illo pugnam incipiente. Inter varia studia quibus olim Græci corpora exercebant, erant etiā luctæ, in quibus nudi iuuenes mutuo sese complexi certamen conserebant, sicq; vires alebāt. Instituerunt hanc luctam Argiui Græciq; principes & summi bellatores. Hinc Seneca in Hercule furente palestram appellat Argiuam. Et Theocritus.

Ioseph. libr. α. ἀρχαι.

Seneca.

Theocrit.

ὅσσαι δ' ἄρ' σκελίων ἐφορεύσαν ἀγῶνα ὤνασσαι
ἀλλήλους σφάλλοντι παλαισμάσι.

Id est.

Et quæ diuitibus certamina cunq; sub Argis
Commouere viri plantis pernicibus acres.

Seruabant palestritæ & luctatores hūc morem, vt corpora puluere siue harena conspergerent. Erat ad hunc vsum inprimis apta harena Nilotica, vt docet Plinius. Inde enim Petrobio, Neronis principis liberto, aduehebatur. Quin & Leonato & Cratero ac Meleagro Alexan. Magni ducibus, fabulum hoc portari cum reliquis militaribus commercijs reperitur. Scribit Suetonius, Nerone Cæsare, cum publica fames vrbem Romam inuasisset, Alexandrinam nauem puluerem luctatoribus aulicis aduexisse, cum misera & ieiuna plebs, nauem frumento onustam frustra expectauerat. Hanc puluerис & harenę in luctu consuetudinem refert Ouidius describens luctam Herculis & Acheloi.

Pli. li. 35.

Sueton. in Nerone

Ouid. li. 9. Metam.

Ille cauis hausto spargit me puluere palmis,
Indq; vicem fulua tactu flauescit arenæ.

Lucanus quoq; describens Antæum Libycum gigantem cum Hercule luctātem, harenæ meminit.

Lucan. lib. 4. pharsa.

Auxilium membris calidas infudit arenas.

Lucta quoq; hæc Iacob cum viro hoc, harenæ siue puluerис meminit. Nā quod nos legimus, luctabatur cum eo, in Hebræo legitur וַיֵּאָבֵק in passiua voce, vt sit puluere respersus est cum Iacob, siue puluerem pedibus excitauerunt. Est enim בָּאָק puluis. Latini hoc dicerēt, in arenam cum Iacob descendit. Cæterum quod ad vocum diuersitatem attinet, quod præsens scriptura τὸν ὠταγωνισὴν Iacob virū appellat, mox Deum, deinde Ozea, angelum; facile ad vnam vocem redigi poterit. Credibile est prophetam hanc ambiguitatem soluere voluisse, & angelum luctatorem hunc appellasse. Neq; negotium nobis exhibere poterit quod vir appelletur, quandoquidem angelos viros appellatos legimus, quod in Daniele videmus מִאִישׁ גַּבְרִיאֵל id est: Vir Gabriel. In ascensione Christi in cœlum, apostoli stupefacti rei nouitate sursum spectabāt, cumq; intuerentur in cœlum euntem, ἰδοὺ ἄνδρες δύο παρεστήκεισαν αὐτοῖς ἐν ἐσθῆτι λευκῇ. Id est: Ecce viri duo astiterunt ipsis in veste alba. Viros hosce haud dubio angelos fuisse credimus. Iam verò vox illa אֱלֹהִים Deus siue dij, non solum vni Deo attribuit sacra lingua, verumetiam angelis eius. Hinc in Psalmo legimus וַתְּחַסְּרֵהוּ מְעַט מֵאֱלֹהִים id est, Minuisti eum paulominus à Dijs, quod tamen Hebræi intelligunt pro מַלְאָכִים id est, angelis. Et Septuaginta sic verterunt, ἠλάττωσας αὐτὸν βραχὺ παρ' ἀγγέλους. Id est: Minuisti eum paulominus ab angelis. Rursus in alio Psalmo נֶגֶד אֱלֹהִים אֲזַמְּרֶךָּ id est: in cōspectu deorum psallam tibi. Quod tamen Septuaginta legunt, ἐναντίον ἀγγέλων ψαλῶ σοι. Id est, In conspectu angelorum psallam tibi. Quod ad literalem historiam luctæ huius Iacob attinet, non satis inter Hebræos constat, quid de illa sentiendum sit; & ipsi inuicem contraria scribunt

Daniel. 9.

Actor. 1.

Psal. 7.

Psal. 138.

bunt, & quisq; alterius opinionem conuellit, & incessit. Angelum verò hunc cū Iacob luctatorem fuisse, Ozeæ prophetæ testimonio scimus. Quam verò ob culpā suam Iacob claudicatione affectus sit, cū angelus neruum fœmoris eius attigisset, multo magis inter Hebræos disceptatū est. Viderunt Christiani Theologi has dissidentes Hebræorum opiniones, & quod nequiquam in litera hac excutienda sudassent, nec ipsis operæpretium visum est penitius hanc literam penetrare, & singula quæq; accuratius perspicere; ad allegoricum verò intellectum omnia referre, magno omnium cōsensu laboratum est. Igitur luctam hanc Iacob quam cum angelo conseruit, ad Christi humanitatem, atque ad omnia quæ humanitus gessit, deniq; & ad mortem eius longe ignominiosam, referunt. Christus enim tanquam nuncius quidam in mundum à diuino patre missus est, idq; mortali corpore vtēs. Porrò Iacob Iudaicam figurat gentem. Igitur Iudæi simulatq; Christus filius Dei humano indutus corpore inter ipsos conspicuus factus est, mox funestum cum eo certamen ineunt. Exordium verò luctæ huius mox à puero auspicatum est. Simulatq; enim in lucem hanc editus est Christus dominus noster, continuò ab Herode Iudæorum rege insidijs petebatur, perijsset q; tum nisi diuinæ maiestatis præsidio tutus fuisset, & matris officio propere in Ægyptum delatus, Deum homine occuluisset. Atqui cum iam in virilem adoleuisset ætatem, mox omni machinarum & telorum genere certaminis huius luctam contra Christum occeperunt. Missas hic facio calumnias summa verborum amarulentia, obiectas: diuina miracula conuicijs eleuata, & deprauata, atq; dæmonibus imputata. Atq; in hunc modum pertinax Iudæorum natio, summa animi obstinatione, luctam cum Christo conseruit, dum superbè superare, quàm obedienter herbam porrigere malebat. Neq; lucta hactenus stetit, sed ad sanguinem vsq; progressa est, & clandestinæ subinde in caput Christi insidiæ comparatæ. Tandem vinctum eū tāquam perduellionis reum, Pilato præsidi capitali afficiendum supplicio tradiderunt. Sed neq; tum à lucta auocare illos poterat Christi ignominia, neq; flagris in illorum gratiam à Pilato cęsus, nō sentibus coronatus, non sputis illitus, do nec illum Pilatus velit nolit in crucem sustolleret. Quid? an tum luctæ huius tam pertinacis finem imposuisse putabimus Iudæos, iam Christi maiestate cruce deformata? Minime gentium. Angelus enim hic diuinus rogat. ¶ Dimitte me, iam enim ascendit aurora. ¶ Resurrectionis enim eius auroram pertinaces Iudæi deprauare conabantur, dum flagitiosa largitione sepulchri custodes corruperant, vt ementirentur discipulos, ipsis somno sopitis, Christi corpus è sepulchro sustulisse. Sed quid tandem illos à tam pertinaci lucta auocare, & frangere tam amentem vesaniam poterit? nempe vnum hoc. ¶ Tetigit neruum fœmoris eius, & statim emarcuit. ¶ Torpidum hoc & marcidum fœmur Iacob, est præsens Iudaicæ gentis status plane afflictus & calamitosus. Sed est hæc luctæ illius tam peruicacis, merces: quam Deus genti illi persoluit. Longum hic esset enumerare Iudæorū clades, quas per tot secula, Christi Euangelio in orbe fulgente, sustinuerint. Vespasiani & Adriani tēpora Iudæos grauissimis afflixere calamitatibus. Longam & diuturnam hanc captiuitatem, nec ipsi diffitentur præter spem illis accidere. Vnam hanc calamitatē, qua patrum nostrum memora affecti sunt, à Christianissimo illo Hispaniarum rege Ferdinando, huc afferre libet, quandoquidē hæc adeo atrox fuit, vt nihil vnquam fere vel tristius vel acerbius se passos nec ipsi quidem diffiteantur. Erat in Hispania iam olim ingens Iudæorū multitudo, illuc translata, cum primum gens illa è suis sedibus eijci cœpta erat, quod in lib. סֵדֶר עוֹלָם sic legit בָּא אַסְפַּסְיָנוּס וְהֶחֱרִיב הַבַּיִת וְהִגְלָה אֶת יִשְׂרָאֵל וְהֶעֱבִיר מִבַּיִת דָּוִד וְיִהוּדָה לְאַסְפַּמְיָא id est. Venit Vespasia. & destruxit templū, transtulitq; Israel & plurimos de familia Dauid & Iehuda in Hispaniā. Incredibile est quantopere creuerit gens impia in Hispanis oris. Plurimum certè ibi poterant Iudæi multitudine, diuitijs, auctoritate, vt etiam metuendi viderentur. Expugnauerat iam Ferdinādus Granatam cum Bethica; in quam tāquam in Hispaniæ angulum Sarraceni sese abdiderant, estq; sic vniuersa Hispania Christi Euangelio acquisita. Secundam hanc victoriam Iudæos quoq; ex Hispania facessere

ſere iuſsit. Mirum dictu eſt quanta fuerit Iudæorum emigrantium multitudo & quanta impiorum colluuione, & pudenda ſentina, tum Hiſpaniæ fuerint leuatę. Aiunt ſupra quadringenta & viginti Iudæorum milia fuiſſe, qui Hiſpaniam multorum annorum patriã tum reliquerint. Atqui neque emigratio illa Iudæis innoxia erat, ſed ſumma rerum omnium & hominum iactura illis ſtetit. Itaq; multi naufragio, peſtilẽtia quamplurimi, fame maxima pars eorum abſumpti ſunt, vt Chriſtianis etiam in tanta calamitate, in qua diuinæ iuſtitiæ gloria delectabat homines, tamen extrema adeo patientes, commiſerationem faceret & dolorem. An putabimus in tanta infœlicis huius exercitus copia, nullos fuiſſe viros, qui tantam iniuriam armis propulſare non potuiſſent? Fuerunt quidem, vt opinor, multa milia. Sed ceciderunt iam olim acres illi Iudæorum ſpiritus, & manus metu torpuerunt, vt gladium fœmori accingere non poſſent. Emarcuit enim fœmur Iacob. Senſerunt Iudæi ante Chriſtum natum varias à varijs gentibus clades, ſed poſt filij Dei humanitatem, longè grauiſſimam ſupremam hanc ferunt, ex qua nũquam caput exerent, neque in integrum reſtituentur. Atrocem hanc afflictionem Deus illis antea Ozeæ vaticinio minatus eſt כִּי גַּם אוֹי בָּהֶם בְּשׁוּרִי מִהֶם .i. Væ illis caro mea ab illis. Sic enim à propheta ſcriptum eſt. Quod verò nos legimus. Væ illis cum receſſero ab illis, ſiue, in receſſu meo, deprauatio eſt סוּרִים id eſt, ſcribarũ, qui cõtra naturã ipſius dictionis puncta uerũt בְּשׁוּרִי quod ſignificat, in receſſu meo cũ punctãdum eſſet בְּשָׂרִי id eſt, caro mea. Cæterũ nõ in totũ ita Iudaica gẽs à Chriſto deſciuit, vt vtroq; pede claudicaret, ſed altero tantũ, nẽpe in perfidis, & tantorum beneficiorum parum gratis. Erant tamen in eadem gente complures, qui optimè de Chriſto ſentiebant, eumq; vt à Deo deſtinatum mundo ſeruatorem, obuijs vlnis amplecterẽtur. In his alter pes à claudicatione incolumis mãſit, & quos etiam benedictionibus ſuis dignatus eſt. Sunt quoq; ex veteribus Theologis, qui luctam hanc cum Deo interpretentur piam operam illam, atque ardens ſtudium quod diuinis literis intellígẽdis inſumitur. Hæ enim haud temerè perdiſcuntur, niſi indefeſſo conatu atque peruigili, & ſunt diurna verſandæ manu atque nocturna. Ad beati viri fœlicitatem accedit etiam hic calculus quod in lege domini יֶהְגֶּה יוֹמָם וָלָיְלָה meditabitur die ac nocte. Sed & Hieronymus frequenter hortatur ad luctam hãc. Sint ſcripturæ diuinæ, inquit, ſemper in manibus, & iugiter mente voluantur. Et, Diuinas ſcripturas ſæpius lege, imo nunquam de manibus tuis ſacra lectio deponatur. Et, Noſtræ diuitię ſunt in lege Dei meditari die ac nocte. Et, Frequenter monebo, vt animũ tuum ſacræ lectionis amore occupes: nec in bona terra pectoris tui, ſementem lolij auenarumq; ſuſcipias: ne dormiente patrefamilias, qui eſt *vir*, id eſt, animus Deo ſemper adhærens: inimicus homo zizania ſuperſeminet, ſed ſemper loquaris: In noctibus quæſiui quem dilexit anima mea. Rurſus alibi. Crebrius lege, diſce quam plurima. Tenenti codicem ſomnus obrepat, & cadentem faciem, pagina ſancta ſuſcipiat. Paper quibus verbis Hieronym. Nepotianum eiusq; ſtudium extollit, qui libellum de vita Clericorũ ad ſe miſſum, ſummo ſtudio complexus ſit. Illum, inquit, oculis, illum manibus, illum ſinu, illum ore tenebat. Cumq; in ſtratu frequẽter euolueret, ſuper pectus ſoporati, dulcis pagina decidebat. Certè lucta hæc nocturna, & ſtudium tam conſtans fatigabat Deum vt benedictionem impartiat, quæ haud dubio erit genuinus & ſyncerus ſacræ ſcripturæ intellectus. Eſt enim αὐταγωνιστὴς hic Euãgelicus ille amicus ad quem eundum eſt media nocte, vt tres panes mutuo det. Nec eſt vt quis continuo omnem ſpem abijciat, ſi primo viſus fuerit parum eſſe morigerus, pulſandum omnino eſt, & nocturna illa lucta vrgẽda, ſic tandem fiet, vt fatigatus, compotem voti importunum petitorem reddat. Atqui quis tandem fructus erit huius tam conſtantis & inuictæ luctæ? niſi vt neruus fœmoris marceſcat, & carnalia omnia deſideria, ſacrarum literarum ſtudiũ extinguat, atq; enecet? Ama, inquit Hieronymus, ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis. Oſtẽdit quoque Lactan. efficaciam ſacræ ſcripturæ & cœleſtis ſapientiæ, quæ nulla non vicia cõficere valeat, & perimere. Da mihi virum, inquit, qui ſit iracundus, maledicus, effrenatus, pauciſsimis Dei verbis tam placidum, quàm ouem reddam. Da cupidum, auarũ, tenacem, iam tibi eum liberalem dabo, & pecuniam ſuam proprijs manibus largientem. Da timidum doloris, ac mortis, iã cruces, & ignes, & pericula, & taurum contemnet. Da libidinoſum, adulterum, ganeonem, iam ſobrium, caſtum, continentem videbis. Da crudelem, & ſanguinis appetentem, iam in veram clementiam furor ille mutabitur. Da iniuſtum, inſipientem, peccatorem; continuò & æquus, & prudens, & innocens erit. Hactenus Lactantius ſacræ ſcripturæ & cœleſtis doctrinæ præconem egit. Poterit quoque lucta hæc per nox, ſed illuceſcente aurora profligata, ad perſeuerantię virtutem referri, qua in precationibus inprimis vtendum ſit, ne in illis langueſcamus, remiſsiúſue agamus; ſed conſtanti atq; perſeuerantí animo perduremus, donec opis aurora diuinæ illuceſcat. Hãc perſeuerantię conſtantiæq; partem optime ſeruaſſe videtur Hieronymus, iam in deſerto vitam agens, cum laſciuis imaginatiõibus, & crebris libidinis telis impetere. Itaq;, inqt, omni auxilio deſtitut⁹, ad Ieſu iacebã pedes, rigabã lachrymis, crine tergebã, & repugnantẽ carnẽ hebdomadarũ inedia ſubiugabã. Nõ depudeſco infidelitatis meę, quin potius plango me nõ eſſe, qd fuerim. Memini me clamantẽ, diem crebro iunxiſſe cum nocte, nec prius à pectoris ceſſaſſe verberibus, quàm rediret, Domino increpante tranqllitas. ¶ Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſraël. ¶ De hoc nomine Iſraël eiusq; etymologia, iam olim longus error inualuit, quique etiam celebrium virorum aſtipulatione confirmatus eſt. Quotuſquiſque enim eſt qui Iſraël interpretari non putet: Vir videns Deum: quod mirum noſtro hoc ſeculo videri non poteſt, quum etiam olim fuerint viri iuxta eruditi & pij, qui in hanc opinionem impegerint potius dixerim, quàm cõceſſerint. Sic enim Nazanzenus de hoc nomine ſcribit, καὶ ἅθλου ἐυσεβείας τὴν μεταβολὴν τῆς προσηγορίας λαμβάνει, μετονομαζόμενος αὐτὸ Ἰακὼβ Ἰσραήλ. τοῦτο δὴ τὸ μέγα καὶ τίμιον ὄνομα. ἐκεῖνος δὲ ὅυτε αὐτὸς, ὅυτε τις ὑπὸρ αὐτοῦ, μέχρι σήμερον ἔκαυχήσατο τὸ θῦ δώδεκα φυλῶν, ὧν πατὴρ ἦν ἐπὶ θεὸν φύσιν, ἢ ὄψιν ὅλην ἐχώρησε. Id eſt, Iacob nominis commutationem, pietatis ſuæ præmium accipit, & pro Iacob Iſraël nominatur: id quod eſt magnũ illud & venerabile nomen. Atqui Dei naturam penitus conſpectam comprehendiſſe, hoc verò neque alius aliquis ex duodecim tribubus: neque ipſe Iacob, qui omnium pater erat, de ſe in hunc vſq; diem prædicauit. Satis alluſit ad vulgatam illam etymologiam, quaſi Iſraël ſit, vir videns Deum. Similis error irroborauit in vocabulo כְּרוּבִים Cherubin. Latinis planè perſuaſum eſt כְּרוּבִים ſignificare plenitudinem ſcientiæ, quum Hebraica vox nihil tale in ſe habeat. Plenitudo ſcientiæ Hebraicè nominatur מְלֹאָה הַדָּעַת Putatur quod דָּוִד Dauid interpretetur, manu fortis, quod Hebraicè longè aliter nominatur יָד חֲזָקָה Fuerunt olim inſignes viri nempe Hilarius & Ambroſius Græcè & Latinè doctiſsimi, Hebraicè tamen ignari, qui putarent vocẽ hanc הוֹשִׁיעָה נָא Hoſiahna, quam nos corruptè vocamus Oſanna; ſignificare idem quod redemptio domus Dauid, quod Hebraicè longè aliter enuntiatur, nempe פְּדוּת בֵּית דָּוִד Apparet Chriſtianos olim irriſos fuiſſe à Iudæis, qui ſciſcitati quid ſignificarent hæ voces, reſponderint ex tempore longe aliter quàm res habebat. Cæterũ quod ad vocem hãc יִשְׂרָאֵל attinet. Sciebant Iudæi Chriſtianos olim magno Allegorizandi ſtudio teneri, & luctam hanc Iacob cum Angelo ad Iudæorum peruicaciam referre, qua ſemper Deo obſtreperi fuerũt, quamq; etiam tot clades, ceu claudicatio quædam, declararunt. Ne igitur hæc vox יִשְׂרָאֵל recte Hebraicè interpretata huic allegoriæ ſeruire poſſet, prorſum aliam etymologiam confinxerunt, quaſi יִשְׂרָאֵל interpretetur vir videns Deum, quum vera huius vocis ratio ſit quod contra Angelum ſteterit, & præualuerit, conflixeritq; ab Hebraico verbo שָׂרָה id eſt, conſeruit manum. Ioſephus quoque hanc interpretationem comprobat σημαίνει Ἰσραὴλ κατὰ τὴν ἑβραΐδα γλῶτταν τὸν αὐτιπάντα ἄγγελον θεοῦ. id eſt. Significat Iſraël ſecundum Hebraicam linguam illum qui aduerſus angelum Dei ſtetit. Vir videns Deum, Hebraicè vocaretur אִישׁ רֹאֶה אֶל ¶ Vocauitq; Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens. Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. ¶ Familiare eſt Hebreæ linguæ, ſi quid inter aliquos transactum

Ozeæ 9.

Psal. 1.

Hieron. ad Demet.

Ad Pauli.

Ad Euſtoc.

In epitaph. Nepotia.

Hieron. ad Ruſtic.

Lactant. lib. 3. cont. gent.

Hieron. ad Euſtoc.

Greg. Nazanz. li. 2. The.

Ioſeph. lib. α ἀρχαιότ.

transactum sit, non per interpretes vel legatos, sed in re præsenti, per illos quorum illud interest; vt illud dicatur factũ esse, facie ad faciem. Sic de Moyse scriptura loquitur דִּבֶּר יְהוָה אֶל מֹשֶׁה פָּנִים אֶל פָּנִים *Exod. 33.* id est, Et loquutus est Dominus ad Moysen facie ad faciem. Per Moysen enim tanquam per legatũ Deus populo Israëlitico loquebatur, at Deus Moysi loquebatur. Gedeon quoq; ait רָאִיתִי מַלְאַךְ יְהוָה פָּנִים אֶל פָּנִים *Iudic. 6.* id est, Vidi Angelum Domini facie ad faciem. פְּנוּאֵל Hebraicè, latinè vocatur Dei facies, Extructum est postea oppidum eo in loco, quod veterem luctã Iacob, & Dei faciem posteris significaret. Meminit huius oppidi Strabo in descriptione vrbium Phœnicis his verbis. *Strabo lib. 16. Geog.* τῇ δὲ προιπόλεισωιχὲς ὅδι τὸ τοῦ θεοῦ πρόσωπον, ὡς ὁ τελευτᾶ ὁ λίβανος ὄρος. μεταξὺ δὲ τριήρης χωρίον τι. δύο δὲ τούτο ὅδι ὄρη τὰ ποιοῦντα τὴν ποίλην καλουμένην γωνίαν, ὧς ὧν πασάλληλα, ὅ, τε λίβανος καὶ ὁ αὐτιλίβανος. μικρὸν ὕποβθεν τῆς θαλάττης ἀρχόμενα ἄμφω. ὁ δὲ λίβανος τῆς κατὰ τρίπολιν κατὰ τοῦ θεοῦ πρόσωπον μάλιστα, ὁ δὲ αὐτιλίβανος τῆς κατὰ σιδόνα, id est, Tripoli coniuncta est ea, quæ Dei facies appellatur, in qua Libanus mõs desinit. Inter hęc est locus quidam, nomine Trieris. Hi duo montes sunt, qui eum faciũt, qui concauus angulus dicitur, quasi inter sese pares. Libanus & Antilibanus, paulò vltra mare incipientes: Libanus vltra Tripolitanum mare, circa Dei faciem: Antilibanus vltra mare Sidonium desinunt. ¶ Eleuans autem Iacob oculos, vidit *Genes. cap. XXXIII.* venientem Esau, & cum eo quadringentos viros. Diuisitq; filios Lyæ & Rachel, ambarumq; famularum, & posuit vtramq; ancillam & liberos earum in principio, Lyam verò & filios eius in secũdo loco: Rachel autem & Ioseph nouissimos. ¶ Libet hic videre bellicum Iacob apparatum & stratagema, quo contra fratrem Esau quadringentorum armatorum manu succinctum processerit, & feroces eius spiritus fregerit. Nouus est hic bellandi mos à Iacob primo monstratus, quemadmodum arma togæ cedere possent. Nõ ignorabat Iacob fratris sui viribus se imparem, & contra illum armis pugnare, vt ineptum erat, ita etiam si maximè posset, ne volebat quidem. A prudentia igitur vires mutuare vtile putabat, quandoquidem eum propriæ deficiebant. Constituit ergo Iacob animo imperare suo, metumq; omnem porrò è pectore suo propulsare, & fidentia summa mentem vultumq; firmare, tanquam nihil à fratre hostile metueret, sic planè futurũ arbitrans, vt fratrem ad mansuetudinem traduceret, si se spei plenum declararet, tanquam nullum ab eo malum accepturus esset. Huc certè spectat stratagema Iacob. Non latebras neque fugam circumspiciebat, non vxores & filios intutum recipiebat, sed tanquam in altissima pace, omnia in conspectum dabat, vxores & liberos cæteramq; imbellem turbam, tanquam fratri officij causa obuiam iturus, dissimulato metu, summa cura, instruit. Quis hic putaret Esau, (licet ferox, homo tamen) in fratrem Iacob, eiusq; familiam tam bene de se sentientem, tantamq; fiduciam præ se ferentem, sæuire posse? Hic planè Esau ferocia obtorpuit, & ferrum è manibus excussum est. Agnosco certè in Esau quod meritò laudari possit, Abrahæ & Isaac patrum eius magnanimitatem in illo videre est, quod tam facilè ad clementiam flexus sit. Hoc certè est quod Ouidius canit. *Ouid. lib. 3 Trist.*

Quo quisq; est maior, magis est placabilis iræ,
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni,
Pugna suum finem, cum iacet hostis habet.

Consimilem inermem pugnam, & togam contra arma victricem apud Romanos annales legimus. Erant Tusculani contra Romanos cum Volscis iuncti, clanculumq; populo Romano bellum faciebant, eos cum Romani bello persequendos decreuissent. Camillo id mandatum erat. Porrò Tusculani cum armis Romanis longè impares essent, mira vafricie & arte vim Romanam arcuerunt, quam armis non poterant. Intrantibus enim fines eorum Romanis, non demigratum ex propinquis itineri locis, non cultus agrorum intermissus: patentibus portis vrbis togati obuiam frequentes imperatoribus processere; commeatus exercitui comiter in castra ex vrbe & ex agris deuehitur. Camillus dubitabundus num eadem pacis forma in vrbe esset, quæ in agris ostentaretur, cum exercitu per patentes portas ingreditur, verum omnia pacata vidit, patentes ianuas & ta- *T. Liuius li. 6. ab vrbe cond.*

& tabernas apertas proposita omnia in medio, ac intentos opifices suo quemq; operi, & ludos literarum strepere discẽtium vocibus audit. Denique nullam metus belli significationem Tusculani dederunt. Hic victa est Romana indoles hostium patientia, & sæuire in illos armis non sustinuerunt, erat enim hoc Romanorum animis infixum, quod Ouidius canit. *Ouidius.*

Gloria pugnantes vincere maior erat.

Affectata hæc fidentia, Iacob atque Tusculanorum, verum esse arguit illud quod de Lysandro Spartano scribit Plutarchus, *Plutarchus in Lysand.* ὧν ἢ λεοντὴ μὴ ἐξίκνεται, τὴν ἀλωπεκῆν προσάψαι, id est, Si leonis exuuium nõ sufficit, adde vulpinum quo monemur, cũ viribus res obtineri non potest, quod dolus sit adhibendus. Verum in Iacob dolus malus non erat, sed magis innoxius & liberalis. ¶ Et Iacob progrediens adorauit pronus in terram septies donec appropinquaret frater eius. Currens itaq; Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum, stringensq; collum eius & osculans fleuit. Leuatisq; oculis vidit mulieres & paruulos earum, & ait: Quid sibi volunt isti, & si ad te pertineant? Respondit: paruuli sunt quos donauit mihi Deus seruo tuo. Et appropinquantes ancillæ, & filij earum incuruati sunt. Accessit quoq; Lya cum liberis suis. Et cum similiter adorassent, extremi Ioseph & Rachel adorauerunt. ¶ Habẽt Hebræi varia verba quibus adorationem & honorem alijs delatũ significare solẽt. Est verbũ חִשְׁתַּחֲוָיָה & שָׁחָה quod adorationem siue venerationem illam significat, quæ fit toto corpore ad terram prostrato, vt Dauid Kimhi scribit. Verũ apud Hebræos verbum hoc non solum vsurpatur, quum veram adorationẽ Deo creatori exhibemus, sed etiam cum hominem præpotentem officij gratia salutamus. Quod ad diuinam adorationem attinet, frequenter in hoc significatu in veteri lege legitur. In creaturæ adoratione *Dauid Kimhi.* siue veneratiõe legit de Nathan propheta *3. Reg. 1.* וַיָּבוֹא לִפְנֵי הַמֶּלֶךְ וַיִּשְׁתַּחוּ לַמֶּלֶךְ עַל אַפָּיו אַרְצָה id est, Venit ad regem Dauid, & adorauit pronus in terram. Siue: prostrauit se ante regem in faciem suam super terram. Sic præsens hic scripturæ locus intelligi etiam potest, quod Iacob cum familia sua ante Esau in facies suas super terram sese prostrauerint. Est & aliud venerationis genus Hebræis, quod vocant כְּרִיעָה id est, incuruatus est. Atqui hæc fit capitis inclinatione, cum modica corporis incuruatione. Hanc venerationem, vel si maiis, adorationem, exhibuit quinquagenarius ille prophetæ Heliæ, cui etiam pepercit, cũ duos priores quinquagenarios igni assumpsisset *Regum 4. cap. 1.* וַיִּכְרַע עַל בִּרְכָּיו לְנֶגֶד אֵלִיָּהוּ id est, Et curuauit se ad genua coram Helia. Hi corporis gestus, siue venerationes siue adorationes velis appellare, sunt creatori & creaturæ communes, & indiscretè Deo & hominibus in sacris literis leguntur exhibiti; vocant Græci hanc adorationem τὴν δουλίαν, quam homo homini debet, & hodie apud cœnobitas nihil illis est frequẽtius. Est verò tertiũ adorandi genus, quod Deus visus est tanquã sibi proprium vendicasse. Fit hæc adoratio genubus, vocaturq; Hebraicè בֶּרֶךְ id est, genu flexit. Hinc בֶּרֶךְ genu dicitur. Hanc sibi fieri imperat apud Prophetam Esaiam Deus לִי תִּכְרַע כָּל בֶּרֶךְ id est: *Esa. 45.* Mihi curuabitur omne genu. Et Deus vt significaret plures esse in populo suo qui nõ adorassent Baal, ait ad Heliam, quod reliquerit sibi septem milia virorum in Israël כָּל הַבְּרָכִים אֲשֶׁר לֹא כָרְעוּ לַבַּעַל .i. quorum omnium genua nõ sunt curuata ante Baal. *3. Reg. 19* Et Paulus vt significaret Christi diuinitatem illam in genuum curuatiõe ostendit, quã omnes creaturæ illi debẽt. διὸ καὶ ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ τὸ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ιησου πᾶν γόνυ καμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, id est, Propterea exaltauit illum Deus, & dedit illi nomẽ quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestriũ & infernorum. *Phil. 2.* Est & alius adorandi mos, sed cuius vestigia in principibus etiam nunc esse videamus. In adorando, inquit Plinius, dexteram ad osculum referimus. *Plin. li. 28* Hũc adorandi modum fingit Apuleius seruasse Iouem, cum Cupidini diuinos honores decernit, quod subinde illius arcu & facibus in varias formas mutatus fuerit. Tũc Iuppiter perpessa Cupidinis buccula manuq; ad os suum relata, consauiat, atque sic ad illum: Licet tu, inquit, Domine fili. &c. Lucianus quoque hunc adorandi morem sic depingit. βοῦν μὲν ἀγοστῆσαι ὁ γεωργός, ἄρνας δὲ ὁ ποιμήν, καὶ αἶγας ὁ αἰπόλος· ὁ τὶς δὲ λιβανωτὸν ἢ πόστινον, ὁ δὲ τὶνας ἱλάσσατο τὸν θεόν, φιλήσας *Apuleius lib. 7. de aur. Asi.* *Lucianus*

λύσας μόνον τὴν αὐτοῦ δεξιάν. idest. Ad sacrificiũ quidem affert, agricola bouem: agnum pastor: capram caprarius. Est verò qui thus vel placentulam offert. Pauper verò vt Deum sibi propitium reddat, manũ suã osculat. Rursus alibi. οἱ δὲ σεμνότεροι καὶ προσκυνεῖν πρεμνύοντες, οὐ πόρρωθεν, οὐδ' ὡς τέρσαις νόμον, ἀλλὰ δεῖ προσελόντα, καὶ ὑποκύψαντα καὶ πόρρωθεν τὴν ψυχὴν ταπεινώσαντα καὶ τὸ πάθος αὐτῆς ἐμφανίσαντα τῇ τοῦ σώματος ὁμοιότητι, τὸ σῆθος, ἢ τὴν δεξιὰν καταφιλεῖν. id est. Qui verò modestiores fuerint & tamẽ adorari sustinuerint, hos necesse est nõ à longè, neque vt Persarum mos est: sed accedere & incuruari, animamq; humiliare eiusq; affectiõi corpus assimilare, pectus vel dextram osculari. Sed neqs ethnicos authores inficiari velit, adducã à Iob locũ, vbi man? osculatio adoratiõis signũ inuenit. Si vidi Solẽ cum fulgeret, & Lunã incedentẽ clarè, & lętatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio cõtra Deum altissimum. Quia enim, vt ait Hieronymus, qui adorant solent deosculari manum, & capita submittere, quod se beatus Iob elementis & idolis fecisse negat. Et in Psalmo secundo legimus נַשְּׁקוּ בַר id est. Osculamini filium, vt sit adorate filium, quod tamen Septuaginta verterunt. δράξασθε παιδείας, id est. Apprehendite disciplinam. Rursus in regnorum libro legimus, cum Deus dixerat Eliæ, quod reliquisset sibi septem milia virorũ in Israël, qui nõ curauerunt genua ante Baal, addit וְכָל הַפֶּה אֲשֶׁר לֹא נָשַׁק לוֹ quod nostra lectio sic habet: Et omẽ os q̃d non adorauerit eum, osculans manum. Est & aliud supplicandi genus veteribus, quod quidem vt minimè fuit cum impietate cõiunctum, ita prorsus nostratibus exoleuit. Hominis genibus, ait Plinius quædam & religio inest, obseruatione gentium. Hæc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc vt aras adorant, fortassis quia inest ijs vitalitas. Et. Antiquis Græciæ in supplicando mentum attingere mos erat. Vtrumque hunc morem apud Homerum seruatum legimus à Thetide Achillis matre Iouí supplicatura.

καὶ ῥα πάροιθ' αὐτοῖο καθέζετο, καὶ λάβε γούνων

Idem in Nigrino.

Iob. 31.

Hiero. com. Ruffi.

Psal. 2.

3. Reg. 19

Plin. li. 11

Homer. li. æ. ἰλιαδ.

σκαιῆ δεξιτερῆ δ' ἄρ' ἔτ' αὐθερεῶν ἐλέσασα
λισσομένη προσέειπε δίας ἀχιλῆα ἄνακτα.

Id est,

Protinus ante Iouem turbata mente resedit
Et leua genua, at dextra pulcherrima mentum
Apprendens supplex regem est affata tonantem.

Hæc hanc ob causam huc afferre duximus, ne quis putet Iacob eiusq; familiam diuinos Esau honores detulisse, & curuatis genibus, manuq; ad os relata, adorasse, sed tantum humi toto corpore prostratos, iram eius expugnasse. Prudentiam Iacob nõ solùm videre est quod tanta cura & circumspectione fratris Esau furorem fregerit, sed etiam quod eum amicum, summa verborum comitate tractauerit, & pacato agmine à se amiserit. Detulit quidem Esau officium erga fratrem, & vna cum illo iter agere non detrectabat, munus quoque sibi à fratre decretum, deprecabatur. At qui suspicio Iacob non omninò vana erat, omnia hæc non sincero animo à fratre fieri, & animum eius nouerat varium & mutabilem. Nihil proinde quod à fratre deferebatur tutum sibi fore putabat. Verum est quod Menander præcipit.

λόγον παρ' ἐχθρὸς μήποθ' ἡγήσῃ φίλον.
Sermonem ab inimico nunquam putabis amicum.

Ferè ita natura comparatum est, vt fratrum dissidia, quemadmodum omnium grauissima sunt, ita etiam sarta ocyssimè dissuũtur. Flaccus Florum rogat ecquid eicum fratre reconciliato conueniat.

an male sarta
Gratia nequicquam coit, & rescinditur?

Iacob igitur magno metu leuatus, simul lætus quod fratrem Esau amicum à se amisisset, porrò ire cepit, & armentum præ agens ad vrbem Sichem peruenit: Emitq; partẽ agri in quo fixerat tabernacula, à filijs Emor patris Sichem, centum agnis, & erecto ibi altari inuocauit super illud fortissimum Deum Israël. Vetustissimi illi patriarchæ atque adeo Israëlíticæ gentis satores, nõ minus in politicis rebus conspicui atque celebres esse ambiebant, quàm etiam in diuino cultu Deo satisfacere satagebant. Erant Abrahę numerosæ armentorum atque pecorum greges, nec minora famulorum examina, habebat idem quoque intra suos penates familiare altare, vbi sacris operaretur. Idem studium fuit Isaac filio eius. Neque Iacob à maiorum suorum pietate degenerauit. Defunctus enim

Menander

Horatius in Epist.

enim varijs periculis, ad oppidum Sichẽ sedem firmat, & intra conseptum, penetralem aram erexit, ne diuina re careret. Transijt idem studium postea ad ethnicos quoque, qui quamuis à vera luce essent excusi, tamen intra priuatas suas ædes, penetrales aras habere volebant. Hinc celebratur à Græcis scriptoribus ἑρκεῖος Ζεύς. id est, Hirceus Iuppiter. ὡ βωμοὶ ἐντὸς ἕρκους ἐν τῇ αὐλῇ ἱδρυνται. id est: Cui aræ intra conseptum in aula ædificatæ erant. Est enim ἕρκος circuitus, septum, & Herceus Iuppiter est qui intra conseptũ cuiusq; domus colebatur, quem etiã Deum penetralem appellabant. Hunc describit Vergilius.

Verg. li. 2. Æneid.

Ædibus in medijs, nudoq; sub ætheris axe
Ingens ara fuit, iuxtaq; veterrima laurus
Incumbens aræ, atq; vmbra complexa penates.

Apud hanc aram, capta Troia à Græcis, tanquã victima obtruncatus est Priamus rex Troianus à Pirrho Achillis filio. Sic enim canit Ouidius.

Ouid. in Ibim.

Nec tibi subsidio sit præsens numen, vt illi
Cui nihil hercei profuit ara Iouis.

Fabula est non minus apud Græcos quàm etiam apud Latinos percelebris, de vrbe Troia cuius mœnia Apollo & Neptunus extruxerint. Eã verò pulchrè exprimit mos hic vetustus, quo veteribus in vsu erant ædiculæ sacræ in priuatis suis ædib? excitatæ. Pindari igitur interpres hanc fabulam sic explicat. τοσειδῶνα καὶ ἀπόλλωνα λέγουσι τειχίσαι τὸ ἴλιον τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει ἀλλ' ὁ λαομέδων ἐτείχισεν αὐτὸ οὐχ ὁσίως. ἦν ἐν τῇ ἀκροπόλει ἱερὸν ἀπόλλιωνος καὶ ποσειδῶνος, ὅθεν λαομέδων ἀνῄλισκε τὰ χρήματα εἰς τὴν τοῦ τείχους κατασκευήν. id est: Neptunus & Apollo dicuntur muris cinxisse Ilium, quod tamen non ita se habet. Sed Laomedon ædificauit illam non iustè. Erat enim in arce templum Apollini sacrum & Neptuno, vnde Laomedon sumptum suppeditauit ad muri ædificationem. Scribit Suetonius Augustũ Cæsarem in palatio excitasse templum Apollinis. Alexander Imperator Mammæa matre Christiana natus, domi suæ lalariũ habuit, in quo & diuos principes, sed optimos electos, & animas sanctiores, in queis & Apollonium, & quãtum scriptor suorum temporum dicit, Christum, Abraham, & Orpheum; & huiusce modi Deos habebat, ac maiorum effigies. Sunt & hodie apud magnates pij nõnulli, qui in ædibus suis sacra sacella habeant, in hoc Iacob & sanctorum patriarcharum consuetudinem imitati. Egressa est autem Dina filia Liæ, vt videret mulieres regionis illius, quã cum vidisset Sichem filius Emor Euei princeps terræ illius, adamauit eã & rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virginẽ. Et cõglutinata est anima eius cum illa, tristemq; deliniuit blandicijs. Iam hic scriptura paulatim ad Iacob domestica negotia describẽda descendit, quæ quidem haud quaquã à consueta humanarum rerum & varietate & infœlicitate variant. Poterant quidem res Iacob satis fœlices videri, sed maximam turbarum causam à filijs, vt modò quoq; videre est, accepit. Sustulerat ille inter filios multos & vnicam filiam, cui, dũ à paternis ædibus solutius quàm virgini fas erat, euagatur: à principis filio vitium offertur. Fuit hoc vt corruptori & populo suo exitiabile, ita etiam Iacob & filijs suis pene excidium peperisset. Cum parentibus ob filios semper vigilandum sit, tum vel maximè in puellis illis nunquam non summa cura opus erit. Est enim illis vt corpus tenerum, ita mens quoque infirma, facileq; iniuriæ obnoxia. Et inter tot Theseos, Parides, Iasones, pudicitia ruro tuta esse potest, maximè verò cum formæ decus libidini lenocinetur, & impostorum plena sunt oia. Prudenter igitur in sapientia sua Sirach parentes monet: θυγατέρες σοί εἰσιν, πρόσεχε τῷ σώματι αὐτῶν. id est. Si filię tibi fuerint, attende ad corpora ipsarum. Quod Augustum Cæsarem fecisse author est Suetonius, qui scribit illum vetuisse filiam & neptes loqui aut agere quicquam nisi palam: & quod in diurnos commentarios referretur. Extraneorũ quidem cœtu adeò prohibuit, vt L. Tucinio claro decoroq; iuueni scripserit, quondam parũ modestè fecisse eum, quod filiam suam Baias salutatum venisset. Rursus cum filiam Iuliam relegasset, à nullo neque libero neque seruo adiri illam, nisi se consulto permisit, & ita vt certior fieret qua is ætate, qua statura, quo colore esset, etiam quibus corporis notis vel cicatricibus. Habebant Græci olim in domibus suis cænacula quædam æditiora, mulierum & virginum habitationi destinata. In his seorsim illæ agebant, & semotæ ab homi-

Pindari interpres.

Suetonius in Au.

Lamprid.

Caput XXXIIII

Eccl. 7.

Sueton. in Augusto.

hominum turba, quæ ædes frequentare solebant. Vocantur hæc Græcè τὰ γυναικεῖα. Homerus appellat ὑπερῴου, in quod ascendit Penelope Vlyssem fletura.

Homer. li. τ. ὀδυσσ.

ἀλλ' ἤτοι μὲν ἐγὼν ὑπερῴοιο εἰσαναβᾶσα
λέξομαι εἰς ἐννήμ, ἥ μοι σοι ὀνόσασα τέτυκται.
Sed ego certè in superius cœnaculum ascendam,
Quiescam in lecto, qui mihi luctuosus factus est.

Rursus.

παρθένον αὖ δόμον ὑπερῴοιο εἰσαναβᾶσα.

Homer. li. β. ἰλι.

Id est.

Virgo uerecunda in superius cœnaculum ascendebat.

Quam seuerè & contentè olim à parentibus habebantur puellæ virgines, satis significant veterum Græcorum poëtarũ monumenta. Hesiodus in hac est sententia, vt putet puellas virgines domi perpetuò asseruandas, & apud matrem manere debere.

Hesiodus πόδι ἔργ.

ἡ τε δόμων ἐντόσθι φίλῃ παρὰ μητέρι μίμνει
οὔπω ἔργ' εἰδυῖα πολυχρύσου ἀφροδίτης.

Id est.

Puella quæ nondum aureæ Veneris opera nouit,
In domo apud charam matrem maneat.

Eandem sententiã satis grauiter & docet & approbat Euripides.

Euripides in Iphig.

καὶ τὰς γ' ἐν οἴκοις μὴ μόνας εἶναι κόρας
οὐχ υἱεῖσι παρθένοισι φρουροῦσι κλῆθρα. i.
Decet ex puellas, nostra quas habet domus, haud sinere solas.
Hæ quidem tutissimis custodiuntur adprobe conclauibus.

Plutarchus

Refert Plutarchus Phidiam Atheniensem statuarium clarissimum, Venerẽ ita finxisse vt pedibus testudinẽ calcaret; tacitè significans vxoribus domi manendum, silendumq;. Idem narrat Ægyptijs hunc morem fuisse, vt nuptæ sandalijs nõ vterentur, ne videlicet domo vnquam prodirent. Marcella Romana matrona miserat Hieronymo & Paulæ filiæq; eius Eustochio xeniola, nempe cæreos calices, sellam: ea Hieronymus allegoricè interpretatur. Sellam interpretatur, vt foras pedes virgo non moueat.

Hieronym.

Atqui hæc cantilena non admodum grata foret nostratibus puellis, quæ accuratè consulto speculo, atq; omni mundo excultæ, tanquam pomparum quædã fercula in publicum prodeunt, & omnium oculos in se vertunt. Sed huius licentiæ complures fructus referimus, & quidem longè atrociores quàm Dinæ. Hinc nascitur auro venalis pudicitia, clandestina stupra, abacti veneficio partus, & non raro reperti in cloacis, per summam crudelitatem enecti infantes. Sed non liber hic lõgiùs tragico bacchare hiatu, ad succi argumentum redeamus. Sacer Hieronymus sacrarum virginum & viduarum institutor, frequens in hoc est & subinde inculcat, vt ne virgines foras prodeant, sed cellarum suarum secretis teganturSic enim scribit ad Eustochium. Itaq; obtestor te coram Deo, & Christo Iesu, & electis angelis eius: ne vasa templi Domini, quæ solis sacerdotibus videre concessum est, facile in publicum proferas: ne sacrarium Dei, quisquam profanus aspiciat. Oza arcam quam non licebat tangere attingens, subita morte prostratus est. Nec enim vas aureum, & argenteum tam charum Deo fuit, quàm templum corporis virginalis. Præcessit vmbra, nunc veritas est. Ezechias thesaurũ Dei monstrat Assyrijs: sed Assyrij non debuerunt videre, quod cuperent. Scribit quoque Tertullianus ad Christianas mulieres quas à publico deterret; & quã-do illis fas sit in publico conspici, item docet: Quę autem vobis causa est structius prodeundi, cum remotæ sitis ab his quæ ad aliud indigent. Nam nec templa circuitis, nec spectacula postulatis, nec festos dies Gentiliũ nostis. Propter ipsum enim conuentum, & mutuum videre ac videri omnes pompæ in publicum proferuntur, aut luxuria negotietur, aut gloria insolescat. Vobis autem nulla procedendi causa non tetrica. Aut imbecillis aliquis ex fratribus visitandus, aut sacrificium offertur, aut Dei verbum administratur. Quoduis horum grauitatis, & sanctitatis negotiũ est. Quod si maximè necesse sit vt foras eundum sit virginibus, nunquam tamen Hieronymus illis permittit, vt sola aliqua eat, sed vnà omnes. Quæ viuunt in monasterio, inquit, & quarum simul magnus est numerus, nunquam solæ, nunquam sine matre procedant. De agmine columbarum, crebro accipiter vnam separat, quam statim inuadat & laceret, cuius carnibus & cruore saturetur. Morbidæ oues suum relinquunt gregem, & luporum faucibus deuorantur. Quales verò comites secum habere debeat honesta mulier in publicum prodiens, scribit his verbis Hieronymus. Habeto tecum viduarũ & virgi-

Hieron. ad Eustoc.

Hieron. ad Demet.

Tertull. de cultu fem.

Idem ad Saluinam.

virginum choros, habeto tui sexus solatia. Ex ancillarum quoq; moribus dominæ iudicantur. Certè cum tecum sancta sit mater, & lateri tuo amita hæreat virgo perpetua, non debes periculose externorum consortia quærere, de tuorum societate secura. Homerus fingit Penelopẽ pudicitiæ exemplar fuisse, & illam nunquam solam fuisse canit, sed semper ancillis comitatam.

Hom. libr. τ. ὀδυσσ.

ὡς εἰποῦσ' ἀνέβαιν' ὑπερῴια σιγαλόεντα,
οὐκ οἴη, ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι ἰέσαν ἄλλαι.

Id est.

Sic ait, & ascendit in cœnacula splendida,
Non sola, sed sequuntur illam aliæ famulæ.

Tristemq; deliniuit blanditijs. Quod Hebraicè legitur וידבר על לב נערתה. i. Et loquutus est super cor puellæ. Vsurpãt Hebræi hoc loquendi genus, pro familiariter & amicè cum aliquo verba facere. Idẽ loquendi genus apud Esaiam legimus

Esaiæ 40.

Ozeæ 2.

וְדַבְּרוּ עַל לֵב יְרוּשָׁלִַם id est: Loquimini ad cor Ierusalem. Et in Ozea וְדִבַּרְתִּי עַל לִבָּהּ id est: Et loquar ad cor eius. Porrò Septuaginta præsentem hunc locum ita verterunt, καὶ ἐλάλησε κατὰ τὴν διανοίαν τῆς παρθένου αὐτῆς. Id est: Et loquutus est ad ipsam secundum mentem ipsius virginis, quod scilicet patrias opes & principalem potẽtiam apud puellam iactauerit, auri montes nõ modò pollicens. His enim magnificis verbis, sperabat puellam facilè ad cõiugij consensum deduci posse. Habent enim hunc morem amatores, vt fortunæ suæ splendorem, & maiorum imagines adamatæ iactent, quod amoris magister.

Pars ad Helenam.

Ouidius sic manifestat.

Non ego coniugium generosæ degener opto,
Nec mea (crede mihi) turpiter vxor eris
Pleiada, si quæras, in nostra gente, Iouemq;
Inueniès; medios vt taceamus auos.
Sceptra parens Asiæ, qua nulla beatior ora,
Finibus immensis vix obeunda tenet.
Innumeras vrbes atq; aurea tecta videbis,
Quæq; suos dicas templa decere deos.
Ilibi aspicies, firmataq; curribus altis,
Mœnia Phœbeæ structa canore lyræ.
Quid tibi de turba narrem, numeroq; virorum.
Vix populum tellus sustinet illa suum.

Ouid. li. 2. de art. am.

Idem quoque hoc præceptum tradit, sed tenuioribus amatoribus, (fuit enim ipse pauperibus vates, quoniam pauper amauit) quo tamen Sichẽ, quamuis princeps, vsus haud dubio fuit.

Blanditias molles, aures q; iuuantia verba
Affer: vt aduentu læta sit ipsa tuo.

Quum igitur Dina per vim esset vitiata, corruptor, vt qui maximè in illam deperibat, & in amore eius perurgebat animum; dabat corruptæ verba, & illam tristitia ac mœrore affectam q̃q̃ modo lactabat. Nec ignorabat Iacob & filij eius domesticam ignominiam; sed ingenti dolore defixi, illam tacitam, quando ita illorũ status ferebat; habebant. Porrò Æmor corruptoris pater, filio impellente, à Iacob & filijs corruptæ nuptias filio suo petit. Iacob senio iam fractus eoq; ad pacem propensior, à nuptijs nõ abhorret. In eadem sententia sunt filij, vt connubiorum ius in vtroq; firmetur, modo circuncisio quoq; tanquam fœdus aliquod inter illos intercedat. Lætus his conditionibus Æmor, mox circumcisionem, ne quid in mora filij nuptijs esset, genti suę imperat. Erant inter filios Iacob Simeõ & Leui ex eadem matre cum Dina geniti, eos vehementius fororis vitium pepulit, & de vindicta à corruptore sumenda quoquo modo agitare cœperunt, conditionesq; inter vtrosq; initas suam rati esse bene gerẽdæ rei opportunitatem, nullo cum patre Iacob communicato cõsilio, in Sichimitas cubantes, & circumcisionis dolore affectos, nihilq; hostile metuentes; gladijs impetũ faciunt. Hoc sacra scriptura hisce verbis describit. Et ecce die tertio quando grauissimus vulnerum dolor est, arreptis duo filij Iacob Simeon & Leui fratres Dinæ gladijs, ingressi sunt vrbem confidenter, interfectisque omnibus masculis, Emor & Sichem pariter necauerunt: tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam. Meminit huius rei Iosephus, & quod vrbs ad internitionem à Simeon & Leui deleta sit. Atqui circumcisionis, qua impediti arma contra ferre nequiuerant, non meminit, sed aliam causam affert, συμῶν δὲ καὶ λευὶς ὁμομήτριοι τῷ λόρης ἀδελφοὶ πρὸς ἄλλήλους συωτίθενται τοιαυδ' τινὰ πρᾶξιν. οὔσης ἑορτῆς καὶ τῶν σικιμιτῶν εἰς ὀνεσιν καὶ εὐωχίαν τετραμμένων, νύκτωρ πρωτοῖς ἐπιβαλόντες τοῖς φύλαξιν, κτείνουσι λοιμωμένους. καὶ παρελθόντες εἰς τὴν πόλιν, ἀναιροῦσι πᾶν ἄρρεν, καὶ τὸν βασιλέα σὺν αὐτοῖς καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ. φέρονται δὲ τῶν γυναικῶν. πρᾶξαντες δ' τοῦτα δίχα τοῦ πατρὸς γνώμης, ἐπανάγουσι τὴν ἀδελφὴν. Id est. Simeon & Leui vterini puellæ fratres tale inter se negotium com-

Iosepb. lib. α. ἀρχαι.

ponunt. Quum enim festum esset, & Sichimitæ in omnem animi remissionem & conuiuia fuissent versi, noctu in vigiles impetum faciũt, eosq; somno sopitos interficiunt, deinde ciuitatem ingressi, masculos omnes cum rege & filio eius iugulant, à mulieribus tamen omnem vim prohibuerunt. Et hęc quidem citra patris consensum perpetrarunt, & sororem suam reduxerunt. Quid Iosepho in mentẽ venit vt suppressa circuncisionis mẽtione, aliam causam reddiderit, nempe festum aliquod quo Sichimitæ cum se largius vino ciboq; inuitassent, occisi sint, incertum est. Credibile est illum tantum scelus data opera extenuare voluisse, ne Israëlitæ parum candidè minimeq; liberaliter fecisse dicerentur, quod Sichimitas ipsorum fidem atq; institutum sequutos, & iam etiam ὁμόφυλος nefariè occiderint. Nam quæ hæc barbara perfidia est, quos ad circuncisionis communionem inuitarant, in illos statim cubãtes, nihilq; hostile expectantes, gladijs irruere? Neque Iacob pater tantam indignitatem tacitam tulit, sed vtrunq; filium Simeon & Leui iamiam moriturus diro deuotionis elogio percussit. Plurimum certè degenerauerunt ab Abrahæ proaui sui magnitudine, qui hostes magnifica potitos victoria, lætitiaq; ouantes, & armatos, armatus ipse, collato marte profligauit atq; fudit. Contulerat olim castra Alexander Magnus & Darius Persarum rex, vt de summa rerum acie decernerent. Præstabat Darius Alexãdrum armatorum multitudine, quippe qui ex omnibus Asiæ regionibus milites contraxerat. Alexander adhibet consilium, quid optimum facturus esset exquirens. Parmenio peritissimus inter duces artium belli, furto non prælio opus esse censebat, intempesta nocte opprimi posse hostes discordes moribus, linguis ad hæc somno & improuiso periculo territos. Polypercõ haud dubiè in eo consilio positam victoriam arbitrabatur, quem intuens rex, latrunculorum, inquit, & furũ ista solertia est, quam præcipitis mihi: quippe illorum votum vnicum est, fallere. Meæ verò gloriæ semper aut absentiam Darij, aut angustias locorum, aut furtum noctis obstare non patiar, palam luce aggredi certum est. Malo me fortunæ pœniteat, quàm victorię pudeat. Digna Alexandro vox, digna plane quam tot victoriæ sequerentur. Cæterum non omnino laude indignos esse iudico Symeon & Leui, qui ob temeratam sororis pudicitiam, in tam piam iram exarserunt, illamq; tã seuerè vlti sunt. Haud temerè vnquam bene vertit virginum viciatoribus, & matronarum expugnatoribus. Tarquiniorum apud Romanos regnum concidit, ob pudicitiam per vim violatam. Brutus expulit Tarquinios, eumq; in monomachia mortuum, annum Romanæ matronę vt parentem luxerũt, quod tam acer vltor violatæ pudicitiæ fuisset. Huc etiam respiciunt verba Iudith viduæ castissimæ, quæ in oratione sua ad Deum habuit, in qua huius Symeon vt patris cum laude meminit, λύριμε ὁ θεὸς τοῦ πατρός μου συμεὼν, ᾧ ἔδωκας ῥομφαίαν εἰς ἐκδίκησιν ἀλλοτριῶν, οἱ ἔλυσαν μήτραν παρθένου εἰς μίασμα, καὶ ἐγύμνωσαν μηρὸν εἰς αἰσχύνην, καὶ ἐβεβήλωσαν μήτραν εἰς ὄνειδος. εἶπας γὰρ οὐχ οὕτως ἔσται καὶ ἐποίησαν. διὰ τοῦτο ἔδωκας αὐτοὺς εἰς φόνον καὶ τοὺς δούλους αὐτῶν ἐσβεσθῆναι ὑπὸ τοὺς νεκροὺς αὐτῶν εἰς αἷμα. Id est: Domine Deus patris mei Symeon cui dedisti gladium in vindictam alienigenarum, qui soluerunt vterum virginis in pollutionem, & nudauerunt fœmur in confusionem, & profanauerunt vuluam in contumeliam. Dixisti enim non ita erit, & sic fecerunt. Ideo dedisti principes illorum in occisionem & lectum suum sanguine rigauerũt. Atqui vt verum fateamur, indulserunt illi iusto suo dolori plus nimio, adeo vt Lucani hoc nobis meritò dicendum sit.

T. Liu. lib. 2. ab vrb. cond.

Iudith. 9.

Lucan. lib. 2. Pharſ.

Qu. Curt. lib. 4.

Exceßit medicina modum, nimiumq; ſequuta eſt,
Quà morbi duxere manus, periere innocentes.

Scribit Plato Græcos in omnibus bellis, quæ inter se gesserũt, maiorem in modum curasse, ne parta victoria in omnem sexum & ætatem sæuirent; sed sontibus supplicio affectis, in reliquos clementia vteretur, οὐδὲ ἄρα τοὺς ἑλκόδια ἔπλωες ὄντες διεφθεῖρον, οὐδὲ οἰκήσεις ἐμπρήσουσιν. οὐδὲ ὁμολογοῦσιν ἐν ἑκάστῃ πόλει πάντας ἐχθροὺς ἀντοῖς εἶναι, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας, ἀλλ' ὀλίγους ἀεὶ ἐχθροὺς οὖς αἰτίους τῆς διαφορᾶς. καὶ δεῖ τοῦτα πάντα οὔτε τοῖς γοῖς ἐξελοῦσιν χέρειν ἀυτῶν ὡς φίλων τῶν τοιούτων. οὔτε οἰκείας ἀνατρέπειν, ἀλλὰ μέχρι τούτου ποιήσουσι τοῦ διαφορᾶν μέχρις οὗ ἂν οἱ αἴτιοι ἀναγκασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀναίσιον ἀλγούντων, δικαῖα δίκην. i. Nec Græciam

Plato libro 6. πολιτ.

Græci ipsi vastant, nec ædes incendunt. Neque enim fatentur in qualibet ciuitate omnes hostes ipsis esse, & viros & mulieres & pueros, sed paucos hostes esse putant quidissidij causa fuerunt. Atque ob hæc omnia, neq; terram illorum excindere volunt, neq; ædes euertere, tãquam multis ibi amicis existentibus etiamnum, verum eatenus bellum faciunt, quousq; noxij, ob innoxiorum afflictionem, meritas pœnas dederint. [Quibus egressis irruerunt super occisos cæteri filij Iacob, & depopulati sunt vrbem, in vltionem stupri.] Et hic est quo Israelitas reprehẽdere possumus. Bello vulneratos & iam animam agentes spoliare Platoni improbatur, vt illiberale factum, τὸ δὲ σκυλεύειν οὐ δὴ ἐγὼ οὐδὲ τελευτήσαντας πλὴν ὅπλων ἐπεὶ δ' ἂν νικήσωσιν, ἢ καλῶς ἔχει ἢ οὔ; πρὸς φάσιν μὲν τοῖς δειλοῖς ἔχει, μὴ πρὸς τὸν μαχόμενον ἴναι ὡς τὸ τῶν δειλόνων δρῶντας ὅταν πρὸς τὸν τεθνεῶτα λυμαίνωσι; πολλὰ δὲ ἡδὴ κρατόμενα δρᾷ τοῦ τοιούτου ἄρ παγὺ ἀπώλετο. καὶ μαλὰ. οὐ δεῖ δὲ ἔρον δὲ οὐ δοκεῖ καὶ φιλοχρήματον νεκρὸν σύλαν, καὶ γυναικείας τε καὶ σμικρᾶς διανοίας, πολέμιον νομίζειν τὸ σῶμα τοῦ τεθνεῶτος ἀποπραμένου τοῦ ἐχθροῦ, λεληιπότος δὲ ὦ ἐπολέμει; ἢ διά τι διάφορον δρᾶν οὐ τοῦτο ποιοῦντας τῶν ἰκανῶν, ἀλ' τοῖς λίθοις οἷς οὐ βληθῶσι χαλεπαίνουσι τοῦ βάλλοντος ὀχ ἁπτόμενται; οὐδὲ σμικρὸν ἐφη. ἑκάτερον ἄρα τὰς νεκροσυλίας καὶ τὰς τῶν αἱρεσιῶν διακωλύσεις. i.

Plato eodẽ libro.

Quid verò, aiebam ego, spoliare mortuos, præter arma, quando vicerint, num pulchrũ erit an non? Et meticulosis quidem hic prętextus quęritur, ne contra pugnantem eant, vt se ad mortuum, tanquã rem aliquam necessariã acturi, inclinent. Atqui multi exercitus ob talem rapinam interierunt. Certè quidem. An non illiberalitas quædam videtur esse & auaritia mortuum spoliare, & muliebris atque parui animi, hostem putare esse corpus mortui, fugiente interim hoste quo cum bellum gerebat? an putas qui hoc agunt aliquid differre à canibus, qui cum lapidibus fuerint impetiti, & in authorem seuire non poterint, lapides mordicus arripiunt? Neque paruum inquit. Omittenda est igitur mortuorum deprædatio, & sepulturæ prohibitiones. Hactenus Plato. Fuerunt tamen apud Romanos magna semper in laude habita spolia dicta opima. Erant hęc spolia non cuiusuis gregarij militis, sed solum quæ dux duci, in medio belli certamine, vel monomachia, detrahebat. Dedicabant verò hæc spolia Ioui Pheretrio. Mirũ est in tot bellis quę tot seculis in toto terrarum orbe Romani gesserunt, terna solum opima spolia tribus Romanibus ducibus parta fuisse. Romulus vt conditor vrbis Romæ ita etiam prima spolia retulit, occiso in acie Acrone Ceninensiũ duce: Secunda Cornelius Cossus adeptus est, cæso Laërte Tolumnio Fidenatum imperatore. Tertia à M. Marcello clarissimo Imperatore reportata fuerunt, cum Britomarum Gallorum Insubrium regem strauisset. Erant hæc spolia cæsis detractis à Romanis ducibus nulla sordida auaritia inuitante, sed gloriæ duntaxat ergo, cui vni scse Romani deuouerant. Atqui fortassis Iacob filij prædæ inhiabant, eoq; etiam eadauera spoliabant. Sed hæc vt cuiusq; animus est, ita etiam liberũ erit interpretari. Mihi verò Sichimitarum hanc eędem, quam ob Dinæ vitium tulerunt, considerantis verum esse videtur illud quod Græci dicunt, ὀργὴ τοῦ διὸς ἐστι γυνὴ. Id est. Iouis ira est mulier. Hæ enim multorum bellorum causæ viris fuerunt, quę non solum propter bonas gesta sunt, vt fuit Dina & Penelope, verumetiam propter malas, vt Helena Argiua fuit. Extat hoc carmen apud Græcos de mulieribus siue bonis siue malis.

Egramma Græcum

πᾶσαν ὅμως ἔδει με κακὴν σφαλερὴν τε γυναῖκα
σώφρονα καὶ πόρνην, ἀμφοτέρας ὄλεθρον
ἐκ γὰρ τῆς ἑλένης μαχεσαμένης, φόνος αὐδεῶν
καὶ δῆα σωφροσύνη πολυκλόπου, θάνατοι ἑλλάδος ἐν τῷ πόνῳ μιᾶς χάριν δὴ γυναικὸς
αὐτὰρ ὀδυσσεὺς πολυκλόπου πόφασις.

Id est.

Nam bona sis quamuis mulier, mala plurima gignit,
Nos Helena exemplo Penelopeq; iuuent.
Fecerat hæc ruerent sacræ tecta ardua Troiæ,
Sanguineas flueret Xanthus vt altus aquas.
Illa autem dum casta procos spe ludit inani,
Atria purpureo plena cruore vidit.

Homeri duo diuina opera sunt Ilias et Odyssea, verum vtrumq; mulieris argumentum habet, Ilias propter Helenã, Odyssea propter Pẽnelopẽ scripta est, vtraque cæde & sanguine vlta est. Vtriusq; operis argumentum Ouid. sic cõprehẽdit.

Ilias ipsa quid est, nisi turpis adultera, de qua
Inter amatorem pugna, virumq; fuit.

Ouid. li. 2. Triſt.

Aut

Aut quid Odyssea est, nisi fœmina propter amorem
Dum vir abest, multis vna petita procis.

Sed & pestis in exercitum Græcorum, dum Troiam obsiderẽt, desęuit, ob Chrysæ sacerdotis filiam à Græcis raptam. Achillis quoq; ira originem habebat ob raptam sibi à rege Agamemnone Briseidã. Athenæus refert bella quædam decennio gesta ob mulierum raptum, quæ ob id sacra appellata sint. Quinetiã domus aliquæ propter mulieres subuersæ sunt. Philippus Alexandri magni pater ob Cleopatræ nuptias interficitur. Hercules propter Iolæ Euryti filię amorem exitium sibi inuenit. Agamemnon Troiani belli ductor propter Cassandram perijt. Verùm vt ad Dinam reuertamur. Huius igitur violata pudicitia multo Sichimitarum sanguine vindicata est, estq; cædes in innoxiam quoq; ætatem fœdissimè vagata. Erant tum Iacob filij adolescentes, & primo ætatis pubescentes flore, moribusq; feroces, neq; per ætatem satis dispicere poterant, quo victoria illa de inermibus parta spectare posset. At Iacob pater ætate grauis, & multarum rerum vsu prudens, filios subinde increpitat, & homicidij reos agit, iamiam futurum præsagiens vt vicinæ vrbes cum armis præsto sint, & cædem Sichimitarum cum fœdo suorum excidio vlturæ. ⊏ Turbastis me & odiosum fecistis me Chananæis & Pherezeis habitatoribus terræ huius. Nos pauci sumus, illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea. ⊐ Sensissent Israelitæ verum fuisse patris ipsorum vaticiniũ, & de Sichimitis Cadmeam victoriam retulissent, nisi Iacob apud Deum merita illam cladẽ à filijs depulisset. Retulerunt Beniamitę de Israelitis victoriam, quos semel atq; iterũ cæciderunt, sed parum ipsis vtilem, cum postea ipsi ab illis funditus ferè & ad internitionẽ deleti sint. Talis victoria à Græcis vocatur καδμεία νίκη. Dicitur Cadmea victoria ἐπὶ τῶν λιακῶς νικώντων ἢ ἐπὶ τῶν ἀλυσιτελοῦς νίκης. Id est: De illis qui male vincunt, vel de inutili victoria. Fuerũt olim Thebæ in Boëtia à septem Græciæ ducibus obsessæ, sed frustra, omnes enim excepto Adrasto, ante vrbem occubuerũt. Verum postea filij eorum vt patrum mortes vlciscerentur, bellum contra Thebas reintegrarunt, in quo Thebæ captæ & diutæ sunt. Hinc Cadmea victoria, quasi Thebana dicta est, Sunt enim Thebæ à Cadmo conditæ. ⊏ Interea loquutus est Deus ad Iacob. Surge & ascende Bethel & habita ibi, facq; altare domino qui apparuit tibi quando fugiebas Esau fratrem tuum. Iacob verò conuocata omni domo sua, ait: Abijcite deos alienos qui in medio vestri sunt, & mundamini, & mutate vestimenta vestra. ⊐ Post Sichimitarum cædem & vrbis excidium, post abactam armentorum & pecorum prædam, nõ ignorabat Iacob grauí se finitimorũ odio grauari, & bello exitiabili se persequendum, & iam armatorum cateruas hostili animo affore. Quum igitur ipse tanti belli onere sustinendo impar esset, neque domesticis suis copijs tantam vim à se propulsare posset, ad diuinam confugit opem, longè humanis omnibus viribus potiorem. Neque diuina benignitas dignum iudicauit, vt pater Iacob filiorum suorum temeritatem & sæuitiam lueret, quam nullo cum ipso communicato consilio, designarant, sed potius, quemadmodum semper Deo dignum fuit, vt filiorum scelera paternæ pietati condonarentur, & quod iuuenili errore à filijs prauè admissum erit, id matura parentis ætas summo studio sarciat. Igitur Iacob cum hostiũ iamiam in se impetum molientium aduentum pauidus expectat, in Bethel facessere à Deo iubetur, vbi fratrem suum Esau fugitabundus diuinum sibi præsidium adfuisse optimè nouerat. Magnum ergo hic præiudicium diuini auxilij Iacob percepit, vt vbi semel diuinam opem expertus esset, ibi etiam eandem iterum sentiret. Igitur Iacob extructo hic ad tempus altare, sacerdotio suo, quod ab Esau fratre arte sibi vendicauerat, religiosè fungitur; & filios suos humano sanguine pollutos, supplicationibus ad Deum fusis, expiat. Neq; hic cõtenta pietas eius fuit, sed etiam omnem familiam suam ab idololatriæ sorde vendicat, omniaq; idola, nulli vnquam homini conspicienda, in terram defodit. Quum igitur Iacob tot pietatis sacris fuisset operatus, vt Deum imminẽtis sibi belli strategum vouisset, facilè metum omnem discussit, & ab impendentibus periculis diuino præsidio tutus fuit, hostibusq; formidabilis. Hoc scriptura significat. ⊏ Quumq; profecti fuissent, terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitates, & nõ sunt ausi persequi recedentes. ⊐

Athen. li. 15.

Genesis Caput XXXV.

Verum hic esse videmus illud quod Græci

Græci dicunt, θεὸς συνεργῶν πάντα ποιεῖ ῥᾴδιον. Id est: Quum Deus cooperator fuerit, tum omnia facilè fiunt. Nota est apud profanos scriptores Locrensium victoria aduersus Crotoniatas. Intulerũt Crotoniatæ Locrensibus bellum. Quo territi cum viribus lõgè impares essent, ad Lacedæmoniorum auxiliũ confugiunt. Porrò Lacedæmonij cum in longinquam militiã proficisci grauarentur, per risum Locrenses à Castore & Polluce auxilium petere iusserunt. Neque Locrenses responsum Lacedæmoniorũ quamuis per ludibrium expressum esset, aspernabantur, sed tanq; spei pleni in patriam reuertuntur, & Crotoniatarum bellum sibi illatum forti animo, tãquam dijs ducibus, excipiunt. Erant in Crotoniensiũ castris supra centum & viginti armatorum milia. Locrensium ad tantam hostium multitudinem perexiguæ erãt copiæ, verum conserto prælio Locrẽses superiores fuerunt, & Crotoniensium immensæ copiæ partim occisæ, partim fugatæ. Præliũ hoc cõmissum apud fluuium Sagrã est. Hinc natum est prouerbium cõtra incredulos, ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ σάγρᾳ. Id est: Veriora ijs quæ apud Sagram acciderunt. Sunt hæc apud profanos scriptores scripta, & fortassis vt dæmonum ludificationes, parũ fidei merentur. Verùm vtcunq; sunt, verum certè est illud Ionathæ Saulis regis Israelis filij כִּי אֵין לַיהוָה מַעְצוֹר לְהוֹשִׁיעַ בְּרַב אוֹ בִּמְעָט id est, Quoniam non est difficultas apud dominũ, vt saluet vel in multis vel in paucis. Declaratur hocin presenti hoc Iacob opere. Erant in armis vicinæ omnes vrbes, Sichimitarum cædem vlturæ, fuissetq; haud dubio Iacob cum omni sua domo deletus, nisi lõgè potius omnibus humanis viribus, diuinum auxiliũ fuisset. Canit idem Homerus diuino suo ingenio.

Iust. li. 20.

Strabo lib. 6. Geog.

1. Re. 14.

Homerus Iliad. ę.

ἀλλ' αἰεὶ τοῦ δῖος χρείσσων νόος ἀγχίστοιο
ὅστε καὶ ἄλκιμον ἄνδρα φοβεῖ, καὶ ἀφείλετο νίκην
ῥηϊδίως, ὅτε δ' αὐτὸς ἐπιστρώνυται μαχέσασθαι. i.
Sed semper præstantior est animus belligeri Iouis,
Quiq; etiam fortẽ virum terret, & victoria spoliat
Facile, cum ad pugnandum sese accingit.

Ait scriptura quod חתת אלהים id est, terror Dei inuasit per circuitum ciuitates. Est sacræ linguæ idioma, vt si rem aliquã eximiã & insignem significare velit, illã additione אֱלֹהִים. i. Dei appellet. Sic עִיר אֱלֹהִים id est, ciuitas Dei vocatur magna & insignis, & הַר־אֱלֹהִים id est, mons Dei, pro magno & præalto. Sic etiam terror Dei appellatur magnus & vehemens, quanquam nihil prohibet vt terror Dei intelligatur etiam pro terrore quem Deus immisit. ⊏ Eodem tempore mortua est Debora nutrix Rebeccæ. ⊐ Nutrire, quod Græcè dicitur τρέφειν, nõ semper in cibo & potu intelligitur, sed etiam de institutione, quæ in literis & moribus fieri solet. Sic Plato de Achille scribit quod sit, ὑπὸ θεῖ σοφωτάτῳ χείρονι τεθραμμένος. Id est, à sapiẽtissimo Chirone enutritus, id est, πεπαιδευμένος, eruditus. Achilles eũ, vt Homeri interpres scribit, χείρων ὢν μαθητὴς τοῦ ἰατρικοῦ τέχνῃ σοφῶς ὑπηρέτει. Id est, Chironis discipulus fuit, & medicam artem perfectè didicit. Fuit hic Chiron, cuius Satyricus poëta meminit, sed cũ laude Achillis, cui nõ risum mouit citharœdi cauda magistri. Sacer quoq; Hieronymus vsurpat nutricium pro institutore, in epistola ad Lætam, quam hortatur vt filiam paruulam Paulam in Bethlehem mittat, vt ibi ad Christianam vitam instituatur. Ipse, inquit, si Paulam miseris, & magistrum & nutricium spondeo. Gestabo humeris, balbutientia senex verba formabo, multo gloriosior mundi philosopho, qui non regem Macedonum Babylonio periturum veneno, sed ancillam & sponsam Christi erudiam, regnis cœlestibus offerendam. Sed vtut nutricis vocabulum intelligendum sit, certè constat plurimum ad rectam pueri institutionem referre bonum nutricis ingenium. Ante omnia, inquit Quintilianus, ne sit vitiosus sermo nutricibus, quas si fieri posset, sapientes Chrysippus optauit, certè quantum res pateretur, optimas eligi voluit. Et morum quidem in his haud dubio prior ratio est, rectè tamen etiam loquantur. Has primum audiet puer, harum verba effingere imitãdo conabitur, & natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percipimus. Magna olim nutricum erat apud alumnos gratia, neq; materna ad filios pietate minor visa erat Æneas Troianus è patriæ excidio euadens, in Italiam, post varia terrarum maris q; discrimina fato venit. Traxit tũ secum fortunæ suæ comitem Caietam nutricem

Iud. 5. 7.

Hieron. ad Lætam.

Plato li. 3. Polit.

Quin. li. 1.

tricem, quam in Campano littore extinctam magnificè funerauit, & vrbem suũ nomen ferentem extruxit. Sic enim canit Vergilius,

Verg. libr. 7. Æneid. *Tu quoq; littoribus nostris Æneia nutrix,
Æternam moriens famam Caieta dedisti,
Et nunc seruat honos, sedem tuus, ossaq; nomen,
Hesperia in magna (si qua est ea gloria) signat.*

Celebris est apud Homerum Euryclia Penelopes nutrix, inter quas matris & filiæ amor intercedebat. Hinc Euryclia *Homerus ὀδ. υ. ψ.* sæpè ad Penelopen ait, τέκνον ἐμόν, & φίλον τέκος, & Penelope vicissim ad illam μαῖα φίλη. Tanta inter nutricem & alumnum dilectio esse potuit. Neq; minor inter Rebeccam & Deboram charitatis vicissitudo intercedebat, & Debora de Rebecca citra controuersiam omnem, optimè merita erat, quandoquidem mortis eius meminisse Moyses operæpretium putauit, & Iacob funus eius magnificè duxit.

E Sepulta est ad radices Bethel subter quercũ: vocatumque est nomen loci illius, quercus fletus. ¶ Est Bethel in monte sita in cuius radice Debora à Iacob humata est. Memoriæ ad posteritatem seruandæ causam haud dubio Iacob quæsiuit. Vita quidem hominis perpetua inter mortales esse non potest, at memoria defuncti immortalis in mundo perseuerare potest. Regum id studium semper fuit, vt à nobilibus sepulchris, memoriam sui ad posteritatẽ propagarent. Gyges Lydorum rex sub monte Tmolo vitifero humatus est. Mausolo Cariæ regi sumptuosissimum illud monumentum ab Artemisia vxore excitatũ est, quod inter septem orbis spectacula annumerari meruit. Prodigiosam huius *Pli. li. 36.* vastitatem & magnitudinem Plinius sic describit. Patet ab austro & septentrione sexagenos pedes, breuius à frontibus, toto circuitu pedes quadringentos vndecim attollitur in altitudinẽ viginti quinque cubitis: cingitur columnis triginta sex. Inter Labyrinthos portentissima humani ingenij opera, erat etiam Italicus, sic dictus quod in Italia esset extructus, à Porsena rege Hetruriæ sepulchri causa. Hoc Varro sic describit. Sepultus est, in- *Pli. li. 36.* quit, sub vrbe Clusio, in quo loco monumentum reliquit lapide quadrato: singula latera pedum lata tricenũm, alta quinquagenũm: inq; basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem: quo si quis improperet sine glomere lini, exitum inuenire nequeat. Supra id quadratum Pyramides stant quinque, quatuor in angulis, in medio vna, in imo latæ pedum septuagenum quinũm, altæ centum quinquagenũm: ita fastigiatæ, vt in summo orbis æneus & petasus vnus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula, quæ vento agitata, longè sonitus referant vt Dodonę olim factũ. Supra quem orbem quatuor pyramides, insuper singulæ extant altæ pedum centenũm. Supra quas vno solo quinq; pyramides, quarum altitudinem Varronem puduit adijcere. Iosephus perhibet Danielem Ecbatanis Mausoleum fabricasse, in quo Medorum, Persarum, Parthorumq; reges sepelirentur: *Iosephl. 1.* ὠκοδόμησεν γὰρ ἐκβατάνοις τοῖς μηδικοῖς βάσεις, ἀρχαιότερόν τι κατασκεύασμα καὶ θαυμασιώτερον ἢ μεγέθει δεῦρο μὲν ἔτι καὶ σῴζεται· τοῖς δ' ὁρῶσι δοκεῖ πρόσφατος κατασκευάσθαι, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἐκείνῃς ἧς ἔκαστος αὐτῶν ἡμέρας ἰσορεῖ γεγονέναι, οὕτως νεαρὸν αὐτῷ καὶ ἀκμαῖον τὸ κάλλος, καὶ μηδ' αμοῦ γεγηρακὸς τοῦ τοσούτου χρόνου. πάσχει γὰρ καὶ τὰ κατασκεύασματα ταῦτα τῶν ἀνθρώπων ⟨ καὶ παλαιοῦται, ⟨ τῷ ἰσχῷ λυόμενα τοῦ θεῖν ἐθῶν, ⟨ τῷ ὑπερέπειν μαραινόμενα. θαυμάζουσι δ' γὰρ τῇ βάρει οὐδὲ μήδων βασιλεῖς, ⟨ πόρσω ⟨ πάρω ἄχρι τοῦ δεῦρο. Id est. Extruxit in Ecbathanis Medorũ monumentum opus elegantissimum & solerti ingenio factum, quod hodie quidem extat. Et ipsis quidem intuentibus videtur recens extructum, & illa ipsa die factum, sic noua & florens ipsius pulchritudo est, neque à tot annis veterascens. Patiuntur opera quidem idem quod homines & senescunt, & faticescunt & elegantia deterior fit. Sepeliuntur quidem in hoc monumentum, reges Medorum, Persarum, & Parthorum, vsq; in hodiernum diem. Sed fuerint hæc luxuriosa regum sepulchra mundanam vanitatem testantia, nihilq; commune cum pietate habentia, at Iacob pias Deboræ vmbras in locum pietati destinatum, pro funere extulit. Significat enim בית־אל bethel domus Dei, quasi Deo custodi quiescentes cineres commẽdaret. In hoc loco rursus Deus Iacob visus est, & veteris pollicitationis olim factæ memoriam renouauit, nempe generis & posteritatis multiplicationem.

Illse verò erexit titulum lapideum in loco quo loquutus fuerat ei Deus, libas super eum libamina, & effundens oleum, vocansq; nomen loci illius bethel. ¶ Mira est in Hebræo in his verbis copia & repetitio, quam interpres noster paucissimis verbis absoluit. Mirum quoque videri poterit quur in hoc capite oppidi Bethel toties mentio fiat, & nominis ratio reddatur; quod supra abunde cum Iacob in Mesopotamiã proficisce batur, relatum esset. Neque his contenta scriptura refert iterum, quomodo Iacob erexerit lapidem in titulum, eumq; oleo perfuderit, quasi parum esset semel indicasse. Sed non frustra hæc subinde repetita sunt, & magna ratione facta fuisse credibile erit; nẽpe vt Israëlitæ sacri huiusmodi crebro meminisse velint, & memoria repetere, hunc esse in quo Deus non semel Iacob ipsorum patriarchæ visus sit; quemq; ipse diuinæ religioni destinauerit, & ne quid in illo, Deo indignum, & religioni eius aduersum designare vellẽt, veluti iam tum præsagiens scriptura futurum, quod postea magno errore à Iudæis eo in loco factitatum legimus. Vix enim alius vsquam locus apud Iudæos fuit, in quo tantum impietatis commissum sit atque in Bethel. Quum enim ab Ægyptiaca seruitute Iudæi Syriæ partem eiectis incolis, armis sibi vẽdicassent, subinde in idololatriã prolapsi sunt. At eadem nunquam licentius apud Israëlitas inualuit, quàm cum scisso ob Salomonis errore, Iudæorum regno: altera illorũ pars regem sibi delegisset Hieroboam filium Nebat, qui ad omnem impietatem & idololatriam facem Iudæis præferebat, quiq; etiam omnibus post se regibus idololatriæ hæreditatẽ reliqt. Huius suæ idololatriæ sedẽ Bethel esse volebat, quo nihil sacratius, si mens illi sana fuisset, in toto suo regno existimare debuisset. Igitur idololatriã populariter tum amplex⁹ est stultorum regum & populorum error, quæq; etiam postea toti genti excidium attulit. Hinc scriptura crebro de regibus Israël tale elogiũ ponit וַיֵּלֶךְ בְּכָל־דֶּרֶךְ יָרָבְעָם בֶּן־נְבָט אֲשֶׁר הֶחֱטִיא אֶת־יִשְׂרָאֵל id est. Et ambulauit in omni via Hieroboam filij Nebat & in peccato eius, quo peccare fecit Israël. Causa, quæ nefarium hominem in idololatriam impegit, fuit ambitio, & nimia regnãdi libido, quæ hodie *Euripides in Phœniss.* quoq; Principes in oia scelera adigit, q illud Euripidis cũ Hieroboã in ore habẽt.

εἰ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ τυραννίδος πόδι κάλλιστον ἀδικεῖν, τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.

Id est.

*Nam si violandum est ius, imperij gratia
Violandum est, alijs rebus pietatem colas.*

Tametsi causa quæ Hieroboam ad idololatriam inuitauit, nulli ex sacris literis nõ cognita sit, tñ Iosephi verba huc afferã. τῆς σκηνοπηγίας ἑορτῆς ἐπιστάσης μελλούσης, *Iosephl. li. 8. ἀρχαι.* λογισάμενος ὡς ἐκεῖ ἐπιτρέψει τῷ πλήθει προσκυνῆσαι ὡ θεῷ εἰς ἱεροσόλυμα πορευθεντι, καὶ ἐκεῖ τὴν ἑορτὴν ἀγαγεῖν, μετανοήσαι ἴσως καὶ ἀπελεάθειν ἀπὸ τοῦ ναοῦ καὶ τῆς θρησκείας τῆς ἐν αὐτῷ τοῦ θεοῦ, καταλείψει μὲν αὐτόν, προσωρήσει δ' ὅλῳ πρώτῳ βασιλεῖ. καὶ κινδυνεύσει τοῦτον γενομένου τὴν ψυχὴν ἀποβαλεῖν, ἐπιτεχνᾶται τι τοιοῦτον. δύο ποιήσας δ' αμάλεις χρυσᾶς, καὶ οἰκοδομήσας ναΐσκους τοσούτους, ἕνα μὲν ἐν Βηθήλῃ πόλει, τὸν ἕτερον δ' ἐν Δανῳ, ἃ δέ ἐστι πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ μίκρου ἰορδανου, τίθησι τὰς αμάλεις ἐν ἑκατέρῳ τῶν ἐν ταῖς πθειεημμέναις πόλεσι ναΐσκω, καὶ συγκαλέσας τὰς φυλὰς ὧν αὐτὸς ἔρχεν, ἐδημηγόρησε τούτους ποιησάμενος τοὺς λόγους. id est. Quum iam festum tabernaculorum instaret, cogitabat apud se Hieroboam si permitteret populum ire in Hierusalem ad adorandum Deum ibi in festo illo, quod pœniteret & allicereẽ à templo & religione Dei, & se relinqueret, accederetq; priori regi, & sibi inde periculum nasceretur, tale quid machinatus est. Duos vitulos aureos fecit & totidem ædiculas: & vnum quidem vitulum statuit in Bethel, alterum in Dan quę est ad fontes Iordanis. Porrò vitulos hos consecrauit in ædiculas has, & conuocatis decem tribubus, quibus imperabat, talem sermonem ad eas habebat. Iosephus hunc sermonem longè & diffuse refert, quem Hieroboam ad illos habuit, sacra verò scriptura hæc refert verba illũ dixisse הִנֵּה אֱלֹהֶיךָ אֲשֶׁר הֶעֱלוּךָ מֵאֶרֶץ מִצְרָיִם i. Ecce dij tui qui fecerunt te ascendere de terra Ægypti. Hæc tam sacrilega idololatria, consecratum tot nominibus Bethel adeo conspurcauit, vt amisso veteri nomine בֵּית־אֵל domus Dei, postea per contumeliã dicta sit בֵּית אָוֶן domus vanitatis. Sed iam sequentia videamus. ⊏ Egressus autem inde venit verno tempore ad terram quæ ducit Ephratam, in qua cum parturiret Rachel, ob difficultatem partus periclitari cœpit. Dixitq; ei obstetrix. Noli timere, quia & hunc habebis filium. ¶ Aggreditur hic scriptura referre,

domesticum Iacob luctum & necessariorum interitū. Seo vt fieri solet quod gaudium raro sincerum sit, & nō cum aliquo dolore coniunctum, ita etiam interdum in medio tristitiæ nubilo, nonnihil gaudij affulgere solet. Vtrumq; hunc affectū sic Euripides coniunxit.

Euripides in Iphig.

δεῖ δέ σε χαίρειν, κἀν λυπῶδες
θνητὸς γὰρ ἔφυς, κἂν μὴ σὺ θέλῃς
τὰ θεῶν οὕτω βουλόμενα ἔστι.

Id est.

Gaudere atq; dolere necesse est,
Mortalis enim es. Sin tu nolis,
Tamen eueniet. sic dijs placitum.

Charissimæ suę coniugis Rachelis interitus haud dubio Iacob tristis & acerbus accidit, dolorem hunc grauiorem reddidit quod à partu obijt. Cæterum dolorem hunc plurimum iubleuasse putatur, quod filium enixa decesserit, & Iacob maritum nato infante auxerit. Inter varias afflictiones quibus mulierum genus afficitur, facile partionis dolores superant, vsq; adeò vt capitis quoq; periculum illas adire videamus. At dictu mirū quàm cito horum dolorum eas obliuio capiat. Sed hi non æquè omnes affligunt, sed vt corporis fuerit constitutio, & vitæ studium, ita etiam hi fiunt moderati, facilesq; toleratu, vt Aristoteles scribit. Ἡ δὲ γυναικῶν αἱ πολλαὶ διαφέρουσι πρὸς τὴν κύησιν. δεῖ μὲν αἴτιον τούτων τῆς δίας τοῦ βίου. εὐδραῖαι γὰρ οὖσαι, πλείονος γεύσουσι πρὸς τὴν ὠδῖνα, ἐπεὶ ἐν οἷς ἔθνεσι πονητικὸς ὁ βίος γυναικῶν βίος οὐδ' ἡ κύησις ὁμοίως ἐπίπονός ἐστι τοῖς τοιούτοις τε ῥαδίως λοχεῖ καὶ παυτάχου. αἱ εἰωθυῖαι πονεῖν. ἀναλίσκει γὰρ ὁ πόνος τὰ περιττώματα. τοῖς δ' ἐναντίαις ἐνυπάρχει πολλὰ τοιαῦτα, διὰ τὴν ἀπονίαν, καὶ ὁ μηνὶν ὕδατα καθάρσεις κινοῦσαι. ἥτε ὠδὶς ἐπίπονος δεῖ. ὁ δὲ πόνος γυμνάζει τὸ πνεῦμα ὥστε δυνάματα ἔχειν, ἐν ᾧ τὸ τίκτειν ἐστὶ ῥαδίως ἢ χαλεπῶς. Id est. Mulieres magna ex parte ægrè pariunt, cuius rei causa aliqua vel ad vitā referri potest. Quum enim mulieres vitā ociosam & sellularíam quandam degant, plus contrahunt sibi excrementi: nam quibus gentibus solitum est, vt mulieres labores suscipiant, ijs nec vterus tam difficulter gestatur, & partus facilis est. denique quibusuis locis mulieres, quæ laborare consueuerunt, facilius pariūt. Labor enim incrementa consumit, quæ in mulieribus ociosis augentur. Quumque parturigo laboriosa sit, labor & exercitatio actæ vitæ facit, vt spiritum possint retinere: in qua re partus vel facilitas vel difficultas lita est. Rursus alibi, ἔτι δὲ ἀνάγκη δυσοκίαν εἶναι δίκαιον τὸ μῆκος τῆς φορᾶς. ἐπεὶ καὶ πρὸς γυναικῶν ἐπὶ τὴν γυναικῶν, ἐὰν πρὸς τὸν τόκον ἀναπαύσωσι χαυμηκύνεται ἔτι τοῦ ποιήσωσι. Id est. Difficultatem etiam pariendi ita accidere necesse est, ꝓpter dilationē longiorem: nā & nūc mulieres, si in partu vel oscitando vel aliqua huiusmodi causa retrahunt, difficilius pariūt. Scribit idē Plinius, Oscitationem in enixu letalem esse parientibus. Egrediente autē anima præ dolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filij sui Ben Oni (id est, filius doloris mei) Pater verò appellauit eum Biniamim, id est, filius dextræ. Sunt innumeri loci nō solùm in sacris literis, sed etiam apud profanos scriptores, quibus liquet veteres sūmo semper studio vsos fuisse, in nominibus recte imponendis, vt ne illa quid haberēt vel absurditatis vel inamœnitatis, sed rebus q̄bus imponebant accommoda atque conuenientia. Theophrastus Aristotelis auditor fuit. In eo, vt Quintilianus scribit, tam est eloquendi nitor ille diuinus, vt ex eo nomen quoq; traxisse dicatur. Hic prius vocatus fuerat Tyrtamus. Sed Aristoteles quum omnes suos discipulos eloquentes redderet. Theophrastum verò eloquentissimum reddidit, offendebatur absurditate prioris nominis, & eū Theophrastum appellauit. Strabo. τύρταμος δ' ἐπαλεῖτο πρότερον ὁ Θεόφραστος. μετωνομάσθη δ' αὐτὸν ὁ Ἀριστοτέλης Θεόφραστον), ἅμα μὲν φεύγων τὸ πρότερον ὄνοματος κακοφωνίαν, ἅμα δὲ τὸν τῆς φράσεως αὐτοῦ ζῆλον ἐπισημαινόμενος. i. Theophrastus prius dictus est Tyrtamus, nam Aristoteles, mutato nomine, eum Theophrastum vocauit: simul prioris nominis absurditatem euitans, simul etiam studij facundiam eius significans. Ad eundem modū egit Iacob. Rachel chara eius vxor iam animam agens, filio, quem eniteba-

Aristi. li. de gen. pri. ꝓ. 3.

Plin. lib. 7.

Idem lib.

Quintill. lib. 10.

Strabo lib. 13. Geog.

tur, nomen imponit à dolore nixus, vt appellaretur בְּנוֹנִי Triste visum est hoc nomen Iacob, quod matris interitum & afflictionem referret, atq; aliquanto fœlicius ipse imponit, vt vocaret בִּנְיָמִין filius dextræ, tāquam matris interitus nihil fœlicitatis filio detracturus esset. Erant in hac opinione Romani vt putarent filios magna fortuna vsuros qui enecta parēte gignerentur. Sic enim Scipio Africanus prior

prior natus est, primusq; Cæsarum à cæso matris vtero dictus: qua de causa & Cæsones appellati. Simili modo natus & Manlius, qui Carthaginem cum exercitu intrauit. Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via quæ ducit Ephrata, hæc est Bethlehem. Erexitq; Iacob titulum super sepulchrum eius. Hic est titulus monumenti Rachel vsq; in præsentem diem. Suidas. ἐφραθᾶ ὅ ἐστι βηθλέεμ. παρ' ἑβραίοις δὲ μαρία σημαίνει τὸ ἐφραθᾶ. id est. Ephrata est Bethlehem. apud Hebræos verò Maria significat Ephrata. Stephanus de Bethlehem hæc scribit. Βεθλεμα, πόλις παλαιστίνης, πρὸς τοῖς ἱεροσολύμοις. ὀνομαστέρως ἐν ᾗ γέγονε κατὰ σάρκα γέννησις τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν. ἔστι δὲ πόλις τῆς ἰουδαίας φυλῆς. id est: Bethlema ciuitas est Palestinæ, apud Hierosolymam. In hac facta est natiuitas secundum carnem Dei & seruatoris nostri. Est verò ciuitas in tribu Iuda. Ad hanc Iacob charissimam suam coniugem Rachel magnificè humauit, addito sepulchro eius titulo quo Rachelis memoria ad posteritatem duraret. Est quidem famæ æternitatisq; cupiditas, omnibus mortalibus innata, verum non vna via omnes ad illam grassantur. Optima ac nunquā moritura monumēta sunt, ingenij opera, q̄bus sublimia corda virorū nō se modo, verumetiam alios æternæ hominum memoriæ consecrarunt, immortalesq; reddiderunt. Horatius tale sibi sepulchrum parasse canit.

Suidas.

Stephanus.

Hora. li. 3. carmin.

Exegi monumentum ære perennius,
Regaliq; situ Pyramidum altius,
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis,
Annorum series: & fuga temporum.

Hieron. in epitaphio Paulæ.

Scripsit Hieronymus Paulę Romanę matronæ epitaphium, quę relicta patria, familia, Bethlehem commigrauit: vbi sanctam vitam aliquot egit annis. Tandem, post multarum virtutum catalogum, inquit: Exegi monumentum tuum, ô Paula ære perennius, quod nulla destruere possit vetustas. Hæc ingenij monumenta sola perpetua sunt, & in omne durant æuum. Cæterum quibus ea ingenij fœlicitas non contigit, vt iuxta Græcorum prouerbium αὐτοὶ αὐτοὺς ἀλεῖν possent, neque etiam alium adipisci potuerunt, quorum scriptis immortalitatē assequerentur; alia aggredi via cœperunt. Quid procreatio liberorum, ait Cicero, quid propagatio nominis? quid adoptiones filiorum? quid testamentorum diligentia? quid ipsa sepulchrorum monumēta? quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare? Fiunt hæc maximè terræ, quæ mater nostra appellatur, beneficio. Hæc enim, vt Plinius scribit, monumēta ac titulos gerit, nomenq; prorogans nostrum, & memoriam extendens contra breuitatem æui. Excreuerant olim apud Athenienses sepulchrorū amplitudines & magnificentiæ, sed Solonis legibus repressæ sunt. Lege enim sanciuit, ne quis sepulchrū faceret operosius, quàm quod decem homines effecerint triduo: neq; id opere tectorio exornari: nec hermas hos quos vocant, licebat imponi. Sed & Demetrius Phalereus, vir maximus apud Athenieēses, sepulchris nouis finiuit modum: nam super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis ne altiorem, aut mēsam: aut labellum. Apud Platonem quoq; legitur lex sepulchralis hæc. χῶμα δὲ μὴ χωννύναι ὑψηλότερον πέντε ἀνδρῶν ἔργον, ἐν πενθ' ἡμέραις ἀποτελούμενον. λίθινα δὲ ἐπισήματα μὴ μείζω ποιεῖν, ἢ ὅσα δίχεδδ τὰ τοῦ τετελευτηκότος ἐγκώμια βίου, μὴ πλέω τεθάρρω ἡρωϊκῶν σίχων. i. Sepulchrū non altius erigendum est, quā quod à quinque viris in quinque diebus perfici poterit. Porro lapideæ columnæ non maiores erunt quàm vt complecti possint defuncti vitæ laudem, in quatuor heroicis versibus. Apparet hunc morem in sepulchris ornandis heroicis quoque temporibus obseruatum, quod Homerus his versibus testatur.

Cicer. li. 1. Tusc. quæst.

Plin. li. 2.

Cicero de Legibus.

Plato lib. 18. de Leg.

Homerus.

ὄφρα ἑ τάχ' χύσωσι λασίγνητοι τε ἕταιρε
τυμβῳ τε σήλῃτε. τὸ γὰρ γέρας ὅδε θανόντων.

Id est,

Vt te sepeliant fratres & sodales
Sepulchro & titulo. est enim hoc premium morientium.

Seruant hunc morem etiam Iudæi nostrates, qui sepulchris suis insculpūt hæc verba, quæ Abigail ad regem Dauid loquebatur צְרוּרָה בִּצְרוֹר הַחַיִּים נֶפֶשׁ אֲדֹנִי וְתִצְּרֹר אֶת יְהוָה אֱלֹהֶיךָ. i. Sit anima tua ligata in fasciculo viuentium apud Dominū Deū tuū. Et de Rachelis sepulchro hactenus. Egressus inde fixit tabernaculum trans turrim gregis. Quumq; habitaret in illa regione, abijt Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris sui: quod illū minimè latuit. Teterrimam Ruben libidinem, minimeq; primogenito

1. Reg. 25

filio conueniẽtem, Moyses, nihil veritus, sed historica libertate describit. Mirum est insanum iuuenem, & libidinem eius effrenem, cohibere non potuisse patris dignitatem; & iam senis reuerẽtiam. Quod quidem scelus cum modis omnibus execrabile merito censeatur, sunt tamen ex Hebræis, vt Lyranus refert, qui rem tam atrocem verbis eleuare velint, & Ruben dicant non cum Bala patris concubinam habuisse, sed lectũ eius solum remouisse. Mortua enim Rachele, Iacob lectũ famulæ eius Balæ, in cubiculũ Liæ transtulit, quod cum ægrè ferret Ruben, lectum famulæ Balæ è cubiculo matris suę Liæ eiecit, quod Iacob pater tanquam in suam contumeliam factum, grauiter à filio Ruben accepit. Sed vt Lyrani pace dixerim, veterum Hebræorum mentem non intellexit. Quis crederet veteres rabinos scripturæ huius locum ad alium intellectum referre voluisse, nisi ad quem ipsa suggerit? Sic enim loquitur scriptura וַיֵּלֶךְ רְאוּבֵן וַיִּשְׁכַּב אֶת בִּלְהָה פִּילֶגֶשׁ אָבִיו id est. Et abijt Ruben & dormiuit cum Bala cõcubina patris sui. Est enim verbũ שָׁכַב pro dormire, quiescere in lecto, iacere in infirmitate, vacare rebus venereis. Et Septuaginta sic verterunt, ἐπορεύθη δουδεῖν καὶ ἐκοιμήθη μετὰ βάλλας τῆς παλλακῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Porro quod veteres Hebręi de Balæ lecto à Ruben translato afferunt, longè aliud in recessu habet, quàm quod ręipsa præfert. Solent nõ solum Hebræi, verumetiam Græcorum poëtæ, rem insigniter fœdam & tetram, per aliud quippiam significare, sed quod prudentibus solum intelligibile fit. Homerus per totam suam diuinam ὀδυσσείαν Penelopen vt castam & mariti amantem celebrat, quemq; etiam post viginti annos domũ redeuntem cupidè expectare facit. Cæterum post procorum cædem cum etiã tergiuersaretur Penelope, neque Vlyssen vt maritum agnosceret: Homerus Penelopes mores detegit idq; figuratè. Fingit enim Vlyssen indignabundum & irarum plenũ, & contra Penelopen disceptantẽ, quod lectus suus, quem ipse affabre fecerat, translatus esset, & suo motus loco; nihil aliud significare volens, nisi Penelopen, absente Vlysse, parum pudicè vitam exegisse, & nuptias contaminasse. Sic enim Vlysses ait.

ὦ γύναι ἦ μάλα τοῦτο ἐπ' θυμαλγὲς ἔασας. *Homer. li. 4. odyss.*
τίς δέ μοι ἄλλοσε θῆκε λέχος; χαλεπὸν δὲ κεν εἴη
καὶ μάλ' ἐπιστάμενῳ, ὅτι μὴ θεὸς αὐτὸς ἐπελθὼν
ῥηϊδίως ἐθέλων θεὶν ἄλλῃ ἐνὶ χώρῃ.

Nam Penelopen parum castam fuisse, & cum Procis libidine mixtam, complures scripserunt; & Ouidius his carminibus. *Ouidius.*

Penelope vires iuuenum tentabat in arcu,
Qui latus argueret, corneus arcus erat.

Huc accedit quod Pan semideus à Penelope atq; eius procis aut Mercurio, vt mauult Herodotus, editus commemoratur. Scripsit igitur Homerus diuinam illam ὀδυσσείαν magis vt pudicam & castam mulierem institueret, quid absente marito agere debeat, quàm quod Penelopen castam prædicaret, quam adulteram nouerat, quod moti & translati lecti symbolo significare volebat. Scribit Satyricus poëta sub concussi lecti nomine, adulterium vetustũ esse scelus, & iam olim inter homines vulgatum.

Antiquum, & vetus est alienum posthume lectum *Iuuenalis*
Concutere, atq; sacri genium contemnere fulcri. *Sat. 6.*

Ad hunc modum, veterem Iudæorũ sententia, de lecto Balæ cõcubinæ Iacob, à Ruben filio eius translato, intelligẽda est, vt sit Ruben cum Bala venereo coitu congressum & paternum lectum incestu cõmaculasse. Solẽt seueri historiographi quoq;, clarissimorum virorum natales, & qui ex adulterio nati videbantur, festiuo aliquo cõmento adumbrare, & vanam speciem inducere. Author est Plutarchus, Olympiam magni Alexandri matrẽ cũ immani dracone in lecto volutasse, eiusq; complexu prægnantem factã, & filium Alexandrum peperisse. Idem figmentum de Scipionis Aphricani superioris matre fertur. In eius cubiculo atq; lecto, quum absente marito cubans sola obdormisset, visus est iuxta eam cubare ingens anguis, eumq; elapsum, inueniri nõ quisse. Eam rem cum Scipio maritus in aruspices retulisset, respõdisse illos fore, vt filij gignerẽtur. Neq; multis diebus postea, quã anguis ille in lecto visus est, mulierem concepisse, natumq; esse P. Scipionem Aphricanum, qui Hannibalẽ & Carthaginem bello punico deuicit. Quis adeo *Plutarchus in Alex.* *A Gell. li. 7. noct. att.*

adeò stultus est, vt non intelligat angues hos magnos aliquos adulteros fuisse, à quibus Alexander & Scipio nati sint? Conficta verò hæc sunt, ne orbis domitores ex adulterio nati viderentur. Fuit idem studium Rabinorum in Ruben incestu dissimulando, sed nasutioribus facilè intellectu est. Atqui vesana hæc libido qua filius patris coniugem ad concubitum amat, apud Ethnicos scriptores excusationem inuenit. Antiochus Seleuci Syriæ regis filius, nouercæ suę Stratonicę insano amore correptus erat: Quũq; obscœnum amorem patri significare non auderet, quod id contra verecundiam esset, qua filius patri obnoxius est, cæcum vulnus sub pectore alebat, & tandem in grauem valetudinem incidit. Assidebat amenti simul & amanti ægroto medicus Erasistratus. Stratonica nouerca priuigni furoris ignara, subinde officij causa eum inuisit. Deprehendit medicus cubantem Antiochum ad Stratonicæ conspectum variè affici. Ingrediẽte illa ægrotus rubore suffunditur, egrediente, pallore inalbuit, sicq; patefacto amore Erasistratus rem omnem ad patrem Seleucum defert. Hic insperato gaudio lætus Rex, quod filio, quem vnicè amabat, præsens remedium inuentum esset, Stratonicam vxorem, filio cessit. Sic Antiochus, amoris telo euulso, nouercæ suæ turpior maritus fit, quàm prius turpis amator fuit. Et hæc quidem inter eximia exempla parentum erga liberos indulgentiæ, à Valerio Maximo referuntur. Parem incestum amorem, sed longè sceleratiorem apud Iustinum legimus. Vndecimus Persarum rex Artaxerxes, quem Theologi Assuerum fuisse putant, ex pellicibus cẽtum quindecim filios sustulit, sed tres tãtum iusto matrimonio nati fuerunt. Horum natu maximus Darius fuit, quẽ pater singulari vsus pietate, viuus etiam nũ, regem creauit, nihil sibi ademptũ putans, quod in filium contulisset. Verum ille nõ contentus amplissimo Persarum regno quod à patre acceperat, concubinã quoque eius Aspasiam sibi vendicare non erubuit, dignus planè qui vitam cum regno, sicut etiam contigit, amitteret; qui in patrem tam indulgentem, tam impius fuisset. Neque sine laude rex Salomon in Adoniam fratrẽ vindicauit, quod Abisaag Sunamiten patris Dauid cubiculi sociam, in matrimonium postulare non erubuerit. Phædræ furialis amor in Hippolytum priuignum, Tragicorum argumentum est. Non audiuit ille scelerata nouercæ verba, quibus ad incestum congressum inuitare non destitit. *Val. Max. lib. 5.* *Iust. li. 10.* *3. Reg.*

Nec quia priuigno videar coitura nouerca *Ouidius.*
Terruerint animos, nomina vana, tuos. *Phædra.*
Ista vetus pietas, æuo moritura futuro *Hippo.*
Rustica Saturno regna tenente, fuit.

Sed obsurduit ille ad talia verba, & patris lectum fœdare veritus est, longè melior Ruben, qui eundem incestare non erubuit. Post nefandam Ruben libidinẽ & incestum, mox scriptura catalogum filiorum Iacob digerit, nec causa satis liquet cur hoc in loco illud potissimum factum sit. Credibile est Iacob post tantum domesticum luctum, interitum charissimæ vxoris Rachel, quæ à partu obijt, & scelus à filio Ruben designatum, in totũ à coniugali congressu abstinere voluisse. Sustulerat continenti partu duodecim filios in spem magni populi futuri, sed è diuersis vxoribus, neque eadem, vt videtur, omnes dignitate præditæ erant. Rachel & Lia ingenuæ & liberæ, Bala & Zelpha famulę fuisse cẽsentur. Iosephus *Iosephus li.* de duabus his famulis sic scribit, ἅσαι δ' αἱ ἀρχαὶ ἑκατέραις θεραπαινίδες τοῦ πατρὸς δόντος. ὁ δὲ Ῥαχὴλ μὲν λέαν, βάλαν δὲ, ζέλφαν μὲν οὐδ' ἀμῶς, ὑποστεγνύναι δὲ αὐτοῖς. id est. Erant verò vtrisq; vxoribus Iacob famulæ à patre datæ. Racheli verò Balam, Liæ Zelpha, & hæ quidem haud quaquã seruæ erant, sed tantum subditæ. Videtur Iosephus in illa esse sentẽtia, vt putet vxores Iacob Rachelem & Liam tanquam reginas, innobiles mulieres, Balam & Zelphan vt pedissequas puellas in obsequio habuisse, neq; tamen seruas fuisse. Malè semper audiuit seruorum nomen, vt ignominiosum & dedecoris plenum, quod Iosephum vitasse putamus, ne Iudæorum tribus aliquæ è matre seruanatæ crederentur. Legerat haud dubio hos Theognidis versus. *Theognides.*

οὐ πώποτε δουλίν κεφαλὴν ἐνθεῖα τέφυκεν
ἀλλ' αἰεὶ σπολίν ἠδὲ χίναλοξὸν ἔχει
οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται οὐδ' ὑάκινθος
οὐδὲ ποτ' ἐκ δουλίης τέκνον ἐλευθέριον.

Id est,

Nunquam ſeruum caput rectum naſcitur,
Sed ſemper tortuoſum, & ceruicem curuam habet.
Neq; enim è ſcilla roſa naſcitur, neq; hyacinthus,
Neq; vnquam è ſerua liber filius.

Cæterum in his duodecim fratribus, ex vno ſemine patris Iacob, ſed tamen è diuerſis matribus, ingenuis & ancillis, natis: magnũ allegorizandi argumentũ veteribus Theologis datum eſt. Tractauit hoc ſatis fœliciter Auguſtinus, cõtra Donatiſtas rẽ agens. Negabãt Donatiſtæ baptiſmũ ab indignis conferri poſſe, neq; à malis baptizatos ritè baptizatos: neque extra Eccleſiæ cõmunionem baptiſmum eſſe poſſe. Verum Auguſtinus cõtra exiſtimat, & ab hæreticis & malis tanq; ab ancillis baptizatos agnoſcit, modo baptiſmus ritè in verbo Dei, tanq; à ſemine Iacob conferat; & ſic baptizati cũ ingenuarũ filijs tanq; cum bonis qui in Catholica Eccleſia baptizati ſunt, in vna vixerint concordia. Nihil referre putat Auguſtinus inter baptiſmũ q; à malis tanq; ab ancillis dat, & inter baptiſmum qui à bonis tanq; ab ingenuis vxoribus conferẽ, cum vterq; vnus ſit, vt qui à ſemine Iacob, tanq; à verbo Dei proficiſcatur. Et quẽadmodum ancillarum & ingenuarũ filij in vna agentes concordia, terram promiſsionis ex eo quo adepti ſunt, ita etiã à malis & bonis iuxta baptizati, ſi tamen inter illos in vna pietate conueniat, æternæ vitæ hæreditatem aſſequentur. ¶ Venit etiam ad Iſaac patrem ſuum in Mambre ciuitatem Arbee, hoc eſt Hebron, in qua peregrinatus eſt Abraham & Iſaac. Et completi ſunt dies Iſaac, centum octoginta annorum, conſumptusq; ætate, mortuus eſt, & appoſitus eſt populo ſuo, ſenex & plenus dierum. ¶ Ciuitas Arba à conditore Arba ſic appellata eſt, qui fuit הָאָדָם הַגָּדוֹל בָּעֲנָקִים id eſt, magnus homo inter gigantes. Fuit hæc Ciuitas vna profugorũ. Sed & Leuitis eadem ceſsit ad inhabitandum, fuitq; in tribu Iuda. Verum poſtea appellata eſt חֶבְרוֹן Hebron, ab Chaleb, q agros oppidi accepit, quos Leuitas accipere fas nõ erat. Fuit quoq; Hebron regia Dauid regis, quum ſuper tribum Iuda ſeptennio regnaret. In hac fatalem ſuum diem obijt Iſaac vir pientiſsimus, magno iam natu, & filio ſuo præſente. De Iſaac ſcribit hæc Ioſephus, ἐγνετο δὲ ἴσακος ἀνὴρ θεοφιλὴς καὶ πολυοίκος πολλῆς ἠξιωμένος κατ' αὐτου μετ' ἀβραμου τὸν πατέρα, id eſt. Fuit verò Iſaac vir Deo charus & poſt Abraham patrẽ, multa prouidentia ab eo dignatus eſt. Familiare eſt ſacræ linguæ vt è vita migrare, & decedere, dicat וַיָּמָת וַיֵּאָסֵף אֶל עַמָּיו id eſt, Mortuus eſt, & appoſitus eſt ad populos ſuos. Sunt ex Hebræis, qui hoc de pijs duntaxat viris dictum putent, quos in fœlicem quietem hinc abire credibile eſt. Atq; Ioſephus בֶּן גּוֹרְיוֹן de Machabæis regibus Hircano & Alexandro ſæuiſsimo tyranno ſcribit, φ καὶ αὐτὸς τελευτήσας ἐτελεύτησεν καὶ ἐτάφη παρὰ τοῖς πατράσιν id eſt, mortuus eſt, & appoſitus eſt ad populos ſuos. Eſt & alius Hebræis loquẽdi mos, הִלֵּךְ בְּרֹחַב כָּל הָאָרֶץ id eſt: Ambulare per viã vniuerſæ terræ. Idẽ ferè hoc eſt quod Comicus poëta ait: Abire in cõmunem hinc locum. Iſaac igitur è filijs Eſau & Iacob, & numeroſo nepotum grege, iuſto funere in Speluncam duplicem ad patrem Abrahã elatus eſt. ¶ Hæ ſunt generationes Eſau: ipſe eſt Edom. Eſau accepit vxores de filiabus Chanaan: Ada filiam Elomethei: & Oolibama filiam Ane filij Sebeon Euei. Baſemath quoq; filiam Hiſmaël ſororem Nabaioth. &. Tulit autem Eſau vxores ſuas & filios & filias & omnem animã domus ſuæ & ſubſtantiã & pecora, & cuncta quæ habere poterat in terra Chanaan: & abijt in alteram regionem, receſsitq; à fratre ſuo Iacob. ¶ Erant complures gentes per Syriam & Arabiam diſperſæ, quæ Iudeis nonnulla cognatione iunctæ erant, ſed nulla propi[9] ſanguine illis acceſsit, quàm Idumæi, qui Iudæorum fratres recte dici poterãt, & eandem cum Iudæis originem habebant eoſdemq; parentes, quod etiam Deum cenſuiſſe legimus, quum Iudæos in hũc modum monet, לֹא תְתַעֵב אֲדֹמִי כִּי אָחִיךָ הוּא id eſt: Non abominaberis Idumæum quia frater tuus ipſe eſt. Sed & Dauid rex Iſraël graue bellum geſsit cum Idumeis, vaſtauitq; infœlicem gentẽ ingenti cæde, cæterũ neceſsitudinẽ quæ Idumæis cũ Iudæis intercedebat: agnouit, neque paſſus eſt tot cæſorum milia inſepulta iacere, ſed Ioab imperatori ſuo, & cuius ductu bellum hoc commiſſum erat negotium dedit, vt Idumeos bello cæſos, humaret, bello interfectos Idumæos non iam hoſtes exiſtimans eſſe, ſed ciues & fratres. Sunt igitur Idumei haud dubio progeniti ab Eſau, quem à Rubore Ædom Hebraica voce appellabant, verum Græci & Latini voce parũ detorta Idumæos appellabant. Vocata quoq; eadem terra eſt שֵׂעִיר Sic enim illam vocabat Eſau à pilis

Aug. cont. Donatiſt.

Caput XXXVI. Geneſis.

Plautus.

lis ſuis, vt Ioſephus ſcribit, πεσαγορεύεται δὲ χωρίον ἀφ' ἧς αὐτοῖς τριχώσεως ἀσείας. Id eſt. Appellauit locum illum à dẽſitate pilorum ſuorum. Hæc eſt vera Idumæorũ origo & noſtra ratio. Falſa proinde ſunt quæ Strabo de Idumęorũ origine tradit, quod origine Nabataei ſint, & domeſtica ſeditione expulſi. Nec minus commentitium eſt quod Stephanus ſcribit, qui Idumæos à filio Semiramidis Idumæa, ſicut Iudæos ab eiuſdẽ filio Iuda natos putat. A ſacrę ſcripturę authoritate conſtat Idumæos primas ſedes habuiſſe in Arabia, & rubrũ mare attigiſſe. Certè conſtat eos à Hieroſolymis meridiẽ verſus nõ plus ſeptuaginta circiter millium paſſuum diſtantia remotos fuiſſe. Deinde ſedes ſuas etiam propagarũt ad mare mediterraneũ & Paleſtinorum vrbes aliquas occuparunt. Plinius Idumæã cum Paleſtina confundit. Porrò Idumæa, qua parte maritima eſt, & vbi Iudeæ approximat, eximię fertilitatis eſt, in Arabiæ tantum confinibus ſterileſcit, & montibus Seyr, aſpera eſt. Vrbes Idumeæ pluſculæ ab authoribus numerãtur, ſed inter eas tamẽ, quas iam antea Phœnices, & ante has Palæſtinẽſes tenuerint, ex mediterraneis potiſsima eſt Mareſa, deinde Rhinocorura maritima, & Raphia paulò remotior à littore. Rurſus Gaza & vicina ei Anthedon. Præterea Aſcalon & Azotus, ſed & aliæ ſunt, quæ tamen aliquãdo Iudeę, aliquãdo Phœnicibus attribuuntur. Hanc limitum inconſtantiam fecit gentium & populorũ illo tum æuo multitudo, qui ſemper vicinos, vt quiſq; viribus multitudineq; pollebat, ſedib. pellebãt. Aſcalone natus fuit Antipater, magni ſpiritus homo, genere Idumæus, Herodis pater. Hic dum regnum Aſmoneorum incolume eſſet, magnas res apud Iudęos geſsit. Tãdem Aſmoneorum regno varijs caſibus iactato, & per ciuilia ipſorum bella euerſo, Herodes fauentibus Romanis Iudęorum regnũ inuadit, & illud filijs & nepotibus per manus tradit. Sed nihil horum temerè vel fortuito agebatur, verũ diuino concilio, vt Iudaici regni ſceptro ab illis extorto, & ad Idumæos trãslato, tempus illud adeſſe intelligerẽt, quod Iacob ipſorum patriarcha illos expectare iuſſerat. Sed iam ad Moyſen reuertamur. Erãt varię quidem gentes quæ Iudæis genere affines erãt, ſed in illarum ducibus & regibus ordine recẽſendis non ita ſudauit Moyſes, atq; in hac Idumaica gente, tanquam iam tum præſagiẽs futurũ, Iudęos aliquando ex Idumæis principes habituros. Verum hæc Antipatri Idumęi poſteritas, & eorum in Iudaicam gẽtem regnũ, nõ admodum diuturnum fuit, ſed quinquaginta duntaxat annos poſt Chriſti mortem duraui; fuitq; illorum & Iudęorum idem interitus. Ex hac Idumæorum in Iudæos poteſtate, natum arbitror odium illud quod veteres Iudæorũ Rabini in Idumæos vomunt; neq; hoc contenti Romanos quoq;, qui Antipatris Idumęi familiam Iudæorum reges conſtituebãt, Idumæos vocant, & Romam Ædom appellant. Sed & poſtea cum Roman. Imp. Chriſto nomẽ daret, Chriſtianos omnes, Iudæi, Idumæos appellare perſeuerabãt. Aben Ezra vocat רוֹמִי מֶלֶךְ מַלְכוּת אֲרוֹם Romanorum regnum Ædom. Sed & illum qui Imperatorem Cõſtantinũ ad fidem Chriſti conuertit vocat כּוֹמֶר אֲדוֹמִי Monachũ Idumæũ. Cæterum inter poſteros Eſau refert ſcriptura. ¶ Anan qui inuenit aquas calidas in ſolitudine, cum paſceret aſinas Sebeõ patris ſui. ¶ Manifeſta hic eſt translatoris noſtri hallucinatio, qui vocem יְמִים aquas intellexit, cum mulos ſignificet, qui alio nomine vocãtur פְּרָדִים vt ſit illum mulos in ſolitudine inueniſſe. Neq; hic inuenire ſignificat rẽ negligentia perditã quærendo perueſtigare, ſed ingenij acumine quid cõminiſci; quale hic Anan fecit qui præpoſterũ atq; adeo naturæ aduerſum coitũ in brutis inſtituit, ſcelerata ingenij ſolertia & malefica. Contra enim fecit q; Deus præcepit תּוֹצֵא הָאָרֶץ נֶפֶשׁ חַיָּה לְמִינָהּ בְּהֵמָה וָרֶמֶשׂ וַחַיְתוֹ אֶרֶץ לְמִינָהּ id eſt. Producat terra animã viuentẽ iuxta ſpeciẽ ſuã, iumentũ & reptile & beſtias terręad ſpeciẽ ſuã: Hic verò Anã temerario & libidinoſo auſu equũ aſinæ admiſit, vt ex horũ cõgreſſu prodigioſum naſceretur animal, q in ſex dierũ ſuorũ operib. Deus nõ produxiſſet. At qui Deus naturæ à ſe creatæ vindex, portẽtoſum hoc animal mulũ, perpetua ſterilitate dãnauit. Nõ eſt igit vt q; puret huius Anã hic honorificam factam eſſe mentionem, ſed magis contumelioſam atq; ignominiæ plenam. Quinetiam Homer. diuino ſuo ingenio hoc animal mulum cum eius inuentoribus proſcin-

Ioſeph. libr. 2. cap. 3.

Strabo lib. 16.

Stephan. de vrbibus.

Plin. lib. 5.

Abẽ Ezra.

Geneſis 1.

dere videtur. Canit enim mulum inuentum fuisse apud Henetos Paphlagonum gentem.

παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο πυλαιμένε λάσιον κῆρ
ἐξ ἐνετῶν ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων. i.
Paphlagonasq; ferox ducebat in arma Pylæmon,
Ex Enetis muli ducunt genus vnde feroces.

Homer. in Catal.

Est in Syria aliud quoddam Mulorum genus, de quo Aristoteles sic scribit, εἰσὶ δὲ ἐν Συρίᾳ οἱ καλούμενοι ἡμίονοι ἕτερον γένος ἵππου καὶ ὄνου, ὅμοιοι μὲν τὴν ὄψιν, ὥσπερ οἱ ἄγριοι ὄνοι πόδας δὲ ἡμέρους, τὴν δὲ τινὸς ὁμοιότητα λεχθέντες εἰσίν, ὥσπερ οἱ ὄνοι οἱ ἄγριοι καὶ ἡμίονοι, τὴν ταχύτητα διαφέροντες, αὗται αἱ ἡμίονοι γίνονται ἐξ ἀλλήλων, σπανιώτερον δὲ, ἄλλου γάρ τινες εἰς φεύγειαν ἐπὶ φαγρέακον τὸ φαγέναβάζ ὀστέον, καὶ διαμένουσι ἔτι, εἰσὶ δὲ νῦν μὲν τρεῖς, ἐν παλαιῷ δὲ γένεα ἦσαν ὡς φασίν i. Sunt in Syria, quos mulos appellant, genus diuersum ab eo quod coitu equæ & asini procreatur, sed simile facie, quomodo asini syluestres, similitudine quadam nomen vrbanorum accepere, & quidem vt asini illi feri, sic muli præstant celeritate. Procreant eiusmodi mulæ suo in genere, cuius rei argumento illæ sunt, quæ tẽpore Pharnacæ patris Pharnabazi in terram Phrygiam venerunt, quæ adhuc extant, tres tamen ex nouem, quot numero olim fuisse aiunt, seruantur hoc tempore. Hactenus Aristoteles. Est tamen mulus, vt Plinius scribit, animal viribus in labores eximium. Hinc Græci mulos appellant, παλαίεργους, quasi laborum patientes. Ab huius animalis labore, natum est apud Romanos prouerbium de homine vehementer laborioso, vt dicatur mulus Marianus, à Mario illo Arpinate agricola, & apud Rom. consule septimũ. De hoc Plutarchus sic scribit, ἐν δὲ τῇ στρατείᾳ τὴν διώκησιν διεπόνει καθοδὸν ἐξασκῶν, ὁδοιπορίαις μέγιστα καὶ μακραῖς ὁδοιπορίαις, ἑαυτῷ δὲ ἀχθοφορεῖν ἀναγκάζων καὶ αὐτουργεῖν τὰ πρὸς τὴν δίαιταν, ὥστε καὶ μετὰ ταῦτα οὐδὲ φιλοπόνους καὶ μετ' ἀνοκολίας σιωπῇ τὰ πρόσασσόμενα ποιοῦντας ἡμιόνους μαριανοὺς καλεῖσθαι. Id est. Marius in militia exercebat exercitum itineribus, varijs cursibus, & longis profectionibus, sibijpsi verò imperabat onera ferre, & præparare quæ ad victum pertinebant. Hinc factum est vt laboriosos & facile imperata facientes, mulos Marianos appellemus. Sed iam ad scripturæ sequentia veniamus.

Plin. lib. 8.

Arist. lib. 2. hist. an.

Plutarc. in Marc.

[Ioseph cum sedecim esset annorum pascebat gregem cum fratribus suis, adhuc puer. Erat cum filijs Balæ & Zelphæ vxorum patris sui, accusauitq; fratres suos apud patrẽ crimine pessimo.] Post Abrahæ & Isaac pietissimorum virorum interitum, etiamnum superstite Iacob, scriptura porrò ire incipit, magnaque nobis honestè ac piè exigendæ vitæ exempla nusquam non suggerens. Ambiguum iam esse posset an hæc quæ deinceps de Genesi nobis supersint, libri huius catastrophe putanda sint, an potius noua quædam prothesis dici debeat. Certè vtrunque dici poterit, quod & genesim hunc ad finem vsque, Ioseph hic noster ductur us sit, & nouarum nobis virtutum spectacula affatim ob oculos posita videmus, quæ in nullum filiorum Iacob cumulatius collata fuerũt. Scio à Leui sacerdotalem stirpẽ & כוהנים גדולים sacerdotes magnos, & summi Dei ministros prosatos, quos in maximis Israelitici populi sceleribus, & idololatriæ vitio, semper à Deo stetisse nouimus, quosque etiam in idololatriæ authores, gladio vindice seuisse legimus. Post Babylonicam captiuitatem, cum penes Macedonas tota esset Asia, Iudæi ab Antiocho Syriæ rege à vero Dei cultu abducti fuissent, & in seruitutem redacti; nisi à Leuitica tribu illis & pietatis & libertatis spes affulsisset. A Iuda, qui fratres suos facile animi magnitudine vicit, regnum inter Iudæos exortum est. Horum regum sedes erat Hierosolyma longè clarissima vrbium orientis, non Iudæa modo, vt Plinius scribit. Tradebant hi sibi regnum per manus quingentis ferè annis, donec illorum regnum, à Chaldæis Nabuchodonosor regis auspicijs, euertetur. Tandem post longa secula Iesum Christum dominum nostrum è tribu Iuda natũ accipimus. Beniamin minimus filiorum Iacob in Paulo Apostolo posthuma sua prole sibi placere poterit. Sed & reliqui filij Iacob propriæ laudis inopes erant, & à posteris plus laudis acceperũt, quàm ipsi sibi viuentes præstiterunt. At non talis Ioseph hic noster fuit, vt in posteris suis laudem haberet tanquam ipse laude vacuus esset, sed vera & solida virtute ipse sibi laudem conciliauit, atque immortalitatem peperit. Hoc

Caput XXXVII Genesis.

Plin. lib. 5.

nimirum

nimirum est quod Satyricus poëta grauiter & sanctè monet.

Iuu. Sat. 8.

sed te censeri laude tuorum
Pontice noluerim, sicut nil ipse futuræ
Laudis agas, miserum est aliorum incumbere famæ,
Ne collapsa ruant, subductis tecta columnis.

Quid moderatius animo Ioseph vnq; inuentum fuit? Summas afflictiones, & parem fœlicitatem iuxta tulit, neq; illum aduersa & cumulata infœlicitas, à solida mente vnquam quatere valebant. Conlectus in custodiã insons, neq; vincula ferri & longus in carcere pedor illum fregit, sed semper bona spe sustinebatur, tãquã certus esset feram illam tempestatem nõ toto duraturam anno, sed etiam veris tẽpora futura. Sed vbi iam ex omnium malorum vndis emersit, omniq; infœlicitate defunctus esset, ad summum dignitatis fastigium, nihil ipse tale expectans, rapitur, & secundum ab Ægyptio rege honorem adeptus, vitæ necisq; omnium arbiter factus; nihil ex pristina animi moderatione in illo desiderari poterat, sed semper sui similis, & æquabilẽ in summa fœlicitate constantiam tuebatur. A deo semper eundem Ioseph vtrobiq; videre est. Hic est enim ille vultus semper idem, vt Cicero scribit, quem dicitur Xantippen prædicare solitam in viro suo fuisse Socrate, eodem vultu semper se vidisse exeuntem illum domo, & reuertentem. Iam verò quali laude digna censeri putabitur summa in Ioseph castimonia, & tam pertinax subinde oblati adulterij deprecatio? Libidinem, ait Valerius Maximus, aliquãto facilius est insectari quàm vitare. At Ioseph rigido & adamantino aõ illam aspernabatur, neq; alieni matrimonij subsessor esse volebat, mortifera Sirenis illius carmina surda aure pertransijt, lasciua illius verba ζωὴ καὶ ψυχὴ nõ exaudiebat, adeo nullam captabat venerem, vt etiam oblatam & gratuitam inuicto animo reijceret. Est & aliud in Ioseph virtutis genus, nullo priore inferius. Quis vnquam crediturus esset illum tam ciuili in fratres suos animo futurum, vt tam insignem illorum in se crudelem iniuriam, & iniuriosam crudelitatem, non modo condonaret, sed etiam ingentibus beneficijs fratres afficere in animum induceret? Eant modo Athenienses & Romani Imperatores, & ἀμνησίαν suam tanto cothurno celebrent, quam post tot ciuium cædem inuexerunt; cum tamen illam Ioseph prior, & quidem ὠμαιμαὶ ostenderit. Harum tot virtutum concentum & chorum, Ioseph ipse suo nomine præsignasse videtur, quod non fato, neq; fortuitu, sed diuino quodam præsagio ei impositum existimatur. Est enim יוסף Ioseph Hebraicè dictus ab auctu & augendo, crescendo, & frutificando, multoq; verius Augustus dici dignus ob tam eximias virtutes, quàm Romanus ille Augustus, post ciuium suorum cædẽ, & lassam suam crudelitatem. [Ioseph cum sedecim esset annorum.] Excesserat iam Ioseph ex Ephebis, magna virtutum specimina & eximiam ad omnes res gerendas spem præferẽs. Ante hos annos puerorum ingenium latet, & quasi frumenta etiamnũ in herbis sunt. Porrò annus sextusdecimus, adolescentium animos iam profert, & quid posterius sperandum sit, satis aperit. Plinius scribit C. Cæsarem Dictatorem animi vigore præstantissimum fuisse, sed & virtutem constantiamq;, & sublimitatem omnium capacem quæ cœlo continentur in illo fuisse scribit. Et hic tãtus postea imperator, sextumdecimũ, vt Suetonius tradit, agens annum, reipublicæ munera gerere aggressus est. [Accusa-uitq; fratres suos apud patrẽ crimine pessimo.] Magnum hoc præclarè indolis in Ioseph signum erat, quod fratrum suorum vitia odio habebat, & ad communem patrem deferebat, quo quidem studio facile sibi patrem demeruit. Solet enim pius quispiam pater, inter tot vitiosos filios, arctius vnũ frugi complecti, qui fratres suos acrius castigare audet. Terentianus ille Demea duos habebat filios Æschinẽ nequam, & Ctesiphontem frugi. Ctesiphon fratrem suum Æschinem, perditè amantẽ psaltriam, & argentum ob illam numerãtem; iurgio apud forũ adoritur, & sic clamare cœpit: Æschine, hæc cine flagitia facere te? hæc te admittere indigna genere nostro? Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam. Pater Demea vbi hæc libera filij sui verba in fratrem nequam audiuit, inquit, oh oh, lachrumo gaudio. Saluos sit, spero, est similis maiorum suorum. Nec minorem spem Iacob de Ioseph suo cõcepit, eum maiorum suorum,

Val. Max.

Plin. lib. 7.

Cic. lib. 3. Tusc. quæst.

Sueton. in Cæsare.

Terent. in Adelph.

Abrahæ

Abrahæ & Isaac virtutibus responsurũ, cum fratrum suorum vitia illi displicere incepissent. Non libet hic diuinare, neque admodum scire refert, quale fuerit illud crimen fratrum Ioseph, quod ille ad patrem detulerit. Sunt hic quidam nimium præcipites, & qui vanis suspicionib. fibulam laxantes, teterrimum illud atq; summum scelus, execrabilem illam libidinem patriarchis impingant, quam nominasse piaculum est, nedum literis mãdasse. Hanc ignorauerũt monstra illa hominum & spinthriæ teterrimi Romani illi Imperatores Tiberius, Caligula, Nero, Heliogabalus, quãto magis illam abfuisse ab Abrahæ, Isaac, nepotibus credibile est; quos vt homines fuisse nõ bestias, ita etiã humanis vitijs obnoxios fuisse credimus, non bestialibus. Erãt adhuc Sodomæ & Gomorræ subuersarum dudum vrbium vestigia, quarũ conspectus ingentem illis pauorem incutere potuit, vt ne tantũ scelus designare vellent, neq; diuina vindicta illud inultum dimisisset, sed subito telluris hiatu in ima tartara rapti fuissent. Certè Sodomitæ remissius peccauerant, si hanc in patriarchas suspicionem admiserimus. Quis verò credere velit, Moysen in tribus suæ authorem, atq; adeo totius Israeliticæ gentis patres, tantum scelus congerere voluisse? Longè satius fuisset tanti criminis camarinam perpetua obliuione damnari, quã ad posteritatis notitiam literis mandari. Verũ est illud Euripidis.

Σιγᾶν ἄμεινον τἀσχρά. μὴ δὲ μοῦσα μοι
ῥήσειτ' ἀνιδρὸς, ἥτις ὑμνήσει κακά. Idest.

Turpia melius est tacere, neq; mihi musa sit
Cantrix, quæ quidem laudet mala.

Euripid. in Troad.

Hinc Hebræi linguam suam vocant לָשׁוֹן קֹדֶשׁ linguam sanctam, propterea quod turpissima quęq; vel omnino tacere consueuerunt, vel honesto verborũ tegmine inuoluere. Quàm verecundè scriptura τὴν πᾶσαν φασίαν regũ significare solita est: Huc accedit quod scriptura hæc, haud quaquam huius tam immani sceleris atrocitatem significare videtur, sed aliud longè leuius. Sic enim Hebraicè legitur וַיָּבֵא יוֹסֵף אֶת דִּבָּתָם רָעָה אֶל אֲבִיהֶם id est. Et adduxit Ioseph famam illorum malam ad patrem ipsorum; tanquam quotidiana iurgia inter ipsos essent, & inuidia cõtra ipsum Ioseph. Atqui Septuaginta cõtrariè legunt, κατήνεγκεν δὲ Ἰωσὴφ λόγον πονηρὸν πρὸς Ἰσραὴλ τὸν πατέρα αὐτῶν. i. Et adduxerunt contra Ioseph reprehensionem malã ad Israel patrem ipsorum.

Israel aũt diligebat Ioseph super omnes filios, eo quod in senectute genuisset eum. ⁊ Aristot. in Polit. diligenter & exactè viri & mulieris iam primum matrimonium ineuntium annos definit, sed & quod annos liberis operã dare debeaut, his verbis describit, ἐπεὶ δ' ἡ μὲν ἀρχὴ τῆς ἡλικίας αὐξηθῇ τῇ γυναικὶ διώρισται, ὥστε ἀρχεσθαι χρὴ τὴν συζύγειας, τῷ πόσον χρόνον λειτουργεῖν ἁρμόττει, πρὸς τεκνοποιίαν ὡρίσθω. τὰ γὰρ τῶν πρεσβυτέρων ἔκγονα ξαθάπερ τὰ τῶν νεωτέρων, ἀτελῆ γίγνεται καὶ τοῖς σώμασι καὶ ταῖς διανοίαις, τὰ δὲ τῶν γηρακότων, ἀσθενῆ. διὸ κατὰ τὴν διανοίας ἀκμὴν. αὕτη δ' ὄντι γὰρ τοῖς πλείοσι, μὲν περὶ τῶν ποιητῶν τινὲς εἰρήκασιν οἱ μετρεῖν τοῖς ἑβδομάσιν τὴν ἡλικίαν πρὸς τὸν χρόνον τὸν τῶν πεντήκοντα ἐτῶν, ὥσε τεσσαρσὶν, ἢ πρὸς τὲ ἔτεσιν ἐπιφθάλοντα τῇ ἡλικίαν ταύτην, ἀφεῖσθαι δεῖ τὴν εἰς τὸ φανερὸν γενέσεως. τὸ δὲ λοιπὸν ὑγιείας χάριν, ἢ τινὸς ἄλλης τοιαύτης αἰτίας, φαίνεσθαι δεῖ ποιουμένους τὴν ὁμιλίαν. Id est. Quum verò determinatũ sit, qua ætate vir & vxor sint ab initio cõiugandi: quanto tempore liberis operationẽ dare cõueniat, determinemus. Seniorum enim fœtus quemadmodum iuniorum imperfecti sunt & corporib. & intellectibus: senescentium quoq; fœtus sunt inrobusti. Quapropter illud maximè tẽpus maximè probandũ est, in quo maximè intelligẽtia viget in nobis. Id aũt esse in plurimis, circa annũ quinquagesimũ, vt poëtarũ quidã dixerũt, septenario numero ætatẽ dimentientes. Itaq; qui 4. aut 5. annis hanc ætatem excesserint, derelinquere debẽt in aperto procreandi studiũ, ac de cætero vel sanitatis, vel alterius huiusmodi causa concubitum facere videri. Hæc Arist. Videtur philosophus præstãtissimus in hac esse opinione, vt putet virũ quinquagesimũ vitę annũ egressum sobolis causa cũ vxore cõgredi nõ debere, φ ij partus plurimũ sint & corpore & aĩo deteriores futuri, & ideo quinquagenarijs viris fibulã Papiæ legis decreto appendã. Atqui hanc Aristot. sententiam optimè refellunt patriarcharũ penè decerpitorũ filij, quos optimè ualuisse & corpore & animo nulli non liquido patet. Ioseph uir modis omnib. magnus, plurimũ corporis robore valuit, animi quoq; sapien

Arist. lib. 4. πολιτ.

pientia & moderatione nulli secundus; exacta tamen iam patris sui Iacob ætate natus est, nihilq; ob id ab eo decessit neq; à corporis dotibus neq; ab animi vigore. ⁊ Fecitq; ei tunicam polymitam. ⁊ Tunica polymita Hebraicè vocatur כְּתֹנֶת פַּסִּים Est פַּס filum seu liciũ diuersi coloris. Fuit enim tunica hæc contexta ex multicoloribus filis, quorũ quodlibet propriam speciem habuit. Est hæc vestium luxuria inuenta in Asia, vt Plinius scribit. Colores diuersos picturæ intexere Babylon maximè celebrauit, & nomen imposuit. Plurimis verò licijs texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit. Phryges quoq; ad eundem ferè modum vestes inuenerunt, quæ acu pingebantur, ex auro & coloratis filis, exprimentes hominum & animalium effigies in vestimento. Vocabantur hæ vestes barbaræ. Artifices verò dicebãtur barbaricarij siue Phrygiones. Apuleius. In modum Paridis Phrygij pastoris in barbaricis amiculis humeris defluentibus pulchrè induſiatus adolescens. Cæterum hæc varia Ioseph tunica, & tot colorũ varietate multiplex, à veteribus Theologis ad Christi Ecclesiam allegoricè trãsfertur. Sunt enim in Catholica Christi Ecclesia variæ ac diuersæ functiones ac ministeria. Hunc Episcopatus dignitas venerabilem reddit, hic sacerdotij munus ritè administrat, alius Diaconatus ministerium exequitur, ad hæc sunt & alia diuersorum officia clericorum, quæ in vna Christi Ecclesia, tanquam veri Ioseph tunica, vt emblemata quædam variegata & versicoloria, intexta: plurimum & dignitatis & honoris afferunt. Sunt & varij castitatis quidam in Ecclesia gradus, sed alius alio superior & preferendus. Coniugij indulgentia multis concessa est, alius cœlibatui sese astrinxit, nonnulli in totum à nuptijs alieni fuerũt. Sed hæ castitatis varietates sunt tanquam varij quidam in vna tunica colores, quibus Christi ecclesia semper amicitur. Alij hanc tunicã Ioseph intelligunt vt sit ποδήρης, est verò, vt Pollux scribit, χιτὼν ποδήρης ἐς οὗ ἀσφαράγους καθήκων. Id est: Tunica poderes vsq; ad talos pertingens. Neq; hoc à mysterio alienum est. Igitur tunica hęc talaris est in bonis operibus perseuerãtia, & studium indefessum, neq; vnquã intermittendũ, nisi ad calcem vsq; à capite deductum fuerit.

Plin. li. 8.

Apu. li. 7. Asini aur.

Ioseph. Poll. li. 7.

Neq; opus aliquod laudẽ apud homines meretur, nisi cui fœliciter colophonẽ impositũ viderint. ⁊ Videntes aũt fratres eius quẽ à patre plus cunctis fratribus amaretur, oderãt eũ, nec poterant ei quicquam pacifice loqui. ⁊ Cyrus rex Persarum apud Xenophontem moriens duobus filijs suis præsentibus, hæc loquitur, ἐγὼ γνοῦν, φίλω μὲν ἀμφοτέρους ὑμᾶς ὁμοίως ὦ παῖδες. Id est. Ego quidẽ nunc ambo vos ex æquo amo ô filij. Verùm hic fortasse nullam in filijs morum rationem habebat, quod tamẽ Iacob fecisse liquet. Cęterum in rara humanæ fœlicitatis exẽplarito censetur fraterna concordia, & mutuus inter ipsos amor. Neq; consentaneũ esse videtur vt quis alteri syncerus sit amicus, qui hostilem in germanum fratrẽ animum gerit. Hinc natum est apud Græcos prouerbiũ ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη. Id est. Frater viro adsit, de fido auxilio dictum, propterea quod in rebus periculosis vix vnquam solet frater fratri deesse. Et apud Platonẽ, ὀκῆν τὸ λεγόμενον ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη. i. Igitur hoc dictum, frater viro adsit. Cyrus apud Xenophontem moriens, multum ac diu filios de concordia inter ipsos seruanda hortatur. Hæc enim inter ipsos amicitia faciet, vt alios facilè sibi cõciliare valeant, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος φύντες, καὶ ὑπὸ τῆς αὐτῆς μητρὸς τραφέντες, καὶ τῇ αὐτῇ οἰκίᾳ ἀνῃρμένοι, ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, καὶ τὴν αὐτὴν μητέρα, καὶ τὸν αὐτὸν πατέρα προσαγορεύοντες, πῶς ἂν παύσαιντο ἄντοι οἰκειότατοι; μὴν ἂν οἱ θεοὶ ὑφηγήσωνται ἀγαθὰ εἰς οἰκειότητα ἀδελφοῖς, μάταια ποιεῖν ἐπιχειρήσωσι, ἀλλὰ ἀδύνατα. ὅν θυσιάζομεν ἄλλα θέλοντες ἔργα, καὶ ἅπτοις ἀεὶ ἀνυπέρβλητον ἀλλήλοις ἔσται ἡ ὑμετέρα φιλία. ἑαυτοῖ τοι βούλεται ὁ προγονῶν ἀδελφοῦ. Id est. Hi enim qui ab vno semine nati sunt, & ab vna matre educati, quique etiam in eadem domo creuerunt, & dilecti ab ijsdem parentibus, eandem matrem & eundem patrem appellantes; quomodo non etiam hi omnium familiarissimi essent? Non igitur quæ dij fratribus ad mutuam familiaritatem contulerunt, vos vnquam vana facere velitis; sed super hæc ædificata alia amica opera, & sic amicitia vestra semper insuperabilis erit. Qui enim ob fratrem sollicitus est, seipsum curat. Sic etiam apud Homerum Hector impar Achilli, fratrem Deiphobum inuocat, vt suppetias ferat.

Xenoph. li. 8. pæ.

Plato li. 2. νόμων.

Xenoph. li. 8. pæ.

Home. lib. 11. ἰλιαδ.

δηΐφοβον δ' ἐκάλεα λόγχας μακρὸν ἀϋσας

πτόλεμίν σλόγον μακρὸν ὅδ' οὔτι οἱ ἐγχύθην ἦν.

Id est.

Ergo Deiphobum præclara voce petebat,
Candenti insignem clypeo qui commodet hastam,
Ille autem iam longè aberat.

Plutarch. in Cæsare. Inter Cæsaris Dictatoris percussores erat Casca. Hic cum Cæsarem iterum percussurus esset, & prohiberetur, ad fratrem Græcè clamauit, ἀδελφὲ βοήθει. Id est. Frater fer opem. In Sapientia Syracũ tria legimus, quibus animus eius maiorem in modum afficiebatur. Horum vnum erat, ὁμόνοια ἀδελφῶν. Id est. Concordia fratrum. Cæterum vt fratrum vnanimitas res est longè omnium vtilissima, ita illorum inimicitiæ longè atrociores sunt quàm aliorum hominum. Causam huius sic reddit Aristotel. παρ' οἷς γὰρ ὀφείλεται δίκην τῶν δυσχερειῶν ὑπολαμβάνουσι, πᾶς τις βλάβει καὶ ταύτης ἀποστερεῖσθαι νομίζουσι. ὅθεν εἴρηται. χαλεποὶ γὰρ πόλεμοι ἀδελφῶν, οἱ τοὶ πέρας στέρξαντες, οἱ δὲ καὶ πέρα μισοῦσι. Id est. A quibus enim deberi sibi beneficium expectant, ab eisdem nõ solum priuari beneficio, sed insuper ledi se putant. Vnde in prouerbio dicitur. Fratrum contentiones & iræ sunt acerbissimæ, & qui se nimium amant, hi se nimium oderunt. Quàm graue sit hoc fraternum dissidiũ, ostendit Euripides his verſibus.

Ecclesi. 25. Aristot. libr. 8. politic.

Euripi. in Iphig.

δεινὸν μασιγνήτοισιν γίνεσθαι λόγους,
μάχαδ' ὅταν τοτ' ἐμπέσωσιν εἰς ὀρίν.

Id est.

Res dira verbis inuicem altercarier,
Dictisq; fratres dimicare mutuis,
Si quando lis inciderit, aut contentio.

Hoc tam inamœnum dissidiũ, & quotidiana illa rixa fuit inter fratres Ioseph, quem illi odio & inuidia insectabantur. Neq; tamen huius inuidiæ grauis aliqua causa fuit, sed leuis & frigida, nempe vestis illa polymita, quam Iacob pater filio Ioseph dederat. Hinc fratrum eius in illũ inuidia exarsit, hinc illæ lachrymæ. Author est Suetonius Caligulam Cæsarem præter cæteros inuidia in omnes homines flagrasse. Habebat hic consobrinum Ptolomeum Iubæ Mauritaniæ regis filium, quem Caligula inuidia motus, ob vestis elegantiam, occidit. Hunc Ptolomeũ accersitum è regno, & exceptum honorificè non alia causa repente percussit Caligula, quam quod edẽte se munus ingressum spectacula, conuertisse hominum oculos, fulgore purpureæ abollæ animaduertit. Sic Ioseph inuidiam fratrum, & ferè exitium peperit vestis paulò cultior. Sed neque hactenus inuidia stetit, sed pleno gradu sese effert, & maiore face exardescere incipit, vbi Ioseph vnum aut alterum somnium fratribus refert. ¶ Dixit Ioseph fratribus suis. Audite somniũ meum quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum & stare, vestrosque manipulos circunstantes adorare manipulum meum. ❑ Mundanã haud dubio fœlicitatem somnium hoc Ioseph portendebat, qua præ omnibus suis fratrib. longè potissimus habitus est: atque id ab optima anni parte, nempe messe. In hac enim agricolæ laboris sui, quem in rustico opere faciũdo exhauserunt, precium, non sine summo gaudio, referunt: & ad futuræ famis metum pœnum sibi seponunt. Ad hoc respicit quod Esaias propheta canit שָׂמְחוּ לְפָנֶיךָ כְּשִׂמְחַת בַּקָּצִיר id est. Lętati sunt coram te secundum lætitiam quæ est in messe. Hesiodus quoq; monet, vt in messe vmbratiles sellas fugiamus, neq; somnum ad multam lucem protrahamus, quod eo tempore reponenda sint, quibus in hyeme fruamur.

Euripi. in Iphig.

Esaiae 9.

Hesiodus πονὶ ἔργ"

φεύγειν δὲ σκιεροὺς θώκους καὶ ἐπ' ἠῶ λοῖτο
ὥρη γὰρ ἄμητός τε τ' ἠέλιος χροὰ λάφυρα
τηλοῦτος ἀποδύειν καὶ οἴκαδε λαρπὸν ἀγείρειν
ὀρθρου αὐλιζάμενος, ἵνα τοι βίος ἄρκιος εἴη

Homerus etiã diuino suo ingenio messem, eiusq; bona sic canit.

Hom. libr. Σ, ἰλιαδ.

γῆθ' ἐτίθει τέμενος βασιλήϊον, ἔνθα δ' ἄρουραι
πίειραι τέμνοντο, καὶ ἔργετο ἔαρος ἀρότοιο
καὶ θέρεος τοῖαι δὲ ἀμαλλοδετῆρες ἐφέστασαν, αὐτὰρ ὄπισθε
παῖδες θραυσμήνοντες, γὴ ἀγκαλίδεσι φέροντες.

Id est.

Hic quoq; maturas campi flauentes aristas,
Atq; operi accinctos vncata falce colonos.
Cœlarat, fragili stringentes ordea culmo,
Cernere erat, sulcis multa incollecta iacebant,
Tres illic pueros paulatim sparsa legentes,
Aspiceres, manibusq; graues afferre manipios.

Eximij ingenij poẽta fuit Ouidius Sulmonensis, & cui vix Latinorum aliquis conferri potest. Exercuit ingenium suum in argumento parum honesto minimeq; candido, cum tamen longè honestiora suppe-

suppeterent, quibus minore negotio satisfacere potuisset. Offendit diuina sua musa Augustum Cæsarem à quo in Pontum exilio relegatus est, nec tamen causa satis vlli vnquam comperta est, & ipse Poẽta dissimulanter de illa loquitur. Tulit tamen ipse exilium illud Scythicum molestò & parum virili animo, cum vir in molli natus cœlo, nullas Italici soli fœlicitates in Scythia videret, & iucundam illam, visuq; gratam messis faciem minime contemplaretur. Sic enim Scythiam alloquitur.

Ouid. li. 3. de Ponto.

Pace tua dixisse velim: tu pessima duro
Pars es in exilio, tu mala nostra grauas,
Tu neq; ver sentis cinctum florente corona,
Tu neq; messorum corpora nuda vides.

¶ Aliud quoq; vidit somnium quod narrans fratribus ait. Vidi per somnium: quasi Solem & Lunam, & Stellas vndecim adorare me. ❑ Geminum hoc somnium non fortuito, neq; temere Ioseph immissum esse credibile est, sed magni mysterij causam significare videtur. Et messis quidem somnium, vitæ præsentis huius, atq; adeo terrenarum rerum fortunam Ioseph portendere putatur; qua omnes necessarios suos longè superauit. Atqui hæc parum homini ad veram illam fœlicitatem suffragari videtur, neq; continuò hominem pium dixeris, quamuis perituris his bonis abũdet. Igitur vt Ioseph pietatis hæc fœlicitas quoque constaret, alterum hoc somnium per quietem vidit; quo Solem & Lunam & τὰ φαινόμενα sibi obsequentia videre visus est, nimirum vt quemadmodum in mortalibus his rebus præcelluit, ita etiam in vera pietate arcem teneret. Secundus enim à Pharaone, & regijs ornatus insignibus, pietatis tamen cultum, & diuina haud quaquam in postremis duxit. Daniel & tres illi pueri sic apud Babylonium regem mundano fulgebant honore, vt tamen vitæ sanctimoniã Deo præstarent. Mardocheus & regina Hester, Persici regni lumina, inter regię aulæ purpuratos, puras & castas cœlorum regi preces offerebãt. Et cordatis semper principibus studium fuit, non minus in diuinis rebus excellere quàm etiam in mundanis. Vtrumq; enim ad se pertinere putabant, vt & imperium in populum iustè & clementer exercerent, nec minus tamen sacrarum rerum curam administrarent. Alterutrum horum neglectum, bonum principem discruciare solet, quod rex Agamemnon aud Euripedẽ fatetur.

Euripides in Iphig.

τότε μὲν τὰ θεῶν οὐκ ὀρθῶθ' ἡμῖν
τ' ἀνέτρεψε βίου:
τοτὲ δ' ἀνθρώπων γνῶμαι πολλαὶ
καὶ δυσάρεστον ἐλίκναισαν.

Id est.

Tum discrutiat, modo religio
Diuum, non sat ritè peracta
Labfactam subuertit vitam:
Modo rursus hominum mentes variæ
Ac difficiles prorsus acerbant.

Geminum hunc honorem, Latini scriptores, Cęsaribus suis, quos vehementer laudatos esse volebant; vendicabãt. Vergilius maiorem in modum Iulium Cæsarem hoc nomine effert;

Vergil. libr. 1. Æneid.

Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar,
Imperium Oceano, famam qui terminat astris.

Idem in Bucolicis sub Daphnis nomine Iulium Cæsarem celebrat, cuius tumulo hoc carmen superaddi volebat.

Vergil. eclog.

Daphnis ego in syluis, hinc usq; ad sydera notus.

Facilè hic videre est, quid poẽta eminentissimus in Iulio Cæsare intelligi volebat, nempe imperium cum pietate coniunctum. Cæterum somnia hæc Ioseph, licet summa in illo futura portenderent; apud fratres tamen suos grauem sibi inuidiam conflabat. Hinc fratrum ad illum hæc vox est. ¶ Nunquid rex noster eris, aut subijciemur ditioni tuæ? ❑ Veterem morem hæc verba significant. Habebant enim vetustissimi hanc consuetudinem, vt primogenito filio maxima præter reliquos fratres suos authoritas cederet; qua etiam in alios dominabatur. Eam consuetudinem hodie quoq; in regibus & principibus valere videmus, vt maximus natu, inter multos fratres regnum sortiatur, quiq; etiam in alios dominetur, & quem illi solenni cultu obseruent. Sic Cyrus iam moriturus ad filios suos loquitur. τὸ δὲ πεβουλεύθαι καὶ τὸ ἡγεῖσθαι ἐφ' ὅτι ἂν παρὸς δοκῶ εἶναι τοῦτο πεποίηκα τῷ πεπρεσβυτέρῳ γενομένῳ, παιδία καὶ πολεόνων κατὰ τὸ εἰκὸς ἐμπείρῳ. ἐπαιδεύθην δὲ καὶ αὐτὸς οὕτως, ὑπὸ τῆς δὲ τῆς ἐμῆς τε καὶ ὑμετέρας πατρίδος, τοῖς πρεσβυτέροις, οὐ μόνον ἀδελφοῖς, ἀλλὰ καὶ πολίταις καὶ δούλοις καὶ θάκῳ καὶ λόγῳ ὑπείκειν. καὶ ὑμᾶς δὲ ὦ παῖδες. οὕτως δὴ ἀρχῆς ἐπαίδευον, τοὺς μὲν γεραιτέρους πεπιμᾶν, τῶν δὲ νεωτέρων πεπιτιμῆσθαι. id est, Quod verò attinet ad consultandum & præeundum quocunq; tempore necessarium

Suetonius in Calig.

Xenophon. li. 8.

rium fuerit, hoc seniori permitto, & , vt verisimile est, etiam in multis experto. Sic enim ipse institutus sum à mea & vestra patria, vt senioribus cedendum sit à via, sede, sermone, non solum à fratribus, sed etiam ciuibus. Et vos ô filij sic à principio instituí, seniores præhonorare debere. Et post hæc verba Cyrus maximo filio suo Cambysi regnum Persarum per manus tradit. Quum igitur Ioseph omnium ferè fratrum minimus esset, nõ aliam ob causam inuidia premebatur, quàm quod primogeniti ius ambire putaretur, & fratres omnes sibi subdere conaretur. ⌈ Inuidebant igitur ei fratres sui: pater verò rem tacitus considerabat ⌉ Vetus inuidiæ diffinitio est, quod sit λύπη τῆς τοῦ πλησίου εὐπραγίας. id est. Tristitia alienæ fœlicitatis. Hæc non afflictos neq; sordidos petit, sed eximios quosque, vel opibus vel maximis ingenij dotibus florẽtes. Hinc Ouidius canit.

Ouid. li. de rem.

Summa petit liuor, perflant altissima venti,
Summa petunt dextra fulmina missa Iouis.

Hæc igitur inuidia non solum corpus consumit & atterit, sed etiam animo pestilens atq; exitiabilis inuenitur, vt Basilius scribit: φθόνου γὰρ παθος ουδὲν ὀλεθριώτερον ψυχᾶς ἀνθρώπων ἐμφύεται. id est: Inuidia enim, nulla pestis perniciosior animis hominũ innascitur. Animus siquidem præsenti inuidiæ veneno tinctus, vt idem Basilius testatur, τὸ τῆς ἀληθείας κριτήριον οὐκ ἔχει, id est: veritatis iudicium non habet. Caligula Cæsar liuore & malignitate aduersus omne genus hominũ grassabatur, Cogitabat inuidiosa hæc belua de diuina Homeri poësi abolenda. Sed & Vergilij & T. Liuij scripta & imagines paulum abfuit, quin ex omnibus bibliothecis amouerit: quorum alterum vt nullius ingenij, minimæq; doctrinæ: alterũ vt verbosum in historia negligentem q; carpebat. Sed hoc Caligulę in summos viros iudicium, minimè verum est, cum atro inuidiæ veneno infectum sit. Sic fratres Ioseph inuidia occœcati, futuram eius sublimitatem ex somnijs cœlitus immissis, perspicere non valebant. At pater Iacob, cui vt sincerus ab omni inuidia animus erat, ita etiam summam spem de filij sui Ioseph insomnijs capiebat, & rem tacitus considerabat: siue vt Hebraicè legitur שָׁמַר אֶת הַדָּבָר seruabat illud verbum. ⌈ Quumq; fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sychem, dixit ad eum Israel. Fratres tui pascunt oues in Sychimis, veni, mittam te ad eos. Quo respondẽte præsto sum, ait. Vade & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos & pecora, & renuncia mihi quid agatur. ⌉ Describit hic Moyses sedulitatem & curam Iacob erga filios, qua sollicitabatur ne filij absentes indignũ quid se agerent, satis gnarus filiorum vitia parentum incuriæ imputari. Est enim boni patris familias officium, vitam suam ita instituere, vt quamuis familia illũ quàm longissimè subinde abesse putet, interim tamen illic omnium illorum facta dictaq; explorata teneat. Hoc pulchrè obseruasse putat Terẽtianus ille Laches, quum ad vxorem Sostratam ait:

Terent. in Hecyra.

An quia ruri esse crebrò soleo, nescire arbitramini
Quo quisq; pacto hic vitam vestrorum exigat?
Multò melius hic quæ fiunt, quàm illic vbi sum assiduè, scio.
Ideo, quia & vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris.

Scribit Hesiodus male facta hominũ Iouem latere non posse, quandoquidem aliquot Deorum milia habeat, qui aëre vestiti, omnem circueant terram, & homines eorumq; opera mala obseruent, & ad Iouem deferant:

Hesiod. lib. α. πονὶ ἔργ.

τοὶς γὰρ μύριοι εἰσὶν ἐπὶ χθονὶ πολυβοτείρῃ
ἀθάνατοι ζηνὸς, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων
οἱ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ ἔργα κέλεα
ἠέρα ἐσσαμένοι, πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν.

Scribit Xenophõ in Cyro apud Persas fuisse, quos appellabant ὀφθαλμοὺς καὶ τὰ παιδ. βασιλέως ὦτα. id est, Oculos & aures regis. Erant haud dubio homines complures integri & boni, qui Regis nomine plebẽ regebant, & in officio continebant, ne quid inhonestum designarent, sed tanquam rege præsente & audiente verecũdarentur. πολλὰ μὲν βασιλέως ὦτα πολλοὶ δὲ ὀφθαλμοὶ νομίζονται, καὶ φοβοῦνται πανταχοῦ λέγειν τὰ μὴ σύμφορα βασιλεῖ, ὥσπερ αὐτοῦ ἀκούοντος, καὶ ποιεῖν ἃ μὴ σύμφορα, ὥσπερ αὐτοῦ παρόντος· οὐκοῦν ὅπως μηδένα ἄν τις ἐτόλμησε πῶς τίνα πρὸς κύρου φλαυρόν τι ἀλλ' ὡς ἐν ὀφθαλμοῖς πᾶσι καὶ ὡς εἰ βασιλέως τοῖς ἀεὶ παρουσιν, οὕτως ἕκαστος ἐπείθετο. id est. Multæ quidem regis aures, multi verò oculi putabantur esse, & metuebant vbique dicere quæ regi non conducerent, tanquam eo audiente, & facere quæ vtilia non essent, veluti illo præsente. Igitur nemo audebat ad quempiam inhonestum quid de rege dicere, sed tanq; oculis & auribus regis semper præsentibus, sic quisque vitam instituebat. Habebant Athenienses magistratum, qui curam agerent & prospicerent de necessarijs, hos appellabant episcopos quasi inspectores & curatores, Vnde Suidas ait, οἱ δὲ παρ' ἀθηναίοις εἰς τὰς ἐπικούς πόλεις, ἐπιστήσαντες τὰ παρ' ἑκάστοις πεμπόμενοι ἐπίσκοποι καὶ φύλακες ἐκαλοῦντο, οὓς λάκωνες ἁρμοστὰς ἔλεγον. id est: Qui ab Athenienslibus in subiectas ciuitates ad inspicienda ea quæ à singulis agerẽtur, mittebantur; episcopi & custodes vocabantur, quos Lacones harmostas, id est, congrue gubernãtes, vocabant. Videntur Apostoli impendio hac voce delectati, qui Christianam Ecclesiam ordinaturi, summum in clero gradum, episcopos appellabant, qui acri & vigili cura hominum mores & vitam inspicerent. Et Iacob patriarcha nusquam non filiorum suorum vtilitati consulens, Ioseph filium suũ inter cæteros frugi & honestum, episcopũ & curatorem sibi destinauerat, qui domũ eius obseruaret. ⌈ Missus de valle Hebron venit in Sichem: inueniteq; eum vir errãtem in agro, & interrogauit quid quæreret. At ille respondit. Fratres meos quæro, indica mihi vbi pascant greges. Dixitq; ei vir. Recesserunt de loco isto. Audiui autem eos dicentes: Eamus in Dothaim. ⌉ Inter maxima inciuilitatis atq; adeo impietatis exempla meritò censetur, si quis erranti viam non mõstrauerit, vel etiam, quod longe peius est, in aliam viam duxerit, quam viator ire non volebat. Huc pertinet illud quod in Mosaica lege legitur. אָרוּר מַשִּׂיג גְּבוּל רֵעֵהוּ id est, Maledictus q errare facit cæcũ in itinere. Ex hac legis maledictiõe nata videt illa Athenienslũ cõsueudo, qua, vt Cicero scribit, publicis execrationibus illũ deuouebant, qui viam erranti non monstrabat. Porrò ex amica viæ monstratione, natum prouerbium est illud: Amicorum esse communia omnia. Omnia autem communia hominum videntur ea, vt ait Cicero, quæ sunt generis eiusdẽ; quod ab Ennio positum in vna re, transferri in multa potest,

Suidas.

Deut. 27.

Cicer. li. 3. offic.

Cicer. li. 3. offic.

Homo qui erranti comiter monstrat viam,
Quasi lumen de suo lumine accendat, facit
Vt nihilominus ipsi luceat, cum ille accenderit.

Vna enim ex re satis præcipitur, vt quicquid sine detrimento possit commodari: id tribuatur cuiq;, vel ignoto. Ex quo sunt illa communia, non prohibere a quam profluentem: pati ab igne ignem capere. Porrò viæ peruersæ monstrationis paradigma legimus apud Terentium de Demea sene, & Syro seruo, qui herum suum Demeam, mira strophа, in viæ mõstratione ludificatus est. Neque alienum fuerit, si Syri serui versutiam, qua Demeam tractauit audiamus.

Terent. in Adelph.

Sy. Nostin' porticum apud macellum hanc deorsum?
De. Quid ni nouerim?
Sy. Præterito hac recta platea sursum. vbi eo veneris,
Cliuos deorsum versum est. hac te præcipitato. postea
Est ad hanc manum macellum. Ibi angiportum propter est.
De. Quonam? Sy. illic, vbi etiam caprificus magna est. nostin'? De. noui. Sy. hac pergito.
De. Id quidem angiportum non est peruium. Sy. verum hercle. vah.
Censen' hominem me esse? erraui: in porticum rursum redi.
Sanè hac multo propius ibis, & minor est erratio.
Scin' Cratini huius ditis ædes? De. Scio. Sy. vbi eas præterieris
Ad sinistram hac recta platea. vbi ad Dianæ veneris,
Ito ad dextram, priusquam ad portam venias, apud ipsum lacum
Est pistrilla, & ex aduersa est fabrica. ibi est.

At senex Demea Syri serui monstratione male credulus, mirum quàm miserè ambulando sese exercuerit, & quàm male sese fatigauerit. Hinc Demeæ verba hæc, cum summa indignatione prolata.

Defessus sum ambulando, vt Syre te cum tua
Monstratione magnus perdat Iupiter.
Perreptaui vsque omne oppidum ad portam, ad lacum,
Quo non? neq; fabrica illic vlla erat, neque fratrem homo
Vidisse aiebat quisquàm.

Si Satyrico poëtæ credere volumus, laborabant hac inciuilitate Iudæi, q nulli viam candidè monstrabãt, nisi suæ gentis hominibus.

Iuuenalis Satyr. 14.

Non monstrare vias, eadem nisi sacra colenti
Quæsitum ad fontem, solos deducere verpos.

Cæterum Ioseph noster verum viæ monstratorem infœliciter nactus est, stetitq; illi magno iter illud ad fratres suos cum fide monstratum: vt longè satius illi fuisset, vel alterius mẽdacio, vel proprio errore, à vera via flexisse. Est enim inuenire

nire aliquem bonum errorem, vt Augu-
August. in Ench. stinus scribit. Nam illi viæ error bono erat, dum per ignorantiam à recta via deflectens à Donatistarum insidijs ignorãs seruatus est, à quibus oppressus fuisset, si destinatam viam tenuisset. Sed Ioseph pio adolescenti à diuino consilio iam gra uis impendebat afflictio, sed ipse par tantæ calamitati erat, à qua postea ad summũ fastigium euectus est. Pergit iam scriptura ad tragicam Ioseph historiam narrandam, quæ parum abfuit à sanguine.

¶ Perrexit ergo Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in Dothaim. Qui cum vidissent eum procul antequam accederet ad eos cogitauerunt illum occidere, & mutuò loquebantur. Ecce somniator venit, venite occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem. ¶ Inuidia non vna facie nobis sese offert, sed subindè aliam atq; aliam induit. Commune quidem vitium inuidiæ esse videtur aliena torqueri fœlicitate, & alterius obtrectare virtuti. Verum hic aliam videmus illam induisse personam, nempe quod bona quæq; deprauare soleat, nec suo quodq; nomine appellare, sed alio. Hinc
T. Liuius decadis quartæ lib. 8. Manlius apud Liuium ad patres ait: Cæca inuidia est P.C. nec quicquã aliud scit, quàm detrectare virtutes, corrumpere honores ac præmia earum. De hac nominum deprauatiõe quã inuidia facit, hæc
Basilius πόδι φθόνου. scribit Basilius. Δεινοὶ δὲ πρὸς εἰς τὸ χεῖρον πα ραστροπαῖς τὸ ἐπαινετὸν διακρῦσαι. καὶ ἐκ τῆς γειτόνου ζηλοῦσι τὴν ἀρετὴν διαβαλεῖν. θρασὺ μὲν γὰρ λέγουσι τὸν ἀνδρεῖον, ἀνάλγητον δὲ τὸν σώφρονα, τὸν δίκαιον ἀπηνῆ, ἐπικούργον τὸν φρόνιμον, καὶ τὸν μεγαλοπρεπῆ μὲν ὡς βαναύσον διαβάλλουσι. τὸν ἐλευθέριον δὲ ὡς ἄσωτον. πάλιν τὸν οἰκονομικὸν, φειδωλόν. id est, Inuidi semper astuti sunt vt peruersis interpretationibus in peius virtutes deprauent, & à vicina malitia calumnientur. Fortem dicunt audacem, modestum, stupidum, iustum, sæuum: prudentem, malignum: munificum vt cerdonem calumniantur, liberum vt prodigum, rursus domi temperantem, vt sordidũ incessunt. Hactenus Basilius. Hæc nominum ex inuidia deprauatio plus satis in fratribus Ioseph videre est. Et Ioseph quidem ab inuidiæ malo liber, fratres suos vt agnoscit, ita etiam appellat, quum inquit: fratres meos quæro. Cæterum fratres eius, inuidia dictante, nõ vt fratrem eum agnoscunt, sed alio nomine illum appellant. Ecce somniator venit. Sunt ex veteribus Theologis, qui hanc fratrum Ioseph in illum sæuitiam & malignitatem ad Christum referunt, qui paria à Iudæis tanquam à fratribus retulit. Semper Iudæi Christum calumniati sunt, & opera eius verè diuina, alio quã ad diuinam eius potentiam retulerunt. Egit Christus ciuilem inter Iudæos vitam, & in oculis ciuium suorum versabatur, neque ad conuiuium vocatus, abnuebat, verum hanc Christi ciuilitatem deprauarunt Iudæi, dum eum modo vt commessatorem, modo vt bibonem inclamitarent. Plurimum egit cum publicanis, quo illos ad meliorẽ frugẽ reduceret; verum Iudæi vociferari illi cum peccatoribus bene cõuenire. Satis erat Christus è nobilissima apud Iudæos tribu, nempe Iuda, verum Iudæi inuidia occœcati, Christũ vt hybridam Samaritanum habebant. Hanc omnia peruertendi impietatem minoribus suis per manus tradiderunt, à quibus modo Iesus non suo nomine ישוע vocatur, sed truncatis literis ישו scribitur. Neque minore impietate in gloriosam Christi matrem scurrantur, quam non מרים Miriam, sed detestabili voce חריא Hariam appellant. Sonat enim illa vox sterquilinium. Respõdent hæc conuitia veteri illorum odio in fratrem Ioseph, quem non augusto nomine Ioseph, sed somniatorem vocabant, nec minus cruentæ illorum voces audiebantur: Venite occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem. Hic iam omnium fratrum calculo mors decreta fuisset Ioseph, iuissentq; præcipiti furore in cædem & sanguinem innoxij fratris, nisi Ruben maximi fratris authoritas obstetisset, qui solus fratrum Ioseph studebat. Hic igitur manibus temperandum esse dicere, & quoquomodo causas nectere, in aridum puteum præcipitandum Ioseph dicebat, eo nimirum consilio, vt Ioseph fratrum sæuitiæ subduceret, & patri communi incolumem restitueret. ¶ Confestim igitur vt peruenit ad fratres suos, nudauerunt eum tunica talari & polymita, miseruntq; eum in cisternam veterem, quę non habebat aquam. ¶ Agebantur tum omnia hæc quis non videt, diuino quodam consilio & nutu. Quod verò ad fratres Ioseph attinet, certè insignem illorum crudelitatem

tem arguit, quod in aridum puteum præcipitem dederunt fratrem, & cui manus afferre nolebant, eundem tamen longè crudeliori mortis genere conficere sustinuerunt. In arido enim puteo absumi necesse fuerat Ioseph, inedia, siti, frigore, longo doloris tractu, & lenta morte, cum longè satius fuisset eum semel occidisse, & vno mactasse vulnere, quàm tam cruciabilem & longam ad mortem viam fecisse. Simile crudelitatis genus veterum annales nobis referunt de Dario Persarum rege. Fuit hic Darius Histaspis filius, vnus è septem Persis qui Persarum
Val. li. 9. regnum è sordida magorum dominatione vindicarunt. Quum igitur hic stabularij sui arte ad Persarum regnum fuisset euectus, sociorum suorum qui regni cõpetitores erant potentiam & simultatem verebatur. Porrò Persæ cum eum socijs male cogitare sentirent, eum tanquam nouum hominem ad iuramentum adigunt, vt ne cui sociorũ infestus esset, neque aut veneno aut ferro aut vlla vi aut inopia alimentorum necaret. Hic Darius barbarus grauiorem mortis rationem excogitauit, quę eum iuramenti vinculo, vt putabat, exolueret. Profundum siquidem locum cinere impleuit, & socios amice inuitatos desuper tabulatis impositis collocauit, tum vino epulisq; affatim expletos & semisomnes in insidiosam congeriem, laxatis repente tabulatis cadere permisit. ¶ Et sedentes vt comederent panem ¶ Insignem crudelitatem Moyses hic magis intelligi vult quàm exprimi. Crudelitas est innoxium, nullam ob causam nisi inuidia stimulãte, supplicio afficere, summa verò crudelitatis arx est ex insontis supplicio voluptatem capere, & eum torqueri hilarè spectare, vocemq; torti cũ
Val. li. 9. gaudio haurire. Tale crudele ingenium erat in Perillo Atheniensi, qui vt Phalaridis tyranni gratiam iniret æneum bouem excogitauit, quo inclusi subiectis ignibus miseri homines longo cruciatu torquerentur, & tortorum vox bouis mugitum imitaretur, hauriretq; tyrãnus magnam è tali sono voluptatem. At fratrum Ioseph sæuitia in nullo ab hac immanitate distabat: Præcipitatus in aridum puteum Ioseph sæuam mortem per inediam & sitim expectabat, subinde fratrum misericordiam, voce qua poterat, implorans. At illorum aures, obstrepente inuidia, obsurduerunt, ac securi omnium lachrymarũ fratris, voces eius, quas vltima necessitas expressit non exaudiunt, conuiuium instruunt, & inter pocula & epulas læti ouantesq; fratris supplicium audiunt. Et inuidiæ quidem tanta vis est, vt fratrum quoq; necessitudinem extinguat. Si Lucano credere libet, designauit eandem odij insaniam in ciues suos Iulius Cæsar, victoriã factus in Pharsalico prælio contra Pompeium. Quo enim maiorem à sua victoria voluptatem caperet, inter cæsorum strages epulabatur, pascebatq; non minus iucundè oculos quàm fauces.

epulisq; paratur *Lucan. lib. 7. Phar.*
Ille locus, vultus ex quo faciesq; iacentum
Agnoscat: iuuat Emathiam non cernere terram,
Et lustrare oculis campos sub clade latentes.

Cæterum Ioseph in hac tam infœlici sorte perisset & nequicquam fratrũ suorum aures pulsasset, nisi Iudas repente extitisset, qui vt animi magnitudine & generositate inter fratres excellebat, ita etiam solus miserabiles Ioseph voces exaudiebat, & eum vltimo quidem supplicio subduxit, verum ciuili morte nempe seruitute afficiendum censuit, & vt hoc decerneretur omnium fratrum suffragio, peroportuna occasio incidit. ¶ Viderunt Hismaëlitas viatores venire de Galaad: & camelos eorum portantes aromata, & resinam & stacten in Ægyptum. Dixit ergo Iudas fratribus suis. Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum, & celauerimus sanguinem ipsius? Melius est vt venundetur Hismaëlitis. ¶ Erãt Hismaëlitæ & Madianitæ, nam & horum scriptura hic meminit, Israëlitis admodum affines, & illos propinqua consanguinitate contingebant. Ab Abraham enim vtraque gens originem duxit, sed diuersis ab vxoribus. Sara legitima Arabæ vxor Isaac peperit, à quo postea Isaac & Iacob cum filijs suis descenderunt. Porrò Agar Saræ famula ex Abrahæ congressu Hismaëlem edidit. Mortua Sara Abraham secundas nuptias cum Cethura fecit, à qua præter cæteros filios, Madian sustulit. Erant igitur Hismaëlitæ & Madianitæ ab vno patre Abraham profati, Israëlitis sanguine iuncti; cum & ipsi

Abraham vt progenitorem agnoscerent. Quum igitur Iudas videret Hismaëlitas gentem cognatam, author fit fratribus vt communem fratrem Ioseph illis venderent, sperans seruitutem illam Ioseph futuram clementem & liberalē, & Hismaelitas pudituros si sordida seruitute Ioseph vt ipsorum necessarium, opprimerent. Potuisset quidem Iudas, qua apud fratres pollebat authoritate, in totum Ioseph ab illorum iniuria vindicare, varum ingentis spiritus vir, cum cæteris fratribus, Ioseph ingenium suspectum habebat; quod ne ei fraudi esset, hac venditione eius sibi pulchrè cauisse putabat. Huius venditionis Ioseph meminit etiam Iustinus, obiter Iudæorum originem altè repetens, partim verè, partim falso. Scribit enim Israelem decem filiorum prouētu maioribus suis clariorem fuisse, horū minimum esse Ioseph, cuius excellens ingenium veriti fratres, clam interceptum, peregrinis mercatoribus vendiderunt, à quibus deportatus in Ægyptum, cum magicas ibi artes solerti ingenio percepisset, breui ipsi regi Percharus fuit. Laudo Iustinum, siue Trogum in his quæ de Ioseph scripsit, non laudo quod eum magices insimulat. ¶ Igitur fratres acquiescentes sermonibus Iudæ, & extrahentes eum de cisterna, vendiderunt eum Hismaelitis viginti argenteis qui duxerūt eum in Ægyptum. ¶ Sed quis putaret in Israelitis his supra odium in fratrem, auaritiam quoq; fuisse, vt tam sordidum lucellum è fratre innoxio captarent, quem honestiore titulo Hismaelitis cognatis dono dare potuissent? Atqui verum est illud quod Socrates apud Platonem ait, ἅπαντες ἄνθρωποι φιλοκερδεῖς ἄρ ἔισι καὶ οἱ χρηστοὶ καὶ οἱ πονηροί. id est. Omnes homines lucrum amāt, siue boni sint siue mali. Et ὦ Σώκρατες ὅ, γε φιλοκερδὴς ὦ Σώκρατες ὅ ἐστι δ' ἔρδος κερδαίνειν. id est O Socrates qui lucrum petunt ab omni re fas esse putant lucrari. Inter Romanos Imperatores qui ciuilitate & clementia excelluerunt numeratur Vespasianus. Fuit tamē in eo reprehensa auaritia, qua vrinæ vectigal excogitauit, & Tito filio reprehendenti quod tam sordidum quęstum instituisset, pecuniam ex prima pensione admouit ad nares sciscitans num odore offenderetur: & illo negante, atqui inquit è lotio est. Vera proinde est sententia illa Satyrici poetæ: Lucri bonus est odor ex re qualibet. Sordidam hanc Israelitarum auaritiam regius Propheta his verbis incessit וַיִּקְרָא רָעָב עַל־הָאָרֶץ id est. In seruum venditus est Ioseph, tanquam maxima hac capitis diminutione indignus esset. Cæterum seruorum conditiones & fortunæ nō eædem apud omnes gentes fuerunt, neq; vna causa omnibus seruis fuit. Græci semper ob præclara ingenia & sapientiæ persuasionem tumebant, & omnes totius orbis gentes barbaros appellabant, atque se illis dominari iustum esse putabant.

Plato in Hippiarchoi.

Sueton. in Vespasiano.

Iuuenalis.

Psal. 105.

Βαρβάρων δ' Ἑλλήνας ἐκὸς ἄρχειν, ἀλλ' οὐ βαρβάρους
μήτερ Ἑλλήνων. τὸ μὲν γὰρ δοῦλον. οἱ δ' ἐλευθέροι;

Euripides in Iphig.

Id est,

Deniq; æquum est nos Achiuos imperare Barbaris,
Quippe nata est seruituti Barbarorum, natio
Cæterum Graiūm genus natura statuit liberum.

Et Demosthenis Scholiastes ait, πάλαι γὰρ οὐκ ἐξῆν Ἕλληνα εἶναι δοῦλον, ἀλλὰ βαρβάροις ἐκεχρήντο. id est: Olim enim fas non erat Græcum esse seruum, sed barbaris vtebātur. Hinc est quod seruí plerunq; denominabantur ex prouinciis, quibus Athenas aduehebantur. Vnde Syri, Dauí, id est Daci, Getæ, Liburní, Cappadoces. Refert Athenæus Chios primum habuisse seruos Græcos, eosq; ἀργυρωνήτους id est, argento emptos, à quibus postea coniuratione seruili oppressi sunt. Habebāt & Lacedæmonij & Thessali suos seruos Græcos, sed honesto voeabulo eos vocabant, nō seruos. Lacedæmonij seruos appellabāt εἵλωτας: Thessali verò penestas. Cretenses quoque seruos suos varijs nominibus vocabant, quo seruilis appellationis ignominiam honestè dissimularent. Cæterum vt ad Ioseph reuertamur. Igitur ab Hismaelitis in Ægyptum defertur, & Putipharo regio ministro distrahitur, iam tum fatis eum per varias prius afflictiōes ad maiora ducētibus. Et fratres quidem Ioseph omni se metu tum defunctos arbitrabantur, neque ab illo regnum in se amplius expectabant, quem in seruitutem venditum sciebant. Atqui diuina decreta fixa atque immota perseuerant, quæ nulli humani conatus conuellent אֵין חָכְמָה וְאֵין תְּבוּנָה וְאֵין עֵצָה לְנֶגֶד יְהוָה non est sapientia, non est prudentia,

Athenæus libr. 6. δειπνοσ.

Prou. 21.

dentia, neq; consilium aduersus dominum, vt verè ait Salomon. Et Homerus diuinitus inquit.

Home. lib. 1. ἰλιαδ.

θεὸς δέ τε πάντα τελεύτᾳ
ἅ κ' ἐθέλῃσι. ὁ γὰρ κάρτιστος ἁπάντων.

Id est.

Deus omnia perficit
Homerus. *Quæ vtiq; voluerit, est enim fortissimus omnium.*

Et alio loco.

ἀλλὰ μάλ' οὔπως ὅδε δῖος νόον ἀγνοήσει
οὔτε τόδ' ἐξελθεῖν ἄλλον θεὸν οὔθ' ἁλιῶσαι.

His verbis significat diuinus vates, nec deos nec homines posse effugere, quod à Deo paratum & decretum sit. Huius exēplum videmus in Israëlitis, qui decreta Dei de futura Ioseph gloria, ne vendito quidem illo, conuellere poterant; sed magis confirmauerunt. Seruitus, in quā incidit Ioseph, initium illi præstitit ad futuram fœlicitatem, in quam è vinculis ascēdit. Idem alijs quoq; vsuuenisse legimus, quibus ex summo fastigio in captiuitatē recidisse, gloriæ initiū fuit. Iuba rex Mauritaniæ bellum in Aphrica cum Pompeianis cōtra Cæsarem Dictatorem mouit, sed victus in illo occubuit. Filius eius Iuba puer à Cæsare in triumpho captiuus vectus. Verum hæc infœlicitas optimè illi vertit, ex barbaro enim homine clarissimus philosophus euasit, qui inter clarissimos Græciæ scriptores nomen inuenit. Certè Israëlitæ diuina decreta hac fratris Ioseph venditione disturbare nō valebant, quod tamen maximè volebant, sed magis imprudentes, promouerunt, quod nolebant. Sic illi fugiendo, in media fata ruunt. Referunt historiographi Alexandrum Molossum Alexandri Magni patruum, sortes Dodonæi Iouis accepisse, vt Pandosiā vrbem Epiri & Acherusiam fluuiū vitaret: ibi enim fatis eius terminum dari. Igitur Molossus, vt quàm maximè abesset à suspectis sibi locis, ex Epiro in Italiam cū exercitu trajicit, ignarus ibi vrbem eiusdem nominis Pandosiam esse, & flumen Acherusiam, vbi postea, post bella cum Italis gesta, interficitur: nec prius errorem suū intellexit, quā mortifero esset vulnere affectus. Adeo fatorū vis hominib. ineluctabilis est. Pergit scriptura enarrare scelera Israelitarū. ¶ Tulerunt aūt tunicā eius, & in sanguine hœdi quē occiderant, tinxerūt mittentes qui ferrent ad patrem & dicerent. Hanc inuenimus, vide vtrum tunica filij tui sit an non. Quam cum cognouisset pater ait. Tunica filij mei est. ¶ Perquam mirū videri debet Israëlitas hos vsqueadeo sæuos & adamantinos fuisse, vt non pepercerint fratri Ioseph, in gratiam communis patris iam senis; quē haud dubio sciebant maiorem in modum se afflicturum, & mortem vnicè dilecti filij grauissimè laturum. Sed neq; parricidio in communem fratrem commisso contenti, grauiorem sceleris faciem & atrociorem apud patrem arte & mendacio comminiscuntur. Vestem siquidem Ioseph detractam, & hircino sanguine pollutam, paternis oculis ingerunt, quo simul & à se cōmissum scelus mendaciter amolirentur, & paterna viscera, tanquam in re præsenti, vehementius dolore commouerentur. Miserationes enim & lachrymæ, vt Quintilianus scribit, non solum dicēdo, verumetiam faciendo quædam facilè mouētur; vnde & producere ipsos qui periclitētur, squalidos atq; deformes, & liberos eorū, ac parentes institutum; & ab accusatoribus ostendi cruentum gladium, & lecta de vulneribus, ossa, & vestes sanguine perfusas videmus, & vulnera resolui, ac verberata corpora nudari. Quarum rerum ingens plerunq; vis est, velut in rem presentem, animos hominum ducētium. Et populum Romanum egit in furorē, prætexta C. Cæsaris prolata in foro cruenta. Sciebatur interfectum, corpus denique ipsum impositum lecto aderat, vestis tamen illa sanguine madens ita repræsentauit imaginem sceleris, vt non occisus esse Cęsar, sed tum maximè occidi videretur. Idem etiam euenit Iacob, quem in miserabilem dolorem & fletum egit vestis Ioseph sanguinolenta & scissa, velut tum à ferarū dētibus lacerarētur infœlix puer, cum illa patris oculis offerebatur. Referunt Romanarum rerum scriptores exēplum de Iulia Cæsaris Dictatoris filia, & C. Pōpei vxore. Agebat populus Romanus comitia ædilicia, in quibus cū ad manus vētum esset, & competitores vulnerati, Pompei vestis sanguine respersa erat. Hanc cum famulis domum deferendam tradidisset, Iulia vxor Pompei subito metu exterrita, concidit, quod marito vim illatam putaret, partum quoque doloribus obortis, abegit, & paulò post ipsa etiam expirauit. Perisset certè

T. Liu. lib. 8. ab vrbe con.

Iust. li. 12.

Quin. li. 6.

Val. Max. lib. 4.

& ipse Iacob ad primum aspectum cruentatæ filij sui prædilecti Ioseph tunicæ, nisi magis diuina ope sustẽtatus fuisset quã humanis viribus. ⌊ Fera pessima comedit eũ, bestia deuorauit Ioseph. ⌉ Mirũ est Iacob credidisse filium suum Ioseph magis à fera consumptum, quàm à filijs interfectum, cum tamen non ignorauerit illos hostili in Ioseph animo fuisse, & mali ei cogitasse. Atqui in procliui illi fuit credere Ioseph à bestia laceratum, nẽpe leone. Post Aphricam enim Syria leonum examinalit, vt Aristoteles scribit, οἱοἹ γὰρ Συρίᾳ λέοντες τίκτουσι πολυτάκις, τὸ πρῶτον πολύτεκνα ἔπειτα ἀεὶ ἐνὶ ἐλάττονα, μετὰ δὲ ταῦτα οὐκ ἔτι οὐδὲν τίκτουσιν, ἀλλ' ἄγονοι διατελοῦσιν. Id est. Leones terræ Syriæ quinquies in vita pariunt: Primum quinq, post vno subinde pauciores, deinde steriles degunt. Refert Q. Curtius Alexandrum Magnum cum in Asia bellaret, in saltum cum exercitu ingressum, vt feras agitaret. Inter quas cũ leo magnitudinis raræ ipsum regem incursurus inuaderet, forte Lysimachus, qui postea regnauit proximus Alexandro, venabulum feræ obijcere cœperat. Quo rex repulso, & abire iusso, adiecit, tam à semet quàm à Lysimacho leonem interfici posse. Lysimachus enim quondam, cum venaretur in Syria, occiderat eximiæ magnitudinis feram solus, sed leuo humero vsq; ad ossa laceratus, ad vltimum periculi peruenerat. Erant tales saltus in Iudæa Syrię parte, qui feris immanibus pleni erant, vt facile intelligere est ex sacra scriptura. Inter pollicitationes quas dominus recepit populo Israel hæc est vna וְהִשְׁבַּתִּי חַיָּה רָעָה מִן הָאָרֶץ. i. Quiescere faciam bestiam malam de terra. Dauid rex prælio contra filium Absalon victor, populum eius gladio percussit, sed longè plures erant quos saltus, in quos confugerant, absumpserant, quàm quos gladius peremerat. Erant haud dubio saltus hi noxij ab malis feris infesti, & hominibus infestis. Non immeritò igitur inter raras terrę alicuius fœlicitates numerantur saltus innoxij, quos neq; leones infesti insident, neq; tygrides hominibus longè velociores. Hanc laudem Plinius Italiæ vendicat. Sed & Vergilius in laudem Italiæ sic canit.

Aristot. l. 7. de Ani.

Qu. Curt. lib. 8.

Leuit. 26.

3. Re. 18.

Plin. li. 3.

Verg. li. 2. Georg.

At rabidæ tygres absunt, & sæua leonum
Semina, nec miseros fallunt aconita legentes,
Nec rapit immensos orbes per humum, neq; tanto
Squammeus in spiram tractu se colligit anguis.

Ferũt nobilissimam insulam Cretam, eandem obtinere beatitudinem, quod feris & noxijs careat beluis. Verum in locum noxiarum bestiarum successerunt Cretẽses ipsi homines bestijs admodum affines, vt apostolus Paulus scribit, qui Epimenidis abusus testimonio, Cretenses vocat κακὰ θηρία, id est, malas bestias. Neq; solum Italiæ & Cretæ hæc laus est, quod noxijs careat beluis, sed etiam vniuersæ Europæ, de qua, inter multa, hæc scribit Strabo, ὡς δ' αὕτως βοσκημάτων μὲν πολλῶν ἀφθονίαν παρέχει, θηρίων δὲ παντάπασιν. Id est. Similiter pecudum exhibẽs mitium multarum copiam, & bestiarum habet ferarum raritatem. Horret hic animus meminisse, quæ ferarum & serpentium mõstra Aphrica alat, si modo vera sunt, quæ de illis tam Græci quã Latini literis prodiderunt. Hæc ferarum immanitas, & vastitas per illas, terris & hominibus illata, fecit vt maximis olim honoribus, & ppe diuinis habiti fuerint digni, qui cõtra bestias fortissimè dimicauerunt, et hominib. cõtra illarũ sęuitiã pręsto fuerint. Hercules inprimis in hac laude nũcupat, qui post ingẽtia facta, in deorum templa receptus est, quũ diram contudit hydrã.

Ad Tit.

Strabo lib. 2. Geog.

Notaq; fatali portenta labore subegit.

Vt Flaccus canit.

Horat. lib. 2. Epist.

Hinc est quod Vergilius Herculem appellat victorem.

Verg. libr. 8. Æneid.

hæc limina victor Alcides.

Subijt.

Varro Herculem victorem dictum putat, quod omne animaliũ genus vicerit. Græci eundem appellãt ἀλεξίκακον, quasi malorum depulsorem, quæ à ferarum immanitate hominibus impendebãt. Quũ igitur Syria feris & leonibus abundaret, facile credidit Iacob filiũ Ioseph ab illis laceratum, non à filijs interceptũ, tametsi illorum in Ioseph animum cognitum haberet. ⌊ Scissisq; vestibus indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore. ⌉ Pro cilicio, in Hebręo legitur שַׂק & Septuaginta verterunt σάκκον, vt sacco Iacob fuerit indutus & Suidas sic consentit, ὁ δὲ Ἰακὼβ σακκίον ἐνεδύετο καὶ τῇ λύπῃ βαρὺς ἐκαθέζετο. Id est. Iacob saccum accipiens in tristitia mœstus sedebat. Habebat infœlix Iacob temporis illius habitũ, atq; tristis sue fortu-

Varro lib. 4. diui. re.

Suidas.

fortunæ memor erat, quam non culta vestis & versicoloria, sed vilis & hispida decebat, defleturus enim erat filium suum Ioseph, summæ spei puerum, & in quo omnem senectutis suæ spem collocauerat. Neq; lachrymæ in sene deformes videri debent, quas supremus dolor expressit. Vt enim sæpè calamitatis solatium est, nosse sortem suam, quemadmodum Darius Persarum rex ait, ita magnum dolorum leuamen est lachrymarum profusio, quæ non raro magnam tristitiæ partem effundere solent. His se Ouidius in Scythiam relegatus solabatur.

Qu. Curt. lib. 4.

Ouid. li. 5. trist.

Est aliquid, fatale malum per verba leuare.

Et.

Strangulat inclusus dolor, atq; exæstuat intus,
Cogitur, & vires multiplicare suas.

Quæ verò corporis & valetudinis incommoda sequi soleant, violentam illam fletus & lachrymarum continentiam, significat Basilius his verbis, πολλὰς γὰρ ἔγνωμεν φύσει συμφορὰς αὐτοῖς, ἀποσάξαι τὸ δάκρυον βιαίως ἐγκαρτερήσαντας. εἶτα οὐ μόνον εἰς αὐτοὺς ἐμπεσόντας πάθη, ἀποπληξίας ἢ παραλύσεις, οὐδὲ καὶ παντελῶς ἀπολυθέντας, ὥσπερ ἐρείσματος ἀδῴους ἢ σωτήρας βαρεῖαν λύπης ὑπολαβόντας. Id est. Multos enim nouimus qui in doloribus grauissimis lachrymas profluere vetuerunt, qui postea in incurabiles morbos inciderũt, apoplexiam vel paralysim, quosdam etiam in totum mortuos; cum tristitiæ grauitate, omnis illorum vitalis virtus succumberet. Affert & cõmodam huius sententiæ suæ similitudinem, ὅ γὰρ ὕδωρ φλογὸς ἀρᾶν τοῦ χειμῶνος τὸν οἰκεῖον αὐτῷ καπνὸν καταπνίγειν μὴ τοῦ ξιόντος, ἀλλὰ πολὺ αὐτῷ ἐλουμένου, τοῦτο φασὶ τὸν οἰκονομούσης τὸ ζῶον σωτηρίας γίνεσθαι. ἀπομαραίνεσθαι γὰρ τοῦ πνεύματος καὶ καταστέγνυσθαι, μηδὲ μιᾶς γινομένης τὸ ἔξω διαπνοῆς Id est. Quod in flamma videre est illam à proprio fumo suffocari, cum non exit, sed circa illam voluitur; idem aiunt contingere in animalis viuifica virtute. Hæc enim interit & extinguitur à doloribus, cum nulla illorũ expiratio fieri contigerit. ⌊ Congregatis autem cunctis liberis eius vt lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipere, sed ait. Descendam ad filium meum lugens in infernum ⌉ Pro, cũctis liberis eius, in Hebręo legitur וַיִּקָּבְצוּ כָל־בָּנָיו וְכָל־בְּנֹתָיו id est. Et surrexerunt omnes filij eius & filiæ eius. Sed hos omnes necessitudinum gradus, vna hæc vox liberi, significat. Nam authore A. Gellio, antiqui oratores, historiæq; aut carminũ scriptores, etiam vnum filium filiamue, liberos multitudinis numero appellarũt. Et Sempronius Asellio de Graccho ita scribit. Orare cœpit vt se defenderent liberos q; suos: eum quẽ virilis sexus tum in eo tempore habebat, produci iussit, populoq; commendauit prope flens. Terẽtius quoq; liberos vsurpat pro vna filia. Sic enim stomachatur Laches in vxorem suam Sostratam.

Basilius πόδε λυχας.

A. Gel. li. 2. noct. att.

Tum autem ex amicis inimici vt fiant nobis adfines facis,
Qui filium decreuerunt dignum, suos cui liberos committerent.

Terent. in Hecyra.

Liberos appellat Philomenem quæ filio eius Pamphilo nupta erat, quamq; socrus Sostrata exegerat. Apud Iurisconsultos scriptum legimus: Liberorum voce nepotes quoq; contineri. Item Titulo de verborũ significatione, sic inquit Callistratus Iurisconsultus, Liberorum appellatione nepotes & pronepotes, cæteriq; qui ex his descendunt, continentur. Hos enim omnes Liberorum appellatione lex duodecim tabularum comprehẽdit. Sic quoq; in hoc scripturæ loco Liberi Iacob appellant filij eius & nepotes & neptes atq; filia eiꝰ Dina. ⌊ Noluit cõsolationem accipere. ⌉ Nota est illa Pittaci sententia γνῶθι καιρόν, id est, noris tempus: & Hesiodus canit, καιρὸς δ' ὤδη πᾶσιν ἄριστος, .i. Tẽpus in omnib. optimũ est. Medici Pharmaca dant, κατὰ καιρόν. i. in tempore hoc agunt. Ad eundem modum agendũ cum his qui graui tristitia, ex re perchara aliqua amissa, affecti sunt. Horum consolationis tempus sic Ouidius describit.

Pittacus.

Hesiodus.

Ouidius de Ponto.

Temporis officium solatia dicere certi est,
Dum dolor in cursu est, dum petit æger opem.
Curando fieri quædam maiora videmus
Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit.

Quàm verò vehemens in Iacob tristitia fuerit, vel hoc maximè arguit, quod cum dolor in cursu esset, curari tamen non poterat, sed magis consolantium verbis exasperabatur. ⌊ Sed ait. Descendam ad filium meum lugens in infernum. ⌉ Iudæi perpetui

petui Christianorum hostes, cachinnos hic in nos crispante nare, iaciũt: quod in infernum legamus, cum in sepulchrum le gendum sit, vt Iacob dixerit. Descendam ad filium meum lugens in sepulchrum. Est quidem vox Hebraica שְׁאוֹל ambigua ad sepulchrum, & ad infernum. Sed Septuaginta intelligunt hic pro inferno καταβήσομαι πρὸς τὸν υἱόν μου πενθῶν εἰς ἅιδου. Id est. Descendam ad filium meum lugens in infernum. Et frequenter שְׁאוֹל in sacra
Psal. 15. scriptura infernus intelligitur. Sic in Psa. legimus כִּי לֹא תַעֲזֹב נַפְשִׁי שְׁאוֹל id Septuaginta sic verterunt, ὅτι οὐ καταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ἅιδου. i. Quoniam non derelinques animam meam in inferno. Refert sacra historia tristem interitum Chore Dathan & Abyron, qui ob rebellionẽ cõtra Moysen & Aaron initam, ad שְׁאוֹל
Num. 16. id est, inferos descenderunt, & non in sepulchrum יָרְדוּ הֵם וְכָל אֲשֶׁר לָהֶם חַיִּים שְׁאֹלָה Et Septuaginta rectè sic verterunt, καὶ κατέβησαν αὐτοὶ καὶ πάντα ὅσα ἦν αὐτοῖς ζῶντες εἰς ἅιδου. Id est. Et descenderunt ipsi & omnia quæcunq; ipsorum erant, viuentes in infernum. Adde quod nemo iam mortuus in sepulchrum descendere dicitur, sed inferri potius. Est enim descendere viuẽtium magis quàm mortuorum. Quinetiã Iacob non putabat Ioseph sepulchro illatum, vt illo descenderet, quum eum credebat rabido bestię ore deuoratum, & aluo eius conditum, quo ipse venire non optabat. Hæc cum optimè videãt Iudæi, tamen quo simplicioribus Christianis fucum faciant, cõtendunt hic legendũ esse: Descendam propter filium meum lugẽs in sepulchrum. Sed hanc illorum lectionem iugulat Hebraica veritas, quæ legit אֶרֶד אֶל בְּנִי id est. Descendam ad filiũ meũ, & non אֶרֶד לְמַעַן בְּנִי Descendam propter filium meum. Relinquitur igitur nobis Iacob credidisse filij sui Ioseph animã ob originalis peccati reatum ad limbum descendisse, quem infernum appellat, & in quem patriarchæ omnes & prophetę descendebant, donec à Messia Christo inde liberarẽtur. Vocatur hic limbus Hebraicè עֲרוּר id est, ligatorium, vel conseruatorium. ⌊Et illo perseuerante in flectu.⌋ Nõ frustra, neq; de nihilo est, quod præsentem hanc vitam appellamus vallem lachrymarum, tãquam tristitię lachrymisq; destinatam. Ferũt Heraclitum philosophũ semper cum pedes ędibus efferret lachrymare solitum, sed vt ait Satyricus poëta. *Iuuen. Satyr. 10.*

Mirandum est vnde ille oculis suffecerit humor.

Atqui sic superis placitum, vt pręsens hæc & breuis vita tristitię & lachrymarũ plena sit, porrò altera quę hãc excipit infœlicitatis plane expers, & erũnarũ ignara, quod Hom. his versibus canit:

ὣς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι *Homer. lib. ω. ἰλιαδ.*
ζώειν ἀχνυμένους, αὐτοὶ δ' ἔστ' ἀκηδέες εἰσίν. i.

(ic dijs placitum, tristissima fato
Hæc data sors homini, vt miseris in luctibus ęuum
Exigat, at nullos superi nouere dolores.

⌊Madianitæ vendiderunt Ioseph in Ægypto, Phutifari eunucho Pharaonis magistro militũ.⌋ Hic rursus videre est haud obscura diuinæ prouidentiæ exempla, quod Ioseph insignem mox virum & principem Ægyptũ futurum, ad gloriam per ignominiã; ad dominiũ per seruitutẽ instituit. Quo enim postea ciuiliori animo in alios imperium exerceret Ioseph, prius eum herili subiecit imperio; & quod postea princeps agere deberet, prius seruus discere inciperet. Neq; em̃ credibile est eũ dm̃ futurũ clementẽ, qui non ipse prius obnoxiam egerit vitã, Idem hoc scribit Plutarchus in ducem imperitum, *Plutarchus*
ὅτε γὰρ πένητος ὄντος ἀρθῇ, ὅτε δουλάσκειν ἀγνοοῦντος, ὅτε ἀκοσμοῦντος κόσμειν, ἢ τὰς ἀρχὰς ἀτακτοῦντας. ἢ ἄρχειν μὴ ἀρχομένους. Id est. Neq; enim lapsi partes sunt alios erigere, neq; nesciẽ docere, neq; incompositi componere, neq; ordinare inordinati, neq; imperare qui imperiũ non sũt passus. Sic mendicis & pauperibus facilè propitius erit, quem olim domi res angustę presserunt, atq; exulem suscipiet statim qui in aliena terra vitam agit. Sic enim Dido Tyro profuga, & in Libya agens Troianos in Aphricam tẽpestate delatos, alloquitur. *Verg. li. 1. Æneid.*

Quare agite ô tectis iuuenes succedite nostris,
Me quoq; per multos similis fortuna labores
Iactatam, hac demum voluit consistere terra,
Non ignara mali miseris succurrere disco.

Sic igitur Ioseph in Ægypto vtiliter vt seruus viuit, vt postea in illa sub rege fœliciter principem agat. ⌊Eodẽ tempore descendens Iudas à fratribus suis, diuertit ad virum Odollamiten, nomine Hiran, viditq; ibi filiã hominis Chananei vocabulo Sue, & accepta vxore ingressus est ad eam.⌋ *Genesis Caput XXX. VIII.*

Hic sacra scriptura, quasi abrupto, quẽ hactenus continuauit, narrationis ordine, Iudæ filij Iacob nuptias refert, qui Sue

Sue Chananęi hominis filia in matrimonio suscepta, tres ex illa filios sustulit. Primogenito nomẽ fuit Her. Secundus Onan dictus est. Sela tertius appellabatur. Maximus filiorũ Her matrimonio copulabatur Thamar. Erat Her, vt scriptura ait, malus, quo diuina ira extincto, secũdus filiorum Iudæ, Thamar tãquam maritus copulatur. Sed & hic diuinam vindictã in se prouocauit, quod genitale semen, nefando scelere, in terram fuderit. Tertius postea filius Iudæ, Thamar nuptias detrectauit, fratrũ suorum infœlices exitus pertimescens. Porrò Thamar habendæ prolis cupiditate ducta, meretricio se habitu vestit, & socero suo Iudę fœtandum corpus fraude subiecit, eiusq; congressu grauis facta, geminos peperit. Fuit cõcubitus huius pacta merces, hœdus; quem missurũ sese Iudas etiam arrabone firmauit, nẽpe virga, monili & annulo. Hæc totius huius capitis continentia est. Insurgit hic Faustus ille Mileuitanus Manichea impietate infectus, ac magno verborum conuitiorumq; tonitu in Iudam fertur, libidinem eius, quod cum nuru sua Thamarem habuerit, insectans. Non deest hic Augustinus indefessus veritatis propugnator, atq; assertor, rem omnem diligẽter ob oculos ponens, qui tamen ita Iudæ factum accusat, vt tamen à mysterio vacare non possit. Neq; nobis, inquit Augustinus, in huius scripturæ vera narratione dignoq; præconio, vitia homi-
Aug. l. 22. cont. Faust. num, quæ ista commemorat, necesse est approbare. At nihil prohibet, ex hoc malo facto Iudæ mysterium aliquod nos docere scripturam. Quid enim interest, quum volo aliquid legendo cognoscere, vtrum ex minio reperiã scriptos nigros æthiopes, an ex atramento candidos Gallos? Tractat deinde Augustin. allegoricè tres hos Iudæ filios, & ipsius cum Thamar congressum. Cæterum nõ iniuria quis mirari posset, quid Moyses Iudæ potissimum nuptias dignum putauerit in literas referre; cum aliorũ Israelitarum nuptias præter vnius Ioseph, non prodiderit. An quod Iudæ tribus, inter Israelitas regni gubernaculum administratura esset? Quo igitur clarius cõstaret illam è summis patriarchis Abraham, Isaac & Iacob per Iudam descendere, Moyses operæ pretiũ duxit illius nuptias & filios recensere. Neq; aliam ob causam liber qui Ruth inscribitur ædi tus videtur, nisi vt regiæ huius tribus series, vsq; ad Dauid primũ regem texeretur, Vel certè vt Messiæ Christo hic honos haberetur, qui è Iudæ tribu post aliquot seculorũ volumina, proditurus esset? An potius, vt Moyses intẽpestiuas Iudæ nuptias suggillet, hic illas tãquam παρέργως insertas volebat? Quid à pio et cordato filio alienius esse poterit, quàm quod patris dotibus non respondeat? Iacob pater noctes & dies ploratu & fletu transmittebat, atq; ob Ioseph filij sui interitũ sese lachrymis mactabat: at Iudas filius voluptates & delicias captabat, ac nouis nuptijs studebat: pater cilicina veste inuoluebatur, at filius in nouę nuptę amplexibus incalescit. Iacob mœstu vlulatu & continentib. lachrymis consenescit; at filius eius Iudas, ad symphoniam gaudio tripudiat, & fescennina carmina ad restim modulatur. Hoc certè est qd *Ecclesia. 2.* Sapientię ore insectatur, μουσικὴ ἐν πενθεῖ, ἄκαιρος διήγησις. i. Musica in luctu importuna narratio. At natura mutuũ quędã doloris nexũ inter parentes & filios ligauit: vt quemadmodum parentes ob filiorum calamitates animo discruciãtur; ita vicissim filij infœlicẽ parẽtum fortunam, mœsto ferant animo. Ouid. Sulmo- *Ouid. li. 4. Trist.* nẽsis iam in Scythiam relegatus magno sibi gaudio esse scribit, quod ante exilium, parentes morte amiserit, ne filij casum miserabilem dolerent.

Felices ambo, tempestiuęq; sepulti,
Ante diem pœnæ quod periere, meæ.
Me quoq; fœlicem, quod non viuentibus illis,
Sum miser, & de me quod doluere nihil.

Hæc quoq; pietas vicissim à filijs parentibus reddenda est, vt illorum afflictionibus tangãtur, quod Euriп. sic ait. *Euripid. in Medea.*

δολοῖ γὰρ οὐδὲ κεῖνος θρασὺς πλαγχνὸς τὸν ἢ σ' ὅταν ξυνειδῇ οὐ μυχοὸς ἢ κακὰ. i.

Deprimit enim virum, etiam si audacissimus sit,
Quando conscius sit matris vel patris malorum.

Quod quidẽ præceptum parũ obseruasse liquet Iudã, qui plurimũ inter fratres suos authoritate pollebat, sed patris sui lachrymarũ securꝰ, in medio afflictionũ ardore, nuptiarũ officiũ instituit. Luit tamen has intempestiuas nuptias filiorum, quos inde sustulit, infœlicitate.

Satis

Satis constat hos subita morte, diuino nutu, prostratos: dum non concessis naturæ legibus, vxori congrederentur.

[Dedit autem Iudas vxorem primogenito suo Her, nomine Thamar. Fuit quoque Her primogenitus Iudæ nequam in conspectu domini, & ideo ab eo occisus est. Dixit ergo Iudas ad Onan filiũ suum Ingredere ad vxorem fratris tui & sociare illi vt suscites semen fratri tuo. Ille sciens non nasci sibi filios, introiens ad vxorem fratris sui, semẽ fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerẽtur. Et idcirco percussit eum dominus, eo quod rem detestandam faceret.] Deseuit in vtrunque fratrem diuina ira, haud dubio ob parem noxam. Dignum enim erat, vt quos idem reatus constrinxerat, eosdem etiam germana pœna plecteret. Videtur hic scriptura non obscurè, τὰ τῶν συζευγνυμένων ἀπόῤῥητα indicare, quibus subinde monstra illa, sub lodice relictis, in turbis vtuntur, vt Satyricus inquit Verum sunt hæc Aristidæ Milesiaca, & in Elephantidos scripta libellis, Tiberiijq; nota sellariis, quæ Græco hoc carmine depinguntur.

Iuu. Sa. 6.

αὐτὰρ ἐπεὶ ἐπόησαν τὸ, καὶ οὐκ ἐγρίνοντο γυναῖκες
οὔτ' ἄνδρες γεγάασιν, ἐπεὶ πάθον ὄργια γυναικῶν
οὐδὲ γυναῖκες ἔασιν, ἐπεὶ φύσιν ἔλλαχον ἀνδρῶν
αὐτὰρ ἐεὶ γυναῖκες, καὶ ἀνδράσι εἰσὶν γυναῖκες.

Cæterum in his Thebani mõstri enigmatis lõgè satius est Isocraticum illud in ore habere, πρὸς τοὺς ἀπορρήτων μηδενὶ λέγε, πλὴν ἂν ὁμοίως συμφέρῃ τὰς πράξεις σιωπᾶν ὅτε καὶ λέγοντι λαμπροῖς τοῖς ἀκούσιν. Quantum ad Iudæ filios attinet, quos diuina ira perculit, constat illos fuisse masturbatores, & nefãdæ illius veneris ministros. Fuit Martialis poëta epigrammatarius, incertum venustior ne an pestilentior. Huius carmina, quod ne ipse quidẽ dissimulat, ob nimiam obscœnitatem pueris non prælegebantur. Insectatur tamen hic grauiter pontícum quendam masturbatorem, & qui hoc vitium leue & contemnendum putabat.

Isocrat. ad Demonic.

Mart. libr. 9. epigr.

Hoc nihil esse putas, scelus est, mihi crede, sed ingens,
Quantum vix animo concipis ipse tuo.
Nempe semel futuit, generaret Horatius vt tres
Mars semel, vt geminos Ilia casta daret.
Omnia perdiderat, si masturbatus vterq;
Mandasset manibus gaudia fœda suis.
Ipsam crede tibi naturam dicere rerum,
Istud, quod digitis pontice perdis, homo est.

Nec omnino diuina vindicta, ab hoc poëtę iudicio aliena fuit, quum Iudæ filios vt homicidas occiderit. Sed & Iudæorũ Rabini de hoc vitio sic scribũt חמרורא שכבה זרע לבטלה חרא כמו שהוציא את המשש Hęc verba interpretari nolo cum ipsa Martialis abundè detexerit. Ferunt Diogenem Cynicum philosophum sed parum castũ, hanc execrabilem libidinem exercuisse. Quum enim libidinis œstro, cui par non erat, percitus esset, mox è philosopho masturbator reterrimus efficitur. Hinc de illo apud Græcos hi versus feruntur.

Diogenes.

πάντ' ἄρα διογένης ἔφυγεν πάλαι, τὴν δ' ὑμεναίου
ἠείδειν παλάμῃ, λαιδὶ ὁ χαστίων. Id est.

Rectè Diogenes streta qui Laide, ductor
Ipse fui, digitis Hymena concinuit.

Sed neq; hoc suo vitio satis habuit homo nefandus, doctrinam quoq; sceleratiorem his verbis apud Lucianum dat ὦ ὄψει δὲ πάντων, ἃ μὴ δίδαξ ποιήσειν ἂν τὶς βαῤῥῶν βίῳ πράσσει, ποίει, καὶ τῶν ἀφροδισίων αἱροῦ τὰ γελοιότατα. Atqui alter nefarij hominis verba in hunc modum reijcit. ἄπαγε. μιαρὰ γὰρ, καὶ ἐκ ἀνθρώπινα λέγεις. Sunt tamen, si superis placet, qui Diogenem masturbatorem factum putent, ἕνεκα τῆς ὑγιείας. Sed ad Onan reuertamur. Ex hac nefaria ac vera eius libidine, ortum videtur poëticum illud figmentum de Erichthonij prodigiosa natiuitate, sed tamẽ quod nasutis omnibus facilè patere poterit. Habebãt ethnici inter tot deos & deas, duas tantum mulieres deas, quas virgines fuisse existimauerunt, nempe Palladem & Dianam. Sed ne illę quidem illibatam virginitatem seruauerunt. Finxerunt poëtæ Erichthonium è terra natum, quem Pallas educauit, vt Homerus canit.

Lucianus.

Homer. in Catalog.

οἵ δ' ἀρ' ἀθήνας εἶχον ἐυκτίμενον πολίεθρον
δῆμον δρεχθηος μεγαλήτορος, ὃν ποτ' ἀθήνη
θρέψε διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα.

Id est.

Qui habitant Athenas firmam ciuitatem,
Populum Erichthonij magni, quem Pallas
Iouis filia educauit, peperit verò alma tellus.

Atqui Lactantius Christianæ religionis propugnator acerrimus, poëticã hanc fabulam pulchrè in lucẽ sic deduxit. Vnde enim putemus Erichthonium esse natum? An ex terra, vt poëtæ videri volũt? At res ipsa clamat. Nam cum Vulcanus dijs arma fecisset, eiq; Iuppiter optionem dedisset

Lact. lib. 1.

dedisset præmij, quod vellet postulandi, iurassetq; vt solebat) per infernam paludem, se nihil negaturum, tum faber claudus Mineruæ nuptias postulauit. Hic Iuppiter Optimus Maximus tanta religione constrictus, abnuere non potuit: Mineruam tamen monuit repugnare, pudicitiamq; defendere: tum in illa colluctatione Vulcanum in terram profudisse aiunt semen, vnde sit Erichthonius natus: idq; illi nomen impositum ἀπὸ τῆς ἔριδος καὶ χθονὸς, id est, ex certamine & humo. Homeri Scholiastes etymologiam facit ἀπὸ τοῦ ἐρίου καὶ τῆς χθονὸς, id est, à lana & terra. Et Iudæ quidem filij meritas criminis sui pœnas dederunt. Porrò Sela tertius filius etiam superstes Thamar nuptias fugiebat, similem exitum fratrum suorum pertimescens. At Thamar semel atque iterum vidua facta, cum filiorum esset percupida, Iudam socerum ad concubitum astu pellicere cõstituit. Quod quidem cum difficile factu putaret, vt cum nuru sua rem haberet, meretricio cultu personam suam dissimulat; & Iudam iam viduum, atq; ad oues tondendas eũtem, ad congressum facilè inuitauit. Non immerito hic ammirari est, venerandas coniugij faces, & genialis thori sanctitatem. Nunquam Iudas, vxore sua incolumi, cũ scorto volutaretur, neque Thamar socerum suum ad vetitum congressum pellicere sustinuisset. Est enim inter coniuges veneranda quædam & liberalis verecundia, qua vir vxorem suspicit & obseruat, & vicissim vxor virum ingenuo pudore veretur; quinetiam alter alterum in officio continet, & mutuo inter se pudore famam suam tuentur. Quinetiam fuere complures vitiosi, qui vagis amoribus & incestis addicti libidinibus fœdã exegerunt vitam, verum simulatq; coniugium subierunt; longè meliores mores induerunt. Quod quidem non latebat Simonem Terentianum senem plus nimio simplicem. Sciebat Pamphilum suum libidinosam agere iuuẽtutem, filiam Chremetis illi in vxorem dare destinabat. Hinc verba eius ad Chremetem.

Terent. in Adria.

Vxorem demus, spero consuetudine, &
Coniugio liberali deuinctum Chreme,
Dein facilè ex illis sese emersurum malis.

Sed & Paulus Apostolus ad Timotheum scribens, dicit nuptias iunioribus

1. Tim. 5.

viduis, tanquam vitiorum quædam repagula imponendas vt ne illis liberum sit, q̃d libuerit, agere: sed nuptiarũ honore à vitijs deterreant. βούλομαι οὖν νεωτέρας γαμεῖν, τεκνογονεῖν, οἰκοδεσποτεῖν μηδὲ μίαν ἀφορμὴν διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ λοιδορίας χάριν, id est, Volo autem iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullã occasionem dare aduersario, maledicti gratia. Neque Simo ignorabat, longè aliam viam adeoq; meliorem filio suo Pãphilo ineundam; cum iam nuptiarum tempus instaret.

Terent. in Andria.

nam quod ante hac fecit, nihil ad me attinet.
Dum tempus ad eam rem tulit, sui, animum vt expleret suum.
Nunc hæc dies aliam vitam affert, alios mores postulat.

Catullus canit epithalamium Iuliæ & Mallij, in quo nefandam hominis pederastiam festiue magis quàm mordaciter insectatur. Monet tamen eum, vt iam maritus, alios sibi amores assumendos sciat.

Catullus.

Diceris malè te à tuis
Vnguentate glabris marite
Abstinere: sed abstine.
Scimus hæc tibi, quæ licent
Sola cognita: sed marito
Ista non eadem licent.

Continuisset certè Iudam à meretricis amplexibus, vxoris suæ, si superstes fuisset, respectus: atq; in eius gratiam sordidis suis voluptatibus frenos imposuisset. Igitur Iudas maritali capistro amisso, ad nurum suam Thamar, quæ meretricis sese schemate velauerat, ingreditur. Stupri merces erat hœdus de gregibus pollicitus. Igitur Thamar cum iam certior facta esset Iudam ad oues tondendas iturum, [Assumpsit teristrum, & mutato habitu sedit in biuio itineris quod ducit Timnath: eo quòd creuisset Sela filius Iudæ, & non eum accepisset maritum. Quam cum vidisset Iudas, suspicatus est meretricem esse. Operuerat enim vultum suum ne agnosceretur. Ingrediensq; ad eam ait: Dimitte me vt coeam tecum. Nesciebat enim quod nurus sua esset. Qua respondente, quid dabis mihi vt fruaris concubitu meo? dixit. Mittam tibi hœdũ de gregibus.] Ethnici vt rerum omniũ quę in rem humanam faciunt, originem, dijs suis acceptam ferebant: ita vitia ferè omnia a dijs quoque authoribus profecta profitebantur Iouem insignem fuisse adulterum, nulli non cognitum est. Mercurius furtorum & fraudũ pater fuit. Mars

homicida & cædium author. Venus artem meretriciam instituit, authorq; fuit, vt Lactantius scribit, mulieribus in Cypro vti vulgò corpore quæstum facerent. Quod idcirco imperauit, ne sola præter alias mulieres impudica, & virorum appetens videretur. Hic mos vsq; adeò gratus Cyprijs omnibus factus est, vt Iustinus author est, vt virgines ante nuptias statutis diebus, dotalem pecuniam quæsituras, in quæstũ ad littus maris mitterent, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri soluturas. Neq; hic meretricandi mos in Cyprijs solum virginibus fas putatus est; verumetiam citissima vitiorum contagione, ad alias gentes peruasit. Apud Lydios, vt author est Herodotus, omnes mulieres meretricantur; & tam benignè amatoribus suis vtuntur, vt eos hospitio suscipiant, & dona dent plura etiã quàm accepere; quippe quę à copiosis dotibus suppeditantur. Idem refert de Babyloniorum mulieribus, quæ ex causa quadam in re Venerea cum hospite permiscentur: qui verò ad eam admittitur, posito super eius genibus argento, quantum sibi videtur, coit cum ea longè à fano abducta; id argentũ Veneri sacrum est. De Armeniorum filiabus eadem scribit Strabo. Angilarum gens in Aphrica, filias suas prostituebant nocte qua nupturæ erant: vt non pœnitendi authores prodiderunt. Sica Aphricæ vrbs est, in hac Veneris templum erat, in quod matronæ se conferre solebãt; atq; ab ingredientibus quæstum & dotem vulgato corpore contrahebant, vt author est Valerius Maximus. Scribit Iustinus Locrenses Italiæ populum, cum bello Rheginorum premerentur, vouisse si victores discederẽt, filias suas virgines, in die festo Veneris, prostituere velle. Et Veneris quidem propudium, tale ad libidinem magisterium, tot potuit gentibus dare. Infœlix hoc atq; propudiosum mulierum genus, à turpi quæstu, quem vulgato corpore emerentur, meretrices vocantur. Incertum esse potest, libidine ne impellente, an quæstu inuitante, infœlicem illam vitã instituãt. Atqui vtrumq; verisimile esse poterit. Harum infœlicem statum Ouidius hisce versibus expressit.

Lactan. li. 6. con. gen.
Iust. li. 18.
Herodotus
Strabo lib. 11.
Val. Max. lib. 2.
Iust. li. 21.
Ouid. li. 1. Amo.
Iuuenalis

Stat meretrix certo cuius mercabilis ære,
Et miseras mixto corpore quærit opes.

Satyricus quoq; poëta de Messalina Claudij Cæsaris vxore, sed in lupanari se prostituente, ita canit:

Excepit blanda intrantes, atq; æra poposcit.

[At illa: Patiar, inquit, quod vis si dederis mihi arrabonẽ donec mittas quod polliceris. At Iudas. Quid tibi vis pro arrabone dari? Respondit. Annulum tuum, & armillam, & baculum quẽ manu tenes.] Græci annulum à digitis appellant nempe δακτύλιον, postea tam Græci quàm Latini Symbolum dixerunt. Lacedæmoniorum hoc inuentum esse putatur, & Lacedæmonius orbis, annulus à Satyrico poëtica appellatur.

Et Lacedæmonium pityla smate lubricat orbem. *Iuuenalis.*

Tametsi non ignorem quid alij de hoc versu sentiant. Lacedæmonij tamen, authore Plinio, ferreo annulo vtebantur. Sed & Prometheo ferreum annulum dedit antiquitas: Spõsæ quoq; ferreus annulus dabatur, isq; sine gemma. Longo certè tempore, ne senatum quidem Romanum habuisse aureos, manifestum est. Siquidem his tantum qui legati ad exteras gentes ituri essent, annuli publicè dabantur; credo quoniam ita exterorum honoratissimi intellígebãtur. Neq; alijs vti mos fuit, quàm qui ex ea causa publicè accepissent, vulgoq; sic triumphabant. Et cum corona ex auro Hetrusca sustineretur à tergo, annulus tamen in digito ferreus erat, æquè triumpantis & seruí fortasse coronam sustinentis. Inualuit annulorum vsus apud Romanos circa annum vrbis conditæ quadringentesimum quadragesimum octauum. Promiscuus vsus erat secundo punico bello; neq; enim aliter potuissent trimodia illa annulorum Carthaginem ab Annibale mitti. Scribit quoque Tacitus hunc morem apud Germanos fuisse, vt fortissimus quisque, ferreum annulum, ignominiosum id genti, velut vinculum gestaret; donec se cæde hostis absolueret. Annulorum vsus non probatur Plinio, adeo vt dicat eum pessimum vitæ scelus fecisse, qui annulum primus induit digitis. Quur verò gestetur in digito sinistræ manus, qui minimo est proximus, causam hanc affert A Gellius ex Appiõe, qui res Ægyptiacas scripsit, quod insectis apertisq; humanis corporibus, repertum est, neruum quẽdam tenuissi-

Plin. li. 33
Corn. Tacitus de mor. Ger.
A. Gell. li. 1. noct. att.

mum, ab eo vno digito, de quo diximus, ad cor hominis pergere ac peruenire. Propterea non inscitum esse visum, eum potissimum digitum tali honore decorandum, qui continens & quasi connexus esse cum principatu cordis videretur. Et hæc quidem Ægyptiorum ratio est. Macrobius aliam causam affert annulorum & gestationis eius in digito læuæ, qui minimo proximus est. Veteres, inquit, non ornatus, sed signandi causa annulum secum circumferebant. Vnde nec plus habere quàm vnum licebat, nec cuiquam nisi libero; quos solos fides deceret, quæ signaculo continetur. Ideo ius annulorum famuli non habebant, & gestabantur qua quisq; manu volebat. Cæterum quum iam luxuria inualescente annuli preciosas gemmas habere incíperent, tum, ne lapilli frãgerentur, in lęuam manum tanquam ab operibus ociosam, annulos transtulerunt; & inter digitos minimo proximus annulo gestando perquàm idoneus visus est. Sunt etiam annuli pignora nonnunquam amantium, quibus inuicem sese animi causa spoliare solent, quod Flaccus in carminibus canit.

Macrob. li. 7. Satur.
Horat. lib. 1. od.

Pignusq; direptum lacertis,
Aut digito malè pertinaci.

Quid verò annulo illo Terentiano fœlicius, quo Pamphilus adolescens, Philomenam, quam in tenebris ante nuptias vitiauerat: agnouit; & filium ex illo compressu natum, vt legitimum, profitetur? Et hic quidem annulus totius fabulæ catastrophe factus est. Nec minus salutaris fuit ipsi Thamar annulus, quem à Iuda socero pignoris loco acceperat. Hic enim vt Iudæ magnum ruborẽ iniecit, ita Thamar destinato ignis supplicio exemit. [Et armillam.] In Hebræo legitur פתיל vt sit filum retortum siue duplicatum. Apparet Iudam habuisse in pileo filum versicolorem, id quod & hodie in nobilibus videmus, qui pileos suos versicoloribus filis cingunt. Sed & rustici eundem hodie modum vsurparunt, adeo agricolæ modo nobilitatem ambiunt. Alij vittam interpretantur, qua hodie quoque viri molles, capillitium suum in globum substringunt. Sunt etiã q פתיל pro אדרת intelligant, pro pallio vel veste hirsuta, qualis solet esse pastorum cum pro gregibus suis excubant. Septuaginta verterunt ὁρμίσκον, id est, torquem, monile. Sed an Iudam pastorem torques decuerit, merito quæri poterit. Torques Hebraice appellatur רביד. Nostra lectio habet armillam, quæ Hebraicè vocatur עגיל Græcè ψέλιον. [Et baculum quem manu tenes.] Baculos manu gestare nonnullis gentibus familiare est. Strabo author est, Arabas hunc morem obseruare, vt semper baculos manibus gestent. Inter consanguineos omnia communia sunt, sed natu grandior Dominus est, μία δὲ καὶ γυνὴ πᾶσιν. ὁ δὲ φθάσας εἰσιὼν μίγνυται, πηθεὶς τῆς θύρας τῇ ῥάβδῳ. ἑκάστῳ δὲ ῥάβδ' ἀφορᾷν ἔθος. νυκτερεύει δὲ παρὰ τῷ πρεσβυτάτῳ δίκαιον, πάντες ἀδελφοὶ πάντων εἰσι. id est. Vna omnibus vxor est. Qui prior ingreditur, posito ante ianuam baculo, cum ea congreditur (nam in morem habent, vt quisque baculum gerat) ea tamen cum grandiore pernoctat. Quapropter omnes omnium sunt fratres. [Misit autem Iudas hœdum per pastorem suum Odolamiten, vt reciperet pignus quod dederat mulieri.] Tam frugale Veneris precium satis arguit Thamar concubitum soceri sui Iudæ nulla libidine suffuratam, sed magis prolis habendæ causa. Erant hœdi & capellæ amantium pastorũ mercedes, quibus amicas sibi morigeras donare consueuerant. Hinc apud Theocritum Æpolus minatur Amarillidi, quæ amorum eius secura erat.

Macrob. li. 7. Satur.
Strabo lib. 16.
Theocrit. idyll. 3.

τὺ δὲ μὲν λόγου ἐνδίεναι ποιῇ
ἢ μαν τοι λεύκαν διδυματόκον ἄιγα φυλάσσω
τὰν, μέ κα κἠμέρμονα θ' ἑρίθακὶς ἁμελανόχρως
ἀτεῖ. καὶ δώσω ὅ τι ἐπεὶ τύ μοι ἐνδιαθρύπτῃ.

Id est.

Tu verò miserum spernis crudelis amantem,
Nunc tamen hanc pasco bis fœtam albamq; capellam,
Quam sibi iam toties Mermnonis Erithacis vltro
Filia deposcit corpus pucherrima nigrum,
Et certè feret, & quod tantum quærit, habebit
Quandoquidem tu me multum spe fallis inani.

At non tales erant celebratissima illa

Græciæ scorta, Lais, Phryne, quæ immensas opes, & diuitias ab amantibus extorquebant. Talem amicam sibi optat epigrammatarius poëta, homo epicurus, vt voluptas precij magnitudine maior esset.

Martial li. 11. Epigramma.

At mea me libram foliati poscat amica,
Aut virides gemmas, sardonychasue pares.
Nec nisi prima velit de Tusco serica vico.
Aut centum aureolos, sic velut æra roget.

¶ Qui cum non inuenisset eam, interrogauit homines loci illius. Vbi est mulier quæ sedebat in biuio? Respondentibus cunctis, non fuit in loco isto meretrix, reuersus est ad Iudam & dixit ei. Non inueni eam, sed & homines loci illius dixerunt mihi, nunquam sedisse ibi scortum. ⁊ Quēadmodum in cerdonicis officijs fieri videmus, vt non omnis locus cuilibet quęstum afferre poterit: ita etiam in meretricibus vsuuenire solet. Amat horum quęstus atque etiam auget celebres vrbes, atque loca, quæ crebro ab hominibus prædiuitibus frequentari solent; vt sunt vrbes maritimæ, quæ vt in biuio positæ sunt, crebro à mari & ab arida visuntur. Has amant scorta & prostibula, quorum hæc conditio est vt sine multis viris beatæ esse non possint. Hinc Plautus verè ait: Matronæ magis cōducibile est istud, vnum amare, & cum eo ætatem exigere, cui nupta semel est. Verum enim meretrix fortunati est oppidi similima, quæ non potest rem suam obtinere sine multis viris. Hoc intellexisse videtur Chrysis illa, quæ ex ignobili insula Andro, in claram vrbem Athenas commigrauit, vt ibi in frequenti hominum multitudine inhonestè diuitias sibi pararet, quàm vt in patria pauper viueret. Celebris est vrbs Corinthus non solum apud profanos scriptores, verumetiam in Apostolicis literis. Erat hæc vrbs sita in Peloponesiaca Isthmo, tanquam in biuio quodam, distabatq; ab vtroque Isthmi latere sexagenis stadijs, Isthmo inter duo ingentia maria Ægeum & Ionium, sese exporrigente. Quod vno verbo Flaccus sic exprimit.

Plautus in Cistel.

Terent. in And.

Horat. lib. 1. Od.

Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen,
Aut Ephesum, bimarisue Corinthi, mœnia.

Igitur ad Corinthum, quod oportuno esset loco, tanquàm in Isthmi biuio sita, ingens meretricum numerus confluxit. Vix credibile est quæ veteres scriptores de huius vrbis luxu prodiderunt. Nam vt Strabo scribit, in Veneris templo, vel potius lupanari, supra mille scorta alebantur; quæ turpiter prostituto corpore, fœdissimæ deæ libidinosis q; adolescentibus seruiebant. Deduxit Corinthum in hanc vitæ fœditatem, loci opportunitas, quæ opes & meretrieū copiam inuitauit. Igitur Thamar cum habitu meretricem mentiretur, & quo etiam fidem faceret ignorantibus in biuio sedebat. Notum est quid acciderit τοῖς λαμπυγοῖς illis, quas ob formæ præstantiam inter se disceptantes pater in τὴν λεωφόρον, id est, in publicam viam ire iussit, vbi nō solum elegantes formarum spectatores inuenerunt, sed etiam fidos maritos charosq; sortitę sunt. ¶ Ecce autem post tres menses nuntiauerunt Iudę dicentes. Fornicata est nurus tua, & videtur vterus eius intumescere. Dixitq; Iudas: producite eam vt comburatur. ⁊ Fuerūt complures ingeniosi viri tam apud Græcos quàm etiam apud Latinos, qui de hominis in vtero parentis formatione deq; primo eius motu scripserūt. Inter omnes tamen constat longè fœliciorem esse matris conditionem, atq; multò melius valere, si masculum ferat, quàm si alterum sexum gestet. Si quidem mulier mare pregnans est quadragesimo die in vtero motus fit: sin fœminam conceperit, tum nonagesimo die primus motus fit, si Plinio credere velimus. Omnia hæc satis ad præsentem scripturæ huius locum conueniunt, cum legamus Thamar, post tres menses, nempe post nonagesimum diem, concepti hominis signa dedisse; nisi illud Plinij authoritatem eluare putabimus, quod Thamar gemellos mares in vtero gestauerit, non femellas, quarum motus in vtero fit nonagesimo die. Sed quem non horrore percelleret, atque etiam in summam admirationem adduceret, quod Iudas nurum suam, quam ignorans inierat, & ex se pregnantem, ad capitale supplicium rapi iussit, & viuam flammis exuri præcepit; dum datam in futurum matrimonium fidem præuaricatam existimaret. In violatam pudicitiam semper fuerunt sæua exempla ædita, longè atrociora ijs quæ hodie in miseros fures fiunt. Notum est Echeti nomen apud Græcos scriptores, de q; Hesychius sic scribit, οὗτος βασιλεὺς ἐπαρχίας

Strabo li. 8. Geogra.

Athen. lib. 13. Deipn.

Plin. li. 7.

Hesychius.

ἐρωτῶν ὁμόστατος, αὐχήνορος καὶ φλογίας παῖς, γνοὺς τὴν θυγατέρα ἐφθάρθαι ἐτύφλωσε μὲν ἀνάγκασεν ἀλεῖν σίδηρον, τίνες δ' χαλκᾶς κεκλῆς. id est. Hic fuit rex Epirotarum crudelissimus Auchenoris & Phlogiæ filius. Vbi filiam resciuit vitiatam esse, excæcauit illam, & ferrum molere compulit, alij dicunt hordeum aheneum. Hic est Echetus ille, quem antinous apud Homerum Iro minatur, si ab Vlysse singulari certamine victus esset.

Homerus ὀδυσ. 6.

τὼ μ' ἤτειρον δὲ βάλων ἐν νηὶ μελαίνῃ,
εἰς ἔχετον βασιλῆα βροτῶν δηλήμονα πάντων,
ὃς κ' ἄρ ῥῖνα τάμοι καὶ οὔατα νηλέϊ χαλκῷ,
μηδέα τ' ἐξερύσας δώῃ κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι.

¶ Quæ cum duceretur ad pœnam, misit ad socerum suum, dicens. De viro cuius hæc sunt: concepi. Cognosce cuius sit annulus, & armilla & baculus. Qui agnitis muneribus ait. Iustior me est, quia non tradidi eam Sela filio meo. ⁊ A condito orbe semper & apud ferè gentes omnes, adulterium creditum est esse grande nefas, & morte piandum. Sed neque bruta hic naturę sensus later, quàm atrox scelus sit adulterium. Leonum feritas inter se non dimicat, nisi ob coniugij fidem violatam, qua leo in leenam consortem ingenti iræ rugitu fertur, & violati thori pœnam expetit, adeò bestiæ quoque immaculatum thorum amant, & hominem ad virtutem instituunt. Meritò ergo Ouidius canit.

Plin. li. 8.

Ouid. li. 1. Amor.

Sumite in exemplum pecudes ratione carentes,
Turpe erit ingenium cultius esse feris.

Incessunt Græcorū literæ adulterium, vt pessimum inter mortales vitium, vt quod ab amore incesto & impio proficiscatur, & proinde supplicio dignum.

μοίχια λέκτρα κάκιστα, κὰκ ἔκτοθεν εἰσιν ἐρώτων.

Id est,

Crimen adulterium est, nec verò insistit amori.

At mirum est quàm apud Christianos adulterium inoleuerit, quamq; etiam in publicam consuetudinem abierit; leuibus vitijs mulctæ decretæ sunt, furtum capite luitur. Cæterum cum adulterio idem ferè fit, quod Homerus canit de Martis & Veneris adulterio,

Homer. li. 8. ὀδυσ.

ἔσαν δ' ἐν πεδύροισι θεοὶ δωτῆρες ἐάων,
ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐν ὤρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσι.

Id est.

Turba beata Deûm foribus stat vndiq; apertis,
Et spectat multo risu spectacula digna.

Si Valerio Maximo credere libet, Romæ & in Latio nulla vel perrara adulteria erant. Studebant quidem Romanæ matronæ formæ atque elegantiæ, sed nulli tunc subsessores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur: sed pariter & videre sanctè: & aspici mutuo pudore custodiebantur. Ante Cæsarem Augustum nihil legibus in adulteros est actū. Primus Augustus legem tulit de adulterijs Iuliam: sed in viros tulit, & de pudicitia in fœminas, sed non ita graui pœna. Dionysius in antiquitatibus scribit legem contra adulteros iam initio vrbis ab ipso Romulo fuisse latam. Sed vtut sit, certè adulterium non solum in sacris literis, verumetiam apud ethnicos homines semper supplicio non risu dignum, vt modo est, visum erat. Quod quidem in Iuda videmus, qui ira in nurum suam Thamar exarsit, quam pactas cum filio suo Sela nuptias profanasse putabat, rapiq; sine mora ad supplicium iussit, perijssetq; illo iudicio, nisi pignora socero ingessisset, quibus clarè conueniebat sese ab illo grauem esse. Hæc tam opportuna mulieris exprobratio, magnum Iudæ iniecit ruborem. Hinc hæc illius verba. ¶ Iustior me est. ⁊ Significat hic Iudas verecundè quidem, sed tamen verè, viros in multis longè esse mulieribus vitiosiores, & illarum delicta longè grauiore trutina pensari quàm virorum; quod Laronia apud Satyricum poëtam his verbis significat:

Valer. Max. li. 2.

Dionysius Halicar.

Iuuenalis Satyra 2.

respice primum
Et scrutare viros faciunt hij plura, sed illos
Defendit numerus, iunctæq; vmbone phalanges,
De nobis posthæc tristis sententia fertur,
Dat veniam coruis, vexat censura columbas.

Augustus Cæsar inter optimos Romanorum Imperatores censetur. Mirum est quàm molesto animo tulerit dedecora fi-

liæ suæ Iuliæ & neptium. Filiam Iuliam ob lasciuiam relegauit, relegatæ vsum vini omnemq; delicatiorem cultum ademit. Simili ferocia in nepotes suos vsus est. Attam rigidus pater & auus in filiam & nepotes, quæ non ipse scelera designauit, & quidem longè atrociora quã erant vel filiæ vel etiam neptis? Leue sit recensere adulteria eius, ratione cõmissa, quod ne amici quidem eius negabant. Sed & ad virgines vitiandas promptior, quę sibi vndiq; etiam ab vxore conquirebantur. Nefandã eius παιδεραστίαν referre nõ attinet, qua longè filiæ & neptium crimina superauit. Vindicabat tamen Augustus in filiam libidinem naturæ legibus circumscriptam, cum ipse longè grauiorem, miniméque concessam exerceret. Adeo coruus ille teterrimus in miseras columbas seuiebat. Ex hoc vitioso Augusti iudicio nata est lex illa Iulia, quæ non sinit mulieres publico iudicio adulterij accusationem habere, quamuis illis querelam de matrimonio suo violato permittat. At Antonius Imperator, vt Vlpianus scribit, longè melius censuit, atq; adulterij crimen in maritis quoq; inquirendum permisit, Iudex, inquit, crimen adulterij ante oculos habere debet, & inquirere, an maritus pudicè viuens, mulieri quoq; bonos mores colendi author fuit. Periniquum enim videtur esse vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat. Quid hac Antonini lege iustius inueniri poterit? Hæc certe adeò iusta est, vt illã Augustinus quoq; allegare nõ dubitauerit, virorum adulteria & stupra obiter incessens. Neq; his dissimilia sunt quæ Ouidius canit.

Suetonius in Augusto.

Libro 9. C.

Libro 48. Pand.

Augustin.

Ouidius.

Fœmina quid faciet, quum vir sit turpior ipsa.

Quod quidem nec Iudam latere potuit, libidinoso suo errore satis edocto, hinc etiam ait צָדְקָה מִמֶּנִּי id est, Iusta à me est. Est hic Hebraismus, quo comparatiuum fit, vt sit, Iustior me est. Ex Iudæ congressu Thamar gemellos cõcepit. ¶ Atq; in ipsa effusione infantium, vnus protulit manũ, in qua obstetrix ligauit coccinum dicens. Iste egredietur prior. Illo vero retrahente manum, egressus est alter. Dixitq; mulier. Quare propter te diuisa est maceria? Et ob hanc causam vocauit nomen eius Phares. Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum, quem appellauit Zaram. ¶ Habent animalia situm in vtero, sed non omnia eũdem, verum diuersum, vt Aristoteles scribit, χῆμα δὲ ἔχει ἐν τῇ ὑστέρᾳ, τὰ μὲν τετράποδα πάντα ἐκτεταμένα, καὶ ζῶον τὰ ἄποδα πλάγια, οἷον ἰχθὺς τὰ δὲ δίποδα ἴσος. συγκεκαμμένα, οἷον ὄρνις, καὶ ἄνθρωπος συγκεκαμμένος, καὶ βίνα μὲν μεταξὺ τῶν γονάτων ἔχουσιν, ὀφθαλμοὺς δ' ἐπὶ τοῖς γόνασιν, ὥστε δ' ἐκτός. ἔχει δ' ὁμοίως πάντα τὰ ζῶα τὴν κεφαλὴν πάνω τὸ πρῶτον, αὐξανόμενα δὲ καὶ πρὸς τὴν ἔξοδον ὁρμῶντα. κάτω πρία γίνεται. τὰ δὲ παιδία καὶ τὰς χεῖρας παρὰ τὰς πλευράς. id est. Situs in vtero quadrupedum omnium extensus est: expedum aũt obliquus, vt piscũ: bipedũ verò inflexus contractusq;, vt auũ: homo etiã in semet conglobatus sic gestatur, vt nasum inter genua, oculos sup genua, aures extra genua habeat. omnibus æquè animalibus caput primum superius est: sed cum creuerint, & iam exitum appetant, deorsum deducitur, & pueri manus quoque ad costas porrectas, extensasq; habent. Hactenus Aristoteles. Refert sacra scriptura tanq; prodigiũ aliquod, quod alter geminorum manum ex vtero porrexerit, & mox eandem, cum obstetrix Phœnicium filum alligasset, in vterum retraxerit. A Plinio inter exempla refertur, in vterum protinus reuersum infantẽ Sagunti, quo anno ab Annibale deleta est. Et hactenus quidem quę ad literam huius capitis spectant dicta sint. Cæterum permulta apud Augustinũ contra Faustum scripta sunt, quibus pudendum hunc Iudę cum nuru sua Thamar congressum allegoricè interpretatur. Asserit enim à potentia diuina alienum esse non posse, vt male facta bene vertat, qui Iudæ proditoris teterrimũ scelus, in humani generis salutẽ magna sua clemẽtia verterit; quò minus mirũ videri debet, si à Iudę huius pudẽdo ope magnũ aliquod mysteriũ nobis exsculpendum reliquerit. Igitur Augustinus Thamar Iudaicam gentem significare scribit. Porrò tres Iudæ filij triplex regum genus exprimunt, qui in Iudaico populo rerum potiti sunt. In Her primogenito figurantur reges Iudaicæ gẽtis sæui & sanguinarij, & in nulla facinora nõ præcipites, atq; proinde maiorẽ in modũ nocentes. Onan illos Iudæorum reges adumbrat, quibus quidem bene operandi occasio non deerat, sed secordia quadam & desidia victi ab optimis rebus cessarunt, & tanquam genitale semen in terram profuderunt. Tertius filiorũ Iudæ, quiq; solus cũ Thamar maritali lege congressus non est, eos Iudaici populi reges præfigurat, qui quidem regio sceptro Israeliticam gẽtem gubernarũt, sed Iudaici sanguinis homines non fuerunt. Talis erat Herodes Antipatri filius, ex Idumæa obscuram trahens originem, qui Iudaicum regnum scelere quæsitum crudelitate ampliatum, filijs suis per manus tradidit. Quum in hoc rerum statu res Iudæorum essent, & alienigenis regibus parerent, tum Iudas qui Christum refert, ad Thamar Iudaicũ populum venit. Hoc enim tempus venturo Messiæ præstitutũ erat, vt illum tum expectãdum scirent, cum Iudaici regni sceptrum è manibus illorũ esset excussum, & ad nouos homines translatum. Prosequitur Augustinus latius hanc Iudæ & Thamar allegoriam. Porrò quod ad ortum horum gemellorum attinet, atq; natiuitatis ordinem, variæ sunt in eo veterum Theologorum allegoriæ, tractantq; illas disertè & pie, quamuis non eodem modo. Inter omnes ferè cõuenit duobus hisce Iudæ filijs, duos præfigurari populos. Sunt qui per Zaram gentilem populum ex fide viuentem, ac Christi sanguine redemptum, intelligãt: quod quidem coccinum filium subindicat: per Phares Iudaicum populum. Sunt etiam qui contrarium sentiãt, & in Zara Iudaicum populum intelligant, cuius coccinum filũ vel circumcisionis insigne est, vel innoxius prophetarum Christiq; sanguis, quo subinde Iudæi manus suas resperserunt. Non in votis est horum gemellorum allegorias minutius excutere, & si quis illas legere velit, Irenæum & Ambrosium adeat, qui effuse, latèq; omnia pertractãt. Nos igitur ad Ioseph vitam reuertamur, & ad seruitutem quam in Ægypto seruiuit, in qua cum liberaliter seruiret, liberalem herum quoq; inuenit, qui eius seruitutem atq; operam vsq; adeo fidam vidit, vt facile omnia illius arbitrio subiecerit. In hac igitur seruitute fœliciter egisset Ioseph, nisi per mulierum fraudes stetisset, quibus paulominus perisset, si non diuina clementia innocenti opẽ tulisset.

Aristot. li. 4. πεὶ

Plin. li. 7.

Aug. lib. 22. cont. Faust.

Iren. lib. 4. cont. Val. Amb. libr. 3. in Lucã.

Igitur Ioseph ductus est in Ægyptum, emitq; eum Putifar eunuchus Pharaonis princeps exercitus sui, vir Ægyptius de manu Ismaeliitarum, à quibus perductus erat. Fuitque dominus cum eo, & erat vir in cunctis prosperè agens. Habitauitq; in domo domini sui, qui optimè nouerat dominũ esse cum eo, & omnia quæ gereret ab eo dirigi in manu illius. Inuenitq; Ioseph gratiam coram domino suo: & ministrabat ei, à quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum, & vniuersa quæ ei tradita fuerant. ¶ Non frustra, neque de nihilo est, quod sacra scriptura tã accuratè Ioseph iam serui virtutes & fidẽ ob oculos legentium ponit, atque etiam quod in rebus heri sui obeundis dexteritatem enarrat, sed & studium & amorem, quo à domino ob fidam operam, dignus habitus est, optimè declarat. Sunt certè hæc scripturę verba tanquam antidotum quoddam, quod contra seruorum fortunam admouet, in quos ethnici multa conuitiorum plaustra congesserunt. Senserunt olim pessimè de seruis nonnulli, & illos vix humano nomine dignos iudicabant, neq; Deo curæ esse, neq; quicquam illis credendum esse, vt quos neq; rationis neq; fidei capaces esse putabant, sed tanquam mera quædam naturæ portenta, magno fastu aspernabantur. Ex hac persuasione Athenæus apud Platonem contra Megillum bene de seruis sentientem, hæc de illis loquitur, οὐκοῦν καὶ τοὺς νόμους, ναυτίους, ὡς ὑγιὲς οὐδὲν ψυχῆς δοῦλος. οὐδὲ πιστεύειν οὐδὲ ποτ' οὐδὲν θεῖ χρῆναι δεῖ τὴν νοῦν κεκτημένον. ὁ δὲ σοφώτατος ἡμῖν τῶν ποιητῶν ἀπεφήνατο ὥσπερ τοῦ διὸς ἀγορεύων, ὦ ἥμισυ γὰρ τε νόου φησὶν ἀπαμείρετο βυρυόπα Ζεύς, αὐδήσας, οὗς ἂν δὴ κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλησι. ταῦτα δὴ διαλαβόντες ἕκασοι τοῖς διανοήμασιν, οἱ μὲν πιστεύουσι τε οὐδὲν χρῆναι οἰκετῶν. κατὰ δὲ θηρίων φύσιν κρίνουσι καὶ μάστιγι χρῆναι οὐ τοῖς μόνον, ἀλλὰ πολλάκις ἀπορρήγνυντα δούλας τὰς ψυχὰς τῶν οἰκετῶν, οἱ δ' αὖ ταὐαντία δοῦσι τούτων πάντα.

Gen. Caput XXXIX.

Plato libro 6. νόμων.

i. Igitur mihi contrarium videtur, quod in seruili anima nihil quod rectum sit esse possit, neq; quicquã credere tali generi oportet eum qui bene mẽtis compos sit. Quod quidem & sapientissimus noster poëta declarat, cum pro Iouesic inquit: Iuppiter dimidiam mentem his viris

ademit, qui à seruili die deprehensi sunt. Quicunq; ergo hæc mente conceperint, hi nihil credunt seruorum generi, sed in morem bestiarum stimulis & flagris, nō solum ter, sed etiam frequenter formant seruas mentes famulorum. Sunt autem alij qui omnia his contraria agunt. Sed et Aristoteles quæstionē de seruis tāquam grauem talem mouet, πρῶτον μὲν ὃν πρὸς δ' ὅλων ἀπορήσειεν ἄν τις, πότερον δεῖν ἀρετὴν ἢ δ' ὅλου πρὰς τὰς ὀργανικὰς καὶ διακονικὰς ἄλλην τιμιωτέραν τούτων, οἷον, σωφροσύνην, καὶ ἀνδρείαν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ τῶν ἄλλων, τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἕξεων, ἢ οὐκ ἔστι ὠφελεμία πρὰς τὰς σωματικὰς ὑπηρεσίας. ἔχει γὰρ ἀπορίαν ἀμφοτέρως, εἴτε γὰρ δεῖ, τὴ διδόασι τῶ ἐλευθέρων, εἴτε μή, ἔστιν ὄντων αὐθρώπων, καὶ λόγου κοινωνούντων, ἄτοπον. Id est. Primum quidem de seruis dubitauerit quispiam. Verum præter ministeria & corporalia opera, sit aliqua virtus serui excellentior, puta modestia, & fortitudo, & iustitia, & alij huiusmodi habitus, vel non sit vlla, præter corporalia ministeria. Ambiguitatem sanè id vtraq; ex parte habet, nam siue aliqua sit, excellentiores erunt serui quàm liberi, siue nō est aliqua (cum sint homines rationis participes) absurdum videbitur. Referuntur à Val. Max. varia exempla fidei seruorum erga dominos. At qui hanc fidem appellat, quo minus expectatam, hoc laudabiliorem, tanquam à seruis rara fides, vel certè nulla expectanda sit. Refert idem fortissimum patientiæ exemplum in seruo M. Antonij Oratoris, qui incesti reus agebatur. Seruus eius, cui domini crimen certò cōstabat, in quæstionem ab accusatoribus vocatur, & grauissimis supplicijs excarnificatur; neq; tamē vlla vox exprimi ab eo poterat, qua domini causa læderetur. Argui fortuna meritò potest, ait Valerius, quod tam pium & tam fortem spiritum, seruili nomine inclusit; tanquam pius & fortis spiritus, translatitia virtus in seruo sit. Exemplum frugi serui sed paradoxon affert Hegio Terentian, hic Geta.

Aristot. li. 2. πολιτ.

Val. Max. lib. 6.

Teren. in Adelph.

Præterea, vt captus est seruulorum, non malus
Neq; iners, alit illas, solus omnem familiam,
Sustentat, hunc abduce, vinci, quære.
GE. Imò hercle extorque, nisi ita factum est Demea.

Refert Macrobius Romæ hunc morē fuisse, vt frugibus omnibus in horrea cōditis, patresfamilias in Saturnalibus cū seruis vescerentur, quibus cum patientiam laboris in colendo rure tolerauerāt; delectari enim Deum honore seruorum, contemplatu laboris. Ea verba cum Prætextatus retulisset, mox Euangelus hisce verbis inuehitur. Hoc quidem, inquit, iā ferre non possum, quod Prætextatus noster in ingenij sui pompam, & ostētationem loquendi, honori alicuius Dei assignari voluit, quod serui cum dominis vescerentur, quasi verò curent diuina de seruis, aut sapiens quisquam domi suæ contumeliam tam fœdæ societatis admittat. Scribit Macrobius conuiuas omnes ad tam blasphema Euangeli verba exhorruisse. Neq; iniuria. Testimonio sunt nobis veteris legis literæ, q̄ liquido significant seruos semper curæ superis fuisse, quinetiam cauisse, vt ne in perpetuū seruitutē seruirēt; sed exacto aliquot annorū seruitio, in libertatem sese assererent. Sed & de seruo Ioseph scriptura refert וַיְהִי יְהוֹוָה אֶת יוֹסֵף id est. Et fuit Deus cum Ioseph. Clarus erat philosophus Epictetus, sed in seruitutem recidit, neq; tamen ob id minus charus erat superis, quod ipse pentametro hoc versu significat.

Macrob. li. 1. Saturn.

δοῦλος ἐπίκτητος καὶ χίλος ἀθανάτοις.

Id est.

Seruus Epictetus, charus eram superis.

Quanta verò indignatio de serui supplicio cœlum penetrauerit, ethnicorum scripta diserte testātur. Anno enim post Romam conditam quadringētesimo septuagesimo quarto, Antonius quidam Maximus, seruum suum verberatum, patibuloq; constrictum, ante spectaculi cōmissionem per circum egit. Ob hanc causam, indignatus Iuppiter Annio cuidam per quietem imperauit, vt senatui nuncia ret, non sibi placuisse plenum crudelitatis admissum. Quo dissimulante filium ipsius mors repentina cōsumpsit, ac post secūdam denunciationem, ob eandē negligentiā, ipse quoq; in subitam corporis debilitatem solutus est. Sed demū ex consilio amicorum lectica delatus senatui retulit: & vix consummato sermone, sine mora recuperata bona valetudine, curia pedibus egressus est. Liquet ergo ad summum Deum infimorum seruorum curam pertinere. Neq; tamen ignoro quid Christiani scriptores de hoc miraculo senserint, & illud dæmonis factum fuisse astu

Macro. lib. 1. Saturn.

tu contendāt. At qui nihil prohibere potest, quo minus credamus illud summi ac veri Dei nutu factum, vt Romani tametsi tum ethnici, crederent seruos curæ esse superis, & vt illis non sæuè sed liberaliter, & clementi seruitute vterentur. Cæterum quod ad philosophorum sententias attinet, quibus de seruorum ingenijs pessimè opinati sunt, & tanquam seruilis natura minimè virtutis capax esset, facile est vt refutemus, cum tot eximia ingenuitatis exempla in seruis existant. Anaxilaus Rheginorum tyrannus moriens & liberos paruos relinquens. Mycitho seruo suo commendasse contentus fuit. Is tutelam sanctè gessit, imperiumq; tam clementer obtinuit, vt Rhegyni à seruo regi non dedignarentur. Perductis deinde in ætatem pueris, & bona & imperium tradidit. Ipse paruo viatico sumpto profectus est, & Olympiæ cum summa tranquillitate consenuit. Fuit hic Mycithus ex illorum seruorum numero, quos Plato describit, πολλοὶ γὰρ ἀδελφῶν ἤδη δοῦλοι καὶ ἡνίων τισὶ κρείττους πᾶσαν χενόμενοι, σεσώκασι δεσπότας καὶ κτήματα, τάς τε οἰκήσεις αὐτῶν ὅλας. Id est. Sunt multi serui qui ad virtutem omnē magis affecti sunt, quàm fratres vel filij, qui etiam seruarunt dominos cū possessionibus, totasq; ipsorum domos. Huius tam fidelis serui archetypum in Ioseph videmus, quem dominus omnium suarum rerum œconomum delegit. Diogenes etiam Cynicus seruiuit seruitutem, sed is ex libertate in seruitutem venum ierat: quem cum emere vellet Xeniades Corinthius, & quid is artificij nouisset, percōtatus foret: Noui, inquit Diogenes hominibus liberis imperare. Tum Xeniades responsum eiusdem miratus, emit, & manumisit: filiosq; suos ei tradens: Accipe (inquit) liberos meos, quibus imperes. Idem in prouerbijs Salomonis legimus עֶבֶד מַשְׂכִּיל יִמְשֹׁל בְּבֵן מֵבִישׁ id est. Seruus prudens dominabitur in filium confusione dignum. Quod etiam in Ioseph seruo prudente factum videmus, qui omni familiæ domini sui dominabatur, illo fœliciter ociante, & omnem domus suæ curam in Ioseph reijciente. Meritò igitur scriptura ait וַיִּמְצָא יוֹסֵף חֵן בְּעֵינֵי אֲדֹנָיו. i. Et inuenit Ioseph gratiam in oculis domini sui. Idem in Sapientia Sirach præcipitur, οἰκέτῃ ἀγαθῷ

Lact. li. 2. 2. con. gen.

Plato libro 5. νομ.

A. Gel. lib. 2. noct. at.

Prou. 17.

Eccles. 33.

ἀγαπάτω σὴν ψυχήν. i. Seruū bonum diligat anima tua. ⌐ Nec quicquam aliud nouerat nisi panem quo vescebatur. ¬ Scio hic esse qui de domino Ioseph hæc dicta esse intelligant, vt putent illum mollem & supinam vitam exegisse; & cum Ioseph fœliciter domesticas res administraret, ipse suarū rerum securus, tātum edit & bibit, quod Hebræi panis nomine significant. At qui de ipso Ioseph & quidem certius intelligitur, vt scriptura significet illum pro fida sua opera tantum diurnum suum victum, aliorum more seruorum, accepisse, & nullam præterea aliam mercedem. Fuerunt olim philosophi qui de seruorum ratione & gubernatione scripserunt, inter quas & victus seruorum meminerunt. Sic enim Aristoteles de seruis scribit, τὸ οἶνον πόσις καὶ οὐ ἐλευθέρους ὑβρεσὰς ποιεῖ καὶ πολλὰ ἔθνη ἀπέχεται καὶ τῶν ἐλευθέρων, οἷον Καρχηδόνιοι ὧδε σρατιῶς, φανερὸν ὅτι τούτου μηδὲν ἢ ὀλίγον μεταδοτέον. ὄντων δὲ τριῶν, δεῖγου καὶ κολάσεως καὶ τροφῆς, τὸ μὲν μήτε κολάζε δεῖ μήτ' ὀργάζεσθ, τροφὴν δ' ἐχέμ, ὑ θεῖν ἐμποιεῖ. τὸ δ' ὄργα μὲν ἔχειν καὶ κολάσεις, τροφὴν δὲ μή, βίαιον καὶ ἀδυναμίαν ποιεῖ, λέγεται δὴ ὀργὰ παρέχειν καὶ τροφὴν ἱκανήν. ἀμέθων γὰρ οὐχ οἷόν τε ἄρχειν, δοῦλῶ δὲ μιδὸς τροφὴ ὅσπερ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅταν μὴ γιγνῆται τοῖς βελτίοσι βέλτιον. μὴ δὲ ἄθλα ἢ ἀρετῆς καὶ κακίας γίγνονται χείρους, οὕτω καὶ πρὸς οἰκέτας, διόσπερ δεῖ ποιεῖσθ σκέψιν καὶ διανέμειν τε ἢ αὐέναι κατ' ἀξίαν ἕκασα καὶ τροφῇ, καὶ ἐδῆτα, καὶ ἀργίαν, καὶ κολάσεις. Id est. Vini potus etiam liberos ad insolentiam impellit, & apud multas nationes ingenui quoq; ab illo se abstinent, vt Carthaginenses dum militant. Patet quod vini aut nihil aut valde raro seruis tradendum est. Tria verò cum sint: opus, cibus, castigatio, Cibus quidem sine castigatione & opere petulantem reddit. Opus verò & castigatio sine cibo, violenta res est, & infirmum facit seruū. Restat igitur, vt opus faciēdum illi tribuat, & cibum sufficientē. Sine mercede enim dominandum non putant, merces autem serui, cibus est. Verum vt alij deteriores fiunt, quando nec melioribus tribuitur melius, neque præmia sunt virtutis & vitij proposita, sic etiam serui. Quapropter oportet consideratione habere, ac indulgere illis, & permittere singula secundum merita, & cibum, & vestem, & quietem & castigationē. Mirū hic videri

Aristot. in Oeconom.

Δεινὴ μὲν ἀλκὴ λυμάτων θαλασσίων
Δεινὰ δὲ ποταμοῦ καὶ πυρὸς θερμὰ πνοαὶ
Δεινὸν δὲ πενία. δεινὰ δ' ἄλλα μύρια
ἀλλ' οὐδὲν οὕτω δεινὸν ὡς γυνὴ κακόν.

Id est.

Et quidem maris impetus grauis est,
Grauis etiam est fluminis & ignis impetus,
Paupertas grauis est, & multa alia,
Atqui nullum tam graue malum est, vt mulier.

Est profectò muliebre genus, quod vniuersum humanum genus, in damnationis elogium semel præcipitauit, & cui mala omnia atq; afflictiones, quibus mortalis hæc vita, conflictatur debemus. Ignorabant quidem veritatem hanc ethnici, sed tamen partim ingenij acumine, partim fama per manus tradita, nonnihil ad veritatem accesserunt. Fingit Hesiodus Iouem iratum fuisse Prometheo ob ignē clanculo surreptum, quod quidem furtum cum Iuppiter vlcisci vellet, Pandoram in terram misit, mulierem, quæ omnes secum calamitates hominibus afferret. Sic enim Iuppiter Promethea affatur. *Hesiodus πόδι ἥρ.*

χαίρεις τῶν κλέψας πυρὸς ἡμᾶς φρένας ἀπερωπεύων
σοί τ' αὐτῷ μέγα πῆμα καὶ ἀνθρώποις ἐσομένοισι
τοῖς δ' ἐγὼ αὐτὶ πυρὸς δώσω κακὸν ᾧ κεν ἅπαντες
τέρπονται κατὰ θυμόν, ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες.

Id est.

Gaudes quod ignem furatus sis, & meam mentem deceperis,
Sed tibi ipsi magnum malum præparasti, & venturis viris,
Quibus ego pro igni dabo malum, quo omnes
Delectantur in suo animo, & suum malum diligunt.

Sed & mulierum opera magnam olim cladem Christiana res accepit; dum puram Euangelij doctrinā, suis artibus polluerent. Habebant enim veterum hæreseōn authores semper mulieres succēturiatas, quibus tanquam ministris ad hæreses suas longè latéq; dissipandas; vtebātur. Simon magus hæresim condidit, Helenæ meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum repertor, choros duxit fœmineos. *Hieron. ad Ctesiph.* Marcion Romam præmisit mulierem, quæ decipiendos sibi animos præpararet. Apelles Philomenen suarum comitem habuit doctrinarū. Montanus immūdi spiritus prædicator, multas ecclesias per Priscam & Maximillam, nobiles & opulentas fœminas, primum auro corrupit; deinde hæresi polluit. Arrius, vt orbē deciperet, sororem principis ante decepit. Donatus per Aphricam vt infœlices quosq; fœtentibus polluēret aquis, Lucillæ opibus adiutus est. In Hispania Agape Elpidium, mulier virum, cœcum cœca duxit in foueam; successoremq; sui Priscillianum habuit. Zoroastris magi studiosissimum, & ex mago Episcopum, cui iuncta Galla non gente, sed nomine, germanam huc illucq; currentem, alterius & vicinæ hæreseos reliquit hæredem. Nunc quoq; mysterium iniquitatis operatur. Sunt enim hodie Euangelicastri quidam, qui inter summenianas suas vxores subantes, noua & recondita nobis paradoxa eructāt. Erant olim apud Germanos variæ ac multæ superstitiones circa deorum cultum. Sed & mulierib. vsq; adeo multum tribuebant vt etiam bella illarum arbitratu, vel susciperent, vel etiam suscepta, omitterent. Nam vt author est Cæsar, apud Germanos ea consuetudo erat, vt matresfamilias eorum sortibus, & vaticinationibus declararent, vtrum prælium committi ex vsu esset, nec ne. Sed & Tacitus scribit Germanos putare sanctum aliquid & prouidum fœminis inesse, nec aut consilia earum aspernantur, aut responsa negligūt. Vidimus, ait Tacitus, sub diuo Vespasiano Velledam diu apud plerosq; numinis loco habitam. Sed & olim Aurinia, & cōplures alias venerati sunt, nō adulatione, nec tāquam facerent deas. Vtinam superstitionis illius etiamnum apud Germanos nulla vestigia extarent, atq; suppeterent nobis exempla, quibus Taciti verba magis refellerētur, quàm confirmarētur. Atqui nostro hoc æuo, plurima exempla non sine magno risu vidimus, quæ veterem illam Germanorum de mulieribus superstitionem non modo æquant, verumetiam longè superant, atq; id imprudentiæ nostræ referimus acceptum, dum superstitiosiores quā cautiores esse voluimus.

Caesar li. 1. de bel. Gal.

Corn. Taci. de mor. Germ.

Quid μισογυνὴς hic ait? An nobis putādū erit vno omnes mulieres elogio malitię inuolui, vt nulla frugi sit? Diij meliora dent. Verum esse fateamur illud quod à Terentiana matrona dicitur, necesse est. *Terent. in Hecyra.*

Ædepol

Ædepol ne nos sumus mulieres iniquè æquè omnes inuisæ viris,
Propter paucas, quæ omnes faciunt dignæ vt videamur malo.

Alioqui cōplura extāt mulierū beneficia, humano generi, atq; adeò Christiano orbi collata haud quaquam pœnitenda. Quis Hebraicam gentem omnē, dormitante iam rege Artoxerxe, cædi destinatam ab interitu vindicauit, nisi regina Hester? Horrisono armorū nimbo prostrabat omnem Syriam Holophernes, sed illum Iudith vidua, à Iudæorum ceruicibus, capitis sui periculo, depulit. Vrbi Romæ seruitutis iugum imposuissent Volsci Coriolani Romani ciuis auspicijs, nisi mulierum auspicijs terror ille discussus esset. Neq; minorem operā nauarunt mulieres in Christiana religione propaganda. Bona Europæ pars Christianam fidem amplexa est, à mulierum pietate persuasa. Horum testimonium esse poterit iuxta florentissimum & Christianissimum Francorum regnum, quos in fidei sagenam pellexit mulieris prudentia. Longobardi varijs erroribus & hæresibus, in terra Italia iactati, tandem orthodoxæ fidei accesserunt, Theudelindæ reginæ pietate adducti. Sed & Vandalorum in Aphrica contra catholicos sæuitiam muliebri ingenio restinctam quis ignorat? Neq; de nihilo illud Euripidis ortum videtur, quod mulieribus omnem potestatem vendicat, & quo potissimum iam viros omnes sub iugum miserunt, inq; eos dominantur. *Euripid. in Hecub.*

ἐκ τοῦ σκότους γὰρ, νυκτέρων τ' ἀσπασμάτων
φίλτρων ὁμοῦτε, τοῖς βροτοῖς πολλὴ χάρις.

Id est.

Siquidem tenebræ, & noctis oscula scilicet
Summam inter homines beneuolentiam ferunt.

Sed iam pessimam atq; omnis malitiæ archetypam mulierē audiamus, quibus verbis pudicissimum adolescentē Ioseph compellet. ⌊Dormi mecum.⌋ Vesanam & effrenem in hac muliere libidinem hæc verba arguunt, qua vsq; adeo accensa est, vt illam prior à castissimo homine appetere non dubitauerit; quod quidem supremum libidinis furorem satis arguit. Clara est apud Salustium Semproma illa, multo tamen magis vitijs quàm virtutibus. Erat hęc, vt mulier ista Ægyptia, sic libidine accensa, vt sæpius peteret viros, quàm peteretur. Si amasijs illis poētis credere libet, sunt mulieres longe ardentiores in libidinem quàm viri, quos moderatiore Venere vti putāt. Sic enim Propertius in illas inuehitur. *Salusti. in Catilin.* *Propertius li. 2. eleg.*

Obijcitur toties à te mihi nostra libido,
Crede mihi, vobis imperat illa magis.
Vos vbi contempti rupistis frena pudoris,
Nescitis captæ mentis habere modum.

Ad eundem ferè modum Ouidius canit, qui maiorem Veneris furorem semper in omni animantium genere fœminis asscribit; quas priores à maribus summa impudentia aucupantur. *Ouid. li. 1. de art. am.*

Conueniat maribus, ne quam nos ante rogemus,
Fœmina iam partes victa rogantis aget.
Mollibus in pratis admugit fœmina tauro,
Fœmina cornipedi semper adhinnit equo,
Parcior in nobis, nec tam furiosa libido est,
Legitimum finem, flamma virilis habet.

Cæterum quàm constanti animo & surda aure, improbam hanc Sirenē, vitauerit Ioseph, operæpretium est audire. ⌊Qui nequaquam acquiescens operi nefario dixit ad eam. Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua, nec quidquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te quæ vxor eius es. Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Dominū meum?⌋ Sunt quidem permulta monita & exempla, non tam in diuinis literis, quàm etiam apud profanos authores, quæ aculeata simul & venenata mulierum verba, prudenti & cordato viro maximè cauēda, fugiendaq; monēt. Sic enim Menander monet. *Menander.*

τότε τὰς γυναῖκας δεδιέναι μάλιστα δεῖ
ὅταν πιθανὰ πλάττωσι τοῖς χρηστοῖς λόγοις.
ἡδὺ γὰρ γυνὴ λέγουσα χρηστὰ ὑποβάλλομ' φόβος.

Id est.

Tum quidem vel maximè mulieres metuere oportet,
Quando quid finxerint suauibus sermonibus:
Mulier quando dicit suauia, tunc grandis terror est.

Diuinum hoc Menandri præceptum, prior Ioseph monstrasse videtur, in quem tanquam in incudem durissimam, lasciua mulieris huius verba irrita ceciderūt. Eandem sanctitatem spirat hoc Hesiodi *Hesiodus πόδι ἥρ.* præceptum.

μὴ δὲ γυνὴ σὺ νόον πυγοστόλος ἐξαπατάτω,
αἶμυλα λωτίλλουσα τεὴν δι' ἰφῶσα λαλιήν.

Id est.

Neq; mulier ornans nates tuam mentem decipiat,
Blanda loquens, tuam euacuans domum.

Hoc Heſiodicum præceptum, quo minus miremur, facit hoc Ioſeph exemplum, in quod tanquam archetypum quoddam ſpectaſſe videtur Heſiodus. Sirenum cantus diuino Homeri carmine celebres ſunt. Eas tamen Vlyſſes celeri nauigio & auribus cera obturatis pertranſijt. Cantillabant illæ perquam amœnè, & dulci vocum concentu, quo Vlyſſen ad ſeſe pellicerent, ſed ille manibus pedibusq; ad nauis malum deligatis, earum voces non exaudiebat. Poëticum hoc inuolucrum non obſcurè indicat, conſtantis & cordati viri eſſe, laſciuis mulierum verbis, frangi non debere, neq; ſi appellatus fuerit, illis morigerum eſſe oportere, ſed duro & inuicto animo, laſciua illarũ verba reijcienda. Idem fere eſt quod Salomon quoq; docet לשמרך מאשה רע מחלקת לשון נכרית id eſt, vt cuſtodias te à muliere mala, & à blanditijs linguæ extraneæ. Sed iam ad Ioſeph & ad Ægyptiam mulierem redeamus. Fuit hæc primo congreſſu inferior, fruſtraq; cupidinis telum in Ioſeph torſerat, quod cum irritum vidiſſet, alia aggrediendum via putabat, haud quaquam animum deſpondens, ſed totã Veneris panoplijã in Ioſeph ſtruxit.

Homer. li. μ. ὀδυσσ.

Pro. 6.

Accidit autem quadam die vt intraret Ioſeph domum, & operis quippiam abſque arbitris faceret, & illa apprehenſa lacinia veſtimenti eius, diceret: dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egreſſus eſt foras. Ioſephus plurimũ lucis his ſcripturæ verbis affert, ſic ſcribit, Δημοτελοῦς οὖν ἑορτῆς ἐπιστάσης, καθ' ἣν εἰς τὴν πανήγυριν τὴν γυναικεῖαν φοιτᾶν νόμιμον ἦν, σκήπτεται νόσον πρὸς τὸν ἄνδρα, δηρωθῆναι μόνωσιν καὶ σχολὴν εἰς τὸ δεηθῆναι τοῦ ἰωσήπου. καὶ γενομένης αὐτῆς ταύτης, λιπαρωτέρους ἔτι θῶπτοντῶν αὐτῷ πρὸς ἡνίκατο λόγους, ὡς καλῶς μὲν ἔχειν αὐτὸν μετὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς δίκην εἶναι καὶ μηδὲν αὐτειρήκεναι, κατά τε τὴν τῆς παρακαλούσης ἐντροπὴν, καὶ τὴν τοῦ πάθους ὑπερβολὴν, ὑφ' οὗ βιαδεῖν δεόμενα οὖσα τοῦ κατ' αὐτὴν ἀξιώματος ταπεινωτέραν γενέσθαι. id eſt: Quum publicum feſtum inſtaret, in quod cõſuetum erat etiam populariter mulieres conuenire, hæc apud maritum morbum ſimulat, eo conſilio, vt ſpecularetur locum & vacationem ad orandum Ioſeph. Igitur cum feſtum ageretur, multo plures ſermones quàm prius cum Ioſeph habebat, tanquam conueniret illum poſt dudum ſermonem habitum cedere, neq; cõtradicere, tũ ꝓpter reuerẽtiam illũ appellantis, tũ ꝓpter amoris vehemẽtiã, à q̃ dña coacta eſſet, contra dignitatẽ ſuam, ſupplex fieri. Callida & libidinoſa mulier, domus ſuæ ſolitudinem captabat, qua ruptis omnis pudicitiæ frenis, ſola licẽtius in Ioſeph laſciuiret, quemq; etiam facilius ſolitudinis ſecuritate ad amplexus ſuos inuitare exiſtimabat. Sũt certe complura veneris irritamenta, maximè verò ſolitudo libidinis incitabulum eſſe conſueuit. Terentianus ille Chærea ſolitudinis nactus occaſionem virginem vitiat.

Ioſeph. li. β. ἀρχαιολ.

Terent. in Eunuch.

C. Edicit, ne vir quiſquam ad eam adeat, & mihi, ne abſcedam, imperat.
In interiore parte vt maneam ſolus cum ſola. adnuo.

Refert Apuleius matronam quandam quæ priuigni ſui inceſto amore capta erat. Hæc amoris igne accenſa, atque longè impar, lecto decubuit, atque ægritudinem mentitur, neque cauſa fuit priuigno amorem aperire, niſi nacta ſolitudinis damnoſam occaſionem. Habes, inquit, ſolitudinis plenam fiduciam, habes capax neceſſarij facinoris ocium. Nam quod nemo nouit, penè non fit. Neque hæc latebant Ouidium amoris magiſtrum, cuius quum prius artem docuiſſet, poſtea contra eundem remedium dedit. Solitudinem miſerè amanti inprimis noxiam eſſe canit, atq; ei in oculis omnium verſari tutius eſſe putat.

Apuleius li. 10. de aur. Aſino.

Ouid. li. 2. de rem. amo.

Quiſquis amas (loca ſola nocent) loca ſola cauete
Quo fugis? in populo tutior eſſe potes.
Nam tibi ſecretos augent ſecreta furores,
Eſt opus auxilio, turba futura tibi eſt.

Hinc frequenter Homerus honeſtas & pudicas matronas inducit cum magno famularum comitatu, & nũquam ſolas ingredientes, tanquam ſolitudo pudicitiæ vitium offerre ſoleat.

Homerus.

οὐκ οἶον, ἅμα τῇγε καὶ ἀμφίπολοι λύ' ἕποντο.

Non ſola, duæ enim famulæ illam ſequebantur.

Huc ergo reſpexit ſcelerata & libidinoſa hæc Ægyptia mulier, vt ſolitudine domus ſuæ magis libidinem augeret, & dum maritus & familia foris ſacris operarẽtur, ipſa domi ſola Ioſeph caſtitatem expugnaret. Sciebat fortes mentes corporis labi illecebra, & formæ lenocinio. Virilis autem ſexus nullo magis lubricus, quàm muliebri decore cito capitur: & maximè ſi ardor mẽtium alloquijs inflammetur frequentibus, & quaſi facibus inardeſcat. Igitur omnia quæ Ioſeph oculos ſollicitare poſſent, ſtudioſè apparat, ludentibus pedibus ambulat, exerta mãma, nudo genu & brachio, in mollem & libidinoſum riſum diſſoluitur. Senſit Ioſeph hoc tanto Veneris apparatu ſe peti, & tantam libidinis pompam ad ſe expugnandum, comparatam. Cæterũ hæc tanta libidinis illecebra, & tanta malè facienti occaſio, intra pudicitiam caſtiſsimi iuuenis fuere. Verum vbi hęc amoris linea nihil perfectum vidit mulier, iam libidinis igni exæſtuans, ad aliam ſeſe vertit, iam non manibus temperatura, & libidinem nequicquam petitam vi extorſura. Inijcit igitur in Ioſeph manum, brachijs colla circundat, in oſcula ruit, non illum prius dimiſſura, niſi in parem libidinis ardorem inflammaret. Ioſeph conſtantia ſi vnquam alias, certè hic cumulatiſsimè enituit. Libidinoſæ enim mulieris manus, magna vi vſus, eluctabatur, atque togam in manibus eius reliquit, ſatis habens corpore ſceleratam mulierem fugiſſe. Hic iam magna affectuum viciſſitudo facta eſt. Mulier vbi tantum libidinis fruſtratum vidit impetum, longè alium in Ioſeph animum induit, in amoris locum ſucceſsit odium; neque odio contenta fuit, niſi etiam ad impudentiſsimam in illum calumniam ſtruendam animum intenderet. Adeo celeres mulierum ſunt affectus, vel ad amorem, vel ad odium; & vehementes in vtramq; partem ſunt nimis. Dubium eſſe poſſet maiorem ne gratiam quis apud mulierem ineat, ſi illius cupiditati morem geras, an maiorem iram merearis, ſi minus illi morigerus fueris. In vtroque affectu mulierum conſtans eſſe conſueuit. Quod amaſius poëta Propertius canit.

Propertius lib. 2.

Non ſic incerto mutantur flamine Syrtes,
Nec folia hyberno tam tremefacta Noto,
Quàm cito fœminea non conſtat fœdus in ira,
Siue ea cauſa grauis, ſiue ea cauſa leuis.

Quumq; vidiſſet mulier veſtem in manibus ſuis, & ſe eſſe contemptam, vocauit ad ſe homines domus ſuæ, & ait ad eos. En introduxit virũ Hebræum vt illuderet nobis. Ingreſſus eſt ad me vt coiret mecum. Quumq; ego ſucclamaſſem & audiſſet vocem meam, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras. Quid vnquam hac muliere ſceleſtius terra ſuſtinuit? In hanc optimè conuenit illud apud Euripidem.

Euripides.

ὦ παγκακίστη καὶ γυνή. τί γὰρ λέγω,
μεῖζόν σε τοῦδ' ὄνειδος ἐξέποι τις ἄν.

Id eſt.

O peſſima omnium mulier, quod enim conuitium,
Vnquam te dignum in te quiſpiam dicere poſſet.

Amaſius Propertius dominæ ſuæ imperio obnoxius viuens, multis illam laudibus carminibusq; celebrat. Verum vbi inſincerum illius amorem & præſtigias deprehendiſſet, talibus in illam verſibus fulminat.

Propertius lib. 2.

Sed vobis facilè eſt verba, & componere fraudes,
Hoc vnum didicit fœmina ſemper opus.

Merito hic mirandum videretur vnde Ægyptiæ huic mulieri tam ſubito mendax hoc commentum ſubire potuerit, q̃d tam crudeliter in caput innoxij exercuerit. Sed nulla hic alia cauſa eſt, niſi quod mulier nunquam grauius ſæuiat, atque efferatiore animo bacchetur, quàm ſi prauis ſuis cupiditatibus obnuntiari, & obuiam iri intellexerit; contrà clementiore animo vtuntur, ſi obſequi, atque earum ingenio prauè indulgere perrexeris. Hunc in mulieribus animum diuino ſuo ingenio optimè intellexit Homerus.

Homerus.

οἶδα γὰρ οἷός θυμὸς ἐνὶ στήθεσι γυναικὸς,
κείνου βουλεύει οἶκον ὀφέλλειν ὅστις ὀτύει,
παίδων δὲ πρότερον καὶ κουριδίου φίλοιο,
οὐκέτι μέμνηται τεθνειότος, οὐδὲ μεταλλᾷ.

Id eſt.

Scia enim qualis animus in mulieris pectore ſit,
Illius ſolum domum augere vult, qui eam init,
Filiorum verò priorum, & chari pueri mortui,
Non amplius meminit, neq; curat.

In argumentum ergo fidei retentum pallium oſtendit marito reuertenti domum, & ait. Ingreſſus eſt ad me ſeruus Hebræus, quem adduxiſti vt illuderet mihi. Quumque audiſſet me clamare, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras. His auditis Dominus, & nimium credulus verbis mulieris, iratus eſt valde, tradiditq; Ioſeph in carcerem vbi vincti regis cuſtodiebantur, & erat ibi clauſus. Inſectatus eſt olim Chriſtianam religionem virulentis ſuis ſcriptis Celſus ille philoſophus, ſed erant hæc calumniæ quædam & ſycophantiæ, quibus ſimplicioribus fucum facere volebat. Conuulſit illius deliramenta magnus ille Origenes in præclaro ſuo illo opere cõtra Celſum, in quo, cum ſemper

Orig. li. 4. cont. Celſ.

alios superauit, certe in hoc seipsum vicit. Hic igitur Celsus vt Christianis literis calumniam struere t, hanc Ioseph castimoniam, atq; ob eam afflictionem, à profanis scriptoribus desumptam putat, ab Hippolyto & Bellerophonte, qui à simili causa, qua Ioseph perijt, perierũt. Atqui Origenes scribit illa quæ de Ioseph scriptura sacra refert, longe tempore antiquiora esse quàm quæ de Hippolyto & Bellerophonte profani scriptores narrant, vt multò verius sit profanos scriptores multa à sacris, quàm hos ab illis sumpsisse. Sed quis credere vellet, in tam immensa rerum toto orbe gestarum silua, nullas esse quæ sibi non responderent & similes essent? Frequens hoc esse Plutarchus sic scribit, θαυμασὸν μὲν ἴσως οὐκ ἔστιν ἐν ἀπείρῳ τῷ χρόνῳ τῆς τύχης ἄλλοτε ἄλλως χρεούσης, ἐπὶ ταὐτὰ συμπτώματα πολλάκις καταφέρειν τὸ αὐτόματον, id est. Mirandum non est, si in immenso hoc tempore fortuna interdum æquè fluat; & idipsum in eosdẽ frequenter casus sese referat. Idem etiam scriptura ait מַה שֶּׁהָיָה הוּא שֶׁיִּהְיֶה וּמַה שֶּׁנַּעֲשָׂה הוּא שֶׁיֵּעָשֶׂה וְאֵין כָּל חָדָשׁ תַּחַת הַשָּׁמֶשׁ id est. Id quod fuit, illud futurũ est, & id quod factum est, illud fiet, & nihil est nouum sub sole. Nihil apud Iudæos erat Hierosolymitano illo templo sacratius. Sed semel atq; iterum hostili igni deflagrauit, primo à Babylonijs, secundo à Tito Cæsare, post Christi gloriam, incensum; verum eodem mense & die, qua primo fuit à Babylonijs incensum, & author est Iosephus qui de hac secunda deflagratione sic scribit. παρῆν δ' ἡ εἱμαρμένη χρόνῳ πυρὶ δῶ, ἡμέρᾳ δεκάτῃ λώου μηνὸς καθ' ἣν καὶ τὸ πρότερον ὑπὸ τοῦ τῶν Βαβυλωνίων βασιλέως ἐνεπρήσθη. id est, Aderat iam fatum quod temporis circuitus adduxerat. Decima enim die mensis Augusti, qua etiam prius ab Babyloniorum rege, exustum est. Et paulò post. θαυμάσαι δ' ἄν τις ἐν αὐτῇ τῆς περιόδου τὴν ἀκρίβειαν, καὶ μῆνα γοῦν ὡς ἔφην καὶ ἡμέραν ἐπετήρησε τὴν αὐτήν, ἐν ᾗ πρότερον ὑπὸ Βαβυλωνίων ὁ ναὸς ἐνεπρήσθη. id est. Mirari est in hac deflagratione temporis certitudinem, eundem enim mensem & diem obseruauit, in qua prius è Babylonijs templum incensum fuit. Hoc igitur parallelon si in vna gente contingere potuit, quid mirum si in diuersis totius orbis gentibus accidere potuerit? vt iam mirũ non sit si Ioseph castimonia atq; pericula parallelos habere potuerint & alios, q̃s Ethnici scriptores nobis prodiderunt. Neq; tamen ignoro, quanto maiore authoritate polleant quę in hac re nobis diuinis literis tradita sint; quàm quæ profani scriptores prodiderint. Bellerophon igitur hic Glauci regis Ephyrę filius fuit, eximia corporis elegantia & forma præditus vt Homerus canit.

Plutar. in Sertorio.

Eccl. 1.

Ioseph. li. 2. ἁλώσ.

Homer. li. 6. ἰλιαδ.

τῷ δὲ θεοὶ κάλλος τε καὶ ἥβην ἠδὲ γυναῖκα,
ὤπασαν.

Id est.

Cui dij pulchritudinem & amabilem virtutem
Dederunt.

Hæ igitur tam eximiæ corporis dotes sollicitarunt Stenobeam vxorem Prœti, apud quem tum agebat Bellerophontes. Neq; tamen vnquam lasciua mulier, elegantem iuuenem ad stuprum permouere potuit. Hic mulier toties repulsa in odiũ Bellerophontis venit, & eum apud Prœtum prior accusat, tanquam per vim illã stuprare voluerit. Prœtus vxoris suæ verbis plus satis credulus, Bellerophontem domi suæ interficere non sustinuit, sed datis tabellis ad Iobatem socerum, in Lyciam misit, vt ille de Bellerophonte supplicium sumeret Hippolytus Thesei Athenarum regis filius liberali & ipse forma præditus, à Phædra nouerca sua adamatur. Cuius incesto amori cum obsequi nollet, apud patrem Thesea Phædra illum insimulat adulterij. Pater plus vxori quàm filio credens, Hippolytum maledictionibus execratus est. Hinc hæc eius verba apud Euripidem in filium innoxium.

Euripides in Hippol.

ἱππόλυτον ἐυνῆς τῆς ἐμῆς ἔτλη διγεῖν,
βίᾳ, τὸ σεμνὸν ζηνὸς ὄμμ' ἀτιμάσας,
ἀλλ' ὦ πάτερ πόσδ' ὃν, ἃς ἐμοὶ ποτε,
ἀρὰς ὑπέχου τρεῖς, μιᾷ κατέργασαι,
τούτῳν ἐμὸν παιδ'.

Id est.

Hippolytus meum lectum sustinuit attingere
Vi, verecundum Iouis oculum inhonorans,
Sed ô pater Neptune è tribus illis execrationibus,
Quas mihi promisisti dare, vna harum
Interfice filium meum.

Meminit & huius iniuriæ Thesei in filium suum Hippolytum, Ouidius.

Ouid. li. 6. Fast.

Notus amor Phædræ, nota est iniuria Thesei,
Deuouit natum credulus ille suum.

Satyricus quoq; poëta scribit formam elegantem casto interdum nocere soiere, quod

quod in Hippolyto & Bellerophonte, atq; Ioseph satis apparuit.

Iuuenalis Satyr. 10.

quid profuit olim
Hippolyto graue propositum, quid Bellerophontis?
Erubuit nempe hæc seu fastidita repulsa,
Nec Stenobea minus, quàm Cressa excanduit, & se
Concussere ambæ. mulier sæuissima tunc est,
Cum stimulos odio pudor admouet.

Huius clarum exemplum extat in muliere hac Ægyptia. Cęterum quod ad τὰ παράλληλα gentium attinet, hæc satis sint ne, Celsus Christomastix putet illa vana esse posse. Nota sunt eruditis omnibus τὰ παράλληλα Plutarchi grauissimi viri, quibus nihil amœnius cordatis lectoribus vnquã fuit. Scio in hac Ioseph tragicomœdia multa esse quę ad allegoricũ intellectum plurimum faciunt. Basilius refert hanc Ægyptiam mulierem ad auaritiæ malum, quæ hominem, tanquam lacinia apprehensum ad sese studet adducere, vt pietatis & misericordiæ oblitus, sub auaritia domina vitam agat eam Basilius quemq; à se excutere monet. παραίτου καὶ ζῆ καὶ σὲ τυχὸν πλουσιέα, ὡς τοῦ ἰωσὴφ ἡ δεσποινα, ἕλκει σε ἱματίου ἵνα τῆς ἐντολῆς καταφρονήσῃς καὶ φιλήσῃς μᾶλλον ἐκείνην τὴν φιλόχρυσον καὶ φιλόκοσμον, παρὰ τοῦ δεσπότου τὸ πρόσταγμα. ὅταν δ' ἔλθῃ λογισμὸς τῇ ἐντολῇ ἐκείνῃ πολεμῶν καὶ τὸν σώφρονα νοῦν εἰς τὴν φιλαργυρίαν ἐπιστρώμνυν τῆς φιλαδελφίας καταναγκάζων ἀμελεῖν καὶ καταίχων πρὸς αὐτὴν, πρόσρυμον καὶ σὺ τὰ ἱματία ὀργιδεὶς ἀναχώρησον, φύλαξον τὴν πίστιν ὡς ἐκεῖνος τῷ πιστεύῃ. id est, Forsitan auaritia te tentat, vt domina Ioseph. trahit tibi vestem vt contemnas præceptum, & magis ames auaritiam & ornatum supra domini imperium. Quum verò venerit ratio quæ pugnat cum illo præcepto, & prudentem mentem ad auaritiam trahens fraterni amoris coẽgerit obliuisci, atq; apud se continere studuerit. Proijce & tu vestimenta atq; iratus, secede. Custodi Domino fidẽ, vt Ioseph Putiphari. Refert postea sacra scriptura, quod Ioseph inaudita causa, & inexplorata fide veri, tanquam criminis conuictus, in vincula missus sit. ¶ Fuit autem Dominus cum Ioseph & misertus est illius, & dedit ei gratiam in conspectu principis carceris. Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos, qui in custodia tenebantur, & quicquid fiebat sub ipso erat, nec nouerat aliquid, cunctis ei creditis. ¶ Non immeritò inter summas infœlicitates, quibus Ioseph obrutus atque afflictus est, duxerim esse, iniustum iudiciũ, quo criminis prorsus expers atq; insons; tanquam nocens carceri addictus sit. Solet hæc iniquitas altius hominum animis insidere, continuoq; corda fodicare; si quis innocẽs, addo etiam benemeritus, iniusto aliquo iudicio opprimatur. Hinc Ouidius vere canit.

Basilius in

Ouid. in epist. Hero.

Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est,
Quæ venit indignè pœna dolenda venit.

Cęterũ in negotio tam tristi, complura sunt quæ constantis & præsentis animi virum plurimum subleuare possunt, atq; solatium afferre; nempe mẽs nullius sibi criminis conscia, sed sua innocentia subnixa, & ab hoc quod falsò intentatur scelere longè aliena. Horum quispiam si falso iudicio perierit, longè illud gloriosius existimatur, quàm si criminibus obnoxius, falso iudicio effugisse datum erit. Quẽ Græcia sanctiorem atq; sapiẽtia præstantiorem proferre poterit quàm Socratẽ? Hic cum Atheniensium scelerata dementia, vt ait Valerius Maximus, tristem de capite eius sententiam tulisset, fortiq; animo & constanti vultu potionem veneni è manu carnificis accepisset, admoto iam labris poculo, vxori Xantippæ inter fletum & lamentationem vociferanti, innoxium eum perimi. Quid ergo, inquit, nocẽti mihi mori satius esse duxisti? Sed & Ioseph hic noster in hac parte fœlix cẽsendus erit, quod nullo suo crimine, sed ob innocentiam, & virtutis ergo, in vincula coniectus fuit, idq; diuino iudicio, vt eum Deus hac afflictione, ad sublimẽ dignitatis gradum proueheret. Neq; immeritò de Ioseph dixerim illud.

Val. Max. lib. 6.

Ouid. li. 1. Fast.

Nec meriti pœnam pateris sed numinis iram,
Est aliquid magnis crimen abesse malis.

Tulit tamen Ioseph innocentiæ suæ præmium, & quamuis illum Deus affligi, sursum ac deorsum iactari siuerit; tamẽ à diuino præsidio nunquam destitutus erat, sed presens sibi semper diuinum studium sensit, quod sacra hæc scriptura liquido commõstrat, sed & Ouidius idem ferè sic canit.

Ouid. de Ponto.

Crede mihi, miseris cœlestia numina parcunt,
Nec semper læsos, & sine fine premunt.

Ab hoc carceris pedore, Deus ad totius Ægypti principatũ Ioseph efflorescere volebat, vt scias hunc Ouidij versum verum esse.

Ouidius in Tristi.

Deut. 32. *Sæpe Iouis telo laurus adusta viret.*

Quod sacra scriptura alijs verbis effert אני אמית ואחיה מחצתי ואני ארפא id est. Ego occidam & viuificabo, percutiam & ego sanabo. Sunt certè hæc duo illa vasa, quæ Homerus canit apud Iouem esse sita, è quibus vtraq; fors mortalibus proficiscitur, siue illa fœlix, siue infœlix sit.

Homer. li. ω. ἰλιαδ. Δοῖοι γὰρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει,
δώρων, ὅσα δίδωσι κακῶν ἑτέρῳ δὲ τε τάων.

Id est.

Binaq; præterea Iouis esse in limine dicunt,
Vasa, quibus sortem Deus ipse emittit vtranq;.

Genesis Cap. XL. ¶His itaq; gestis accidit vt peccarent duo Eunuchi, pincerna regis Ægypti, & pistor domino suo. Iratusq; contra eos Pharao, nam alter pincernis præerat, alter pistoribus, misit eos in carcerem principis militũ, in quo erat vinctus & Ioseph.¶ Ex vetustissimis ne dum his sacris scripturis, verumetiam ex Ethnicis scriptoribus, satis liquet pincernarũ vsum peruetustum esse, & à vetustissimis regibus in delicijs habitum. Homerus vt dijs suis summam fœlicitatem assereret, famulos illis à poculis tribuit. Celebris est diuino Homeri carmine Ganymedes, quem Iuppiter vnum, spreto cœlitum populo, ex mortalibus sibi pincernam optauit.

Homer. li. υ. ἰλιαδ. ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων,
τὸν καὶ ἀνηρέψαντο θεοὶ δι' οἰνοχοεύειν,
κάλλεος ἕνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.

Id est,

Egregius forma, raptus sublimis in auras,
A superis cœlo positus diuum inter honores,
Pulcher vt ante Iouem misceret pocula, mensis.

Neq; Iuppiter ipse candidus Deus scilicet, tantum bonum alijs suis dijs inuidit. Habent & illi suum pocillatorem, ne quid illis ad summam fœlicitatem deesset, Heben iuuẽtutis deam. Et cum Ganymedes Ioui poculum porrigit, hæc cæterorum deorum pocillatrix est.

Homer. li. δ. οἱ δὲ θεοὶ παρὰ ζωὶ καθήμενοι ἠγορόωντο,
χρυσείῳ ἐν δαπέδῳ. μετὰ δὲ σφίσι πότνια ἥβη.
νέκταρ ἐωνόχοει τοὶ δὲ χρυσοῖς δεπάεσσι.

Id est.

Ante Iouem interea diuum conuenerat ordo,
Sydeream in sedem, cunctisq; loquentibus Hebe,
Nectareos passim miscebat diua liquores.

Cic. lib. 1. Tusc. quæst. Hæc Homerica figmenta, facilè Cicero diuino suo ingenio & perspexit, & coarguit. Lõgè enim à diuina maiestate putat esse nectare & ambrosia victitare, & à poculis ministros habere. Non enim, ait, ambrosia deos, aut nectare, aut iuuentute pocula ministrante lætari arbitror. Nec Homerũ audio qui Ganymedem à dijs raptum ait propter formam, vt Iouí pocula administraret: nõ iusta causa cur Laomedonti tãta fieret iniuria. Fingebat hæc Homerus, & humana ad deos transferebat, diuina mallem ad nos. Medorum reges, vt author est Xenophon, pocillatores habebant, quorum dexteritatem in vino infundendo & porrigendo, sic describit: Xenoph. li. α. παιδ. οἱ δὲ τῶν Βασιλέως τούτῳ οἰνοχόοι, κομψῶς τε οἰνοχοοῦσι καὶ καθαρέως ἐγκεοῦσι. καὶ διδόασι τοῖς τρισὶν δακτύλοις ὀχοῦντες τὴν φιάλην, καὶ προσφέρουσι ὡς ἂν ἐνδοῖεν τὸ ἔκπωμα εὐληπτότατα τῷ μέλλοντι πίνειν. id est. Horum regum pocillatores elegãter vinum administrãt, & munde infundũt, atq; tribus digitis phialam ferunt, donec qui bibiturus est, poculum aptissimè acceperit. Et paulò post, οἱ γὰρ τῶν Βασιλέως οἰνοχόοι. ἐπειδὰν ἐνδιδῶσι τὴν φιάλην, ἀεύσαντες ἀπ' αὐτῆς τῷ κυάθῳ εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ἐγκεάμενοι, καταῤῥοφοῦσι τοῦ δὴ εἰ φάρμακα ἐγχέοιεν μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς. id est. Horum regum pocillatores, vbi impleuerint phialam, hauriunt ex illa in cyathum in sinistram manum fundentes atq; sorbent, vt si venenum infuderint, ipsis obesset. In his quoq; pocillatoribus, vt veterũ scriptores significant, & Homerus fatetur, formæ semper gratia querebatur, neq; deformem ad hoc munus ascisebant; sed liberali facie adolescentulos, tanquam ab illis noua baccho gratia accederet. Astyages Medorum rex Sacam habebat pocillatorem formosum, & cui rex plurimum committebat. Xenoph. li. α. παιδ. ὁ δὲ σάκας ἄρα καλὸς τε ἐτυγχάνε ὤν, καὶ τιμὴν ἔχων προσάγειν τοὺς δεομένους ἀσυκάγους, καὶ ἀποκωλύειν οὓς μὴ καιρὸς αὐτῷ δοκοίη εἶναι προσάγειν. id est. Sacas sanè formosus erat homo, habebatq; hunc honorem vt posset ad Astyagem admittere, & prohibere etiam quos ipse iudicabat oportunum nõ esse admitti. Quum apud Romanos rerum omniũ luxuria increscere, inter multa vitia & hoc assumebant, vt ad cyathos statuerent ephebos eximio forma præditos; haud obscura libidinis irritamenta. Horatius ciuiliter insectatur ceciũ quendã, qui omisso philosophiæ

sophiæ studio, ad militiam sese accingebat, & prædæ inhiabat. Deridet eum his quoq; verbis.

Hora. li. 1. Carm.

Puer quis ex aula, capillis
Ad cyathum statuetur vnctis.

Satyricus poëta acriter insectatur illorum impudentiam, qui alienarum mensarum asseclas esse malebant, & aliena viuere quadra, cum mensæ dominus longè alium apparatum haberet quàm mensæ suæ vmbras, nempe Ganymedem formosum.

Iuu. Sa. 4. *Flos Asiæ ante ipsum, pretio maiore paratus,*
Quam fuit & Tulli census pugnacis, & Anci.

Epigrammatarius poëta putat Verg. fœlicem fuisse, quod pocillatorẽ formosissimum mensæ suæ astantem haberet, quo à Mecenate donatus erat.

Macr. li. 8. *Astabat domini mensis pulcherrimus ille,*
Marmorea fundens nigra falerna manu.

Reliqui huius epigrammatis versus facile nobis mysteria aperiunt, quæ lippis omnibus & tonsoribus nota sunt. Sed in hoc negotio nõ immorabor, nimium est quod intelligitur. Ægyptius rex pocillatorem suum iratus in vincula coniecit, mox eundem cum genio indulgere constituisset, exemit. Erat in eadem causa pistor, sed non eodẽ amore regi cõciliatus, quem capitali supplicio affecit; vt facilè intelligas dominorum in pocillatores amorẽ semper infamẽ fuisse. Porrò quod ad pistores attinet, liquet ex Plinio pistores non semper Romæ fuisse. Mirum est quod æquè proditum est, priscos Romanos non semper pane vsos, sed polẽta & pulte victitasse; cocti panis vsum nesciẽtes. Quod quidem quo minus mirum sit, facit Heluetiorũ clarissimæ gentis mos, quos aiunt ad virilem ætatem adolescere, sed nullo panis vsu: & lac coagulatum illis panis vice esse. Qui primus clibanũ, in quo panes coquerentur, inuenit, fertur fuisse Annus quidam Ægyptius: appellatusq; est panis ille in furno coctus κλιβανίτης, id est, clibanarius, qui tum in delicijs erat. Liquet tamen ex Homero mulieres suo æuo frumenta moluisse: sed & panem mensæ intulisse, vt facilè intellectu sit, easdem etiam fecisse.

Pli. li. 18.

Homerus ὀδυσσ. η. σῖτον δ' ἀσταῖν ταμίη πολύβητε φέρουσα.

Id est.

Famula cellaria panem mensæ apposuit.

Græci appellant has mulieres πτισσούσας, id est, panem facientes. Hebræi אופים id est, pistrices. Cæterum permulta luxuriæ instrumenta postea apud Romanos in vsu esse cœperũt, & pistores in magno precio habebantur, quod Varro in Satyra quadam carpit. Si quantũ operæ sumpsisti, vt tuus pistor bonum faceret panẽ, eius duodecimam philosophiæ dedisses, ipse bonus iamprídem esses factus. Nunc illum qui norunt, volunt emere milibus centum, te qui nouit, nemo cẽtusis. Atqui refert scriptura eunuchos hos pincernam & pistorem peccasse, qua verò in re peccauerint cum scriptura nihil dicat, superuacaneum videtur coniecturis illud velle vestigare. Nec minus ridiculum est quærere qua in re peccauerint eunuchi Pharaonis quã scire velle quæ mater fuerit Hecubæ, quod Achilli nomen inter virgines fuisset, quid Sirenes cantare sint solitæ. Græcorum iste morbus est, ait Seneca, quærere quem numerum remigũm Vlysses habuisset, prior scripta esset Ilias an Odyssea. Insectatur Satyricus poëta tantam curiositatem, scire.

A. Gel. lib. 15. no. att.

Seneca.

quot Acestes vixerit annos
Quot Siculus Phrygibus vini donauerit vrnas.

Iuu. Sa. 7.

Nam quod Hebræi scribunt eunuchos hos in vincula coniectos, quod musca in calice regis fuerit inuenta, & calculus in pane; ridiculum & nugatorium est. Neq; enim credibile est Pharaonem ex musca elephantum facere voluisse, neq; ex humili cumulo Olympũ producere optasse. ¶Aliquantulum temporis fluxerat, & illi in custodia tenebantur. Viderunt q; ambo somniũ nocte vna, iuxta interpretationem congruam sibi. Ad quos cum introisset Ioseph mane, & vidisset eos tristes, scisitatus est dicens. Cur tristior est hodie solito facies vestra? Qui respondérunt. Somnium vidimus, & non est qui interpretetur nobis. Dixitq; ad eos Ioseph. Nunquid non Dei est interpretatio?¶ Quid sit somnium declarat Aristoteles, ὄνειρον ὅτι φάντασμα μετὰ ὕπνον. Id est. Somnium est quædam imago, & quidem in somno. Quibus verò somnia obuersari soleant, scribit his verbis, ὑπνιάζει δὲ τῷ ζώῳ μάλιστα ἀνθρώπος, καὶ παιδὶ νέοις μὲν οὖσιν καὶ παιδίοις ἔτι πάμπαν οὐγίγνεται ὑπνιον, ἀλλ' ὀρχεται τοῖς πλείοσι πολὺ τὰ τέτταρα ἔτη ἢ πρότερον ἤδη γεγονόσιν. εἰσὶ δὲ καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες οἱ οὐδέποτε ὑπνιον εἶδον, συμβέβηκε δὲ τίσιν τῶν τοι-

Aristot. de somnio.

Aristot. li. π. περὶ ὑπνου. καὶ ζώου.

οὕτως τροῖοῦσης δὴ ἡλικίας εἰσ᾽ εἶν ὑπνίου, καὶ μετὰ ταῦτα γηγενῆ τὰ πολὺ τὸ σῶμα μεταβολῶν, τοῖς μὲν εἰς θάνατον, τοῖς δὲ εἰς ἀρρωσίαν ἔτι δ᾽ ὑπνιάζ᾽ ἃ φαίνονται οὐ μόνον ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ ἵπποι καὶ κύνες, καὶ βόες, ἔτι δὲ τράγοι καὶ αἶγες, καὶ πολὺ τὸ τῶν ζωοτόκων καὶ τετραπόδων. δηλοῦσι δὲ οἱ κύνες τὸν ὑλαγμόν. Id est. Homo maximè animalium somniat. Æditis nuper in lucem, & infantibus, adhuc nullum contrahitur somnium: sed plurimis anno circiter quarto aut quinto ætatis visa incipiunt. Produntur tamen & viri & mulieres, qui nunquam quicquam somniarunt, quorum nonnullis in processu ætatis accidit, vt viso somnio mutarētur habitu sui corporis, vel in mortem, vel in morbum. Item somniare non solum homines, sed etiam equos, & canes & boues palam est: atq; etiam oues & capras: denique genus omne quadrupedum, idemq; animalis fœcundum. Declarant id canes suo latratu, quem per quietem agunt. Mirum est quod de Atlantibus Aphricæ gēte proditum est, quos neq; insomnia videre creditur, qualia reliqui mortales. Sunt verò somnia imagines illarum rerū quæ vigilantes transigere soliti sumus. Has enim amica quies referre solet. Fit enim ferè, authore Cicerone, vt cogitationes, sermonesq; nostri pariant aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius, de quo videlicet sæpissimè vigilans solebat cogitare & loqui. Somniauerat siquidem Ennius animam Homeri in suum pectus demigrasse, quod Persius sic notat.

Plin. lib. 7.

Cic. de So. Scipio.

Persius.

postquam distertuit esse
Meonides quintus, paume ex Pythagoreo.

Basilius.

Sed & Basilius ferè eadem de somnijs cum Cicerone scribit, τεφύκασι γὰρ πῶς ἀλλοῖ ὕπνου φαντασίαι ὡς τὰ πολλὰ, ἀπηχήματα τῶν μεθημερινῶν φροντίδων. ὁποῖα γὰρ ἂν ᾖ τὰ κατὰ τὸν βίον ἡμῶν ἐπιτηδεύματα. τοιαῦτα ἀνάγκη εἶν τὰ ὑπνία. Id est. Imagines quę nobis in somno obuersantur, sunt ferè resultamenta quædam diurnarum curarum. Qualia enim studia nostra in vita sunt, talia etiam necessariū est nostra esse somnia. Sed iam somnia eunuchorum horum audiamus. Narrauit prior præpositus pincernarum somnium suum. Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vuas maturescere, calicemque Pharaonis in manu mea. Tuli ergo vuas & expressi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni. Et paulò post pistorum magister somnium suum narrat. Et ego vidi somnium, quod tria canistra farinæ haberem super caput meum, & in vno canistro quod erat excelsius, portare me putabam omnes cibos quæ fiunt arte pistoria, auesq; comedere ex eo. Constat inter Theologos non vnam eādemq; somniorum causam esse, sed diuersas & varias. Aut enim somnia contingunt, cum quis se liberius vino inuitauerit, & omnigenum epularum crapula ingurgitauerit, vel etiam dæmonis ludificatione fieri possunt, sed & à cogitationibus, quas quis animo suo versauit, somnia proficisci possunt. Denique diuinitus somnia immitti sacræ literæ abundè testes sunt. Has somniorum diuersitates ne profanos scriptores latuere. Macrobius quinq; somniorum genera enumerat. Aut enim est ὄνειρος secundum Græcos, quod Latini somnium vocant, aut est ὅραμα quod visio appellatur: aut χρηματισμὸς quod oraculum nūcupatur: aut est ὕπνιον, quod insomnium dicitur: aut est φάντασμα quod Cicero visum vocauit. Duo hæc vltima ὕπνιον & φάντασμα à Macrobio reijciuntur tanquam cura interpretationis indigna sint. φάντασμα id est, visum est, cum inter vigiliam & adultam quietem, in quadam (vt aiunt) prima somni nebula ad huc se vigilare existimās, qui dormire vix cœpit, aspicere videtur irruentes in se, vel passim vagantes formas, à natura seu magnitudine seu specie discrepantes, variasq; tempestates rerum, vel lætas, vel turbulentas. In hoc genere est ἐφιάλτης, quem publica persuasio quiescētes opinatur inuadere, & pondere suo pressos ac sentientes grauare. Porrò ὕπνιον, id est, insomniū est, quoties cura oppressi animi vel corporis, siue fortunæ, qualis vigilātem fatigauerit, talem se ingerit dormienti. Animi, si amator delicijs suis aut fruentem se videat, aut carētem: si metuens quis imminentem sibi vel insidijs, vel pro potestate personam, aut incurrisse hanc ex imagine cogitationum suarum, aut effugisse uideatur. Corporis, si temeto ingurgitatus, aut distentus cibo, uel ex abundantia præfocari se existimet, uel grauantibus exonerari: aut contra, si esuriens cibum, aut potum sitiens, desiderare, quęrere, uel etiam inuenisse uideatur. Fortunæ,

Macr. li. 1. in som. Sci.

nae, cum se quis existimat, vel potentia vel magistratu, aut augeri pro desiderio, aut exui pro timore. Hæc & his similia, quoniam ex habitu mentis quietem sicut præuenerant, ita & turbauerant dormiētis, vna cum somno aduolant, & pariter euanescunt. Hinc & insomnio nomen, nō quia per somnium videtur (hoc enim est huic generi commune cum cæteris) sed quia in ipso somnio tantummodo esse creditur dum videtur, post somnium nullam sui vtilitatem vel significationem relinquit. Falsa esse insomnia nec Maro tacuit.

Verg. li. 6. Æneid.

Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes.

Amorem quoq; describens, cuius curam semper sequuntur insomnia, ait,

Verg. libr. 4. Æneid.

hærent infixi pectore vultus,
Verbaq;, nec placidam membris dat cura quietem.

Et post hæc,

Anna soror, quæ me suspensam insomnia terrent.

ὄνειρος, id est, Somnium propriè vocatur, quod tegit figuris, & velat ambagibus, non nisi interpretatione intelligendam significationem rei quæ demonstratur. Quod quale sit, non à nobis exponēdum est, cum hoc vnusquisq; ex vsu quid sit agnoscat. Huius quinq; sunt species, aut enim proprium, aut alienum, aut cōmune, aut publicū, aut generale est. Proprium est, cum se quis facientem patientemq; aliquid somniat. Alienum, cum alium. Commune, cū se vna cum alio. Publicum est, cum ciuitati foroue vel theatro, seu quibuslibet publicis mœnibus actibusue, triste vel lætum quid existimat accidisse. Generale est, quum quis circa solis orbem lunaremue globum, seu alia sydera, vel cœlum, omnesq; terras aliquid somniat innouatum. Hactenus Macrobium citauimus. Harum duarum vocum ὄνειρου & ὑπνιον, id est, somnij & insomnij differentiam Suidas sic indicat,

Suidas.

ὄνειρον ὑπνίου διαφέρει. ἕτερον γὰρ δεῖ καὶ οὐ ταυτὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὄνειρον καὶ ὑπνιον καλῶς εἴποι τις ἄν. ὅταν δὲ τεχνικῶς λέγωσι, λυριῶς ἕκαστον χρὴ καλεῖν, καὶ τὸ μὲν ἀσημάντου καὶ οὐδενὸς προσαγορευτικόν, ἀλλ᾽ ἢ μόνῳ τῷ ὕπνῳ τῶν διωκόμενον ἐχόν, γινόμενον δὲ τὸ δι᾽ ἐπιθυμίας ἀλόγου ἢ ἐπορεγόμενον φόβου ἢ πλησμονῆς ἢ ἐνδείας ὑπνιον χρὴ καλεῖν. τὸ δὲ μετὰ τὸν ὕπνον ἐγειγμένον καὶ ἀποβησόμενον ἐς τὶ ἀγαθὸν ἢ κακὸν ὄνειρον, πολλάκις δὲ κατὰ χρησμὸν τοῖς ὀνόμασιν, ὡς καὶ ὅμηρος. θεὸς μοὶ ὑπνιον ἤλυθ᾽ ὄνειρος. Id est. Somnium & insomnium differunt, alterum enim est & non idem, quamuis ipsum somnium etiam insomnium quis rectè diceret. Si verò quis ex arte & propriè velit dicere, tum separatim quodq; appellandum erit. Et illud quidem insomnium rectè dicitur quod incertum est, neque ad aliquem respicit, sed in solo somno fit, vel ex desiderio aliquo irrationabili, vel timore vehemētiore, aut satietate, vel inopia. Somnium verò vocatur quod post somnum fit & contingere solet vel ad bonum aliquod vel ad malum. Frequenter verò nominibus his abutuntur, quemadmodum & Homerus ait, Diuinum somnium mihi venit insomnium, ὅραμα. Id est, Visio est, cum quis id videt, quod eodem modo quo apparuerat eueniet. Amicum peregre commorantem, quem non cogitabat, visus est sibi reuersum videre, & procedenti obuius, quem videratvenit in amplexus. Depositum in quiete suscepit, & matutinus ei precator occurrit, mandans pecuniam tutelæ, & fideli custodiæ celandam committens. Visionis vocabulum frequens est in sacris literis veteris legis, vbi prophetæ prius videntes sunt appellati לְבָרִיא חָזוֹה יִקְרָא לְקַדְּמָם חָזָאֶה id est: Qui hodie propheta vocatur, antea Videns appellatus est. Hinc prophetarū vaticinia vocantur חֲזִיוֹנוֹת id est, Visiones. Et Esaias sua vaticinia incipit חֲזוֹן יְשַׁעְיָהוּ בֶן אָמוֹץ Quod Septuaginta sic transtulerūt, ὅρασις ἣν εἶδεν ἡσαΐας ὑὸς ἀμὼς. Id est. Visio Esaiæ filij Amos. Et Dauid canit אָז דִּבַּרְתָּ בְחָזוֹן לַחֲסִידֶךָ id est: Tunc loquutus es in visione pijs tuis. Porrò χρηματισμὸς, quod oraculum nuncupatur, est, cum in somnis parens, vel alia sancta grauisq; persona, seu sacerdos, vel etiam Deus, apertè euenturum quid aut non euenturum, faciendum, vitandumue denuntiat. Propriè χρηματίζειν est cum Deus responsum dat. Gregorius, οὕτω γὰρ αὐτὸν ὀνομάζει ὁ θεὸς μωϋσῆ χρηματίζων ἐκ τοῦ ὄρους. Id est. Sic enim Deus seipsum nominat, quādo Moysi in monte respondit. Euangelistę quoq; verbū χρηματίζειν vsurpāt, Matt. de magis scribit, καὶ χρηματισθέντες κατ᾽ ὄναρ μὴ ἀνακάμψαι πρὸς ἡρώδη. i. Respōso accepto, siue oraculo admoniti in somno, ne redirent

Rursus Macrobius.

1. Reg. 9.

Esaiæ 1.

Psal. 89.

Gre. Naz.

Matth. 2.

Luce 2. rent ad Herodem. Et Lucas de iusto Simeone ait, καὶ ἦν λελ χρηματισμένον αὐτῷ ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου. Id est. Et erat illi responsum, siue oraculum datum, à spiritu sancto. Paulus vsurpat χρηματισμὸν pro responso diuino, siue oraculo de Helia loquens, ἀλλὰ τί λέγει αὐτῷ ὁ χρηματισμός; Id est. Sed quid dicit illi responsum diuinũ, siue oraculum? Hebr. oraculũ vocat דְּבִיר vt sit secretior quædam pars domus siue sacri templi. Et hæc de somniorũ speciebus dicta sint. Magnus hic inuitat locus, vt Plinius ait, & diuersis refertus documentis, vtrum ne sint aliqua præscita animi quiescentis: qua fiant ratione, an fortuita res sit, vt pleraq; Et si exemplis agatur, profecto paria fiant. De hac somniorum diuinatione & præsensione Aristoteles ambigere videtur, credendæ ne sint an reijciendæ. Neque absurdum fuerit si ipsum loquentem audiamus, πόθεν δὲ τὸ μαντικὸς ὀνείρους τοῖς ὕπνοις γενομένης καὶ λεγομένης, συμβαίνειν ἀπὸ τῶν ὀνείρων, οὔτε λαβεῖν φροντίσαι δεῖ, οὔτε πειδιῶναι. τὸ μὲν γὰρ πάντας ἢ πολλοὺς ὑπολαμβάνειν ἔχειν τι σημεῖον, τὰ ὀνείρια παρέχεται πίστιν, ὡς δὲ ἐμπειρίας λεγόμενον, εἰ πόθεν ὀνίων εἴη τὴν μαντικὴν τοῖς ὀνείροις ἐκ ἄπιστον. ἔχει γὰρ τινὰ λόγον. διὸ καὶ πόθεν τῶν ἄλλων ὀνείρων ὁμοίως ἂν τις οἰηθείη. τὸ δὲ μηδεμίαν αἰτίαν εὔλογον ὀρέγειν, λαβὼν ἂν γένηται, τοῦτο δὲ πιστεῖν ποιεῖ, τὸ, τε γὰρ θεὸν εἶναι τὸν πέμποντα, πόθεν τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὸ μὴ βελτίστοις καὶ φρονιμωτάτοις, ἀλλὰ τοῖς τυχοῦσι πέμπειν, ἄτοπον. ἀφαιρεθείσης δὲ τῆς ἀπὸ τοῦ θεοῦ αἰτίας, οὐδεμία τῶν ἄλλων εὔλογον εἶναι φαίνεται αἰτία. Id est. Præscita quæ in quiete concipiuntur, quæq; dicuntur exordium à somnijs capere, nec facilis datur facultas spernẽdi, nec vt vera recipiẽdi: nam quod omnes, aut plures autumant somnia rei alicuius dare significationem, adducit homines, vt existiment hoc ipsum dici tanquam vsu perceptum, atq; experimento cognitũ. Et certè haud incredibile videtur, ab somnijs rerum nonnullarum diuinationem duci posse, præsertim cum id ratione cõprobari queat, idcirco de reliquis etiam somnijs eodem sanè modo statuere poteris. Contra illud impellit homines, vt fidem eiusmodi rei abrogent, quod idoneam nullam penitus vident causam, vnde illa proficiscatur diuinatio. Siquidem iudicare Deum esse, qui mittat & fundat, præter id quod nulla ratione talis assertio sustinetur, insulsum quoq; est, vt nõ optimis ijsdẽq; prudentissimis suppeditetur, sed de populo quibuscunq;, & despicata fortuna hominibus. Verum hac sublata causa quæ ad Deum refertur, nulla omnino alia apparebit. Ex his verbis, Aristoteles, etsi non omnia, quædam tamen esse diuina somnia, quæ quod supra humanæ mentis est captum quippiam præmõstrare valeant, clarissimè voluisse videtur: quorum licet ignorentur causæ, non tamen ideo sunt abijcienda, aut diuini cuiusdam vigoris esse expertia illa existimãdum esse. Maxima nanq; pars (de illius sententia) eorum quæ scimus, minima est eorum, quæ ignoramus. Hom. quoq; videtur somnia ex Deo esse.

Roma. 11.

Pli. li. 10.

Aristot. de præsentione per somniũ.

Homer. li. α. Ἰλιάδ.

καὶ γὰρ τ' ὄνειρ' ἐκ διὸς ἐστίν. Id est.

A Ioue nam veniunt obscuræ somnia noctis.

Quur autem diuina isthęc somnia cuiuis è populo, id est, simplicioribus apparent quàm prudentibus (quod absurdũ in litera dixit Aristoteles) haud quaquã perscrutanti ratione carere videbitur. Missa enim facio illa nunc, quod simpliciores diuinæ naturæ cum propinquiores tũ participabiles magis iure esse perhibentur; cum ij ad diuinum capiendum admittendumq; lumẽ sint aptiores, vt sacrę testantur literæ, cum dicitur: Qui abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & releuasti ea paruulis, & quod humana prudentia si ad Deum conferatur, desipientia potius quàm prudentia appellari debet; & quod illi quos quasi insanos & stultos quondã neglexit mundus, diuinorũ reuelationẽ mysteriorũ habere meruerunt, illud iuxta: Nos insensati vitam illorum reputabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Vt hæc inquã missa faciamus omnia, non ab re sanè esse videtur, humanam prudentiam experientijs actionibusq; immersam humanis, ad recipienda diuina somnia minus habilem & aptam videri: quæ solutus quodammodo animus, nihilq; cum vitæ illius specie agens quæ sibi cum corpore est communis, sed in separabili illa permanens vita, suscipere nimirum & clarè cernere censetur, quod humilioribus plerunq; occultis euenisse causis, liquido est animaduersum. Cæterum quod Aristoteles scribit diuina hæc somnia, humilibus tantum & infimæ sortis hominibus immitti

Matt. 11.

Sapient. 5.

immitti, neq; vlli splendida fortuna viro, falsum esse videtur. Referãtur enim à Valerio Maximo cõplura somnia, quę summis Romanorum imperatoribus immissa, summam fœlicitatem præstiterũt. Plinius propemodum fateri videtur, diuina quædam esse somnia, quæ pro absentib. interdum videantur, abstrusas habentia causas, quas humanus inuestigare non potest animus. Sic enim scribit de herbis quibusdam. Alias inuenit casus, alias (vt verè dixerim) Deus. Insana bilis ad hosce annos fuit rabidi canis morsus, pauorem aquæ, potusq; omnis afferẽs odium. Nuper cuiusdam militantis in prætorio mater vidit in quiete, vt radicem syluestris rosæ, quam cynorhodon vocant, eblanditam sibi aspectu pridiè in fruteto, mitteret filio bibendam in lacte. In Lusitania res gerebatur Hispaniæ proxima parte, casuq; accidit, vt milite à morsu canis incipiente aqua sexpauescere, superueniret epistola orantis vt pareret religioni: seruatusq; est ex insperato, & postea quisquis auxiliũ simile tentauit. Simile quiddam de Alexandro Magno refertur à Q. Curtio. Quum enim Ptolomæus saucius esset, Alexander per quietem vidisse se exponit, speciẽ draconis oblatam herbã ferentis ore, quam veneni remedium esse monstrasset. Colorem quoq; herbæ referebat agniturum, si quis reperisset, affirmans. Inuentamq; deinde, quippe à multis erat requisita, vulneri imposuit. Quid de Alexandri hoc somnio, deq; herba illa per quietem ostẽsa sensérit Strabo vir grauissimus, audire operæpretium est. εἰκὸς δέ τινὰ μιμήσασθαι τῶν ἐνδόξων, τὸ δὲ μυθῶδες πεποιήθει κολακείας χάριν. Id est: Verisimile profecto est, aliquem qui nouerat eam regi indicasse, sed adulationis gratia adiuncta fabula est. Qua verò noctis parte somnia vera esse putandum sit, à veteribus quoq; traditur. Vespertino somnio, quod onusti cibo & potu perturbatum & confusum cernimus parendum negãt. Plinius in hac est sententia, qui sic scribit. A vino & à cibis proxima, atq; in redormitione, vana esse visa propè conuenit. Et Theocritus matutina somnia maximè vera esse putat.

Val. Max. li. 1.

Pli. li. 25.

Qu. Curt.

Strabo lib. 15. Geog.

Pli. li. 10.

Theo. Idyll. 20.

εὑρώπᾳ ποτὲ λύπρις ἐδᾷ γλυκὺ ἦκον ὄνειρον
νυκτὸς ὅτι πρώτατον λάχε ἴσατα ἠγυθέ ἠῶς.

ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάροισιν ἐρείδῃ
λυσιμελὴς, πολλὰ μαλακῷ λατὰ φάεα δεσμῷ
ἐυτε καὶ ἀπρήκτων ποιμαίνεται ἔθνος ὀνείρων.

Id est.

Europæ placidum quondam per membra soporem
Immisit Venus, & nocturno dulcia visu
Somnia non vanis dedit apparere figuris,
Tempus erat iam sydereæ pars tertia noctis
Transierat, propè erat roseis aurora quadrigis,
Tempore quo mollis gratissima munera somni,
Irrepunt vinclisq; ligant prædulcibus artus,
Veraq; per cunctas pascuntur somnia terras.

Artemidorus in Onirocritico, ὀδὲν νομίζει διαφέρειν εἰς προγνωσιν τῶν νύκτα τῆς ἡμέρας, μήτε τῶν σέλλω ἑκατέραν τῆς σείλης πρωΐας ἐὰν συμμέτρως ἔχῃ τῆς τροφῆς λαθόντας, ἐπεὶ αὖγε ἄμετροι τροφαὶ ὀδὲ πᾶς αὐτῇ τῇ ἕω παρεχεσιδεῖν τὸ ἀληθές. Id est. Nihil putat differre ad præcognitionem siue sit dies siue nox, siue vespertinum sit crepusculum siue matutinum, modo quis mediocriter sumpto cibo ad quietem se cõferat, quoniã cibus immoderatè sumptus facit vt ne in aurora quidem verum videri possit. Sed & apud Ciceronẽ legitur multo plura somnia veriora euenire posse, si ad quietem integri iremus, nunc onusti cibo, & vino, perturbata & confusa cernimus. Quantum verò ethnici somnijs tribuerint clarum hinc esse poterit, quod eũ somnia maximè vera captarent, in tẽplis cubabant, & illa somnia tanquam à dijs immissa certo amplectebantur; quæ in sacris suis templis cernebant. Et hoc. Incubare propriè dicebatur, quum dormirent ad accipienda responsa. Vnde dicitur. Ille incubat Ioui, id est, dormit in capitolio, vt respõsa possit accipere. Hunc morem peruetustũ in Italia fuisse canit Vergilius.

Artemid.

Cic. li. 1. Diuin.

Verg. li. 7. Æneid.

& cæsarum otium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit,
Multa modis simulachra videt volitantia miris,
Et varias audit voces, fruiturq; deorum
Colloquio, atq; imis Acheronta affatur Auernis
Hic & tum pater ipse petens responsa Latinis
Centum lanigeras mactabat ritè bidentes,
Atq; harum effultus tergo, stratisq; iacebat,
Velleribus.

Hunc incubandi modum Græci appellant ἐγκοιμᾶσθαι quasi dicas indormire, qua voce Strabo vtit, quũ de doctrina Moysi, quam Iudæis dedit, loquitur, τοῦτο δὲ τὸ

Strabo lib. 16. Geog.

ὧν εἰκόνα πλάττειν θαρρήσειε νοῦν ἔχων ὁμοίαν. τινὰ τῶν παρ' ἡμῖν, ἀλλ' ἐὰν δεῖ πᾶσαν βοανυποιίαν τιμῶν ἀφορίζοντας καὶ σπουδαῖον ἀξιόλογον τιμᾶν εἴδωλον χωρὶς. ἐγκοιμᾶσθαι δὲ καὶ αὐτὸς ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἄλλους οὐν ἀνονείρους. Id est. Dei profecto imaginem nemo sanè mentis nostrę similē audeat effingere. Oportere itaq; relicta omni simulachrorum effigie, & digno ei fano ac templo cōstituto, sine forma colere, & vel pro seque mq; indormire, vel alios qui boni insomniatores essent pro alijs. Sed & Plautus in comœdia quadam, cuius nomen iā non occurrit, huius siue incubandi, siue indormiendi moris meminit. Homerus diuino suo ingenio vidit somnia aliquando vera esse posse, aliquando euanida. Hinc est quod geminas somnij portas esse fingit, alteram corneam, alteram eburnam.

Plautus.

Homer. li. π. ὀδύνου.

δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσιν ὀνείρων
αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχεται, αἱ δ' ἐλέφαντι
τῶν οἱ μὲν κ' ἔλθωσι διὰ πριστοῦ ἐλέφαντος
οἱ ῥ' ἐλεφαίρονται ἔπε' ἀκράαντα φέροντες
οἱ δὲ διὰ ξεστῶν κεράων ἔλθωσι θύραζε
οἱ ῥ' ἔτυμα κραίνουσι βροτῶν ὅ τις εἰδήσῃ.

Vergilius hos Homericæ maiestatis versus, elegātissimis suis versibus sic expressit, & reddidit.

Vergil. 6. Æneidos.

Sunt geminæ somni portæ, quarum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus umbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto,
Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes.

Plato harum duarum somnij portarū in hunc modum meminit, ἄκουε δὴ ἔφην, τὸ ἐμὸν ὄνειρ εἴτε διὰ κεράτων, εἴτε δι' ἐλέφαντος ἐλήλυθεν. Id est. Audi, aiebam, meum somnium, siue illud per cornua, siue per eburnum venit. Sed & Ausonius ait.

Plato in Char.

Ausonius.

Effugit pulsa tandem caligine somni,
Euolat ad superos portaq; euadit eburna.

Si quis hic fortè quærere velit, cur porta ex ebore falsis, e cornu veris sit deputata, instruetur, vt Macrobius ait; authore Porphyrio, qui in commētarijs suis, hæc in eundem locum dicit ab Homero, sub eadem diuisione descriptū: Latet, inquit, omne verum; hoc tamen anima, cum ab officijs corporis somno eius paululum libera est, interdum aspicit: nonnunquam tendit aciem, nec tamen peruenit. Et cum aspicit, tamen non libero & perfecto lumine videt, sed interiecto velamine, qd' nexus naturę caligātis obducit. Hoc uelamen cum in quiete ad uerum uisq; acie introspicientis admittit, de cornu creditur, cuius ista natura est, ut tenuatum uisui peruium sit. Quum autem à uero hebetat, ac repellit obtutum, eburputatur, cuius corpus ita natura densatum est, ut ad quamuis extremitatem tenuitatis erasum, nullo visu ad vlteriora tendente penetretur. Hactenus Macrobius. Sed quid tandem nobis in totum de somnijs existimandum erit: an Homericæ Penelopę nobis accedendum erit: quæ sic de somnijs ait.

Macrob. in Som. Scip.

Hom. libro τ. ὀδύνου.

ξεῖν', ἤτοι μὲν ὄνειροι ἀμήχανοι ἀκριτόμυθοι
γίνονθ', οὐδ' ἔτι πάντα τελείεται ἀνθρώποισι, i.
O hospes certè somnia dubia atq; incerta
Sunt, neq; omnia contingunt hominibus.

Quod si Homerica hæc sententia cui dura videatur, illud amplectatur apud Ciceronē, Aliquot somnia vera, inquit Ennius: sed omnia non est necesse. Sed iam interpretationem duorum somniorū alos eph factā audiamus. ⊂ Tres propagines tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum, dabisq; ei calicem iuxta officium tuum, sicut ante facere consueueras. ⊃ Rursus ad somnium magistri pistorum ait Ioseph. ⊂ Tria canistra tres adhuc dies sunt, post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. ⊃ Chrysippus apud Ciceronem somniorum coniectionē diffinit hoc modo: esse vim cernentem, & explanantem quę à dijs hominibus significētur in somnis. Quid ergo: ad hęc mediocri opus est prudentia: an & ingenio præstanti: & eruditione perfecta: talem autem cognouimus neminem. Sed pace Ciceronis vel potius eius quem loquentē inducit, dixerim Ioseph in somnijs rectè interpretandis præstāti ingenio fuisse, quod & præsens hic scripturæ locus clare conuincit, & Iustinus hac in re Ioseph palmam vendicat Nam inquit de Ioseph, & prodigiorum sagacissimus erat, & somniorum primus intelligentiam cōdidit, nihilque diuini iuris humanique ei incognitum videbatur. Plinius ubi de uariarum rerum & artium inuentoribus, quam quisq; inuenit, tractat: putat Amphyctionem quēdam, reperisse interpretationem ostentorum & somniorū. Sunt apud Ciceronem exempla quædam somniorum, quæ rectè à coniectantibus interpretata putantur. Clarus est inter Persarum reges Cyrus, qui vniuersa Asia subacta & domita, Persis monarchiā dedit. Huic dormienti sol ad pedes visus est esse. Eum cum ter manibus appetere vellet, subitò sol e manibus eius euoluitur & abit. Consulti magi responderūt eum ex triplici appetitione solis triginta annos regnaturum: quod ita contigit. nam ad septuagesimum peruenit, cum quadraginta natus annos regnare cœpisset. Sed & idē Cicero, ex Chrysippo refert, quendam ad coniectorem detulisse, somniasse se ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis: respondisse coniectorem, thesaurum defossum esse sub lecto: fodit ille, inuenit auri aliquantum, idq; circundatum argento: misit coniectori quantulum visum est de argento. tum ille, nihil ne, inquit, de vitello? id enim ex ouo videbatur aurum declarasse: reliquum argētum. Notandum hic est Ioseph pincernæ & pistori somnium interpretatur, vno verbo vsum esse, sed in diuersa significatione. ad vtrunq; ait יִשָּׂא פַרְעֹה אֶת רֹאשֶׁךָ id est. Exaltabit. Pharao caput tuum. Sed in pocilatore facta est exaltatio ad pristinam dignitatem, quam amissam recuperauit; in pistore ad supplicium, dum ad crucē sublimis raptus erat. Tale quid etiam legitur in versibus illis qui in Neronem Cæsarem scripti erant.

Cice. lib. 2. de Diuin.

Cic. libr. 2. de Diuin.

Cice. lib. 2. de Diuin.

Iust. li. 36.

Plin. lib. 7.

Cic. libr. 1. de Diuin.

Cic. li. 1. de Diuinat.

Libro 2. de Diuinat.

Sueton. in Nerone.

Quis negat Æneæ magni de stirpe Neronem:
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Omnis lepos horum versuum, & sales ducuntur ex eo verbo sustulit: quod modo significat sursum tulit & erexit, modo abstulit & necauit. Igitur scriptor huius carminis festiuiter & mordaciter in Neronem lusit, dicens eum non degenerare ab Ænea progenitore, cum ille sustulerit patrem, hoc est humeris baiulauerit ex incendio Troiano; hic verò sustulerit matrē, hoc est, abstulerit, & leto dederit. ⊂ Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat. Qui faciens grāde conuiuiū pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum & pistorum principis. ⊃ Inter arrogantissimas, & impias vanitates, quibus ethnicorum populus olim iactatus est, meritò nō postrema putatur esse hæc natalitij diei celebritas. Neque recens superstitio illa esse videtur, sed peruetusta, & à regibus magnatibusq; fieri assueta; quod & in Pharaone & Herode regibus, sacræ pandunt historiæ. Habebant hunc morem, vt Plato scribit, Persarum reges, quorum regnum in tota Asia olim erat florentissimum. Horum natalem diem, populi omnes quos sub regno habebāt, magnificè egerunt. ἐπειδὰν δὲ γένηται ὁ παῖς ὁ πρεσβύτατος, οὗ τοῦ ἡ ἀρχή, πρῶτον μὲν ἑορτάζουσι πάντες οἱ ἐν τῇ βασιλέως ὄμῃ ἄμ ἄρχῃ. ἔνθα εἰς τὸν ἄλλον χρόνον πάντα τὴν ἡμέραν βασιλέως γενέθλια πᾶσα θύει καὶ ἑορτάζει ἡ ἀσία. id est. Quum verò filius natu maximus, & cuius regnum futurum est, natus fuerit, primū quidē celebrāt oēs q in regia sunt, & qbus dominaturus est; deinde in reliquū tēpus, eandem regis natiuitatē, omnis Asia celebrat, & sacrificat. Apud Medorū reges, qui ante Persas in Asia dominati sunt, eadem superstitio in vsu fuit, quemadmodum ex Xenophōte videre est. Sic enim Cyrus ad Astiagem Medorum regem ait, καὶ γὰρ ὅτε εἰσίας σὺ τοὺς φίλους ἐν τοῖς γενεθλίοις, σαφῶς κατέμαθον φάρμακα αὐτὸν ὑμῖν ἐγχέαντα. id est, Etenim cum amicos tuos in natalis tui die conuiuio accepisses, manifesto comperi ipsum venenū vobis infudisse. Hæc tam vana superstitio, ad Græcos quoq; irrepsit, & quo magis mireris ad philosophos; sed illam Epicurus amplexus est, magis stulti hominis vanitate, quā cordati Philosophi grauitate. Incessit Cicero hominis somnolentiam & tarditatē. Quum enim prius diffiniuisset, mortē nihil ad nos ptinere, qd em dissolutū esset, id esse sine sensu; qd aūt sine sensu sit, id nihil omino ad nos ptinere; tamen accurate & diligenter cauet & sancit, vt Amynomachus & Timocrates hæredes sui de Hermachi sententia, dent quod satis sit ad diem agendum natalem suum quotannis mense Gamelione. Hæc ego non possum dicere nō esse hominis, quamuis & belli & humani: sapientis verò nullo modo: Physici præsertim, quem se ille esse vult, putare vllum esse cuiusquam diē natalem. quid verè ne potest esse dies sæpius, qui semel fuit: certè non potest. an eiusdem modi: ne id quidem, nisi cum multa annorum intercesserint milia: & omnium syderum eodem, vnde profecta sint, fiat ad vnum tempus reuersio. nullus est igitur cuiusquam dies natalis. Hactenus Cicero vanissimi hominis superstitionem

Plato in Alcibiade primo.

Xenoph. li. α. παιδ.

Cic. li. 2. de Finibus.

Sueton. in Calig. philosophicè infectatus est. Placuit tamẽ hic mos Romanis Imperatoribus. Caligula Cæsar sæuissima bestia, consulibus Romanis, oblitis de natali suo edicere, abrogauit magistratũ, dignus planè fuisset natalis Caligulæ inter nefastos referri, quo teterrimi hominis memoria, inperpetuum ab omnium hominũ memoria aboleretur. Increbuit hæc superstitio vsq; adeo, vt priuati quoq; quisq; suum natalem ageret: quem omni luxu & lascíuia, funestabant potius dixerim quã honestabant. Extat Propertij carmen de natali suæ dominæ, in quo hæc præcipit.

Propert. li. 3. Eleg.

Sit mensæ ratio, noxq; inter pocula currat.
Et crocino nares murrheus vngat onyx
Tibia nocturnis succumbat rauca choreis,
Et sint nequitiæ libera verba tuæ.

Ad hunc modum & Pharao natali suo appetente, regifico luxu conuiuium instrui iubet, & seruorum suorum examina præsto esse volebat, quos inter pocillator primas obtinebat, cuius tũ ministerio carere nolebat, quemq; etiã vinculis exími iubebat, tanquam cum Vergiliano pastore diceret,

Verg. in bucolicis.

Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola.

Sunt quidem hæ gentilium superstitiones, à quibus cum in errorũ tenebris agerent, in omnia vitia rapiebantur; at nobis quibus iam sacrarum literarum lumen præsto est, longè aliter sentiendum erit, neq; par cum paganis iudicium habere. Extant sacrorum virorum scripta sacrosancta iam olim atq; immobili authoritate semper existimata. Hæc vsque adeo nullum honorem natali diei deferunt, vt etiam eundem diræ deuotionis elogio proscindant. Nota est vox Iob quam de suo natali protulit in hũc modũ

Iob. 3.

יאבד יום אולד בו׳ וחלילה אמרו הרה גבר

id est. Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dixit: Conceptus est vir. Inter Hebraicæ gẽtis prophetas multi noïs semp est habitus Hieremias, q in natalem suũ sic inuehitur

Hier. 20.

אָרוּר הַיּוֹם אֲשֶׁר יֻלַּדְתִּי בּוֹ יוֹם אֲשֶׁר יָלְדָתְנִי אִמִּי אַל יְהִי בָרוּךְ

id est. Maledicta dies in qua natus sum, dies in qua genuit me mater mea non sit benedicta. Fuerunt & apud ethnicos complures sanè cordati viri, qui idipsum censuerunt quod & sacræ literæ, potiorem esse mortis horam quã genituræ tempus.

ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους, Euripides.
τὸν ζῶντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακὰ
τὸν δ' ἂν θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον,
χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.

Id est.

Oportebat quidem nos, si rectè æstimare vellemus
Deflere viuentem, cum in multa mala veniat.
Contra verò morientem, & ærumnis defunctum,
Cum gaudio, & benedicentes efferre.

Quid aliud esse putamus quod infans mundum hunc ingrediens, à fletu vitam hanc auspicatur, nisi natalem diem meritò deplorandam? Natura ipsa, vt Plinius scribit, hominem tãtum nudum, & in nuda humo, natali die abijcit ad vagitus statim & ploratum, nullumq; tot animalium aliud ad lachrymas, & has protinus vitæ principio. Meritò ergo, vt ait Valerius Maximus, Thraciæ illa natio sibi sapientiæ laudem vendicat, quæ natales hominũ flebiliter, exequias cum hilaritate celebrat, sine vllis doctorum præceptis, verum conditionis nostræ habitũ peruidit. Neq; hoc imprudenter egit, vt ait Ambrosius. Eos enim qui in hoc vitę salum venissent mœrendos putabant; eos verò qui ex istius mundi procellis & fluctibus emersissent non iniusto gaudio prosequendos arbitrabantur. ⊐ Restituit Pharao principem pincernarum in locum suum, alterum suspendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur. ⊐ Videtur supplicium crucis siue patibuli à condito orbe, non minus atrox fuisse quàm etiam ignominiosum, & ijs duntaxat illatum, quos non solum morte dignos iudicabant, sed etiam cruciabili & diuturna. Iudæi hanc mortem præ cæteris, domino nostro Christo decreuerũt. Hinc in sapiẽtia Salomonis hæc illorum verba. θανάτῳ ἀχήμονι καταδικάσωμεν αὐτόν. id est. Morte inhonesta condemnemus eum. Sed & Paulus quo Christi humilitatem commendatiorem redderet, ad ignominiosam hanc crucis mortem descendisse scribit. ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. id est, humiliauit seipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Vergilius quoque patibuli mortem informem appellat & dedecorosam.

Ambros. de fide resurr.

Sap. 2.

Phil. 2.

Vergilius.

Et nodum informis leti trabe nectit ab alta.

Romani quoq; crucis supplicium vt ignominiosum semper exhorruerunt, & ciuibus suis indignum, quod Cicero non semel

Cicero in Verrem. semel fassus est. Facinus est, inquit, vinciri ciuem Romanum, scelus verberari, parricidium necari, quid dicam in crucẽ tolli? Idem, vniuersis eloquentiæ suæ viribus, & velut effusis totius ingenij fontibus prosequutus est crucem Ganianã, proclamãs indignum facinus esse, ciuem Romanum contra omnes leges, in crucẽ esse sublatum à Verre, infectaturq; ardenter, & inflammanter Verrem, quod ausus sit in crucem tollere eum, qui ciuem Romanum se esse testificabatur. Quum Petrus & Paulus à Nerone Cæsare ad supplicium ob Christi nomen raperentur, Petrus vt prouincialis crucis supplicio affectus est, Paulus tanquam ciuis Romanus, paulo honestiorem ad mortem viam inuenit, & capite trũcatus est, quod ciuile & honestum mortis genus est, vt author est Xenophon, qui de Ariæo sic scribit.

Xenoph. li. β. ἀνάβ.

μετὰ δὲ τὴν τῶν ἄλλων θανάτου. στρατηγῶν, τιμωρηθεὶς ὑπὸ Βασιλέως ἀπεθάνεν, οὐχ ὥσπερ Κλέαρχος καὶ οἱ ἄλλοι στρατηγοί, ἀποστμηθέντες τὰς κεφαλὰς, ὅπερ κάλλιστον θανάτων ἐδόκει εἶναι, ἀλλὰ ζῶν ἀκιδδεὶς ἐνιαυτὸν ὡς πονηρὸς λέγεται τελευτῆς τυχεῖν. id est. Post aliorũ ducum mortem, supplicio à rege affectus interijt, non quemadmodum Clearchus & alij duces, qui capitali supplicio affecti sunt, quod honestissima mors esse videtur, sed viuens per annum excarnificatus, vt malignus vitę suę finẽ adeptus est. ⊐ Et tamen succedentibus prosperis præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui. ⊐ Tacite quodammodo sacra scriptura indicare videtur pocillatorum arrogantiam & superbiam, qui vt regibus proximi sunt, ita etiam humiles & infimæ sortis homines aspernari solent. Horum fastum taxat Satyricus poëta. Erant enim pocillatores apud Romanos non minus forma quàm etiam superbia insignes.

Iuuenalis Satyr. 5.

nescit tot milibus emptus
Pauperibus miscere puer, sed forma, sed ætas,
Digna supercilio, quando ad te peruenit ille?
Quando vocatus adest, calidæ gelidæq; minister?
Quippe indignatur veteri parere clienti,
Quodq; aliquid poscas, & quod se stante recumbas.
Maxima quæq; domus seruis est plena superbis.

Regius hic pocillator & minister, & proinde superbiæ plenus, afflictorum amicus esse nolebat, pudebat illum vincti Ioseph meminisse, & in sublimi aula versans, quid in carcere ageretur, non videbat. Nihil hic pocillator Pharaonis degenerauit à Photino illo Ptolomei regis Ægypti ministro. Pompeius à Iulio Cæsare, Pharsalico prælio victus, in Ægyptum fugit. Agitabatur inter regios cõsiliarios, an Põpeius victus & fugitans admittendus esset. Tum Photinus Ptolomeo tale consilium dedit.

Luca. li. 8. Phars.

Ius & fas multos facium Ptolomæe nocentes
Dat pœnas laudata fides, quum sustinet, inquit,
Quos fortuna premit: fatis accede, deisq;,
Et cole fœlices miseros fuge: sydera terra
Vt distant, & flamma mari, sic vtile recto.

Et paulò pòst.

Nulla fides vnquam miseros elegit amicos.

Sic ergo Ioseph tanquam miseri, & carceris pedore afflicti, oblitus est pocillator regius. Sed Ioseph Deo inprimis charo viro aliunde salutis spes affulsit. Xenophon.

Xenoph. li. γ. ἀνάβ.

σώζοντα τε σὺν τοῖς θεοῖς καὶ ἐκ πάνυ δεινῶν οἱ ἀγαθοί. id est. Boni à grauib̃ periculis à superis eruuntur. ⊐ Post duos annos vidit Pharao somnium. ⊐ Inter præclara Asię regna atq; peruetusta, meritò etiã censetur Ægyptiorum regnum. Constat certè illud mox à cataclismo, cum hominibus iam recens orientibus, simul exortum, & per multa secula durasse. Frequẽs est horum regum mentio in sacris literis, sed ferè omnes Pharaones appellati sunt. Quid verò Pharao significat declarat Iosephus his verbis,

Gen. Caput XLI.

Ioseph. lib. ἀ ἀρχα.

ὁ φαραὼ κατ' αἰγυπτίους βασιλέα σημαίνει. οἶμαι δ' αὐτοὺς ἐκ παιδ' ὢν ἄλλοις χρωμένους ὀνόμασιν ἐπειδ' ἂν δὲ βασιλεῖς γένωνται, τὸ σημαῖνον αὐτῶν τὴν δυνάμιν κατὰ τὴν πατρίδα γλῶτταν μετονομάζεσθαι. καὶ γὰρ οἱ ἀλεξανδρείας βασιλεῖς, ἄλλοις ὀνόμασιν καλούμενοι πρότερον, ὅτε τὴν βασιλείαν ἔλαβον πτολεμαῖοι προσηγορεύθησαν ἀφ' ἑαυτῶν πρώτου βασιλέως οἱ ῥωμαίων δὲ αὐτοκράτορες ἐκ γενεᾶς ἄλλων χρηματίσαντες ὀνομάτων, καίσαρες καλοῦνται, δι' ἣ γνωμονίας καὶ τὴν τιμὴν τὴν προσηγορίαν αὐτοῖς θεμένης ἀλλ' οὐχ ὡς ὑπὸ τῶν πατέρων ἐκληθησαν τούτοις ἐπιθυμοῦντες. id est: Pharao apud Ægyptios significat regem. Puto tamen quod à puero alijs fuerint appellati nominibus. Vbi verò reges creabantur, appellabantur nomine, quo eorum potestas, patria lingua significabatur. Reges Alexandriæ prius alijs nominibus appellabantur, vbi verò regnum acceperunt, Ptolomæi appellati sunt à primo rege. Etiam Romanorum Imperatores à

genitura ab alijs vocabantur nominibus, Cæsares postea appellati sunt, cum summam potestatem & honorem essent adepti, neque seruabant nomina quibus à patribus appellati erant. Sed & Suidas in eandem sententiam scribit. φαραὼ. οὕτως ἐκαλοῦντο πάντες βασιλεῖς αἰγύπτου ἀπὸ τοῦ πρώτου φαραώ. Id est. Pharao. Sic appellabant oēs reges Ægypti, à primo Pharaone. Quis fuerit primus Pharao Ægypti, scribit Iosephus his verbis. νομίζω δὲ κῆ πρόπολον τὴν ἀλίκαρνασέα σφᾶς τοῦτο μετὰ μινάου τὴν οἰκοδομήσαντα μεμφίν τριάκοντα καὶ τριακοσίους βασιλέας αἰγυπτίων γενέσθαι λέγοντα, μὴ σπλῶσαι αὐτῶν τὸ ὄνόματα, ὅτι φαραώθες ἐκαλοῦντο. id est. Puto Herodotum Alicarnaseum propter hanc causam post Minæum, qui Memphim ædificauit, dixisse, trecentos & triginta Ægyptiorum reges fuisse, quorū nomina non prodidit, quoniam omnes Pharaones vocabantur. Putat Iosephus hunc Minæum qui Memphim ædificauit, multis annis ante Abraham fuisse, & ab illo Pharaonum incepisse nomen; quod vsque ad Salomonis regnū, per mille & trecētos annos durauit. ⊏Putabat se stare super fluuium, de quo ascendebant septem boues, pulchræ & crassæ nimis, & pascebantur in locis palustribus. Aliæ quoque septem emergebant de flumine, fœdæ confectæq; macie, & pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virētibus, deouoraueruntq; eas, quarum mira species & habitudo corporum erat. Expergefactus Pharao, rursum dormiuit, & vidit alterum somnium. Septem spicæ pullulabant in culmo vno, plenæ atque formosæ; aliæ quoque totidem spicæ tenues, & percussæ vredine oriebantur, deuorantes omnem priorum pulchritudinem.⊐ Macrobius longè & latè de somnio Scipionis viri clarissimi disserens & explicans, ait ex communi plebis authoritate, non habenda pro veris de statu ciuitatis somnia, nisi quæ rector eius magistratus sūe vidisset: aut quæ de plebe non vnus, sed multi similia somniassent. Ideo apud Homerum, cum in concilio Græcorū Agamemnon rex somnium quod de instruendo prelio viderat, publicaret: Nestor qui non minus ipse prudentia, quàm omnis iuuenta viribus iuuit exercitum, concilians fidem relatis, de statu inquit publico credendū regio somnio: quod si alter vidisset, & repudiaremus vt futile. Sunt hæc Nestoris verba.

Suidas.

Iosephus vbi supra.

Macrobius lib. 1. in Somn. Scip.

Homer. li. B. iliad.

ὦ φίλοι ἀργέων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες,
εἰ μὲν τίς τε ὄνειρον ἀχαιῶν ἄλλος ἐνίσποι,
ψευδὸς μὲν φάμεν καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον
νῦν δ' ἴδεν ὃς μέγ' ἄριστος ἐνὶ στρατῷ εὐχετόωνται
εἶναι
ἀλλ' ἄγετ' αἴκεν τῶς θωρήξομεν υἷας ἀχαιῶν.

Id est.

O Danai proceres Mauortia pectora, si quis
E Grais alius tranquillæ somnia noctis
Dixisset, certè mendacia vana putassem.
Ac mage veliuolum fugeremus classe per æquor,
Nunc ea conspexit reliquis qui præstat honore,
Quare agite in pugnam telis armentur Achiui.

Scribit Suetonius de Augusto Cæsare, quod somnia neque sua, neque aliena de se, negligere solebat. ⊏Euigilans Pharao post quietem, & facto mane pauore perterritus, misit ad omnes coniectores Ægypti, cunctosq; sapientes, & accersitis narrauit somniū, nec erat q interpretarei.⊐ Iam verò satis constat Theologorum omnium sententia, somniū hoc perquàm obscurum, Dei nutu Pharaoni immissum, quo Ioseph tot annis iā carcerali custodia afflictus, vinculis eximeretur; & ob somnij interpretationem, regi conciliaretur, & primas post illum sortiretur. Negat Cicero somnia aliqua à Deo proficisci posse. Primum ait, intelligendum est, nullam vim esse diuinam effectricem somniorum atque illud quidē perspicuum est, nulla visa somniorum proficisci à numine Deorū: nostra enim causa dij id facerent, vt prouidere futura possemus: quotus igitur est quisque, qui somnijs pareat? qui intelligat? qui meminerit? quàm multi verò qui cōtemnant? eamq; superstitionem imbecilli animi, atq; anilis putent? quid est igitur cur his hominibus consulens Deus, somnijs moneat eos: qui illa non modò non curant, sed nè memoria quidem digna ducant? Rursus de obscuris somnijs. Ergo obscura somnia minimè consentanea sunt maiestati Deorum. ad aperta & clara veniamus, quale est illud de Simonide, qui ab eo quem humaueratvetitus est nauigare. Sed hæc Ciceronis verba refellit Pharaonis somniū, quod & diuinitus immissum, & perquàm obscurum fuit, & quo fidelius meminisse posset, semel atque iterum dormienti obuersatum est. Cespitabant in hoc somnio interpretando omnes Ægypti coniectores, neque aptè interpretari poterāt, nempè q̄d vt diuinitus erat immissum, ita etiam diuina reuelatione intelligendum fuerat. Solus Ioseph huius somnij interpres à Deo destinatus erat, quemq; etiā ob eam fœlicitatem summus in Ægypto, post regem, homnos manebat. ⊏Tunc demum reminiscēs magister pincernarum ait. Cōfiteor peccatū meū.⊐ Ingenua, & plena liberalis verecundiæ vox hæc est, qua pincerna, & ingratitudinem in Ioseph somnij sui interpretem admissam deplorat, & scelus in regem admissum confitetur. Vitia sua confiteri, ait Seneca, sanitatis indicium est. Cicero quoq; de pœnitentia sic scribit. Cuiusuis hominis est errare, nullius nisi insipientis perseuerare in errore: posteriores enim cogitationes (vt aiunt) sapientiores esse solent, & optimus est portus pœnitenti mutatio consilij. Sed & Plautus sic pœnitentiam prædicat. Qui homo culpam admisit in se, nullus est tam parui precij, quin pudeat, quin purget sese. ⊏Iratus rex seruis suis, me & principem Pistorum retrudi iussit in carcerem principis militum, vbi vna nocte vterque vidimus somnium. Erat ibi puer Hebræus eiusdem ducis militum famulus, cui narrātes somnia, audiuimus quicquid postea rei probauit euentus.⊐ Sunt regum & principum varia vitia, sed quæ fere in ipsorum redundant capita. Ceterum ira & animi efferuentia regum, in miseros suos ciues, non sine sanguine interdum innoxio, effunditur. Est enim iratus rex, vt Græci dicunt, λακίσου θηρίου, id est. mala bestia. Et Salomon idem fere ait גַּעַם מֶלֶךְ כִּכְפִיר וְשַׁחַל מַלְכוּתוֹ id est. Quasi fremitus leonis ira regis. Solet certè regum & principum ira tardissimè senescere, neq; ferè priuatus quisquā inuentus est, qui in irati sibi regis fauorē irrepere potuit. Vsque adeo pertinax regum est ira, quod Homerus his quoque versibus significat.

Seneca in Epist.

Cicero 1. 2. Philip.

Plautus in Aul.

Pro. 19.

Homer. li. α. iliad.

λρείσσον γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ,
εἴπερ γάρ τε χόλον γε κατὰ θυμὸν λάπτει,
ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει λότον ὄφρα τελέσσῃ.
ἐν σήθεσιν ἑοῖσι.

Id est.

Iam plus sceptigeri valet alta potentia regis,
Persequitur quoties feruenti pectoris æstu,
Sorte minore virum, quamuis ad tempus atrocem;
Lenito stomacho placidè concoxerit iram,
Post tamen accensis redit in præcordia flammis,
Ira iterum.

Vitium hoc regibus, & principibus familiare & innatum, agnouit in se Claudius Cæsar, homo priuatæ magis vitæ quàm Imperio natus. Iræ atque iracundiæ, vt Suetonius scribit, conscius sibi, vtrunq; excusauit edicto, distinxitq; pollicitus alteram quidem breuem & innoxiam; alteram non iniustam fore. ⊏Protinus ad regis imperiū eductum de carcere Ioseph totonderunt, ac veste mutata obtulerunt ei.⊐ In capite cunctorum animalium, ait Plinius, homini plurimus pilus, iam quidem promiscue maribus ac fœminis apud intonsas vtiq; gentes: Atq; etiam nomina ex eo capillatis alpium incolis, Galliq; comatæ. Apparet veteres Romanos nūquam tonsoribus vsos fuisse, sed capitis cæsariem, tanquàm naturæ beneficium semper seruasse. Hinc Satyricus poēta vt vetus vinum significaret, ait:

Sueton. in Claud.

Plin. li. 11.

Ipse capillato diffusum consule potat.

Iuuenalis Satyra 5.

Homerus quoq; vt Thersitis deformitatem in immensum augeret, graphicēq; depingeret, raros illum in capite capillos habuisse canit,

Homer. li. B. iliad.

αὐτὰρ ὑπερθεν
φοξὸς ἐην κεφαλήν, ψεδνὴ δ' ἐπεώνυτο λάχνη.

Id est.

Et caput impositum, ceruici turpis acutum
Gesserat, hoc raris vigebat deforme capillis.

Græci poētæ quum mulierem eximiè formosam significare volunt, appellant eam κόμωμον, habentem pulchros crines, siue bene comatam. Græci ab Homero appellantur καρηκομόωντες, id est, capite comati. Barba vni viro data est, ingens vultus decus, & plurimum grauitatis concilians. Hinc prisci illi nunquam barbam totundisse apparet, sed semper vt viri decus à natura datum, summisisse. Tondendi barbam mos postea inductus est vt ex Chrysippo docet Athenæus, τὸ ξυρεῖσθαι τὸν πώγωνα κατ' ἀλεξανδρον πεποίηται, ὃν φησι χρύσιππος πρώτων ὀυ χρωμένων αὐτῷ, καὶ γὰρ τιμόθεος ὁ αὐλητὴς πώγωνα μεγαν ἤχων ἤνεικε καὶ ἐν ἀθήναις διατηροῦσιν ὀυ σφόδρα ἀρχαῖον τὸν πρώτων πεσκειρόμενον παρωνύμιον ἔχειν κόρσην. i. Tondere barbā tēpore Alexandri inductum est, cum primi hoc in vsu nō haberent. Etenim Timotheos auletes canta-

Athen. li.

bat magnam barbam habens, & apud Athenienses seruatur hic mos non valde vetus, & eum qui primus barbam totondit cognomine appellant tonsorem. Refert idem dicterium Diogenis in illum qui barbam totondit, διογένης δὲ ἰδὼν τίνα οὕτως ἔχοντα τὸ γένειον, ἔφησε μὴ τὴν ἔχιδν ἐγκαλεῖν τῇ φύσει ὅτι ὤνθρωπα σε ἐπόιησε, κἀν οὐ γυναῖκα. id est, Diogenes videns quendam qui attonsas genas habebat, inquit, ecquid tu naturam insimulas, quod virum te fecit non mulierem. Apud Cattos Germaniæ gentem authore Tacito, in consensum vertit, vt primũ adoleuerint, crinem barbamq; summittere, nec nisi hoste cæso exuere votiuum obligatumq; virtuti oris habitum. Super sanguinem & spolia, reuelant frontem, seq; tum demum pretia nascendi retulisse, dignosq; patria ac parentibus ferunt. Porrò quod ad hunc scripturæ locum attinet, apparet ad Ægyptios tondendi morem tum in vsu fuisse, & Ioseph hoc Ægyptiorum moribus dedisse vt tonderetur; quorum legibus tum stare cogebatur. Neque absurdum erit, si ipsum Ioseph'e seruitute in libertatẽ hac tonsura assertum intelligamus. Capilli siquidem seruitutis nota erant. Hinc Prouerbium est, ὠνθρωποδώδη τρίχα ἐπιδείκνυσιν. id est, Seruilem capillum præ se ferre. Hinc Athenienses serui manumittendi capitis capillos deradebant. Sed ne inter regiæ aulæ purpuratos pannosus videretur, cultioribus vestibus amicitur, solent enim magnatum oculi oblique atq; torue in viles aliorum vestes tueri. Vlysses per varia maris discrimina iactatus & rebꝰ oĩbus omissis, cũ in insulã Corcyrã venisset, à Nausicaa vestẽ emẽdicat, q̃ honestius postea ad Alchinoũ regẽ veniret.

Idem.

Tacitus de mori. Ger.

ὁ δὲ μοι ῥάκος ἀμφὶ βαλέσθαι,
εἴ τι τοῦ εἵλυμα πτύσσων ἔχεις ἐνθὰδ' ἰοῦσα.

Homer. lib. ὀδυσσ. ζ.

Narrauit Pharao somniũ q̃d videret. E Putabam me stare super ripam fluminis, & septem boues de amne consendere pulchras nimis, & obesis carnibus, quæ in pastu paludis virecta carpebant. Et ecce has sequebantur aliæ septem boues intantum deformes & macilentæ, vt nunquam tales in terra Ægypti viderim. Quæ deuoratis & cõsumptis prioribus, nullum saturitatis dedere vestigium: sed simili macie & squallore torpebant. Euigilans, rursus sopore depressus, vidi somnium. Septem pullulabant spicæ in culmo vno, plenæ atque pulchræ. Aliæ quoque septem tenues & percussæ vredine, oriebantur è stipula, quæ priorum pulchritudinem deuorauerunt. Nar raui coniectoribus somnium, & nemo est qui edisserat. Respondit Ioseph Somnium regis vnum est. Quæ facturus est Deus ostendit Pharaoni. ¶ Philosophi, qui de republica, & vita bene fœliciterq; agenda scripserũt, tres administrandarum terrarum species demõstrarũt. Est principatus vnius quam monarchiam appellant, est paucorum optimatumq; quæ ὀλιαρχία atque ἀριστοκρατία nuncupatur. Tertia est popularis gubernatio, quæ δημοκρατία dicitur. In his tribus publicarum rerum speciebus tractandis Plato & Aristoteles desudant. Quæ verò è tribus his reipublicæ speciebus optima & potissima habeatur, incertum semper habitum est, & ambiguum. Erãt olim Lacedæmoniĩ celebres & clari nedum in Græcia, sed etiam in tota Asia. Horum respublica è tribus his speciebus commixta & conflata erat. Regem habebant tanquam monarcham: Senatum vt optimorum potentiam: Ephori popularem potentiam repræsentabant. Fuerunt olim qui hanc Lacedęmoniorum rempublicam præ cæteris commendarent. Habebãt hi tres rerumpublicarum ordines, quisq; suos assertores, & defensores. Occupauerunt olim Persarum regnum Magi, qui sapientia & rerum cognitione apud illos excellere credebantur. Post horum cædem, & regni assertionem, inter nobiles Persas de reipublicæ statu cõsultatum est; quæ è tribus illis reipublicæ speciebus apud Persas instauranda esset. Othanes nobilis Persa à populari statu stetit, eumq; amplectendum putabat, & à monarchia deterrebat, regum & principum vitia in medium adducens, solent enim hi, potentia sua freti, facilè ad tyrannidem respicere, & natura ita comparatum est, vt qui potestate plus alijs polleat, plus etiam velit. Secundo loco sententiam dixit Magabyzus. Hic aristocratiam, id est, optimorũ potẽtiam laudabat, obiter Othanis sententiã, de populari potentia, improbans, tanq; plebi proprium suumq; sit nihil intelligere: quæ ad res obeundas sine consilio præceps ruit, torrenti flumini similis. Sententiã Magabyzi de populari statu approbant complures alij scriptores. Demosthenes populũ inter λακὰ θήρια, id est, malas bestias numerat. Sed & Horatius de populo ait.

Belua

Horat. in Epistol.

Belua multorum capitum es, nam quid sequar, aut quem?

Lycurgus Lacedæmoniorum legislator, interrogatus cur popularem statum in republ. Lacedæmoniorũ nõ constituerret, scitè respõdit, σὺ πρῶτος ὦ σῇ οἰκίᾳ σοῦ ποίησον δημοκρατίαν. Id est. Tu primus in domo tua efficito principatum popularem. Quadrat huic sententiæ quoq; illa Græci poëtæ catholica, ἰλυρὸς ὄχλος ἄνευ νόου καὶ δὲ νοῦν. Id est: Turba turbulenta est, nec mentem habet. Post Megabyzi sententiam de aristocratia, Darius tertio loco sententiam dixit, qui vtrunq; statum tam popularem quàm optimatum reiecit; & monarchiam laudabat. Optimatũ respublica non semper fœlix est, cum inter ipsos seditiones, odia, ambitiones esse videamus, & quisq; alterum opprimere gaudeat. Videmus modo in liberis Germaniæ vrbibus, & quę aristocratia regũtur, lõgè grauiores exactiones esse, & noua indies vectigalia, quæ sibijpsis imponunt, excogitari: quam si monarchico imperio regerentur, & certè longè fœlicius agerẽt, si sublata aristocratia, monarchia imponeretur. Certè status vnius, optimus & præstantissimus esse haud dubio censetur. Monarchiam quidem cœlestia & diuina docere videntur, ad quorum normam ceu ad archetypum aliquod inferiora hæc & terrena instituenda erunt. Deus verus & sempiternus, vnus, quod Israelitis olim contra multorum deorum populum his verbis inconculcatum est שְׁמַע יִשְׂרָאֵל יְהוָה אֱלֹהֵינוּ יְהוָה אֶחָד id est: Audi Israel: Deus, Deus noster, Deus vnus. Sed & Christus monarchiam cõprobasse simul & docuisse videtur, quando ait, καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης κἀκεῖνα με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι, καὶ γενήσονται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. Id est. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. Paulus ἑνότητα, id est, vnitatem sic prædicat, εἷς σῶμα καὶ εἷς πνεῦμα, καθὼς καὶ ἐκλήθητε ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ὑμῶν· εἷς κύριος, μία πίστις, εἷς βάπτισμα, εἷς θεὸς καὶ πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν ὑμῖν. Id est. Vnum corpus, & vnus spiritus, quemadmodum & vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui in omnibus & per omnia, & in omnibus vobis. Sed & in ecclesia sua Christus vnius principatum & monarchiam esse volebat, & tot membra sine capite esse nolebat. Super Petrum, ait Hieronymus, fundatur ecclesia, licet idipsum in alio loco super omnes apostolos fiat, & cuncti claues regni cœlorum accipiant, & ex æquo super eos ecclesiæ fortitudo solidetur: tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite cõstituto, schismatis tollatur occasio. Et alibi scribit. A Alexandriæ à Marco Euangelista vsq; ad Heraclam & Dionysium episcopos, presbyteri semper vnum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, episcopum nominabant: quomodo si exercitus imperatorem faciat, aut diaconi eligant de se, quem industrium nouerint, & archidiaconum vocẽt. Hinc quoq; in Ecclesiasticis decretis præcipitur, vt singuli sint Ecclesiarum episcopi, singuli archiepiscopi, singuli archidiaconi. Hæc igitur diuina ad terrena magno consensu translata sunt. Celebre est illud Homericum, diuinitus magis ab eo dictum quàm humanitus.

Deut. 6.

Ioan. 10.

Ephes. 4.

Hier. li. 1. com. Iouin.

Hier. Eua.

Hom. libro β. Iliad.

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω,
εἷς βασιλεύς. Id est.

Non opus vt multi, sed princeps imperet vnus,
Rex vnus.

Porrò hoc regium nomen adeo in consuetudinem olim venerat, & perinde etiam mortalibus plausibile, vt de gentibus nonnullis proditũ sit illas cum liberæ esse potuissent, regium imperium maluisse. Cappadocibus olim Romani concedebãt vt sui iuris liberiq; esse possẽt, at Cappadoces illa libertate vti nolebant, & vt regem habere sibi liceret poposcerũt, negantes viuere gentẽ sine rege posse. Et certè regium nomen & sceptrum videtur esse primum & vetustissimum, quod proximè à superis, mortalibus impositum est. Principio rerum, ait Iustinus, gentium, nationũq; imperiũ penes reges erat, quos ad fastigiũ huius maiestatis, nõ ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat. Populus nullus legib. tenebatur, arbitria principũ pro legibus erant. Sentit Hom. regiam potestatem à dijs originem trahere, & ab illis ad homines venisse. Agamemnon rex Troici belli ductor, sceptrum quod habebat à

Iust. lib. 1.

Vulcano fabricatum erat, & Ioui datum, deinde à Mercurio per varias successiones regum ad Agamemnonem venerat, quo populus regeret.

Hom. libro 6. ἰλιαδ. ὠὰ δὲ Ἑρμείου ἄγαμεμνονι
ἔστι σκῆπτρον ἔχων. τὸ μὲν ἵφαιστος κάμε τεύχων
ἵφαιστος μὲν δῶκε διὶ κρονίωνι ἄνακτι
αὐτὰρ ἄρ' ζεὺς δῶκε διακτόρῳ ἀργειφόντῃ
ἑρμείας δὲ ἄνασσε, δῶκε δὲ ποιμένι λαῶν
αὐτὰρ ὁ αὖτε πέλοψ, δῶκ' ἀτρεῖ ποιμένι λαῶν
ἀτρεὺς δὲ θυέσκων, ἔλιπε πολύαρνι θυέστῃ
αὖ τ' ἄρ' ὁ αὖτε θυέστ' ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆσαι
πολλῇσι νήσοισι καὶ ἀργεῖ παντὶ ἀνάσσειν.

Id est.

Surrexit Atrides
Argiuum ductor portans gestamina sceptri
Aurea dædalea, quæ Mulciber arte pararat,
Ac dederat magno rectori munus olympi
Mercurio hæc tribuit Saturnius Argicidæ,
Mercurius Pelopi, regi sed præstitit Atreo,
Ipse Pelops, Atreus moriens hæc dona Thyestæ
Liquit, at ipse Thyes tandem concessit Atridæ
Multis vt populis patrijs rex ille Mycenis
Imperet.

Quid hæc Homeri carmina significãt, nisi idem quod sacrę docent literæ, regna ipsa cœlitus dari? quod Sapientia in prouerbijs Salomonis fatetur בִּי מְלָכִים יִמְלֹכוּ Prouer. 8. id est: Per me reges regnant. Sed & sacer Paulus idem ait, πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. οὐ γὰρ ἔστι ἐξουσία εἰ μὴ ὑπὸ θεοῦ, αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι, ὑπὸ θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. Id est: Omnis anima potestatib. sublimioribus subdita sit, non est enim potestas nisi à Deo. Potestates verò quę sunt, à Deo ordinatæ sunt. Est apud Homerũ & Hesiodum perpetuum regum epitheton, διοτρεφεῖς, id est: à Ioue nutriti, ὡς μαθητὰ τοῦ διός, καὶ ὑπ' αὐτοῦ πεπαιδευμένοι τῆς βασιλικῆς παιδείας. τρέφειν γὰρ φασὶ τοῦτο τὸ παιδεύειν, καὶ τροφὴ ἡ παιδεία τῆς ψυχῆς. Id est, tanquam Iouis discipuli, & ab eo eruditi regiam institutionem. Nutrire enim ibi est instituere; & nutrimentum animæ institutio censetur. Hæc de regum maiestate non temerè à me huc adducta sint, ne quis à Ioseph adulatorie dictum putet: Quæ facturus est Deus ostendit Pharaoni, sed verè, tanquam & Pharao per quietem eruditus sit, quid deinceps Deus in Ægyptiaco populo facturus sit. Quemadmodũ enim sceptri potestas à Deo regi contingit, ita etiam præ cæteris honorem ab eo sortitur, vt Homerus canit. Hom. libro 6. ἰλιαδ.

Rom. 13.

τιμὴ δ' ἐκ διός ἐστι. φίλει δὲ ἑ μητίετα ζεύς

Id est.

Insuper à Ioue venit honos sceptriq; potestas,
Et colit ætherei regem dominator Olympi.

E Septem boues pulchræ, & septem spicæ plenæ, septem vbertatis anni sunt, eãdemq; vim somnij comprehendunt. Septem quoq; boues tenues atq; macilentæ, quæ ascenderũt post eas, & septem spicę tenues, & vento vrente percussę, septem anni venturæ sunt famis, qui hoc ordine cõplebuntur. ❑ Boues à natũra ipsa mortalibus dati videntur, ad aruorum culturam, & vt messes lętius proueniant. Ad hunc laborem boues esse natos corpora ipsorũ declarant, quæ non ad onera accipienda figurata sunt, vt Cicero ait, ceruices autem natæ ad iugum: tum vires, humerorum, & latitudines ad aratra extrahẽda. Hunc vsum boum peruetustum fuisse liquet ex Homero, qui in Achillis clypeo, præter alias sculpturas insignes, etiam boues arantes expressit. Cic. libr. 2. de nat. deo.

ἐν δ' ἔπαθε νειὸν μαλακὴν τρίς ἀρηρεμένην
ἀλφεῖον πολύπολον, πολλοὶ δ' ἀροτῆρες ἐν αὐτῇ
ἐλύγια δινεύοντες ἐλάσσεον ἐνθάδε καὶ ἔνθα. Hom. libro Σ. ἰλιαδ.

Id est.

Præterea ignipotens nuper cælarat aratæ,
Pingue solum terræ, ter adunco vomere versum,
Sub iuga panda boues doctus vertebat arator.

Idem in libro Iob legimus חֲמֵשֶׁת צְמָדִים בָּקָר אָנֹכִי הוֹלֵךְ שְׁלֹשׁ מֵאוֹת אָתוֹן id est. Boues erant arantes. Ex hoc igitur bouis vsu & famulatu, quem quotannis hominibus in rustico opere faciundo exhibet, & in victu suppeditando; facile intellexit Ioseph in septenis bobus partim crassis, siue macris, totidem messes figurari, siue opulentam, siue tenuem. Sed & totidem aristæ siue fœlices siue vanæ, totidem annos adumbrant; siue frugum vbertate saturos, siue annonæ caritate angustos. Vergilius quoq; in annis significandis aristas vsurpat. Iob 1.

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.

Aristas haud dubio intellexit annos, quę quotannis proueniunt. Solent enim poetæ annos frequenter significare à frugibus quę quotannis, vel in messe, vel in autumno nobis obuenire solent. Ouid. significare volẽs Annam Didonis sororem Carthagine pulsam, sic canit triennium illud. Vergil. in bucol.

Tertia

Ouid. li. 3. Fastor. *Tertia nudatas acceperat area messes,*
Inq; cauos ierant tertia musta lacus.

Idem poẽta cum in Scythia biennium per summam tristitiam exegisset, tempus illud sic describit.

Ouid. li. 4. trist. *Vt patria careo, bis frugibus area trita est,*
Dissiluit nudo pressa bis vua pede.

Minus ergo mirũ est si Ioseph à 7. bob' aratorijs, & à 7. spicis septẽ intellexerit annos. E Ecce septẽ anni venient fertilitatis magnæ in vniuersa terra Ægypti, quos sequentur septem anni alij tantæ sterilitatis, vt obliuioni tradantur cuncta retrò abundantia. Consumptura est enim fames omnem terram, & vbertatis magnitudinem perditura est inopiæ magnitudo. ❑ Inter tam multas totius orientis regiones, vix vlla ab orbe condito fuit Ægypto clarior. Triplicem enim eius statum videre est, in quibus semper Ægyptus potissima habita est. Incredibile est quod de Ægyptiorum superstitionibus à veteribus proditum sit, quibus præter alias gentes studebant. Mox vbi Christi Euangeliũ in toto orbe personuit, erant apud Ægyptios viri complures vitæ sanctimonia conspicui, & monachorũ aliquot milia, qui valedicentes mũdo, in Ægypti solitudinibus, tanquam in paradyso quodam, sanctissimam vitam exegerunt. At vbi Mahomet pestilẽtissimus draco totum infecisset orientem, Ægyptus armis ab eo victa, impiã illius legem sic amplexa est, vt regnum Mahometanum potissimum Ægyptus esset. Est verò Ægyptia tellus hoc tanquam miraculo aliquo clara, quod cõtinenti serenitate amœna sit, & proinde nullus vnquam pluuialibus aquis irrigetur, quod præter alios authores Ouidius sic canit. Plin. li. 18. & 5. Ouidius

Creditur Ægyptus caruisse iuuantibus aruos,
Imbribus, & annis sicca fuisse decem.

Quis dubitaret Ægyptum terq; quaterq; perituram, & nullas fruges parituram, à nobilissimo aquarum elemẽto destitutam? Atqui Deus alia via Ægyptum beat, & frugum bonorumq; omnium parentem esse facit. Est Nilus fluuius in toto orbe celeberrimus, qui Ægyptum lõge lateq; stagnando, affatim humectat, vberemq; reddit, quo sine in sterilem & putrem solueretur harenam, neq; minus ab hominibus quàm bestijs destituta; in vastam solitudinem abiret. Tandem Nilus post Ægypti inundationẽ, septem ostijs in mare voluitur.

Quâ septem gemini turbant trepidi ostia Nili. Vergilius.

Euripides quoq; de Nilo, & fœcunditate quam in Ægyptum vehit, hæc scribit.

νείλου μὲν αὔδε λαμπάδευσι ῥοὰς
ὃς αὖτι δίας ψεκάδος ἀγύπτου πέδον
λόγχης τακείσης χιόνος ὑγραίνει γύας. Euripid. in Helena.

Id est.

Pulchra quidem fluenta Nili
Qui loco pluuialis vndæ Ægypti campum,
Quum nix liquescit, irrigat omnem.

Fungitur enim Nilus in Ægypto, vt Plinius scribit, coloni vice, euagari incipit à solstitio aut noua luna, ac primo lente, deinde vehementius quàm diu in leonesol est. Mox pigrescit in virginẽ trãsgresso, atq; in libra residet, reuocaturq; in totum intra ripas, vt tradit Herodotus, cẽtesimo die. Auctus eius per puteos mẽsuræ notis deprehẽduntur. Iustum incrementum est cubitorum sedecim. In duodecim cubitis famem sentit, in tredecim etiamnum esurit: quatuordecim cubita hilaritatem afferunt, quindecim securitatem, sedecim delicias. Maximum incrementum ad hoc æui fuit cubitorum decẽ & octo, Claudio principe. Hactenus Plinius. Liquet igitur Nili beneficio in Ægypto contingere vel frugum abundantiam, vel caritatem; quod & Pharaonis somnium satis declarat, qui pingues & macras boues è flumine haud dubio Nilo ascendere viderat. Cæterum tam vberem septem annorum messem, & tam atrocem totidem annorum famem, quis dubitabit, partim diuina clementia, partim à sæuiente Deo Ægyptijs immissam? E Nunc ergo prouideat rex virum sapientem & industrium, & pręficiat eum terræ Ægypti, qui constituat præpositos per cunctas regiones, & quintam partem fructuum, per septem annos fertilitatis, qui iam nunc futuri sunt, congreget in horrea: & omne frumentum, sub Pharaonis potestate condatur, seruetur q; in vrbibus, & pręparetur futuræ septem annorum fami, quæ oppressura est Ægyptum, & non consumetur terra inopia. ❑ Percõmodè hic occurrit illud Psalmographi de Ioseph quem Pharao constituit dominum domus suæ & principem omnis professionis suæ, nempe לֶאְסֹר שָׂרָיו בְּנַפְשׁוֹ וּזְקֵנָיו יְחַכֵּם quod nostra versio sic legit: Vt erudiret principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret. Docuit Ægyptũ regem Ioseph Psal. 105.

ſeph, non poſtremam, quæ in principib. eſſe ſolet, virtutem, decet enim principē annonæ curam ſuſcipere, vt populus ſit ſatur, ne fruges deficiāt, ne plebecula eſuritione tabeſcat, ne frumentarij, vel ſuppreſsione frumenti, vel enormitate pretij eſurientes pauperes trucident. Rhomani cum primis annonariæ rei rationem habendam cēſentes, præfectum annonæ creauerunt. Primus autem, vt ſcribit Liuius, præfectus annonæ L. Minutius creatus eſt, eo tempore quo tanta inopia vrbē inuaſit, vexauitq́ʒ, vt multi ex plebe (ne diutina fame cruciarentur) capitibus obuolutis ſeſe in Tyberim præcipitauerint. Etenim miſerrimum mortis genus eſt, fame mori, quod græco quoque verbo teſtatū eſt, λιμῷ οἴκτιστον θανεῖν. Apud iuriſcōſultos tituius eſt, ad legem Iuliam de annona, quæ lex vtpote à Cæſare lata, haud dubio indicat procurationem rei frumentariæ eſſe principalē, qua pœna conſtituitur aduerſus eum qui cōtra annonam fecerit, ſocietatemq́ʒ coierit, quo annona carior fiat. Item titulo de extra ordinarijs criminibus pœna irrogatur in Dardanos, ſic enim appellantur, qui annonam vexant atque flagellant, à Dardano opinor, huius improbitatis authore. Curet igitur princeps vt ſit ſatietas, nec fames vnquam, vt affluat annona, cuius affluētia perpetui congiarij inſtar, cuius aliquando cura Pompeio Magno non minus addidit glorię quàm orientis triumphus, occidenſq́ʒ luſtratus, qui annonaria expeditione ſuſcepta, quū magnam frumenti vim ex Libya, Sardinia, Sicilia collectam, ad vrbem eſurientem comportaret, magna tempeſtate orta, gubernatoribuſq́ʒ perterritis inſcendens nauim, & ancoram velli iubens exclamauit, πλεῖν ἀναγκαῖον, ζῆν οὐκ ἀναγκαῖον. Id eſt: Nauigandi neceſsitas eſt, non viuēdi neceſsitas. Refert Suetonius Auguſtum Cæſarem Ægyptum in prouinciæ formam redigiſſe, & vt feraciorem habilioremq́ʒ annonæ vrbicæ redderet, foſſas omnes in quas Nilus eſtuat oblimatas lōga vetuſtate, militari opere deterſiſſe. Claudius quoq́ʒ Cæſar cū arctiore annona ob aſsiduas ſterilitates, male à famelico populo mulctatus in foro eſſet, nihil non ex eo cogitauit ad inuehendos etiam in tempore hyberno, commeatus. Nam & negociatoribus certa lucra propoſuit, ſuſcepto in ſe damno: ſi cui quid per tempeſtates accidiſſet: & naues mercaturæ cauſa fabricantibus magna commoda. Sed quàm piè Ioſeph Pharaonem regem docuit de annona in poſterum tempus paranda, & à Romanis imperatoribus ſemper factitatū legimus, tam peſsimè egit immaniſsima illa belua. Cæſar Caligula, qui ſæuitia & tyrannide efferatus, nonnunquam horreis præcluſis populo Romano famem indixit. ⁊ Loquutusq́ʒ eſt Pharao ad miniſtros ſuos. Num inuenire poterimus talem virum, qui ſpiritu Dei plenus ſit? Dixit ergo ad Ioſeph. Quia oſtendit tibi Deus omnia quæ loquutus es. Nunquid ſapientiorem & conſimilem tui inuenire porero? Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium, cunctus populus obediet. ⁊ Scripturæ huius verba verū eſſe arguunt illud quod Iuſtinus de Ioſeph ſcribit. Sterilitatem agrorū ante multos præuidit annos, perijſſetq́ʒ omnis Ægyptus fame, niſi monitu illius rex edicto ſeruari per multos annos fruges iuſsiſſet. Tantaq́ʒ experimenta eius fuerunt, vt nō ab homine, ſed à Deo reſponſa dari videretur. Ad hæc ſummam in Pharaone prudentiam videre eſt, qui prudentiſsimum & cordatiſsimum virum Ioſeph à conſilijs habere volebat, cuius arbitratu & cōſilio omnes ſtarent. Eſt certè & hoc boni principis vt conſiliarios habeat prudentiſsimos. Nemo enim per ſe vnquam ſolus ita ſapit, nemo ita circumſpectus ac ſagax, nemo ita linceus eſt, vt non aliquando labet, atq́ʒ cęcutiat. Sit igitur princeps non ſolum ipſe præditus prudentia, verumetiam conſiliarios prudētes habeat, quibus bene conſulentibus credere poſſit. Tiberius quoq́ʒ Cæſar cum modeſtū & ciuilē principem ageret adhuc, ſuper veteres amicos ac familiares viginti ſibi è numero principum ciuitatis depopoſcerat, velut conſiliarios in negotijs publicis. Præcipit idem Iſocrat. regi Neocli, vt prudētiſsimos apud ſe habeat, ὅτῳ διάκεισον ἡγοῦμαι, ᾧ τε πρόσεστιν τοῖς φρονιμωτάτοις πλησιάζειν, ᾧ τε ἄλλῳ ὃς ἂν δυνῇ μετατεμπαι. Sic ſemper affectus ſis, vt è præſentib. prudentiſsimos ſemper habeas, ſed & alios quoque quos poteris, aduoces. ⁊ Vno tantum regni ſolio præcedamte. ⁊

Vt natura ipſa omnibus gentibus inſeuit Homericum illud εἷς οἰωνὸς ἄριστος, εἷς βασιλεύς. Id eſt: Vnus dominus ſit, vnus rex,

Sueton. in Calig.

Sueton. in Tiber.

Sueton. in Auguſt.

Iuſt. li. 36.

Iſocrat. ad Neocl.

Homerus Iliad. 6.

rex. Pharao ſiquidem omnem ſuam poteſtatem ſic in Ioſeph tranſtulit, vt tamē in ordinem ſe non redigeret, ſed regium nomen penes ipſum eſſet, itemq́ʒ omnia decernendi ius. Docet Euripides quatenus rex ſeſe ſubmittere debeat, & quantum à ſua poteſtate in alterū transferri fas ſit.

Euriр.

δήμῳ δὲ μήτε τῶν ἀφαιρήσῃς λεώς·
μήτε αὖ κακώσῃς πλοῦτον ὑπέρτιμον τιθεὶς
μὴ δ' ἄνδρα δήμῳ πιστὸν ἐκβάλῃς ποτε.
μὴ δ' αὖ ξένε λαιρεῦ μᾶζον, οὐ γὰρ ἀσφαλὲς
μὴ σοὶ τύραννος λαμπρὸς ὀξὺ πώτοι φανῇ.

Id eſt.

Populo neq́ʒ omnem poteſtatem attribuas,
Neq́ʒ contra afflixeris ob claras tuas diuitias,
Neq́ʒ vnquam virum populo fidelem eieceris,
Sed neque plus quàm ſatis ſit extuleris, non enim tutum eſt,
Ne tibi inſignis tyrannus ex eo naſcatur.

Erat olim Perſarum regnum amplum & in tota Aſia clariſsimum, ſed in ſolio regio ſediſſe priuato homini capitale erat, & morte dignum. Scribit Q. Curtius Alexandrum magnum, dum in Aſia bellaret, ingenti frigore, cum toto ſuo exercitu, correptum, in quo magna militum vis deſiderata erat. Tandem mali remedium fuit ignis, quem cæſis arboribus excitauerunt. Fortè Macedo gregarius miles, ſeq́ʒ & arma ſuſtentans, tandem in caſtra peruenerat. Quo viſo rex, quāquam ipſe tunc maximè admoto igne refouebat artus, ex ſella ſua exiliuit, torpentemq́ʒ militem, & vix compotem mentis, demptis armis in ſua ſede iuſsit conſidere. Ille diu nec vbi requieſceret, nec à quo eſſet exceptus, agnouit. Tandem recepto calore vitali, vt regiam ſedem regemq́ʒ vidit, territus ſurgit. Quem intuens Alexāder: Ecquis intelligis miles, inquit, quanto meliore ſorte, quàm Perſæ, ſub regeviuatis? Illis enim in ſella regis conſediſte capitale foret, tibi ſaluti fuit. Erat in Alexādro Magno ſumma animi corporiſq́ʒ fortitudo, qua totius orbis imperium mente cōplectebatur, neq́ʒ hoc regni ſolium alio alteri ceſſurus videbatur. Darius Perſarum rex ſemel atq́ʒ iterum ab eo prelio victus, maximas atq́ʒ opulentiſsimas pacis conditiones illi proponebat. At qui Alexander pollicetur ſe omnia facturum ſi Darius ſecundus ſibi, nō par haberi velit. Ceterū nec mūdus duobus ſolib. poteſt regi, nec duo ſumma regna ſaluo ſtatu terrarum poteſt habere. ⁊ Tulitq́ʒ annulum de manu ſua, & dedit eum in manu eius. ⁊ Mirum eſt Plinium ſcribere annulorum vſum liliacis temporibus nullum fuiſſe, cum hic videamus apud Ægyptios ante Troiana tempora, annulos fuiſſe; niſi credibile eſt illū de Græcis & Italis ſenſiſſe, apud quos hoc digitorum geſtamen, tum in vſu non erat. Signandi cā ſemper in annulis fuit. Magna pars gētium hominumq́ʒ qui Plinij ætate ſub imperio Romano erant, nullos annulos habebant. Non ſignat oriēs, aut Ægyptus etiam nunc, literis contenta ſolis. Eandem ſimplicitatem Strabo Indis tribuit, οὔτε ἐπιθήκης, οὔτε ὑπακαθήκης ἕνεκα δίκας, οὐδὲ μαρτύρων, οὐ δὲ σφραγίδων αὐτοῖς δεῖν ἀλλὰ πιστεύειν παραβαλλομένους. Id eſt. Nec commiſsi nec depoſiti iura vlla habent, nec teſtibus indigent, nec ſigillis, ſed ſimpliciter credūt. Porrò ſi Plinij verba vera ſunt, Ægyptios non ſignaſſe, nō video cur Pharao annulum digito ſuo exemptum Ioſeph tradiderit. Sed hæc lectori exiſtimāda relinquo. In annulis, vt Plinius ſcribit, multis modis luxuria variauit, gemmas addendo exquiſiti fulgoris, cenſuq́ʒopimo digitos onerando mox & effigies varias cælando: vt alibi ars, alibi materia eſſet in pretio. Auguſtus Cæſar, vt idem Plinius author eſt, inter initia imperij ſui Sphinge ſignauit. Duas in matris annulis iam indiſcretæ ſimilitudinis inuenerat. Altera per bella ciuilia, abſente eo, amici ſignauere epiſtolas & edicta, quæ ratio rēporū noſe eius reddi poſtulabat, nō infaceto lepore accipientiū, enigmata afferre eā Sphingē. Quinetiam Mæcenatis rana, per collationē pecuniarum in magno terrore erat. Auguſtus poſtea ad euitāda cōuitia Sphingis, Alexa. Magni imagine ſignauit. Dioſc. in gēma ſculpſerat Auguſti imaginem ſimilē, qua poſtea principes ſignabant. Magnum erat apud Ro. amicitiæ ſymbolū, annulorū traditio. Scribit Val. Ma. Romæ fuiſſe nōnullos, qui quāuis nullis tabulis heredes ſibi inſtituerint, tū annulorū in ſupremo vitæ exitu traditorū ſignificatiōe, ſibi hæredes nūcupabāt. In regū & principū annulis atq́ʒ ſigillis maximū ſemper authoritatis pondus ſitum erat. Alexander Magnus ſuperato Dario Perſarum rege, & Aſiæ imperio ad ſe rapto, duos annulos ſignandi cauſa habere volebat. Literas

Euriр.

Q. Curtius lib. 8.

Iuſt. li. 11.

Qu. Curt. lib. 4.

Plin. lib. 33.

Strabo lib. 15.

Plin. li. 33.

Plin. li. 37.

Val. Max. lib. 7.

Q. Curtius lib. 6. ras quas in Europā mittebat, veteris annuli gemma obsignabat: ijs quas in Asiā scriberet, Darij annulus imprimebat, vt appareret vnum animum duorum nō capere fortunam. Idem postea in Babylonia cubans, & spe amplius viuendi amissa, cum ab amicis interrogaretur, quem imperij sui faceret hæredem, respondit, optimum, atqui sexto die præclusa voce, exemptum digito annulum Perdicæ tradidit, quę res prejudicium quoddam successoris designati videbatur esse. Nam etsi non voce nuncupatus hæres, iudicio tamen electus esse videbatur. Quum iam mortuo Alexandro, inter Macedonas de regno administrando in commune consultaretur, Perdicas regiam sellam in conspectum vulgi dedit, in qua diadema vestisq; Alexandri cum armis erāt, annulū sibi pridie traditum à rege, in eadem sede posuit. Et Perdica. Ego quidem, inquit, annulū, quo ille regni atq; imperij vires obsignare erat solitus, traditum ab ipso mihi, reddo vobis. Visum est Macedonibus summam imperij ad Perdicam deferre, cui Alexander tāquam optimo annulum tradiderat. Itaq; vniuersi procedere in medium Perdicam, & regis annulū iubebant tollere. Tanti momēti habiti sunt regum anuli, vt his regni potestatem & ius repræsentari putauerint. Suetonius scribit Tiberio Cæsari iam moribundo, annulum extractū, illum verò re intellecta mox requisisse, & exemptū annulum quasi alicui traditurū parumper tenuisse, deinde rursus aptasse digito, & compressa manu sinistra iacuisse diu immobilem, vt facilè appareat Tiberium Cæsarem in vltimo vitæ exitu annuli sui curā egisse, ne quis illum, quem non vellet, eriperet; vt facilè nobis hic intellīgēdum sit, quàm charus Ioseph regi Pharaoni fuerit, qui viuus etiamnum annulum digito suo exemptum, Ioseph digito indiderit. ⊏Vestiuitq; eum stola byssina⊐ In mētem hic venit illud quod olim in Donatistas Africanos, omnia ad arbitrium suum in fidei negotio mutātes, dictum est; Quod volumus sanctū est. Idē ferè etiā in multis alijs reb. vsuuenire videmus, vt ætas & hoīm opinio multis rebus, vel dignitatē addat, vel vilitatē conciliet. Quis non videat modo byssum & linearū vestiū vsum vilem esse & plebeium, neq; à tenuioribus hominibus vsurpari, cum vno ordine omnes iam exoticum pannum in vsu habeant? Tamen lineæ vestes olim in delicijs erant, & solum nobiles ijs superbiebant. Sed & sacerdotibus postea honoris causa, lineæ vestes datæ sunt. Harum nobilitatem ostendit Hieronymus contra Iouinianum scribēs. Tunc pexa tunica & nigra subucula vestiebaris, sordidatus & pallidus, & callosam opere gestitans manum: nunc lineis & sericis vestibus, & Atrebatum ac Laodiceæ indumētis ornatus incedis. Sed & alibi linearum vestiū pretiositatem his verbis significat: Non absq; amictu lineo incedere, sed pretium vestium linearum non habere laudabile est. Scribit Cornelius Tacitus de morib. Germanorum, quod fœminæ eorum lineis amictibus velabantur, eosq; purpura variabant. Ingens certè dignitas linearum vestium tum erat, quas purpura variare operę pretium putabant, quo hodie apud Germanos nihil fieret insulsius. Erant hæ lineæ vestes olim apud Ægyptios in magno prætio & dignitate, atq; illorum sacerdotibus honoris ergo cōcessæ. Scribit Plinius fruticem gigni in Ægypto, quem alij gosipon vocant, plures xilon, & ideo lina inde facta xilina vocari: ex quibus vestes sacerdotibus Ægyptijs gratissimæ sunt. Quinetiam Apuleius cæremonias Ægyptiorum luculenter explicans sic ait. Influunt turbę sacris diuinis initiatæ, viri fœminęq; omnis dignitatis linteæ vestis candore puro luminosi. Neq; tamen desunt nostro hoc æuo vestigia nonnulla, quibus linearum vestium nobilitatem conijcere possimus. Celebris est ab olim Epiphaniorum dies, quo magi ab oriente in Bethlehem profecti, Christum recens natum, muneribus prosequuti sunt. Eam celebritatem apud plerosq; repræsentari videmus. Personati magi regum schemate prodeūt, sed nō temerè alia veste amiciuntur, nisi lineis, tanquam declaraturi lineas vestes olim nobilium & regum fuisse. Liquet igitur Pharaonem regem, maximum honorem Ioseph habuisse, cum eum byssina stola, quæ è candidissimo lino constat, vestiebat. ⊏Et collo torquem auream circūposuit.⊐ Inter ornamenta quæ olim barbaræ gentes in bellis vsurpare solebant, erant torques & quidem aureæ, quas collo, opulē-

Suetonius in Tiberio.

Qu. Curt. lib. 10.

Hier. cont. Iouin.

Ad Nepot.

Corn. Tac.

Pli. li. 18.

Apud. libr. 11. Asi. aur.

tiæ causa, inijciebant. Galli Romanum Capitolium oppugnantes aureis torquibus candida sua colla obuincta habebāt, & Vergilius canit:

Verg. li. 8. Æneid.

Virgatis lucent sagulis: tum lactea colla
Auro innectuntur.

Clara est apud Romanos scriptores T. Manlij Romani pugna contra Gallū, quem ille ad singulare certamen prouocantem Romanos, occidit, torquemq; qua ornatus erat, detraxit; eamq; sanguinolentam sibi in collum imponit. Quo ex facto, ipse posteriq; eiº, Torquati sunt appellati. Darius Persarum rex prælium conserturus cum Alexandro magno, exercitum habebat purpureum, argento auroq; præfulgidum, inter quos erant, immortales qui à Persis appellabantur. Habebāt hi aureas torques in collis, barbaræ opulentiæ insignia, & ad victoriam Macedonibus maturandam eximia incitamenta. ⊏Fecitq; eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent vniuersæ terræ Ægypti.⊐ Quis non iure optimo hic mirari posset diuinam prouidentiam, in humanis rebus prudenter & ordinandis, & vt illi visum fuerit, prospiciendis. Sursum & deorsum humana negotia ferūtur, neq; inperpetuum in vno perseuerant statu, sed vicissim modo fœlicia sunt, modo infœlicitate deprimuntur, vt Vertumnum quempiam atq; Chameleontem videre liceat. Merito igitur Ouidius sic canit.

A. Gell. li. 9. noct. att.

Q. Curt. lib. 3.

Ouid. li. 4. de Ponto.

Ludit in humanis diuina potentia rebus,
Et certam præsens vix habet hora fidem.

Quis afflictior & calamitosior Ioseph fuit, qui in vinculis & diuturno custodię pedore prope consumptus erat? Mox tamen idem tot modis afflictus, in regium currum ascendit, & per totam Ægyptū, regali cultu amictus, sublimis vehitur, atque tergeminis honoribus, ab omnibus magno plausu excipitur. Clarus est in Romanorum annalibus Ventidius Bassus Asculanus homo obscuro loco natus. Hic bello sociali, capto Asculo, à Pompeio Strabone, Magni Pompeij patre, cum matre puer inter cæteris captiuis ante currum Imperatoris sinu matris vectus est. Post deinde adultus & virilium officiorum potens, in amicitiam Cesaris Dictatoris venit, & sub triumuirorum principatu varijs honoribus perfunctus est. Vltimo populi Romani consulatū gessit. Eundē Bassum Suetonius scribit prepositū esse à M. Antonio prouincijs Orientalibus, Parthosq; in Siciliā intro rūpētes, tribus ab eo plijs fusos esse, eumq; primū oīm de Parthis triumphasse. Sicq; Ventidius Bassus qui captiuus & seruus carcerē exhorruerat, postea victor triumphali curru in Capitolium, magno plausu ascendit. De hoc Basso deq; eius fortuna qua ab afflicta in summam ascendit, hæc scribit Satyricus poēta.

A. Gell. li. 15. noct. att.

Iuuenalis.

Si fortuna volet fies de consule rhetor,
Si volet hæc eadem fies de rhetore consul,
Ventidius quid enim, quid Tullius, an ne aliud
Quàm lydus occulti & miranda potentia fati?

Atqui hic vterque Ioseph status, afflictus & sublimis, non fortunæ neq; fato imputandus est, sed diuinæ potius prouidentiæ asscribendus, quæ illum ex humili sublimem, ex afflicto gloriosum reddidit: quod quidem Deo familiare esse, ne ethnicos quidem scriptores latere potuit: Sic enim Xenophon scribit, ὁ θεὸς γὰρ ὡς ἔοικε πολλάκις χαίρει, τοὺς μὲν μικροὺς μεγάλους ποιῶν, τοὺς δὲ μεγάλους μικροὺς, id est. Deus enim vt videtur, sæpe gaudet paruos facere magnos, magnos verò paruos. Sed & Hesiodus de Deo sanctissimè & verissimè sic canit.

Xenophon.

Hesiodus. πρὸς ἐγ.

ῥεῖα μὲν γὰρ ὀρθοῖ, ῥεῖα δὲ βριάοντα καλέσσῃ,
ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει, καὶ ἄδηλον ἀέξει,
ῥεῖα δέ τ' ἰθύνει σκολιὸν, καὶ ἀγήνορα κάρφει
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει.

Hos sacros Hesiodi versus, cum exemplar, quo latinè redditi sunt, ad manum non sit, prosaice reddere nolo, tātum admonuisse satis sit verissimam hanc sentētiam Hesiodum à vetustissimis patribus accepisse, & operi suo addidisse. Et Æsopus cū rogaret quid ageret Deus. Sublimes, inquit, detrudit, & humiles eleuat. Sic enim & nos in Cantico virginis λαβέλαν λυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς. id est. Deposuit potentes de sedibus & exaltauit humiles. Porrò verbum prēcōnis quo Ioseph extulit, Hebraicè legitur אברך nostra trāslatio habet, genu flectite. Septuaginta intactum reliquerunt Elias Leuita Iudæus, qui nostra ætate cādidus sacræ linguæ professor Romæ fuit, librū

Luc. 1.

Elias Leuita.

composuit, quem ipse appellauit Librũ compositionis, qui mox à Sebastiano Munstero de lingua Hebrea optimè merito, in latinam linguã versus est. Hic igitur Elias ex professo hanc vocem אַבְרֵךְ tractat. Sunt, inquit, qui volunt hãc dictionem esse imperatiui modi singularis numeri, supplente א locum ר coniugationis illius, vt sit idem quod חַבְרֵךְ iuxta similẽ formam תִּשְׁלַח. Alij autem dicunt esse futuri temporis primæ personæ coniugationis hiphil, iuxta formam similem אַשְׁלַח proijciam. Sunt rursum alij qui volũt esse dictionem compositã ex אב & ך id est, tener pater. In hac sententia est Hieronymus in quæstionibus super Genesim. ⊏Vertitq; nomen eius, & vocauit nomen eius lingua Ægyptiaca, saluatorem mundi. ⊐ Lingua Ægyptiaca, in Hebræo non habetur, neque in Septuaginta translatione, sed à translatore nostro adiectum est. Quod nos legimus, saluatorem mundi, in Hebræo legitur צָפְנַת פַּעְנֵחַ Et septuaginta eandem vocem in Græcũ verterunt ψομθομφανὴχ. Hactenus incertum fuit, Hebraicæne an Ægyptiacæ duæ hæ voces fuerint. Hebraicas non esse clarũ est Hebraicè scientibus. Saluator mundi Hebraicè appellatur מוֹשִׁיעַ הָעוֹלָם Iosephus interpretatur duas has voces aliter, καὶ προσηγόρευσεν αὐτὸν, ψονθομφάνηχον, ἀπιδὼν αὐτοῦ πρὸς τὸ παράδοξον τῆς σωτεύσεως, σημαίνει γὰρ τὸ ὄνομα, κρυπτῶν εὑρέτην, id est. Et appellauit ipsum ψονθομφάνηχον, cum vidisset illius præter alios intellectum. Significat enim hoc nomen secretorum inuentorẽ. Hæc Iosephus. Sed inuentor secretorum Hebraicè appellatur מוֹצֵא סְתָרוֹת Liquet igitur duas has voces צָפְנַת פַּעְנֵחַ quas Septuaginta verterunt ψομθομφανὴχ, Ægyptiacas esse, non Hebræas, quas nullus interpres hactenus vertere ausus fuit. ⊏Deditq; illi vxorem Asseneth filiam Phutipharis sacerdotis Heliopoleos.⊐ Sunt hic qui putent hũc Phutipharẽ eundẽ esse cui vẽditus erat Ioseph, & cui seruitutẽ seruiuit, moxq; è seruo gener ei ascitus. Sed scriptura diuersum assererevidetur. Phutiphar, cui Ioseph seruiuit, vir erat militaris, & quæstorum princeps. Hic Phutiphar socer Ioseph sacerdotio fungebatur, qui honor apud Ægyptios tum summus habebatur, & rex Pharao claras nuptias Ioseph dare volebat. Nec ideo Phutipharem socerum Ioseph cum Domino eius Phutiphare, eundem esse putabimus ob idem nomen; cum non raro fiat, vt duo diuersi homines, vnum idemq; nomen habeant. Est Heliopolis celebris vrbs Ægypti à sole nomen trahens, ἥλιος Græcis sol appellatur. Hæc vrbs, vt Strabo scribit, ἐπὶ χώματος ἀξιολόγου κειμένη, τὸ ἱερὸν ἔχουσα τοῦ ἡλίου. καὶ τὸν Βοῦν τὸν μνεῦιν ἐν σηκῷ τινὶ τρεφόμενον, ὃν παρ' αὐτοῖς νενόμισται θεὸς, ὥσπερ καὶ ἐν Μέμφει ὁ ἄπις, id est, in aggere ingenti posita est, & quæ solis templum habet, & Mneuim bouem, qui in septo quodam nutritur, & ab Heliopolitanis pro Deo habetur, quemadmodum & Apis Memphitis. Scribit idem hanc vrbem se vidisse cum in Ægypto esset, ἐν δὲ τῇ ἡλιουπόλει, καὶ οἴκους εἴδομεν μεγάλους, ἐν οἷς διετρίβον οἱ ἱερεῖς. μάλιστα γὰρ δὴ τούτην κατοικίαν ἱερέων γεγόνεναι φασὶ τὸ παλαιόν, φιλοσόφων αὐδρῶν, καὶ ἀστρονομικῶν. ἐκλέλοιπε δὲ καὶ τοῦτο νυνὶ τὸ σύνημα καὶ ἄσκησις. id est. Heliopoli domos amplas vidimus, in quibus sacerdotes habitabant. Immo dicũt hãc olim sacerdotũ habitaculum fuisse, hominum philosophiæ & astronomiæ deditorum. Nunc is ordo ac studium defecit. ⊏Triginta annorũ erat quando stetit in conspectu regis Pharaonis, & circuiuit omnes regiones Ægypti. ⊐ Si quis pressius scripturæ huius verba introspiciat, planè videbit non tam Ioseph annos hic computatos, quàm etiam maturum fungendis honoribus tempus significatum esse. Quos enim alios humanæ vitæ annos, ad publica munia obeunda magis idoneos esse putabimus, quàm ipsum trigesimum viri annum. Sed ea censura optimis exemplis approbanda videtur. Dauid etiam num puer opilio, Iudaici populi rex à Deo destinatus erat, sacro ceromate gentis illius more delibutus; sed sacrum regni sceptrum non prius attigit, quã triginta natus annos. Ingens hoc exemplum satis videri posset, nisi longè grauiora restarent. Christus Deus & homo, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, & qui ab initio quo hominem induit, magno omnium hominum stupore, summa quęq; miracula edere potuisset, destitit tamen donec trigesimus appeteret annus. Quis vnquam in hunc mundum sanctior prodijt Ioanne Baptista, neq; hic tamen delegatam sibi à Deo prouinciam obire sustinuit, nisi eosdem cum

Hieronym.

Iosephus ἐρχ. β.

Strabo lib. 17.

Strabo eodem libro.

Christo suo implesset annos, vt annorum maturitas, & virile decus barba, officio authoritatem conciliaret. Neque apud Romanos vlli amplissimum magistratum Consulatum capere primo fas fuit, nisi quadragesimo anno exacto. Marius, Marij Arpinatis filius, viginti natus annos consulatum inuasit, quem honorem tam immaturum mater fleuisse traditur. Huius Marij interfecti caput ad Syllam missum est, & in medio fori ante rostra appensum. Romana iuuentus hunc Marium sic irrisit. Remigem esse prius oportere, quàm ad gubernacula admouere manus. Male fere cesserũt Romanis Imperatores adolescentes, quod in Caligula & Nerone seuissimis Cæsaribus clarum est, vt scias hoc Sapiẽtis verum esse id est. Væ tibi terra si rex tuus fuerit puer. At Ioseph annis & animo maturus iam Ægypti principatũ accepit. ⊏Et circuiuit omnes regiones Ægypti.⊐ Qui fuerint Ægypti termini nõ satis cõstat inter Geographos. Plinius scribit Ægyptũ introrsus ad meridiem recedere, donec à tergo prætendantur Æthiopes. Inferiorem eius partẽ Nilus, dextra leuaq; diuisus, amplexu suo determinat, Canopico ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco centum septuaginta milia passuum interuallo. Quam ob causam inter insulas quidam Ægyptum retulere, ita se findente Nilo, vt triquetram terræ figuram efficiat. Ideo multi Græcæ literæ vocabulo, Delta appellauere Ægyptum. Summa pars contermina Æthiopiæ, Thebais vocatur. Strabo de Ægypto, & eius terminis hæc scribit. οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι τὸ οἰκούμενον αὐτὸ καὶ ποσπζόμενον ἀπὸ τοῦ νείλου μόνον αἴγυπτον ἐκάλουν, ἀπὸ τῶν ποδὶ συήνην τόπων ἀρξάμενοι, μέχρι τῆς θαλάσσης. οἱ δ' ὕστερον μέχρι νῦν προσείλαβον ἐκ τῶν πρὸς ἕω μερῶν μεταξὺ τοῦ ἀραβίου κόλπου, καὶ τοῦ νείλου σχεδόντι πάντα. οἱ δὲ αἰθίοπες οὐ πάνυ χρῶνται τῇ ἐρυθρᾷ θαλάττῃ, ἐκ δὲ τῶν ἑσπερίων μέχρι τῶν αὐάσεων καὶ ἐν τῇ παραλίᾳ τὰ ἀπὸ τοῦ λιβυκοῦ σόματος μέχρι καταβαθμοῦ καὶ τῆς κυρανάων ἐπικρατείας. id est Antiqui id solum Ægyptum vocauerunt, quod habitatur, & à Nilo irrigatur, à locis Syene proximis, incipientes vsq; ad mare, posteriores verò vsq; ad hoc tempus, omnes ferè oriẽtales partes assumpserunt, quæ inter Arabicum sinũ sunt atq; Nilum. Æthiopes porrò rubro mari non adeò vtuntur. Ab occidente verò loca vsq; ad Abases. In ora maritima ab ostio Canopico, vsque ad eum locum qui Catabathmus dicitur, & ea quæ Cyrenæi tenent. Scribit idem Strabo Ægyptum in præfecturas diuisam fuisse, quas νόμους vocãt, Thebaica quidem in decem, quæ verò in Delta est in totidem intermedia autem in sedecim, & (vt quidam volunt) tot erant huiusmodi præfecturæ, quot aulas labyrinthus habebat, quæ circiter triginta erant. Rursum hæ præfecturę diuisiones alias habuere, nam pars eorum maxima in toparchias diuisę fuerũt. Toparchiæ rursum in diuisiones alias, minimæ portiones arua erant. Has igitur præfecturas & toparchias omnes Ioseph obiuit, vt oportuna loca, quibus frumenta condenda erãt, deligeret. ⊏Venitq; fertilitas septem annorum, & in manipulos redactæ segetes, congregatæ sunt in horrea Ægypti. Omnis etiam frugum abundantia in singulis vrbibus condita est. Tantaq; fuit abundantia tritici, vt harenæ maris coëquaretur, & copia mẽsuram excederet.⊐ Non solum Ioseph cum suo rege Pharaone magnam sibi laudem peperit, ob annonam coaceruatam tot futuris annis sufficientem. Optimis Romanis Imperatoribus semper hoc studium fuit, vt in futuros annos populo Romano magnam frumentorũ copiam prospicerent. Laudant historici Traianum, ex cuius prouisione factum est, vt Romæ esset canon frumentarius septem annorum, laudatur & hinc Septimius Seuerus, qui moriens septem annorum canonem frumentarium reliquit, ita vt quotidiana septuaginta quinq; milia modiũm expendi possent. Mamertinus quoq; in panegyrico Iulianum imperatorem præconio laudis extollit, quod frumẽtis vndiq; coemptis, vsq; ad opulentiam abundantiamq;, esurientem iam vrbem referserit. Sed quàm piè egerunt illi, tam pessimè egit Helioga balus, qui iusserat canonem populi Romani vnius anni meretricibus, lenonibus, exoletis intramuranis dari, extramuranis alio promisso. ⊏Natiq; sunt Ioseph filij duo antequam veniret fames quos peperit ei Assanes filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. Vocauitq; nomen primogeniti Manasses dicens: Obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domum patris mei.⊐ Quam hic obliuionem scriptura in Ioseph refert, an prudentissimum virum inertè & stupi-

Plinius.

Eccl. 10.

Plin. li. 5.

Strabo lib. 17.

Lamprid. in Heliog.

stupidè obliuiosum fuisse putabimus? atque lethææ memoriæ insimulabimus? Sed horum nihil in Ioseph cadit, cuius versatile & dextrum ingenium, tantis regni negotijs semper par erat. Atq hæc tot priorum laborum & afflictionū, quas exantlauerat, obliuio: finis quidam erat, & colophon, quem Ioseph afflictionibus suis fœliciter imposuit, quibus iam omibus prorsus defunctus erat. Alioqui memoria vitæ afflictæ anteactæ, solet ijs qui in splendidiorem conditionem ascenderunt periucunda esse, & grata eius recordatio. Præteriti labores sæpe plurimum solent gaudij afferre. Vnde vulgatum sermone prouerbium. Acti labores iucundi sunt, vt Cicero ait. Quid si etiam iucūda memoria est præteritorum malorum? Vt prouerbia nonnulla veriora sint, quā vestra dogmata. Vulgo enim dicitur. Iucundi acti labores. Nec male Euripides (concludam si potero latinè, græcum eīm hunc versum nostis omnes.

Cicero li. 2 de Finib.

Euripides.

Suauis est laborum præteritorum memoria.

Sed & Sophocles ait idem.

Sophocles.

ἀλλ' ἡδὺ τοῖ σωθέντα μεμνῆσθ' πόνων.

Id est,

Suaue quiddam est, si sanus meminit dolorum.

Ad hoc illud Vergilij referendum est, quod Æneas ad socios suos, post varia maris discrimina, consolando loquitur.

Verg. li. 1. Æneid.

O socij (neq; enim ignari sumus ante malorum)
O passi grauiora, dabit Deus his quoq; finem,
Vos & Scyllæam rabiem, penitusq; sonantes,
Accestis scopulos: vos & Cyclopea saxa
Experti, reuocate animos, mæstumq; timorem
Mittite. forsan & hæc olim meminisse iuuabit.

Optimus Romanorum Imperator fuit Vespasianus. Erat tamen hic humili natus loco, quem adeo non dissimulabat, vt etiā libens fateretur. Tamen iam summus Romani orbis monarcha, & maximus Imperator, locum incunabulorum in quo tenui fortuna educatus erat, assiduè frequentauit, manente villa qualis fuerat olim: ne quid scilicet oculorum cō suetudini deperiret. Adeo iucunda est summis ingenijs anteactæ vitæ humilitas, vt illam nunquam nō grata memoria in mentem reuocent. Ait & Ioseph se obliuisci domum patris sui. Neque hæc obliuio intelligenda est, vt semel paternam domum animo eiecerit, quam post paucos menses inopia affectam, ad se vocatā, summo studio excepit, & fouit: sed hæc obliuio iniuriarum est condonatio; qua in fratres licet absentes, nouo exemplo, vsus est Ioseph. Vsurpant ethnici quoque scriptores, obliuisci, pro condonare & remittere, sic Cicero ait; Obliuiscor iniuriarum, depono memoriam doloris. Notum est illud Ciceronis de Iulio Cæsare, qui nullius rei, nisi iniuriarum obliuisci solebat. Hunc in paternam suam domum animum, Ioseph filij sui primogeniti nomine testatum esse volebat; quē appellabat מְנַשֶּׁה Menasse, id est, faciens, siue afferēs obliuionem, à verbo נָשָׁה oblitus est. ⌈Nomenq; secundi appellauit Ephraim dicens. Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.⌉ In Hebræo legitur בְּאֶרֶץ עָנְיִי Et Septuaginta vertterūt, ἐν γῇ ταπεινώσεώς μου, id est: in terra humilitatis meæ, siue afflictionis. Præsentem suam fœlicitatem, & tantæ potentiæ suæ successum, Ioseph in filij sui iunioris nomine significare volebat, quem appellabat אֶפְרַיִם fructificationes, à verbo פָּרָה fructificauit. Hunc morem postea Romani familiarem habebant, vt semper filijs suis nomina imponerent, ab insigni aliqua sua fœlicitate, quam in bellis habuerunt, & nomina victarum terrarum vel sibi imponerent, vel etiam filijs suis, si illos tum nasci contigisset. Drusus Augusti Cæsaris priuignus & ab eo in Germaniam cum exercitu missus longè latéq; Germaniæ gentes domuit. Primò subegit Vsipetes, inde Bructeros superauit, spolijs quoque Marcomannorum quendam æditum tumulum, in trophei modum excoluit. Inde validissimas nationes, Cheruscos, Sueuos & Sicambros pariter aggressus est. Sed & oceanum Septentrionalem primus Romanorum ducum classe nauigauit. Ob insignem hanc de Germanis victoriā, ipse Drusus Germanici cognomen assumpsit, sed & filio suo quem è minore Antonia sustulerat, Germanicum appellabat; vt filius nomine suo patris fœlicitatem præferret. Claudius quoque Cæsar vnam tantum expeditionem, toto imperij sui tempore, suscepit, eamq; contra insulam Britanniam elegit, ac sine vllo prælio aut sanguine inter paucissimos dies, partæ insulæ in deditionem recepta: sexto quam profectus erat

Sueton. in Vespas.

Cicero.

Sueton. in Claud.

erat mense Romam redijt, triumphauitq; maximo apparatu. Et ne tanta eius gloria in obliuionem veniret, filium quem è Messalina vxore sustulerat, Britannicum, à deuictis Britannis cognomi nauit. Sed & Ioseph cum opibus & gloria floreret, filium suum, harum rerum nomen ferre volebat. ⌈Igitur transactis septē vbertatis annis qui fuerant in Ægypto, cœperunt venire septem anni inopiæ, quos prædixerat Ioseph, & in vniuersō orbe fames præualuit.⌉ Falsa iam olim præsumpta opinio est, quod hæc vox, orbis, vniuersum quid significet, orientem & occidentem, aquilonem & meridiem, & quoquo Sol vtrumque polum lustrat, atque aspicit. Sed hæc longè aliter intelligenda esse, satis declarant illustrium virorum scripta. Apuleius de Alexandro Magno sic scribit. Illud præclarum Alexandri, quod imaginem suam, quo certior posteris proderetur, noluit à multis artificibus vulgo contaminari, sed edixit vniuerso orbi suo, ne quis effigiem regis temere assimularet, ære, colore, cælamine. Sed cui orbi suo vniuerso? Quis tam stultus vnquam fuit, vt diceret Alexandrum Magnum vniuersum terrarum orbem subegisse? Omit to maximas Europæ nationes, Germaniam, Galliam, Hispaniam, Italiam, quas nunquam oculis adijt Alexander, sed spe tantum deuorauit. In Aphrica erat Carthaginensium respublica ampla & valida, quam non tentauit Alexander. Indiam ad fluuium Hypasin vicit, Gangen maximum Indiæ fluuium nō superauit. Appellat ergo Apuleius orbem Alexandri Magni illam orbis partem quam tenebat, nempe Græciam, Asiam cum parte Indiæ. Idem quoque nobis intelligendū est de Romano imperio & Romanis imperatoribus. Lucas Euangelista hæc scribit, ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος αὐγούστου ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. id est. Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. An putabimus Augustum vniuerso terrarum orbi imperasse, quem nunquam tenuit? Non enim imperabat Indis, Parthis, Scythis & multis alijs septentrionalibus populis: Augustinus de Constantino Christiano Imperatore hæc scribit: Diu imperauit, vniuersum orbem Romanum vn⁹ Augustus tenuit & defendit. Verum hic vniuersus orbis quem describi iusserat Augustus, & quem postea vniuersum tenuit Constantinus, id est, quod ex orbe possidebant Romani. Stultum est affirmare imperatores Romanos ius habuisse in totum orbem terrarum, cuius nunquam fuerunt Domini. Sic orbis Christianus est id quod ex toto orbe habemus Christiani Aphranius in Hispania à Iulio Cæsare victus, & cum se & exercitum cum Hispania victori traderet, ait:

Apuleius li. 1. Flor.

Luc. 2.

August. li. 5. de ciuit. Dei.

Tradimus Hesperias gentes, aperimus Eoas,
Securumq; orbis patimur post terga relicti.

Lucan. li. 4.

Rursus cum Libycas syrtes & earum naturam describeret, inquit.

Pharsa. 9.

Temperies vitalis abest, & nulla sub illa
Cura Iouis terra est; natura deside torpet
Orbis, & immotis annum non sentit arenis.

Hæc in hunc vsum huc adduximus, vt liqueat famē hanc, quæ in Ioseph tempora incidit, non per totius orbis vastitatem sæuisse, sed in Ægypto potissimum fuisse, & per circumiacentes terras, nempe per Arabiam, Æthiopiam, Syriam, & cæteras vicinas terras grassatam, quas sacra scriptura, orbem appellat. Scio tamen in Hebræo non legi, in vniuerso orbe, sed הָיָה רָעָב בְּכָל הָאֲרָצוֹת id est. Et facta est fames in omnibus terris. Orbis Hebraicè vocatur תֵּבֵל & à græcis οἰκουμένη. Sed iam sacris literis cōsuetum est quod à multis fit, vt id ab omnibus fieri dicatur, vnde scriptura quoq; postea subdit. ⌈Omnesq; prouinciæ veniebant in Ægyptum vt emerent escas.⌉ Haud dubio multæ vicinæ gentes in Ægyptū frumenta tū veniebāt. ⌈Audiens autem Iacob quod alimenta venderentur in Ægypto, dixit filijs suis. Quare negligitis? Audiui quod triticū venundetur in Ægypto.⌉ Quod nos legimus; Quare negligitis, in Hebræo legitur לָמָּה תִתְרָאוּ Verbum רָאָה vidit, in coniugatione reciproca, quam Hebræi vocant hithpael legitur הִתְרָאָה id est, respexit in seipsum. Est igitur sensus horum verborum Iacob ad filios suos.

Gen. Capu. XLII.

T. Liuius lib. 10. de bell. pu. Quousque aspicietis vosipsos. Mutuum inter se conspectum iacere aliquos, interdum magnæ admirationis significationem habet. Quum inter Scipionem & Hannibalem colloquium de pace indictum esset, & mutuò congressi forent, tum paulisper alter alterius conspectu, admiratione mutua prope attoniti conticuere. Quinetiã mutuus inter aliquos conspectus suspicionis indicium esse poterit; cum alter alteri diffidit, vt fit in rebus clam subductis vel fraude cælatis. Hinc pastorale illud.

Ver. in. bu. *Vir gregis ipse caper deerrauerat, atque ego Daphin*
Aspicio: ille vbi me contra videt: ⁊c

Credibile est inter filios Iacob tum dissidium incidisse, cum gliscente indies fame, pro se quisque studeret, & alterum suspectum haberet, inque illum oculos suspiciosè conijceret, tãquam communem domesticum penum exhauriret, & absumeret. Hæc quidem cum patrem Iacob minimè laterent, quanta filios discordia agitaret suos, nempe fame huc illos adigente, author fuit vt in Ægyptum frumentatum irent, vbi ingentem annonæ copiam esse haud falso fama vulgabat, qua facilè sæuientem famem sedarent, & frangerent. Sic enim pater ait: Audiui quod frumentum venundetur in Ægypto, *p* frumento in Hebræo leg. פְּרָיָה fractio, quo nomine commodè frumentum appellatur, quod famem frangat. Apud Ciceronem legimus. Integram famem adouum adfero, quid iam prohibere poterit, ne dicamus fractã famẽ, frumenti beneficio? vel frumentũ fractio appellatur, quod prius molari saxo frangatur quàm homini vsui esse poterit. Hinc apud Vergilium est de frumento.

Cicero.

Verg. li. 1 Æneid. *frugesq; receptas*
Et torrere parant flammis, & frangere saxo.

¶ Descendentes igitur fratres Ioseph decem, vt emerent frumenta in Ægypto, Beniamin domi retento à Iacob, qui dixit fratribus eius ne fortè in itinere quicquam patiatur mali: ingressi sunt terram Ægypti cum alijs qui pergebant ad emendum. ⁊ Quantum tum frumenti copiam in Ægypto fuisse putabimus, quæ non solum ipsis indigenis satis erat, sed etiam vicinis gentibus, frumentatum in Ægyptum venientibus, sufficere poterat. Auget hãc admirationem famis diuturnitas, quæ non annum neq; sesquiannum, sed in septimum annum orbem miserabiliter afflixit. Sed ad hãc inopiam tam diuturnam sustentandam, & tot terris annonam suppeditandam, vna Ægyptus satis superq; esse poterat. Est em Ægyptus hoc nomine semper commendata quod large semper & liberaliter exteris populis annonæ afflictione grauatis subuenerit. Publicum enim orbis horreum, verissimo præconio Ægyptum esse veteres dixerunt, neque vlla imperij Romani prouincia fuit, cui plus debuerit Italia in difficili annona, vt interim de consueta annuaq; frumentatione, & canone illo, cuius ipsa fotrix fuit, non dicamus. Augustus Cæsar superato Antonio & Cleopatra, Ægyptum in prouinciæ formam redegit, eamq; vrbis Romæ horreum esse destinabat. Augusti enim tempore, vt à scriptoribus proditum est, ex Ægypto vrbi annua ducenties centena milia frumenti inferebãtur. Sed & Plinius de hac Ægyptia annona hæc scribit. Percrebuerat antiquitus vrbem nostram, nisi opibus Ægypti ali sustentariq; non posse. Superbiat ventosa & insolẽs natio, quod victorem populum pasceret. Egesippus & Iosephus tradunt annonam quatuor mensium singulis annis, populo Romano ministrari ab Ægypto solitam. Sub Domiciano Cæsare allatæ erant ex Ægypto rosę hibernæ, tanquam res prodigiosa & exotica, verum cum omnia luxuriæ instrumenta in vrbe essent, neque rosæ hybernæ tum deerant. Monet igitur Martialis poëta Aegyptum, vt ab vrbe Roma rosas accipiat, & messes suas vicissim mittat.

Plinius in Paneg.

Martialis lib. 6. epig. *At tu Romanæ iussus iam cedere brumæ,*
Mitte tuas messes, accipe Nile rosas.

Nec mirum videri debet si in Italiam & Romã messes suas miserit Aegyptus, quibus victorem populum Romanum pascere solita erat. Miserunt olim Aegyptij Athenienſibus, in magna sua fame, fermentum, quo inter vtrosq; fœdus & commilicium sancitum est, quod Aristophanes comicus significat.

Aristoph. in Pluto. ἢ ξυμμαχίαν ἀν' ὀυχὶ σῖτα σ' ἐ τοῖς ἀιγυπτίοις.
Id est.
An non propter te belli societas cum Ægyptijs.

Causam huius fœderis explicat Commen-

mentator, ὅτι ἀμάσιδ Φ ἀιγυπτίων βασιλέως φίλοι ὄντες οἱ ἀθηναῖοι, ἔπεμψαν πρὸς αὐτὸν αἰτοῦντες σῖτον, καὶ ἔπεμψεν αὐτοῖς ἱκανὸν. ἐκ τούτου ἀθηναῖοι ἔπεμψαν τοῖς ἀιγυπτίοις συμμαχίαν εἰς τὸν πρὸς τοὺς πέρσας πόλεμον, καὶ εἶχον φιλίαν καὶ συμμαχίαν πρὸς ἀλλήλους. Id est. Sub Amaside rege Ægypti inualuit magna fames apud Athenienses. Miserunt ergo ad regem petentes frumentum, & misit illis sufficientem. Postea Athenienses miserunt Ægyptijs auxiliares milites ad bellum contra Persas, & erat amicitia & fœdus inter ipsos. Magnam & perpetuam laudem apud Christianos inuenit Constantinus Imperator Helenæ filius, qui primus è Romanis Cæsaribus Christianismum amplexus est, & Christum agnouit. Declarauit hanc suam pietatem liberalitate quoq;, qua in pauperes vsus scribitur. Nam eius decreto quotannis ab Alexandria Ægypti metropoli Constãtinopolim mittebantur octoginta milia modiorum frumenti propter pauperes. Ea res vrbis Episcopo commissa videbatur. Ex hoc negotio tam pio incredibilẽ calumniam, sed mendacijs egregie instructam concinnabant Arriani Athanasio Alexandrinæ vrbis Episcopo, cui mittẽdi frumenti prouincia incumbebat. Adornauerant quidem prius in caput Athanasij calumnias sanè quã graues, sed quæ nostro hoc æuo pseudeuangelicis pia negotia sunt & sacrosancta, nempe subuersum altare, & sacrum calicem diffractum. Atqui tum aliam commenti erant calumniam, qua pium virum apud Cæsarẽ reum agerent. Suggerebant enim Imperatori, quod Athanasius interminaretur non se missurum ab Alexandria frumenta solenniter ad Constantinopolitanam vrbem. Sed hæc in hunc vsum adduximus, quo liqueret frumentum ab Ægypto mitti solitum in longè dissitas terras. ¶ Quumque adorassent eum fratres sui & agnouisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur, interrogãs eos. Vnde venistis? ⁊ Multis quidem nominibus Ioseph meritò suspiciendus atq; imitãdus videtur, & elucet in eo magna quædam in obeundis negotijs prudentia & dexteritas. Illud vel inprimis imitabile censendum est, quod mira quędam in eo fuit mixta cum sæueritate pietas, & quod iniuriam à fratribus acceptã clementi sęueritate castigasse satis habuerit; neq; illos quæstioni subijciendo, vel occidendo, sed simulata sæuitia atq; duritia affligendo, eo perpulit, vt scelus in se admissum confiteri cogerentur. Quid etiam hilarius quàm quod eosdem suppliciorum metu attonitos atq; amentes, cõuiuio accipit familiari, & summa de se sperare iusserit? Porsena Ethruriæ rex valida obsidione vrbem Romam premebat, atq; eiectos Tarquinios in regnum reducere conabatur. Eum tamen Vergil. hosti similem fuisse canit.

Tripartitæ Hist. lib. 3.

Verg. li. 8. Æneid. *Illum indignanti similem, similemq; minanti*
Aspiceres.

Hic postea miratus Romanorum virtutem, & pace cum illis facta, exercitum ab vrbe abducit. Castra quoq; sua omnium commeatuum plena, populo Romano, iam tum ob longam obsidionem famelico reliquit. Pari ratione & Ioseph affectata sæuitia in fratres suos vsus, eos tamen commeatu iuuit, neq; mensæ suæ honore indignos putauit. ¶ Qui responderũt. De terra Chanaã, vt emamus victui necessaria. Et tamen fratres ipse cognoscens, non est cognitus ab eis. ⁊ Perquã mirum videri posset Israelitas hos fratrem suum Ioseph, qui cum tot sermones miscebant, voce intelligere non potuisse, sed neq; oris vultusque lineamentis agnoscere potuisse, multo magis mirum est. Atqui complura hic sunt quæ facilè fidẽ his facere poterint. Ioseph sedecim natus annos vẽditus erat, iã tũ acuta etiamnum voce & puerili, at illa iã obsoletiòr erat, & in virilem mutata sonum. Ad hæc hispida facies, & barbæ syllua plurimum obfuerunt, quo minus Ioseph vt fratrẽ suũ agnoscere possent. Sed maximè Ioseph faciẽ immutarũt tot afflictiones, quibus sursum & deorsum iactatus est, seruitutis ignominia, carceris vincula & pedores. Hęc em prępperã & celerẽ faciei senectutẽ afferre solẽt, vt canit Hom. ἅμα γὰρ τε κακότητι βροτοὶ κατάγηρας τ' ὀδόντας. i. Statim enim in afflictione homines senescunt. Vlysses Ithacẽsis apud Homerũ subinde πολύτλας appellatur, id est, miser. Ad bellum enim Troianum integra ætate proficiscitur, & totum decẽnium, varijs belli laboribus ibi transegit. Excíso deinde Ilio, per aliud decennium per varia maris terrarumq; discrimina iactatus est. Quum igitur in Ithacam patriam redijsset, à nemine, post tot annorum

Hom. libro τ. ὀδύσσ.

absentiã, agnitus est. A Telemacho filio, Pallade indicante, agnoscebatur. Sub mẽ dici habitu inter commessantes procos obambulabat, illorum verba & gesta sollicitè aucupabatur, Penelopæ & omnib. incognitus. Euriclea nutrix, dum pedes eius tanquam peregrino lauat, ex tactu cicatricis, quam in venatione, in pedẽ acceperat, Vlysses esse agnoscitur. Neq; Penelope virum Vlyssen vnquam agnoscere potuisset, nisi lecti signa, quę Vlysses memorabat, Penelope clarè vidisset. Quocirco mirandum non est si Israelitæ Ioseph vt fratrem post tot annos, agnoscere non potuerint. Verum est enim illud Iob de homine וַיִּכְמֶה כַּצֵּל וְלֹא יַעֲמֹד quod nostra versio sic legit. Fugit velut vmbra, & nũquam in eodem statu permanet. Huc accedit quod Israelitis nunquam per somnium occurrere potuit, Ioseph fratrem, quem venditum sciebant, in tantum honoris culmẽ ascensurum, vt in Ægypto, post regem, primas obtineret. ¶ Recordatusq; somniorum, quæ aliquando viderat: ait ad eos. Exploratores estis, vt videatis infirmiora terræ venistis. ¶ Quæ sunt hæc infirmiora Ægyptię terræ? An vulgus Ægyptium esse putandum erit, quod cum Nili inundatio omnia tenet, otiose desidet, & remissis operibus rusticis, epulis indulget ac voluptati, vt Diodorus Siculus author est. Imbelliam & tarditatem populi Ægyptiaci testatur Photinus apud Lucanum, quum absentem Pompeium sic furibundus affatur.

Homer. in Odyssea.

Iob 14.

Dio. Sicul.

Lucan. l. 8. Pharſ.

quæ te nostri fiducia regni
Huc agit infœlix? populum non cernis inermem,
Aruaq; vix refugo fodientem mollia Nilo?

An igitur Ioseph ciuilem hanc calumniam affectauit, qua fratres insimularet, quod quasi exploratores essent secordiæ atq; ignauiæ Ægyptiæ gentis? quam postea in Syria traducerent, atq; euulgarẽt, non sine magno Ægyptiorum damno. Sunt certè complures cautiones quæ peregrinis obseruandæ sunt, inter illas non postrema est vt ne curiosi in alieno esse velint. Vix alia res est, quæ maiorẽ proditionis suspitionẽ peregrino inurere poterit, atq; curiosa rerũ omniũ exploratio. Hanc explorationẽ Græci appellant πολυπραγμοσυνὴν, id est, curiositatẽ, & studium aliena mala cognoscendi. Cæterum si infirmiora terræ Ægypti intelligere velimus, patentes ad illã aditus, & faciles ingressus, vix aliã terram inueniemus quæ magis firmior. Est enim Ægyptus, vt oĩm frugum parens, itaetiam naturæ beneficio, vndiq; munita, ne facilè ab alijs gentibus incursari possit, Pompeius à Iulio Cæsare victus, Lentulo consule Romano suadente, in Ægyptum potissimũ cõtendit, quod ibi securitatẽ sibi à victore Cæsare polliceretur. Sic enim Lentulus loquitur.

Luca, li. 8. Pharſ.

Syrtibus hinc Libycis tuta est Ægyptus, at inde
Gurgite septeno rapidus mare submouet amnis.

Quantum verò momentum afferre soleat in bellicis rebus Ægypti possessio, satis ostendit Vespasianus, qui profligato in Galilæa bello, Cęsar à militib. consultatus est. Suscepto igitur ciuili bello contra Vitell. qui Romã occupauerat, & copijs in Italiã premissis, interim Vespas. Alexandriã transijt, vt claustra Ægypti obtineret. Causam verò cur Vesp. Ægypti claustra occupauerit, reddit hanc Iosephus, εἰδὼς πλεῖστον ἡ ἡγεμονίας μέρος τὴν αἰγύπτου οὖσαν. εἰδὼς τὴν τοῦ σίτου χορηγίαν, ἧς ἡρᾶτο εἰ θέλοι καὶ βίᾳ καθαιρήσειν ἤλπιζεν εἰτέλλειν, οὐ γὰρ αὐξεσθαι πεινῶσαν ἀδὶ ῥώμης τὸ πλῆθος. Id est. Sciebat ex imperio eximiam partem esse Ægyptum, ob frumenti copiam. Si enim Ægypto potiretur facilè deinde se Vitellium sperabat oppressurum. Neque enim populum Romanum putabat famem diu laturum. Quàm verò vndiq; tuta sit Ægyptus, describit idem Iosephus his verbis. ὅτι γὰρ κατά τε γῆν συμβολος. καὶ τὰ πρὸς θάλασσαν ἀλίμενος. κατὰ μὲν ἑσπέραν προβεβλημένος τὰ ἄνυδρα ἡ λιβύης. κατὰ δὲ μεσημβρίαν τὴν διοείζουσαν ἀφ' ἀθιόπων τὴν συνεχῶ. καὶ αὖ ἀπλώτους τὸν ποταμοῦ καταῤῥάκτας, ἀφ' ἡ ἀνατολῆς, ἐπὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ἀναχεομένη μεχρὶ κοπτοῦ. βόρρον δὲ τεῖχος ἀυτῇ ἥτε μέχρι συήνης γῆ, καὶ τὸ καλούμενον αἰγύπτιον πέλαγος, πανὶ ἄπορον ὁρμῶν. τετείχισται μὲν οὕτως αἰγυπτος πανάσθενε. id est. Est enim Ægyptus à continenti in accessa

Iosephus. libr. 1. cap. 1.

Sueton. in Vespas.

Idẽ eod. li.

accessa, à mari importuosa. Ab occidente quidem obiacent Libyæ arida, à meridie Syene est quæ Ægyptum ab Æthiopia dirimit, & Nili cataractæ. Ab oriente verò ad rubrum mare ad Coptum vsq; pertingit. Boreale latus quod est Syria, vocatur pelagus Aegyptium, quod omne importuosum est. Et Aegyptus quidẽ omnis sic vndiq; vallata est. Hactenus Iosephus. Credibile certè est Ioseph fratres suos festiuè magis & ioco quàm seriò insimulare voluisse, quod infirmiora terræ Aegypti explorare voluerint; quam ipse sciebat optime ab omnib. partibus probè munitam. Neq; tamen Ioseph destitit hanc tanquam calumniam fratribus obiectare, nec minus illi illam deprecari & refellere, vt innocentiæ suæ conscij. Rursus Ioseph tanquam nihil remittens, sic fratres impetit. ¶ Hoc est quod loquutus sum. Exploratores estis. Iam nunc experimentum vestri capiam. Per salutem Pharaonis, non egredieminì hinc, donec veniat frater vester minimus. Et paulò post. Per salutem Pharaonis, exploratores estis. ¶ Ingenium Ioseph, cum semper in multis alijs, tum maximè in his suis verbis liquere poterit. Fratres suos iureiurãdo pauidos reddit, sed quod magis ab ipso quàm à fratribus intelligebatur, quã nullum esset & inualidũ. Nam quod nos legimus, per salutem Pharaonis, in Heb. legitur חי־פרעה id est, Per vitã Pharaonis. Et Septuaginta verterunt, νὴ τὴν ὑγίειαν φαραώ. Id est. Per sanitatem Pharaonis. Sed quis nõ videat quàm nullum hoc sit iusiurandum, quod Deum non complectatur? Quid fugacius & incertius vita & sanitate moriturì hominis? cuius iusiurandum nullum constringere poterit? Agamemnon rex restituturus Achilli raptam Briseidam, per regium suum sceptrum iurat, illam à se quidem minimè vitiatam; vt Homerus canit.

Hom. libro 1. iliad.

μὴ πότε ἡ ἐυνῆς ἐπιβήμεναι, οὐδὲ μιγῆναι
ἣ θέμις ἀνθρώπῳ τῶ ἐλεῖ αὐδῆ οὐδὲ γυναικῶ. i.
Me nunquam thalamos raptæ inscendisse pudicos,
Aut tetigisse meo, violatum corpore corpus,
Ceu vir legitimo sueuit mulierq; cubili.

Quàm nullum sit hoc iusiurandum, & quàm se hoc minimè obnoxium reddi voluerit Agamemnon; Ouidius his versibus significat.

Ouid. li. 2. de rẽ. am.

Nam sibi quod nunquam tactam Briseida iurat,
Per sceptrum; sceptrum non putat esse Deos.

Mirum est quod de Socratis & aliquorum philosophorũ iureiurando proditũ sit. Frequens est apud Platonẽ hoc Socr. iusiurandũ. μὰ κύνα, μὰ χῆνα, id est, per canẽ, per anserem. Variant hic scriptores quid de hoc iureiurando sentiendum sit. Christiani ita interpretantur, quasi male de dijs suis senserit, eosq; deriserit, Tertull. Socratẽ querẽtũ hircũ & canẽ in contumeliã deorũ deierasse perhibet. Et Lactant. de Socrate, Idem, ait per canẽ & anserem deierabat. O hominẽ scurrã (vt ait Zeno Epicureus) ineptum, perditũ, desperatũ, si cauillari voluit religionẽ: dementem, si hoc serio fecit, vt animal turpissimũ pro Deo haberet. Quis iã superstitiones Ægyptiorũ audeat reprehendere, quas Socrates Athenis authoritate cõfirmauit suae Suidas. διόσι τὸν κύνα καὶ πλάτανον ἡ ὑπὸ βολλὼ δεισιδαιμονίας ὤμνυον ὁ σωκράτης. i. Propter superstitionis magnitudinẽ Socrat. deierabat canẽ & platanũ. Equidẽ non facilè autumarẽ Socra. probũ hoĩem & superstitiosum deos suos hoc iuramento contẽnere voluisse, idq; ex aliorũ authorũ scriptis facilè liquere poterit. Sosias apud Aristoph. vir modestus & innocens, nõ philosophos illudẽs, μὰ τὴν κύνα per canẽ deierat. Sed & Aristoph. glossographus hæc scribit, λέγει δὲ βραδάμανθυν τοῦτον ὀδύνας τὰς ὅρκους ποιεῖσθαι μετὰ τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ὀμνύειν κελεύσας χύνα. i. De Rhadamãte dicitur, quod hic nulli cõcesserit iuramẽta per deos iurare, sed per anserẽ. Pythagoras teste Laert. μὴ ὀμνύειν θεούς. i. nõ iurandũ per deos, vetuit. Sed & Philost. de Socrate sic loquitur, ὤμνυε γὰρ τὴν κύνα καὶ τὴν χῆνα καὶ τὴν πλάτανον, οὐχ ὡς θεοὺς, ἀλλὰ μὴ θεοὺς ὀμνύειν. i. Iurabat eũ canem & anserẽ & platanon, non vt deos, sed ne deos iuraret. Athe. de Zenone stoicæ philosophię authore hæc scribit, καὶ ζήνων ὁ κιτιεὺς μὲν τὴν κατὰ κύνας ὅρκον σωκράτους, καὶ αὐτὸς ὤμνυε τὴν κάππαριν. Id est. Zeno Citieus Socratis iuramentum quod per canẽ fiebat, imitatus est, siquidem & ipse iurabat per capparim. Deos à Zenone derisui habitos, si quis per imprudentiam diceret, tumultuantes Stoicos nõ sustineret. Atqui hoc philosophicũ iusiurandũ fortasse alienius est, cũ vt huc afferẽdũ esset; nõ tã oĩo absurdũ visum est, in gratiã eruditorum narrare. Sed iam sequentia videamus.

Tertul. in Apolog.

Lact. li. 3. con. gen.

Aristop. in σφηκ.

Laertius.

Philostrat.

Athen. li. 8. δ. ἐιπν.

¶ Tradidit ergo illos custodię trib. diebus. ¶ Posset hic quispiam Ioseph clementiam mirari,

rari, quod fratres suos pessimè de se meritos, trium duntaxat dierum custodia plecti satis habebat, neq; vltra quid in illos clementi sua sæueritate fecisse. Equidem vt quod sentio, dicam: ex hac trium dierũ custodia, qua Ioseph fratres suos coërcuit, natas arbitror tres illas rationes quas philosophi in peccatis puniendis semper spectandas esse putauerunt. Nam puniẽdis peccatis, authore A. Gellio, tres esse debere causas existimatum est. Vna est, quæ νουθεσία. id est, commonitio, vel λόλασις, id est, punitio, vel παραίνεσις, id est, monitio dicitur, cum pœna adhibetur castigandi atq; emendandi gratia, vt is, qui fortuito deliquit, attentior fiat correctioq;. Talem pœnam salutiferam minatur Chremes Terentianus filio suo amore & lasciuia perdito, cum inquit.

A. Gel. li. 6. noct. att.

Terent. in ἑαυτοντ.

Vt eius animum, qui nunc luxuria & lasciuia
Diffluit, retundã, redigam, vt quo se vertat nesciat.

Altera pœna est quam hi qui vocabula ista curiosius diuiserũt, τιμωρίαν, id est, pœnam appellant. Ea causa animaduertendi est, cum dignitas authoritasq; eius, in quem est peccatum, tuenda est: ne prætermissa animaduersio contemptum eius pariat, & honorem eleuet. Hac animaduersione desæuit Simo in seruum suum Dauum & filium Pamphilum, à quibus dolis sese ludificatum fuisse magnopere dolebat. Sic enim in Dauum, cum illum in vincula rapi iuberet, stomachatur.

Terent. in And.

Age nunc, iam ego pol hodie, si viuo, tibi
Ostendam, herum quid sit pericli fallere, &
Illi patrem.

Tertia ratio vindictæ est, quæ παράδειγμα, id est, exemplum à Græcis vocatur: quum punitio propter exemplum necessaria, vt cæteri à peccatis similibus, quæ prohiberi publicitus interest, metu cognitæ pœnæ deterreantur. Idcirco veteres quoq; nostri, Exempla, pro maximis grauissimisq; pœnis dicebant. Hanc pœnam Demea seruo Syro minatur.

Terent. in Adelph.

Tum' si meus esses: exemplum omnibus,
Curarem vt esses.

Triplicem ergo hanc sumendæ pœnæ rationem, optimè figuratam arbitror in hac triduana fratrũ Ioseph custodia, quæ illos satis superq; admissi sceleris admonuit, & fraternam vẽditionem expiauit, exemplumq; omnib. post futuris seculis reliquit. Hæc trium dierũ custodia, & affectata Ioseph in fratres suos sæueritas, tandẽ hanc illorum vocem elicuit. ☐ Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiã animæ eius dum deprecaretur nos, & non audiuimus, idcirco venit super nos ista tribulatio. ☐ Putant quidã prudẽtiã illã, quẽ ex malis nostris proficiscatur esse miserrimã. Sit certè miserrima, modo eadẽ verissima inueniatur, & nõ raro hominem ad optimã frugẽ trãsire cõpellat. Vulgatũ apud Græcos est πληγὶς νόου ἕξις, .i. Ictus sapiam, vt sit multos magno suo malo doctos, sapere tandẽ. Quis enim adeo bardus & blũbeus est, qui luculento aliquo malo accepto, nõ circumspectior redderetur. Si verũ est illud Hesiodi πάθος τε νήπιος ἔγνω. i. Stultus quũ patitur, agnouit, multo magis prudẽs, è rerũ suarũ clade, admissum errorẽ facilè agnoscere poterit. Quis ex regibus illis luda, qui in Hierosol. rerũ potiti sunt, sceleratior fuit Manasse illo, laudatissimi Ezechiæ regis degenere filio? Hic siquidem ruptis omnib. modestiæ & religionis vinculis, in omnem impietatẽ præceps ibat, pientissimorũ virorũ sanguine, qui impietati illius obnunciabãt, regni sui soliũ respergebat. Cæterũ Babylonica captiuitas, & vincula ferri, longusq; in carcere pedor, correxere virũ, eumq; longè alium reddiderunt, & quod regia fœlicitas, & opum affluentia præstare non poterat, hoc accumulatæ afflictiones expresserũt. Confessio siue precatio Manasse regis, quam ex vinculis ad Deũ orauit; in cõsecratis literis sacrosancta & pia semper habita est. Agamẽnõ Troiani belli imperator, regio titulo tumidus & superbus, in Achillẽ iniurius erat, quod tamen nunquã, rebus fœliciter succedentib. agnoscere poterat. At quũ Hector Græcorũ exercitũ cædibus, classes incẽdio vastaret; & opus esset Achillis opera, qui malũ à Græcis defenderet, tum Agamemnonem illatæ Achilli iniuriæ pœnitentia subijt. Hinc hæc illius verba ad Nestorem.

Hesiod. lib. α. ἔργ.

Paral. li. 2.

Homer. lib. ι. ἰλιαδ.

ὦ γέρον, ἤτοι ὁδ' ὁς ἐμὰς ἄτας κατέλεξας
ἀκούω. οὐδ' αὐτὸς ἀναίνομαι. Id est.
Haud falso nostræ commissa piacula culpæ
Chare senex memoras, deliqui impulsus ab ira,
Sed neq; peruersus vitiosa mente negabo.

Et paulo post.

ἀλλ' ἐπεὶ ἀκούω, φρεσὶν λευγαλέῃσι πιθήσας. Id est.
Sed quia deliqui mentis dictata sequutus
Damnosæ.

Talem

Talem confessionem etiam à fratribus Ioseph expresserunt afflictiones & mala, quibus tum vrgebantur. Sed in fratrum suorum afflictione quid egerit Ioseph, videamus. ☐ Auertitq; se parumper & fleuit, & reuersus loquutus est ad eos, tollensq; Symeon & ligans, illis præsentibus. ☐ Non superuacaneũ, neq; frustra putandum est, quod Ioseph, dum fratrem Simeon, quasi iratus ligat, fleuisse scribatur. Optimi certè principis iconem & exemplar hic Ioseph exhibuit, qui lachrymis suis ostendit quomodo à sontibus supplicium sumere debeat magistratus. Nihil hic priuatis affectionib. vel odio indulgendum est, neq; condemnati fortunis auarè inhiandum, neq; supplicio, & sanguine, animus oculiq;, tanquam amœno aliquo spectaculo, pascendi sunt, sed contra magistratus parentis affectum induere debet, qui charissimũ filium atq; vnicè dilectum secari vriq; iubet, quod eum perdere, legibus sic iubentibus, cogatur, quem magis incolumem esse optaret. Hanc supplicij irrogandi formulã prior ipse Ioseph ostendisse liquet; qui non sine lachrymis fratri Simeõ vincula iniecit. Hæc mira clementia & præconio digna, fuit in Vespasiano viro Romanorum Imperio digno, quem Sueton. scribit, neq; cæde cuiusquam vnquam lætatũ, iustis etiam supplicijs illachrymasse & ingemuisse. Extat vox Neronis Cæsaris immortalitate quidem dignissima, nisi ipse illam odio damnati sui nominis inperpetuum obliterasset. Quum enim Nero in initio imperij sui ciuilẽ & mitem principem ageret, hanc vocẽ emisit: Quàm vellem nescire literas. Causa verò huius vocis erat hæc. Burrus præfectus cohortium, vir egregius, in latrones duos animaduersurus erat, exigebatq; à Nerone principe, vt subscriberet in quos ex qua causa animaduerti vellet, hoc sæpè dilatum, vt aliquando fieret instabat. Tandem Nero inuitus inuito cum carthã protulisset, traderetq; exclamauit. Vellẽ nescire literas. Hoc autem ideo dixit, ne cogeretur subscribere libellum pertinentem ad supplicium capite damnatorum. Ea tum erat Neronis clemẽtia in noxios quoq; & mortem commeritos. Sed quis putasset tam mitem agnum, in tam sæuissimam beluam euasurum, vt non immeritò de illo proditum sit, quod hostis fuerit humani generis. Cæterum Ioseph mitem suum animum lachrymis testabatur, neque his contentus fratres suos commeatu & viatico donatos ad patrẽ mittit; sed & pecuniam, qua frumenta empturi veniebãt, clam in saccos abijci iussit, quod quidem noui metus apud fratres initium fuit. ☐ Apertoq; vnus sacco, vt daret iumento pabulum in diuersorio, contemplatus pecuniam in ore sacculi: dixit fratribus suis. Reddita est mihi pecunia. ☐ Sunt inter ethnicos scriptores grauissimi authores, qui nummorũ monetam recentiorem esse autument, & rerum permutationes longè esse antiquissimas, atq; à vetustissimis vsurpatas; quæque etiam maximè sint secundum naturã. De hac permutatione sic scribit Arist. ὅτι γὰρ ἡ μεταβλητικὴ πάντων ἀρξαμένου τοῦ μὲν πλείω, τοῦ δὲ ἐλάττω τῶν ἱκανῶν ἔχειν οὐδ' ἀνθρώπους ἦν δῆλον ὅτι οὐκ ἔστι φύσει ἡ χρηματιστικὴ ἡ καπηλική. Id est. Est enim permutatio in omnib. cepta quidem ab initio ex eo quod est secundum naturam, quod alij plura quàm opus sit, alij pauciora habeant homines. Ex quo manifestum est, pecuniariam nõ esse secundum naturã eius, quæ pertinet ad acquirendum. Et paulo post, καθάπερ ἔτι πολλὰ ποιεῖ τῷ βαρβαρικῶν ἐθνῶν κατὰ τὴν ἀλλαγήν, αὐτὰ τὰ χρήσιμα πρὸς αὐτὰ καταλλάττοντες, ἐπιπλέον δὲ οἶνον, οἷον οἴνου πρὸς σῖτον διδόντες, καὶ λαβόντες, καὶ τῷ ἄλλῳ τῷ τοιούτῳ ἡ μέσον. ἡ μὲν οὖν τοιαύτη μεταβλητικὴ, οὔτε παρὰ φύσιν, οὔτε χρηματιστικὴς οὐδὲν εἶδος· οὐδὲν εἰς ἀναπλήρωσιν γὰρ ἦν κατὰ φύσιν αὐταρκείας οὖσ. Idẽ quoq; multę Barbarorũ nationes faciunt, alia pro alijs dãtes, recipiẽtesq;. Vtilia emũt pro vtilib. tradunt, vltra verò nihil, ceu vinũ pro tritico, & cæteris talibus. Huiusmodi ergo permutatio, neque præter naturã est, neq; ad amplificationẽ patrimonij pertinet, cũ sit in supplemẽtũ indigẽtiæ secundũ naturã. Sed & Pli. putat res humanas fœlicioresforè, si res ipsę inter se permutarenũ, sicut & Troianis tẽporib. factitatũ, si Hom. credi cõuenit. Ita emũ (vt opinor) cõmercia victus gratia inuenta, alios corijs boũ, alios ferro captiuisq; reb. emptitasse tradit. Fuit certè idẽ studiũ olim sæuerissimis legũ latoribus, vt auri argẽtiq; vsum, velut oim scelerũ materiã è repub. quã instituebant, tollerent. Lycurgus in Lacedæmoniorum legibus iubebat emi singula nõ pecunia, sed cõpẽsatione

Sueton. in Vespas.

Sueton. in Nero.

Aristot. li. α. πολιτ.

Pli. li. 33.

Cor. Taci. ſatione mercium. Refert Cornelius Tacitus Germanos illos interiores & penitiores argento & auro vſos non fuiſſe, ſed ſimplicius & antiquis mercium permutatione omnia tranſegiſſe. Hunc negotiandi modum Ariſtoteles vocat ſecundum naturã. Succeſsit huic alius modus, quẽ appellat διὰ ἐμπειρίας τινὸς καὶ τέχνης. Id eſt, ſecũdum peritiam & artem. Hic mos ob hanc cauſam introductus eſt, ξενικωτέρας γὰρ γινομένης τῆς βοηθείας τῆς εἰσαγωγῆς ὧν ἐνδέεις καὶ ἐκπέμπειν ὧν ἐπλεόναζον, διὰ τὴν ἀνάγκης τὴν τῶν νομισμάτων ἐπορίσθη χρῆσις. οὐ γὰρ ἴδιόν ἐστι παντὸς ἕκαστον τῶν κατὰ φύσιν ἀναγκαίων, διὸ πᾶς τὰς ἀλλαγὰς τοιοῦτον τὸ σωνέθεντο πᾶς σφᾶς αὐτὸς διδόναι καὶ λαμβάνειν, ὃ τῶν χρησίμων αὐτὸ ὄν, ἔχοι τὴν χρείαν ἴδιον μεταχειρίσιμον πρὸς τὸ ζῆν, οἷον σίδηρος, καὶ ἄργυρος, κἂν εἴη τοιοῦτον ἕτερον. τὸ μὲν πρώτερον ἁπλῶς ὁρίσθη μεγέθει καὶ σταθμῷ, τὸ δὲ τελευταῖον καὶ χαρακτῆρα ἐπιβάλλοντος, ἵνα ἀπολύσῃ τῆς μετρήσεως αὐτός· ὁ γὰρ χαρακτὴρ ἐτέθη τοῦ ποσοῦ σημεῖον. Id eſt. Quum à remotioribus quæreretur auxilium, importando illa, quibus indigebant, & exportando illa quibus abundabãt, neceſsario nummi introductus eſt vſus. Non enim faciliter deferri poſſunt ſingula ad vitam neceſsaria. Quare ad permutationes faciendas tale aliquid compoſuerunt inter ſe dare & accipere, quod vtilium quidpiam exiſtens, haberet vſum commutandi facilem ad vitam, ceu ferrum & argentum, & ſi quid aliud tale. Primo ſimpliciter diffinitum quantitate & pondere, poſtmodum verò etiam ſigno impreſſum, quo à menſura liberi eſſent. Nam ſignum poſitum eſt, ad quantitatem demõſtrandam. Porrò quod ad rem nummariam pertinet, apparet æris metallum olim maximo in prætio fuiſſe, & ante argentũ & aurum exiſtimatum. Sunt enim plurima quæ rei fidem faciunt. Æs hodie pro pecunia vſurpamus, & ærarium appellatur pecuniarum receptaculum, obærati, qui ſoluendo non ſunt. Conſtat Romanos olim rudi ære, & nullo ſigno impreſſo, vſos. Neq; informe hoc ęs numerabãt, vt hodie in auro & argento fit, ſed in pondere pendebãt. Hinc adhuc vetere more dicimus, pendere tributũ, quod veteres pendere ſoliti erant, non numerare, vt hodie fit. Veteres quoq; ingẽs auri pondus dixerunt, quod hodie pecuniam ingentẽ dicimus. Poſtea Seruius Romanorũ rex, primus ſignauit ęs. Signatum eſt notã pecudũ, vnde & pecunia appellata. Home. ſcholiaſtes idem ſcribit, οἱ παλαιοὶ πρὶν ἐπὶ νομίσματα τὰς συλλαγὰς ἐποιοῦντο ἀλλ' ἢ τετραπόδων, ὅθεν ὕστερον ἐφυλάττετο τῶν νομισμάτων, βοῦν ἴδιον αὐτῶν ἀντὶ τύπου φυλακνύμενοι τὸ ἀρχαῖον ἔθος. καὶ παροιμία, βοῦς ἴδιον γλῶσσης, ὁ δὲ νόμισμα. ἀρμόζει δὲ ἡ παροιμία αὐτὴ ἴδιον τῶν ῥητόρων τῶν λαμβανόντων νομίσματα τοῦ τὰ μὴ λέγα συνηγορῆσαι τινὶ ἀλλὰ σιωπῆσαι. Id eſt, Veteres antequam nummi inuenirentur, contractus faciebant, per quadrupeda. Hinc etiam factum eſt, vt poſtea inuẽtis nummis, bouem in ipſos ſignarẽt, antiquum morem ita repræſentantes. Vnde etiam prouerbium natum eſt, Bouem in lingua, id eſt, nummũ. Conuenit prouerbium hoc in rhetorem pecunia corruptum, ne negotio adſit, ſed vt taceat. Argẽtum ſignatũ eſt anno vrbis quingẽteſimo, octogeſimo quinto. Q. Fabio Coſſ. quinq; annis ante primum Punicũ bellũ. Nota argenti fuere bigæ, atq; quadrigæ, & inde bigati, quadrigatiq; dicti. Corn. Tacit. de Germanorum pecunia hæc ſcribit. Pecuniam probãt veterem, & diu notã, Serratos, Bigatosq;. Aureus nummus poſt annum ſexageſimum ſecundũ percuſſus eſt quàm argenteus. Refert Strabo de Phedone quodam Argiuo, clariſsimo viro, καὶ μέτρα ἐξεῦρε τὰ φειδώνεια καλούμενα, καὶ σταθμοὺς. καὶ νόμισμα ἐκ χαραχθέντος, τὸ, τε ἄλλο καὶ τὸ ἀργυροῦν. Id eſt. Hic mẽſuras excogitauit, à quo etiam Phedoniæ vocitantur, & pondera: & nummum cum alium, tum argenteum ſignari docuit. Lucanus canit nummum primum in Theſſalia repertum ab Iono rege.

Primus Theſſaliæ rector telluris Ionos,
In formam calidæ percuſsit pondera maſſæ
Fudit, & argentum flammis, aurumq; moneta
Fregit, & immenſis coxit fornacibus æra.

Pli. li. 33. Cor. Tacit. Strabo lib. 8. Geog. Luca. libr. 6. Pharſ.

Hæc quidem ſunt quæ de publica moneta, & eius inuẽtoribus, ſcriptores prodiderunt, & quam poſt rerum commutationem natã exiſtimant. Sed quid ad hũc ſcripturæ locum dicturi eſſent, nõ video, cum liquido conſtet monetam pecuniariam antiquiſsimo hoc ſeculo fuiſſe: niſi credibile ſit informe argentum tum fuiſſe, quod magis pondere pendebatur, quã numero annumerabatur. Hebraicè argẽtum vocatur כֶּסֶף ſed frequenter vſurpatur pro moneta argentea, ſiue pecunijs.

Noua

Noua hic pientiſsimo viro Iacob afflictio accreuit: quum filij eius ex frumentatione Ægyptiaca domum veniſſent. Ioſeph enim irato ſimilis ita præ ſe ferebat, vt nulla deinceps fratribus eius frumentatio pateret, niſi fratrẽ ſuum Beniamin natu minimũ & quem pater Iacob apud ſe tenebat, in Ægyptum duxiſſent. Dictu mirum quàm egrè Iacob hoc flagitantibus filijs conceſſerit, neq; tamen cauſa ſatis euidens videtur huius deprecationis. Equidem puto prudentiſsimum ſenem Iacob Aegyptiorum mores iam olim ſuſpectos habuiſſe, tanquam Hebręis aduerſos. Abraham auus in Aegypto periclitatus fuiſſet; niſi diuinam opem præſto habuiſſet. Patrem Iſaac in Aegyptum ire parantem diuinum oraculum inhibuit. Neque tamen eam ſuſpitionem ſuam Iacob filijs in Ægyptum proficiſci volentibus ſatis diſerte aperire volebat; ne illos à tam neceſſario itinere deterreret. Sed neque primo ſatis idoneam cauſam reddidit, cur Beniamin filium, quem vnicè præ cæteris amabat, cum fratribus ire nollet. E Ne fortè in itinere quicquã patiatur mali.] Neq; em̃ veriſimile eſt prudentiſsimum virum Iacob tam puerilitèr de filio ſuo Beniamin timuiſſe, quemadmodum Terentianus ille Mitio de adulto ſuo filio Aeſcino. Sic enim ineptè ſolicitus eſt.

Terent. in Adelph.

Ego, quid non redijt filius, quæ cogito?
Quibus nunc ſollicitor rebus? ne aut ille alſerit
Aut vſpiam ceciderit, aut perfregerit
Aliquid.

Erat certè Beniamin virilis ætatis iuuenis, & iam decem filiorum pater, vt in via ſatis tutus eſſe poſſet, & fratrum præſidio, & ſuis viribus. Atqui virgentibus iam filijs & ſecundo in Aegyptum frumentatum ire volentibus, ſimpliciter cauſam aperit, cur filium Beniamin domi retinere vellet, nihil iam incõmodum iter cauſatus. E Non deſcendet, inquit, filius meus vobiſcum. frater eius mortuus eſt & ipſe ſolus remanſit. Si quid ei aduerſitatis acciderit in terra ad quam pergitis: deducetis canos meos cum dolore ad inferos.] Hic iam ſatis mentem ſuam aperit Iacob, nempe declarans Ægyptiorum mores non ſatis candidos & ſynceros eſſe. Sunt enim Aegyptij in vniuerſum, vt ſcribit Flauius Vopiſcus, homines ventoſi, furibundi, iactantes, iniurioſi, auidiq; nouarum rerum. Vnde Aurelianus prudentiſsimus Imperator præcepit Saturnino, cui limitis orientalis ducatum dederat, ne vnquã Aegyptum videret; metuens, ne ſi perturbidam gentem vidiſſet, ad moliendas res nouas induceretur. Refert Trebellius Pollio, hoc familiare eſſe populo Aegyptiorum, vt vel furioſi ac dementes, de leuibus quibuſq; ad ſumma reipublicæ pericula perducant: ſæpe illi ob neglectas ſalutationes, locũ in balneis non cõceſſum, carnẽ & olera ſequeſtrata, calciamenta ſeruilia, & cætera talia vſq; ad ſummum reipublicæ periculum ſeditionis, ita vt armarentur contra eos exercitus, peruenerunt. Hos igitur mores Aegyptiorum, cum optimè ſciret Iacob, grauatim quidem omnes filios in Aegyptum miſit, ne ſimul omnes in vnius periculi aleam amandaret, ſed minimum natu Beniamin eximium habere volebat; in quo, ſi quid reliquis contigiſſet, ac quieſceret. E Interim fames omnem terram vehementer premebat, conſumptisq; cibis, quos ex Ægypto detulerant: dixit Iacob filijs ſuis. Reuertimini & emite nobis pauxillum eſcarum.] In prouerbij locum abijt, Neceſsitatem legem non habere. Et fieri videmus quæ in animo nunquã habebamus vt faceremus; illa tamen neceſsitate ſubacti & inuiti vt faciamus. Valerius Maximus neceſsitatẽ vocat abominandam; cuius amariſsimæ ſint leges, & crudeliſsima imperia. Ab Horatio vocatur ſæua neceſsitas.

Fla. Vopiſcus. Trebell. Pollio. Gen. Caput XLIII. Val. Max. lib. 7. Horat. li. 1 Carm.

Clauos trabaleis, & cuneos manu
Geſtans ahena.

Hæc neceſsitas, tum vrbem Romam, tum etiam exteras gentes multa non intellectu tantum, ſed etiam auditu grauia appeti coegit Sed quæ maior humano generi neceſsitas incumbere poterit, quàm fames? eam enim humanæ vires ſuperare no poſſunt & Lucanus verè ait:

Lucanus.

Expugnat quæ tuta fames.

Conſtituerat quidem Iacob filium ſuũ Beniamin, quem è chariſsima ſibi vxore Rachele ſuſtulerat, domi apud ſe tenere, neq; cum reliquis filijs in Aegyptum frumentatum mittere. Sed conſtantem & tenacem propoſiti virum Iacob fregit neceſsitas. Diſceptatio ſiquidem inamœna inter patrem & filios inciderat, dum ille filios, quaſi ſe proditum ab illis inſimulat; hi contra innocentiam ſuam defen-

t dunt

dunt, & omnia à se simpliciter in Aegypto acta fuisse constanter asseuerāt. Post longam disceptationem vtrobiq; habitā, tandem Iudas, cuius maxima erat inter fratres authoritas, fratrem suum Beniamin à patre in fidē accipere paratus erat. Sic enim ad patrem Iacob ait. ⁊ Mitte puerum mecum vt proficiscamur, & possimus viuere, ne moriamur nos & paruuli nostri: ego suscipio puerum, de manu mea require illum. Nisi reduxero & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. ⁊ Non immerito hic quæri posset, cur Iacob filium suū Beniamin non tradiderit Ruben filiorum suorum natu maximo, qui longè atrociore pœna, vt videtur, sese astringi volebat. Sic enim dicebat ad patrem Iacob: ⁊ Duos filios meos interfice, si non reduxero illum tibi. ⁊ Nempe Beniamin. At Iudas longè remissiore pœna se astringit, si verba eius superficietenus inspexerimus, ait enim. Nisi reduxero & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. Atqui si omnia penitus & pressius inspexerimus, haud dubio inueniemus Iudam longè grauius sese obnoxium reddidisse, quod peccati reus esse vellet in patrem omni tempore; quam Ruben, qui præsentem filiorum suorum cædem offerebat. Quis enim est qui non vellet præsenti & honesta morte semel defungi, quam semper trepidam & obnoxiam, metuq; plenam vitam agere? Qui metu & perpetua solicitudine suspensam vitam viuit, is nimirum peccati reus est omni tempore: sed qui peccatum præsenti supplicio luit, longè meliore conditione vtitur, quod Ouidius his versibus significat.

Ouid. li. 3. de Ponto.

Mitius ille perit, subita qui mergitur vnda,
Quàm sua qui tumidis brachia lassat aquis.

Iulius Caesar domitor iam orbis & triumphator, ab amicis admonebatur, vt corpus suum, contra insidias vndiq; imminentes, stipatoribus cingeret. Ferunt eum respondisse, nihil infœlicius esse assidua custodia, & in perpetuo timore cōmorari, Proinde satius esse subire semel quàm cauere semper. In hunc sensum est illud à Seneca prolatū. Nemo est tam timidus vt malit semper pendere quàm semel cadere. Præterea Dion Syracusanus cognitis amici Gylippi insidijs dixit, βελτίον εἶναι ἀποθανεῖν ἢ ζῆν μὴ μόνον τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ καὶ τοὺς φίλους φιλαττομένους. id

Sueton. in Caesare.

Seneca.

Plutarch.

est: Melius esse mori quàm viuere, non solum hostes, sed etiam amicos cauētem. Scio præsentem hūc scripturæ locum de Ruben & Iudæ obligatione erga Iacob, à Theologis allegorice intelligi, nempe ad præsentem pœnam, quæ in hoc mundo temporaria a Deo infligitur, & ad futurā nunquam intendam, quæ semper hominem obnoxium constituet. Sed quis nō videt oēs præsentis huius seculi pœnas longè esse leuiores, præ illis quæ in altero seculo impios manent, quæq; etiam in perpetuum illos afflicturæ erunt? Iacob igitur cum prudenter intelligeret Iudam longè graui' sese obligasse, quàm Ruben, illi filium suum Beniamin committendū putabat, nempe fame sic dictante & huc necessitatis Iacob adigente. De fame eñ hæc scribit Menander comicus Græcus.

Origenes.

Menand.

λιμῷ γὰρ οὐδὲν ἔστιν ἀντιπαιεῖν ἔπος.

Id est.

Fami enim nullum est contradicere verbum.

Sed & Iacob famis imperium sensit, & hāc ab illo vocem expressit: ⁊ Si sic necesse est, facite quod vultis, Sumite de optimis terræ fructibus in vasis vestris, & deferte viro munera, modicum resinæ & mellis & storacis stactes, & terebinthi & amygdalarum. ⁊ Quemadmodum in multis fieri videmus vt quædam certos homines deceant, & quod nō omnia omnibus pari filo conueniant: ita etiam in muneribus esse poterit, vt certa munera certos quosdam homines deceant, & non quosuis, alioqui magnam inuidiæ facem excitare poterint, si dantis fortunę erūt vel superiora vel inferiora. Rex Agamemnon offensum sibi Achillem donis placare studebat minimè inuidiosis, sed persona sua dignis. Sic enim apud Homerum loquitur.

Homer. li. 1. Iliad.

ὑμῖν δ' ἐν παῤῥοῖσι πόρι κλυτὰ δῶρ' ὀνομήνω
ἑπτ' ἀπύρους τρίποδας, δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα,
ἀξόνας δὲ λέβητας ἐείκοσι, δώδεκα δ' ἵππους,
πυγοὺς ἀθλοφόρους, οἱ ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο
οὔκεν ἀλήτης εἴη ἀνὴρ, ᾧ τόσσα γένοιτο.

Id est.

Iam verò vobis memorabimus inclita dona,
Principio tripodas septem, bis quinq; talenta
Auri, bis denos candenti ex ære lebetas,
Bis sex præterea solitos certamine palmam,
Veloci cursu reliquis auferre iugales,
Non sine diuitijs foret hic, cui tanta supersunt.

Cęterum pastorum & agricolarū dona longè sunt frugaliora, & e frugibus constant,

stant, eoq; illis etiam conuenientia sunt, & minimè inuidiosa. Sic eñ pastor apud Vergilium rustica sua dona effert.

Vergil. eclogo 3.

Quod potui, puero siluestri ex arbore lecta,
Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

Neq; hic mala aurea appellātur à pretiosissimo metallo auro, sed aurea vocantur quia elegantia erant & optima. Hesiodo sanè & reliquis poētis seculum aureum dicitur quod optimum iudicarunt. Venus Græcis appellatur χρυσὴ aurea, quasi formosa. Clara est apud Plutarchū Artoxerxis Persarū regis liberalitas, cui cum vir inops aquam e fonte duabus manibus haustam obtulisset, auream phialā donauit. Quod ad hunc scripturæ locum attinet. Erant iam Israēlitarū res biennali fame adeo afflictæ & prostratæ, vt sumptuosa dona in famelicis & frumentatū alio proficiscentibus, inuidiosa esse possent. Constituerat ergo Iacob è præsenti sua copia, & vt pastores decebat, dona in Ægyptum mittere, nempe terræ munuscula; quæ magis Ioseph mouerent afferentium simplicitate, quàm donorum amplitudine. (Resina) Hebraice vocatur צרי Græcè ῥητίνη. Est verò resina è varijs arboribus, authore Dioscoride, è lentisco resina fluit, quæ ab arbore appellationē trahit. De hac resina sic scribit Dioscorides χρησιμεύουσα πρὸς αἷματος ἀναγωγὰς, καὶ πρὸς φαλάκρᾳ βῆχα πινομένη. id est. Vtilis est hæc resina ad sanguinis excretiones, & pota ad diuturnam tussim. Scribit idem de resina quæ fluit ex pinu, quæ ex Gallia & Italia & Colophone afferri solebat; quæq; ad tussim mire vtilis erat. Pro (Storace) in Hebræo legitur נכאת Significat hæc dictio collectionem aromatum. Ezechias quoq; rex Iudeæ ostendit Babylonijs בית נכאת domum aromatum. Iudæi tamen volunt hac voce significari ceram. Porrò quod nostra versio legit, storacis, puto mendosam esse literam, & legendum esse styracis. Est enim styrax lachryma siue gutta cuiusdam arboris aromaticæ: (Stactes.) σακτὴ latinè vocatur gutta siue stilla, à verbo σάζω stillo. Explicat Basilius qd sit stacte, ἡ δὲ σακτὴ ἡ αὐτὴ σμύρνης ὄντι εἶδος τὸ λεπτότατον. ἐνδλιβόντος γὰρ τοῦ ἀρώματος, ὅσον μὲν αὐτοῦ ῥυτὸν εἰς τὴν σακτὴν ἀπομείξῃ, τὸ δὲ πάχυ ἀπομένει, σμύρνα προσαγορεύεται. Id est. Stacte subtilissima quędā species mirrhæ est, cum enim aroma expressum est, quod liquidum ex eo est in stacten secernit, reliqua verò crassitudo, myrra appellatur. (Et terebinthi) Hebraicè בטנים Hebræis non satis nota est hæc vox. Plinius numerat terebinthū inter Syriæ arbores, quæ lignum habēt eximia nigritie. Sunt tamē qui pineas nuces hic intelligendas putent. (Et amygdalarum.) Inter nuces numerantur amygdalæ. Vocatur eadem nux Græca. Sed & Thasia nux eadem appellatur. ⁊ Pecuniamq; duplicem ferte vobiscum, & illam quam inuenistis in sacculis reportate, ne fortè errore factum sit. ⁊ Vt Iacob prudentissimus senex semper Ægyptiorum ingenia vt suspecta & subdola habet; sed & filios suos qua potest ratione, contra Ægyptiorum vafriciem, tutos reddere satagit. Pecunia, quę in saccos prima filiorum frumentatione redita erat, parum sincere factum putabat; & artem quandam Ægyptiam interpretabatur, qua rixarum auida gens ad calumniam in filios struendam vti posset. Fere enim iam olim fieri videmus, vt pecunia maximam malorum causam mortalibus afferre soleat, & terrarum orbem magnis bellorum procellis concutere, quod & Plato deplorat, ἅπαντα γὰρ τὴν τῶν χρημάτων κτῆσιν, πάντες οἱ πόλεμοι γίγνονται. id est: Propter pecuniarū possessionem omnia bella nascuntur. Et quamuis grauia vitia, leuia censentur; si tamen cum pecuniæ iactura coniuncta non fuerint. Adulteriū longa iam consuetudine adeo familiare laicis est, & nulla pœna dignū videatur. Homicidiū fortitudinis hodie opus est, & facilè transigitur, neq; ob homicidium commissum quis male audit. Cæterum furtum, quod pecuniæ fraudem faciat, quàm immane facinus omnium calculo iudicatur? Hic nullus veniæ locus relinquitur, sed presenti morte vindicatur sanctissima pecuniarū maiestas, neq; expiari potest pecuniarum violata pecunia, sed cęde & sanguine. Meritò ardens poēta Lucanus hanc tantam hominum cæcitatem his verbis deplorat.

Diosc. li. 1.

Basilius.

Plin. li. 13.

Macrob. li. 3. Sat.

Plutarc. in Artoxerxe

Plato in Phaed.

Luca. li. 3. Pharsa.

pereunt discrimine nullo
Amissæ leges, sed pars vilissima rerum
Certamen mouistis opes.

Hoc certamen cum non ignoraret Iacob facile ab Ægyptijs fieri posse, duplicem pecuniā filios ferre iussit: ne Ægyptiorum auaritiæ ad calumniandum locum

cum aliquem reliquisse videretur. Neq; humana solum ope filios munire studebat, sed etiam diuinum auxilium implorat. ℄ Deus autem meus omnipotens faciat vobis eũ placabilem, & remittat vobiscum fratrem vestrũ quem tenet in vinculis, & hunc Beniamin. ❦ Magnum hoc diuinæ potentiq; argumentum esse conuincitur, quod mens humana licet dura & refractaria, tamen à Deo facile domatur, & quo ipse voluerit, traducitur. In corpus facile sibi violentissimus quisq; potestatem vendicat, cæterum animum Deus quo velit, versat, & mutat; quod Homerus his versibus significat.

Homer. li. Σ. ὀδυσσ. τοῖ͂ς γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Id est.

Tales sunt hominum mentes qualis pater ipse
Iuppiter, auctifera: lustrauit lumine terras.

Canit Homerus de Priamo rege Troiano cum ad Achillẽ pro corpore Hectoris filij redimendo profecturus esset, prius molles viri aditus, & facilem aditum ab Idæo Ioue precatum fuisse; satis declarans mentem facilem & placabilem hominibus à superis dari. Sic enim Priam ad Idæum orat.

Homer. ὀδυσσ. ω. ζεῦ πάτερ ἰδαῖε μεδέων λύσσε μέγιστε,
δός μ' ἐς ἀχιλλῆος φίλου ἐλθεῖν ἠδ' ἐλεεινόν.

Id est.

Summe parens sacra Phrygiæ regnator in Ida,
Da facilem Priamo Æacidem, redituq; secundos.

Israelitæ igitur in comitatum suum assumpto fratre Beniamin, iterum in Ægyptum proficiscũtur, atq; à Ioseph cum germanum suum fratrem Beniamin cum illis videret, miro fauore recipiuntur; iussiq; sunt ædes Ioseph subire. Sed ea ciuilitas Israelitis suspecta esse ceperat, ob pecuniam quam nuper ignorantes in sarcinis suis inuenerant. ℄ Igitur exterriti dixerũt mutuò: Propter pecuniam quam retulimus prius in saccis nostris introducti sumus, vt deuoluat in nos calumniam, & violẽter subijciat seruituti nos & asinos nostros. ❦ Suspectos nimirum habent Ægyptiorũ mores & ingenia, quibus vsq; adeò gens illa olim infamis erat, vt ἀιγυπτιάζειν græcis dictum sit, pro præstigijs vti, & mala fide qd agere ἀιγυπτιάζειν (ait Suidas) Suidas. τὸ πανουργεῖν καὶ κακοτροπεύειν· οὗτοι γὰρ οἱ αἰγύπτιοι, id est: Ægyptiare est præstigijs quid agere, & malis moribus esse vitiatum. Tales enim sunt Ægyptij. Et Theocritus Theocrit. ἐν συρακουσίαις.

οὐλὲς κακοεργός,
πλαῦτα τὸν ἰόντα παρίεπων αἰγυπτιεῖ.

Id est.

Lædit sceleratus,
Æstu Ægyptiaco obrepens iam nemo, nocétue

Cæterum calumniæ huius metum excusit Israelitis œconomus Ioseph, qui haud dubio consiliorũ omnium heri sui gnarus, Israelitas benignè affatur, & bene sperare iubet, neq; illis fraudi esse debere pecuniam, quã inspérato in sarcinis inuenissent. Sic eũ ait: ℄ Pax vobiscum, nolite timere. Deus vester & Deus patris vestri dedit vobis thesauros in saccis vestris. Nam pecuniam quam dedistis mihi probatã ego habeo. ❦ Quis vnq; de hoïe melius mereri putãdus est, q̃ q seruitutis metũ, omni morte grauiorẽ e pectore eximit? Hoc certe Israelitæ vsq; adeò defixi & stupidi erãt, vt vix sibi cõstarent, minimeq; mentis cõpotes essent. Scio, Græcorũ prouerbiũ esse, ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον. id est. Homo homini Deus. Atqui apud Christianos Dei appellatio nulli est, ne per iocum quidem communicanda, neq; tam fœda adulatio vnquam est in mores nostros recipienda, tamen fieri potest, vt huius adagij vsus sit, neq; improbus, neq; inconcinnus, si quis hoc modo dicat. Quum iam res meæ eo loco essent, vt planè deploratæ viderenẽ, vsq; adeò etiã, vt non solũ mortem, quod leue putatur, timere haberem, verumetiã, quod oẽm superat mortem, acerbissimũ seruitutis iugum prius subeundũ fuisset, nisi tu mihi tanq; sidus aliquod salutare affulsisses. Certè Græcorum adagium est, Homo homini Deus, quod quidem si inter homines valere deberet, tum vel maximè inter nos locum sibi vindicaret. Fratres Ioseph tam amica consolatione œconomi in spem erecti, bono animo esse ceperunt. Porrò Ioseph cum iam meridie domũ venisset, & fratrẽ Beniamin, q̃ solus ei vterinus erat, vidisset: benignè eum affatur: ℄ Deus, inquit, misereatur tui fili mi. ❦ Pernecessaria erat ipsi Beniamin tã amica hæc salutatio. Iam enim crebrò à fratribus acceperat, quàm pertinaciter vir ille Ægyptius fratrem natu minimũ postulauerit, quod quidem cum ipsi Beniamin suspectũ esset, meritò verebatur, ne quid in se, præ cæteros fratres, asperius consuleretur. Neq; Ioseph hic fratris sui Beniamin metus latere poterat, quẽ mox tam familiari affatu adimere studuit. Erant cõ

plures

plures causæ quur Ioseph Beniamin præ cæteris fratribus arctiore amore complectereẽ, tum quia ex eadem matre Rachele genitus erat, tum quod insidiarum in caput suum comparaturũ innoxius erat. Amorẽ hũc pijs suis lachrymis testabaẽ. ℄ Festinauitq; in domum; quia commota erant viscera eius super fratre suo, & erumpebãt lachrymæ, & introiens cubiculum fleuit. ❦ Quo certorẽ fidem Ioseph faceret, lachrymis iam ab intimo pectoris penetrali erũpentib⁹, à fratribus secessit, & intra cubiculi secreta vbertim lachrymas fudit. Fieri eũ potest vt lachrymæ simulatæ sint, & nõ spõte cadant; sed arte elicitæ, vt ingens aliq̃d malũ dissimulent, spectatoresq; illudant. Phyllis Thracum regina deceptam se cõqueritur à Demophoõte lachrymis quas largiter præsente illa profudisset.

Ouid. in Epist. Heroi. *Credidimus lachrymis: an & hæ simulare docentur,*
Hæ quoq; habent artes, quaq; iubentur eunt.

Iulius quoq; Cæsar, cum Pompeium Pharsalico prælio fudisset, & in Ægyptũ fugientem ꝓsequutus fuisset, fleuisse scribitur quum Pompei caput sibi oblatum vidisset; sed erãt hæ lachrymæ, quas præsentibus. Ptolomæi regis satellitibus fudit, simulatæ, si Lucano credimus. Luca. li. 9. Pharsaliæ.

lachrymas non sponte cadentes
Effudit, gemitusq; expressit pectore lætò,
Non aliter manifesta putans abscondere mentis
Gaudia quàm lachrymis.

Sunt igitur veræ lachrymæ, quæ non iussæ, sed sponte profluant, neq; præsentibus alijs, sed sine testib⁹: quod Marcialis contra Galliam hoc epigrammate significat. Marcial. li. 1. epig.

Amissum non flet, cùm sola est Gellia, patrem:
Si quis adest, iussæ prosiliunt lachrymæ.
Non luget, quisquis laudari Gellia, quærit
Ille dolet verè, qui sine teste dolet.

Hoc modo Ioseph quoq; cum viris lachrymis & gaudio lachrymaret, cubiculi sui secreta adijt. ℄ Rursusq; lota facie egressus continuit se & ait: Ponite panes. ❦ Quis fratrũ Ioseph putasset tam mox eam rerũ vicissitudinem futuram, vt à quo dura omnia expectauerant, ab eodem mensæ honore dignarentur; quo nullũ clarius amicitiæ pignus atq; symbolum extat. Accepit igitur Ioseph fratres suos conuiuio, quo apud mensæ sacra declararet, omnem illã priorem seueritatem affectatã fuisse, & id quidem egit haud dũ fratribus satis agnitus. Agebant Romani quotãnis conuiuium quod Charistia appellabatur; huic nulli interesse licitũ erat, nisi illis qui inter se sanguine iuncti erant, vel arcta propinquitate affines. In hoc igitur amica colloquia cædebant, & amicitiam temporis iniuria dissutam, sarciebãt; & si quod dissidium inter ipsos natum erat, mutua benignitate condonabatur. Meminit huius conuiuij Ouidius in Fastis. Ouid. li. 2. Fast.

Proxima cognati dixere Charistia chari,
Et venit ad socios turba propinqua Deos.
Dijs generis date tura boni: concordia fertur
Illo præcipuè mitis adesse die.

Sed & Valerius Maximus de hoc cõuiuio hęc scribit. Conuiuiũ solẽne maiores instituerunt, idq; charistia appellauerũt: cui præter cognatos & affines nemo interponebatur: vt si qua inter necessarias personas q̃rela esset orta, apud sacra mensæ, & inter hilaritatem animorũ, fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur. Videtur & hoc Ioseph cũ fratribus suis, conuiuium, in nullo ab hoc Romano diuersum fuisse. ℄ Quibus appositis, seorsum Ioseph, & seorsum fratribus, Ægyptijs quoq; qui vescebãtur simul seorsum; illicitum est enim Ægyptijs comedere cum Hebræis, & profanum putant huiusce modi conuiuium. ❦ Vix fuit alia gens de qua plura scripserunt Græci latiniq;, quàm de Ægyptiorum religione & moribus. De religione illorum fortassis alibi erit opportunior locus, sed neq; mores illorum admodum à scriptoribus probãtur, qui Ægyptios vt immundos semper insectati sunt. Herodotus scribit Ægyptios lutum & cementum, quibus parietes linũt, manibus subigere, farinam verò, ex qua panem faciunt, pedibus. Forũ ac negotia fœminæ viri pensa ac domus curant: onera illæ humeris, hi capitibus accipiunt. Cibos palam, & extra sua tecta capiunt; ventris obscœna intimis ędium capiunt. Viri quum meiunt varicus resident, at mulieres erectè stantes virorum more. Mortuos simo obliti plangũt, nec cremare aut fodere fas putant, verum arte medicatos intra penitralia collocant. Quinetiã Ægyptij Græcis scriptoribus in fabulam & risum abierũt, quod asinorum atq; mulorum ritu, gestandis corpore oneribus, quæstum sordidum, nec satis honestum factitare consueuerint, vnde & ἀχθοφόροι dicti sunt, id est, onera portantes. Hinc etiam de moribus molestis

Valer. Max. lib. 2.

atq; intolerandis, seu fastu præturgidis Græci dicunt.

Suidas. ὕυς οὔτ' ἄραντ' οὔ οὐδ' ἑκατὸν αἰγύπτιοι ἅ.

Quos ferre nec centum queant Ægyptij.

Aristophanes in Βατρα. Extat etiam apud Aristophanem ad hunc modum.

οὐ ἅρματ' εἰσθήκε καὶ νεκρὼ δύω,
ὕυς οὐκ ἂν ἄραντ' οὐδ' ἑκατὸν αἰγύπτιοι.

Id est.

Duo plaustra, duoq; item imposuit cadauera,
Quæ ferre nec centum queant Ægyptij.

In auibus. Est & aliud apud eũdem Aristophanẽ de Ægyptijs prouerbiũ, οὐκ αἰγύπτιος πλινθοφόρος, id est: Non Ægyptius lateriger.

Suidas. Sed & Suidas nominatim puerbij titulo refert αἰγύπτιος πλινθοφόρος, id est, Ægyptius laterum gestator. Constat Ægyptios ad hunc sordidũ laborem exercitatiores fuisse, quod in effodiendis lacunis, limoq; exportãdo, ac lateribus argillaceis, huiusmodi opera potissimum opus erat apud Ægyptios. Argumento est, quod

Strabo lib. 17. Hebræi, cum apud illos agerent, adacti sunt, luto lateribusq; gestandis seruilem operã præstare Pharaoni. Erat apud Ægyptum ciuitas Pelusium quæ sic appellata erat à cœno & illuuie, quibus oppidum illud vndique circumuallatum erat. πηλὸς enim cœnum significat. Scribit

Herodotus libro 2. Herodotus varia & multa de Ægyptiorũ moribus. Refert illos grauissimè ferre barbarorum nomen, quod in se minimè conuenire asseuerãt; sed magis in omnes alias nationes mundi. Cæterum Hæbręi, Aegyptiorum hostes magna voce bar-

Psal. 114. baros illos appellant. Sic enim Dauid prophetarum maximus canit בְּצֵאת יִשְׂרָאֵל מִמִּצְרַיִם בֵּית יַעֲקֹב מֵעַם לֹעֵז. i. In exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro. Quum igitur Aegyptij tot modis sordidi & immundi essent, neq; etiam morum ciuilitate cõmendarentur, tamen inepta φιλαυτία sua & iuxta prouerbium. Suus cuiq; crepitus bene olet, Hebræos multo se meliores aspernabãtur, adeò vt ne mensæ quidem honore dignarentur; quod hic scripturę locus satis indicat, sed & in alijs locis clarum est inter Aegyptios & Hebręos pesimè semp conuenisse. ¶Sederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suã. ¶ Mirum est quantum semper detulerint veteres in accubando natu maioribus, Honor erat apud illos vel vnum annũ altero maiorẽ fuisse, cui & minor volẽs libensq; loco cedebat. Phocylidis præceptum est. Phocylides

ἔκειν δὲ γεροντιν
ἥβην καὶ γεράων.

Cede senioribus in sedendo, & in officijs omnibus.

Val. Max. lib. 2. Refert Valerius Maximus miram ciuilitatem iuuentutis Romanæ. Inuitati enim ad cœnam diligenter querebãt, qui nam ei conuiuio essent interfuturi, ne senioris aduentũ discubitu præcurrerent. Apparet in ædibus, Iacob hunc quoque morem seruatũ, vt quisq; natu maximus erat, ita etiã primum locum in discũbendo occupasse, & deinceps alios per ætatum gradus accubuisse, quod quidem cũ itidem à Ioseph obseruaretur, miraculo erat fratribus. ¶ Et mirabantur nimis sumptis partibus, quas ab eo acceperant. ¶ Partes haud dubio vocat ferculorum apparatus, quos latini appellant missus. Vnde Lampridius scribit Heliogabalum Cæsarem tale

Lampridius. instruxisse conuiuium, vt apud amicos singulos singuli missus apparararẽt; & ali quando omnes missus sola carne Phasianorũ struxisse. Neq; tamen negauerim, Partes in hac significatione apud Latinos scriptores inueniri. Scribit Suetonius, Caligulam Cęsarem, in celebri epulatione, equiti Romano contra se hilarius audiduśq; vescenti, partes suas misisse.

Suetonius in Calig. ¶Maiorq; pars venit Beniamin, ita vt quinq; partibus excederet. ¶ Magnificum & principalem animum in Ioseph hoc arguit, quod partes cibariorum è mensa ad fratrem Beniamin miserit, quod principum olim & regum erat, liberalitas erga illos quos eximiè honoratos esse volebant. Hanc ciuilitatem asscribit. Xenophon

Xenoph. li. 8. Cyro suo, εἴ τι ἡδὺ δόξειε λαβεῖν μηδὲν τοῦτον μόνον καταπαῶν, ἀλλὰ ἔχειν ἔχειν δεόμενον, τοῦτον κοινωνεῖν τοῦς παρόντας. πολλάκις δὲ καὶ τῶν ἀπόντων φίλων ὅσῳ οἷς ἐώρα πέμποντα ταῦτα ἀυτὸν οἷς ἥδεις τύχοι. ὥστε ἐπεὶ ἐδεδειπνήκεσαν καὶ πάντα τὰ πολλὰ ὄντα, διαπεπόμφει ὁ κῦρος ἀπὸ τῆς τραπέζης. id est. Si apponeretur suaue quid, non ipse solus hoc absumebat, sed operæ pretium putabat hoc impartiri etiam præsentibus. Frequenter etiam mittebat absentibus amicis de cibis quibus ipse delectabatur. Sed & vbi cœnatum erat omnia alia reliqua mittebat Cyrus à mensa sua. Egit idẽ Agesilaus ille rex Lacedæmoniorũ, nunquam satis laudatus veteribus scriptoribus,

bus, πλουσιέων γε μὴν λαμβάν' ἢ τοῖς δοίναις, οὐχ οὕτως ἀμφοτέραις ἐχρῆτο, ἀλλὰ δικαιέμπων δὲ δὲ τέρας αὐτῶ κατέλιπε, νομίζων βασιλεῖ τῶ δικαιοτάτῳ δίδοσθαι, οὐ χὶ πλουσιμονῆς ἕνεκα, ἀλλ' ὅπως ἔχοι τὸ τῶν τιμᾶν εἴ τινα βάλοιτο. Id est. Duplicem partem accipiebat in conuiuijs, non quidem vt vteretur vtraq; sed vt mitteret, vnam sibi reseruans. Putabat enim regi obsonia ideo duplicari debere, non quidem satietatis causa, sed vt haberet quo honoraret si quos vellet. Apparet Ioseph idem factitasse in fratre suo Beniamin honorando, cui præter cæteros fratres obsonia è mensa sua mittebat, cum illum ampliori amore prosequeretur. ¶Biberuntq; & inebriati sunt cũ eo. ¶ Non est quod pergræcantes hic sibi caput demulceant, & Ioseph putent vsqadeò temulentiæ indulsisse, vt neq; pes neq; mẽs suo fungeretur officio. Neq; enim credibile fit, vt Ioseph qui incœstum amorem tantopere exhorruerit, ebrietatem & vini amorem sectatus fuerit; cum immodicus vini vsus, ad inconcessas voluptates fenestram aperire soleat. Verbum שָׁכַר

non fœdam ebrietatem semper sonat Hebræis, sed interdum etiam honestam satietatem. ¶Præcepit autem Ioseph dispensatori domus suæ, dicens. Imple saccos eorum frumẽto, quantum possunt capere; & pone pecuniam

Gen. Caput XLIIII. singulorum in summitate sacci. Cyphum autem meum argenteum & pretium quod dedit tritici, pone in ore sacci iunioris. ¶ Veteres illi Romani magni bellatores & luxuriæ expertes argentum non habebant ad vasorum vsum, sed potius arma argento exorna-

Iu. Sa. 11. bant, vt Satyricus poẽta canit.

Argenti quòd erat solis fulgebat in armis.

Constat, vt Plin. scribit Catum Ælium

Pli. li. 33. cum legati Ætolorum in consulatu prandentem in fictilibus adissent, missa ab his vasa argentea non accepisse, neq; aliud habuisse argenti ad supremum vitæ diem quam duo pocula, quæ L. Paulus socer ei ob virtutem, deuicto Perseo rege donasset. Inuasit postea argenti vsus apud Ro. vsq; adeò, vt etiam vasa coquinaria ex argento haberent. Erat olim regum & heroũ scyphos habere proprios quibus soli ipsi bibere soliti erant Homerus celebrat scyphum Nestoris, qui aureis clauis interpunctus erat, duplici fundo, quatuor velut aurib. redimitus; ad quarum singulas binæ colũbę aureæ pasci videbantur, qui tam grauis erat, vt repletum vix è mẽsa alius mouere posset, quẽ Nestor poturus facile tollebat. Home. versus hi sunt.

Homer. li. 11. ἰλιάδ. τῶ δὲ δέπας πύρικαλλὲς ὃ οἴκοθεν ἦγ' ὁ γεραιὸς
χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον, ἑπτὰ δ' ἄντοθε
τοσσάδε τ' ὦτα, δύω δὲ πελειάδες ἀμφὶς ἑκάστῳ
χρύσειαι νεμέθοντο, δύω δ' ὑποπυθμένες ἦσαν.

Scribit Sueton. Neronem duos scyphos gratissimi vsus habuisse, quos Homericos à cælatura carminum Hom. vocabat; eos tamen solo illisit, cum prandẽti sibi nũciata esset exercituum defectio. Suet. in Nerone. Agebat iam Ioseph principẽ in Ægypto, regiaq; munia fœliciter obibat; nec decẽs erat vt principali hoc instrumento careret. Scyphũ hunc Ioseph Septuaginta appellant κύαθον. Consentiunt Græcorũ grãmatici κύαθον nomen esse nõ Græcum sed barbarum vel Asiaticum vel Persicum. Certè vox ipsa Græci nominis formam non refert. Apud Athen. mẽtio fit huius

Athen. lib. 10. nominis, vbi de varijs poculorum generibus disserit, cum exemplis scriptorum Græcorum. Meritò hic quæri posset cur Ioseph vbi fratres suos metu seruitutis exanimauerat prius, & statim prandio hilare acceptos metum omnem ademisset; in fratrem suũ Beniamin, quem tamen vnicè præ cæteris amabat, talem instruxerit artem vt quasi furti conuictum, ignominiose traduceret. Sũt qui putẽt Ioseph oẽm mouisse lapidẽ, vt fratrẽ suũ Beniamin apud se detineret, & negotiũ familiæ suæ dedisse, vt argẽteũ cyphũ sarcinæ illius illigarent, sicq; eũ veluti furti conuictum ab instituto itinere retraheret. Fuit certè hæc poculorũ è mẽsa subductio, vel ab æmulis sic contra innocentes adornata, nõnullis exitio. Celebris est apud Q. Cur. monomachia Horratæ Mac. et Dio-

Qu. Curt. lib. 9. gest. Alex. xippi Athen. sed victus erat Macedo & propemodũ interfectus à Dioxippo. Male hoc habebat Alex. regem Mace. victũ & prostratũ, quorũ tum fortitudo insuperabilis esse putabatur. Hic ad criminãdũ Dioxippũ Alexãd. ministri accendũtur, quod sciebãt eũ facilè oia de Dioxippo crediturũ, qui Macedonum fortitudinẽ apud Barbaros contemptiorẽ fecisset. Igitur vt Dioxippo perniciem afferrent, poculum aureum inter epulas ex cõposito subducunt, ministriq; quasi amississet id amouerant, regem adeunt. Coniectũ oculorum, quibus vt fur destinabatur Dioxippus ferre nõ potuit. Et cum excessis-

set conuiuio, literis conscriptis quæ regi redderentur; ferro se interemit. Adeo minus constantiæ est in rubore quam in culpa. Notus est apud Romanos scriptores T. Iunius Seruilius, qui in conuiuio Claudij Cæsaris aureũ scyphum furatus fuisse creditur. Huic in diem posterũ ad conuiuiũ reuocato, calicẽ fictilem apponi iussit Cæsar. Porro alij putant Ioseph prudenti consilio calumniam hanc furto sublati poculi in fratrem Beniamin adornasse, quo clarius expiscaretur, qualẽ in fratrem fratres eius animũ haberent. Præ cæteris enim ampliori mensæ honore affectus erat Beniamin, & plures ferculorũ missus ei Ioseph apposuerat. Ex hac mensæ inæqualitate facile inuidia oriri solet, dum quis alterum prælatũ videt, seipsum contemptum iri putat. Hinc frequens apud Homerũ est illud δαιτὸς ἴσης, id est, conuiuij æqualis. Clarus est apud Romanarum rerum scriptores Syphax potentissimus ille Numidiæ rex, cuius res adeo florentes erãt, vt Scipio & Asdrubal duces duorum opulentissimorum vna tempestate populorum, Romanorum & Carthaginensium, vno tempore eius amicitiam petẽtes venerint. Mirum est qua prudẽtia barbarus rex vsus sit in duobus potentissimarum vrbium ducibus tractandis, ne quem alteri prætulisse videretur, sed ex æquo ambos existimaret. In eodẽ triclinio apud regem Scipio atq; Asdrubal cœnauit, eodem etiam lecto accubuerunt, idem vnius mensæ honos vtriq; habitus est. Nouerat Syphax quamuis barbarus Græcum hoc ἴσα πόλεμον οὐ ποιεῖ. i. Æqualitas bellum haud parit. Est apud Germanos hodie prouerbium: inæquales scutellas, limos facere oculos; tanquã conuiuia nihil perinde deceat atq; æqualitas. Cæterum Ioseph cum non ignoraret fratri Beniamin plus honoris inter cõuiuandum præ cæteris fratribus habitũ, neq; tamen clare perspicere posset, malẽne hoc fratres haberet an non, vt aliquo claro exẽplo certior redderetur, quo nã animo fratres sui in fratrem suum vterinum affecti essent, explorare hoc constituit à calumnia, quam in fratrem Beniamin instruebat. Quo em̃ alio in tempore fratris in fratrem amor sese oportunius aperiret, quam in eius infœlicitate? Exẽplo nobis est aurum, vt inquit Isocrat. τὸ μὲν γὰρ χρυσίον ἐν τῷ πυρὶ δοκιμάζομεν, οὐδὲ φίλους ἐν τοῖς ἀτυχίαις διαγινώσκομεν. Id est. Aurum in igni probamus, amicos verò in infortunijs cognoscimus. Igitur quum iam scyphus argenteus Ioseph in saccum Beniamin ignorante illo coniectus esset, & Israelitæ cum illo commodum oppido excesserant, tum ¶ Ioseph, accersito dispensatore domus: Surge, inquit, & persequere viros, & apprehensis dicito. Quare reddidistis malum pro bono? Cyphum quem furati estis, ipse est in quo dominus meus bibit, & in quo augurari solet. Pessimam rem fecistis. ¶ Maiorem in modũ hæc insimulatio percelluit Israelitas, quę meritò illis tanto grauior visa est, quod quisque sese à furto immunem nouisset. Igitur cũ omnes optimè sibi conscij essent, scrutandos sese ministris à Ioseph immissis obtulerũt. Hic iã liquido fraternus ipsorũ in Beniamin amor aperitur. Inuento em̃ in sarcina eius scypho, fratres eius omnes vestes suas sciderunt, quod tũ mœstitię & doloris argumentum erat. Sed & cũ in oppidũ venissent, & à Ioseph increpiti fuissent, aiebãt: ¶ En omnes serui sumus domini mei, & nos & apud quem inuẽtus est scyphus. ¶ Fraternũ hæc verba pectus aperiunt, & nullã vel inuidij vel odij significationẽ præferunt, sed syncera oĩa & candida. Eandẽ Israelitæ cum fratre Beniamin sortẽ sibi deposcunt, eandemq; cum illo seruitutis conditionẽ subire parati. Neq; em̃ verũ & solidũ ipsorũ esse gaudiũ putabãt, si cõmunis frater seruitutis iugo subditus, erumnali labore cõflictaretur. Tale fraternę pietatis pignus tũ Israelitę ergo fratrem Beniamin præstabãt, vt cũ illo oẽs vel liberi esse vellent, vel vnà cũ illo seruitutem seruire. Talia pietatis exẽpla erga fratres olim quoq; Roma. res gestæ ediderũt. Clara est pugna M. Fabij cõsulis Romani aduersus Etruscos & Vientes, qui agrũ Ro. tumultuose incursabãt. Eos Fabius adortus, cũ magna ipsorũ strage superauit, Sed neq; Roman. incruenta victoria cõtigit. Multi enim ex clarissimis viris in ea pugna ceciderunt, inter quos frater Consulis, qui cũ inter cõfertissimos hostes fortiter dimicaret, vulneratus pugna excessit, & paulò post expirauit. Igit̃ inclyta pugna superatis hostib. Senatus populusq; Rom. Cõsuli triumphum decreuit. Eum tamen cõsul ducere non sustinuit, quod frater eius fortissimè dimicans occiderat. Summus apud Romanos honor erat triumphi decus, quem tamen

Sueton. in Claud.

Homerus.

Plutarc. in Scipione.

Isoc. ad Dæmonicum.

Val. Max. lib. 5.

tamen Consul Romanus, in fratris sui funere aspernatus est; & tantum potuit fraterna pietas. Scio apud poẽtas esse Castoris & Pollucis duorum fratrum fabulam. Alter immortalis erat, alter mortalis. Sed immortalis, fratrem mortalem, suæ immortalitatis voluit esse participem, vt alternis viuerent & morerentur, & Versic canit.

Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itq; reditq; viam toties.

Sed fabulæ veritas est illos vsqueadeò mutuo amore deuinctos fuisse, vt alterius res prosperæ voluptati fuerint alteri, & alterius infortunium tristitiã attulerit alteri. Neq; dubitandum erit Ioseph impendio gauisum fuisse, vbi tantam in fratrib. suis pietatem vidisset, vt vel omnes vnius tristem fortunam sequi nõ grauarentur; atq; ex æquo omnes cum fratre Beniamin in seruitutem venire nõ detrectarẽt. Atqui Ioseph quo pietatem suorũ fratrum clariorem redderet, perstat in affectata sua fœueritate, atq; illorum omnium seruitutem, quã offerebant, deprecat̃. ¶ Absit à me vt sic agam. Qui furatus est scyphũ, ipse sit seruus meus, vos autem abite liberi ad patrem vestrum. Accedens autem propius Iudas, cõfidenter ait. Oro domine mi. Loquatur seruus tuus verbum in auribus tuis, & ne irascaris famulo tuo. Tu es enim post Pharaonẽ dominus meus. ¶ Inter filios Ioseph præstantissimum fuisse liquet Iudam, quem è Lia quarto partu sustulit. Hic igitur præter Heroicam corporis præstantiam atque formam, animi quoq; magnitudine præditus fuit; nec minus authoritate & consilio inter cæteros suos fratres pollebat. Quum igitur Israelitæ metu & desperatione vsq; adeò prostrati essent, vt non satis inter illos cõstaret, quid cõsilij caperent, vel quid primũ loquerentur; mœstum omnes silentium tenuerunt. Cæterum Iudas præsenti suo animo vsus, omnium suorum fratrũ, inprimis verò Beniamin causam, diserta sua oratione agit, in qua, quamuis ex tempore dicta sit, omnes tamen oratorũ artes, et rhetorum præcepta obseruata videmus. In exordio enim Ioseph studium venatur, & beneuolum reddit; deinde narrationem incipit apte breuem & castigatã. Porrò in affectionibus, quas Græci τὰ πάθη vocant, mouendis, quis vnquam aptius orare potuisset? His siquidẽ Iudas vir fando eloquentissimus, adeo Ioseph animum permouit & versauit; vt etiam ad lachrymas profundẽdas, quod solum optimorum oratorum est, perpulerit. Rhetorum præceptum est vt in toto negotio nobis iudicem beneuolum reddamus, idq; fieri si ostẽderimus nos ad causam accessisse, magna & honesta ratione, aut etiam necessitate, nullum nobis inde commodum accedere, sed miserorum & laborantium afflictiones miserescere. Quid horũ non apparet in hac Iudæ oratione? Fratrem suum Beniamin in fidem suam acceperat, sed & patris sui Iacob iã senis subinde meminit, & horum causa omnia sese agere commemorat, ne quid illis secus quàm vellet, eueniret. Beneuolus quoq; iudex redditur, si laudẽ illius cum nostra causa coniunxerimus, quod & Iudas fecit, cum Ioseph secundum à Pharaone rege dominum sibi esse fatetur. ¶ Tu es enim post Pharaonem dominus meus. ¶ Iã verò vnde maiores miserationum stimulos Iudas admouere Ioseph poterat, quàm à patre suo iam cano & senio annisq; confecto? & qui filium Beniamin natu minimum eo impensius arctiusq; diligebat, quò nullum post hunc sese geniturum sperabat? Canit Homerus de Priamo rege Troiano, quod ad Achillem in castra hostilia iuerit, vt corpus interempti filij Hectoris redimeret. Et primum quidem precibus egit, & Achillem per patrem Pelea iam senem & filijs orbum rogat.

Vergil.

Quintilian.

Homerus Ἰλιαδ. ω.

μνῆσαι πατρὸς σεῖο θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ
τηλίκου, ὥς περ ἐγώ· ὀλοῷ ἤδη γήρᾳ ὀδόῳ κε·
καὶ μὲν τόν γε λέγουσι τριήκοντα περ ἄμφις ἐόντες
τείρουσ' οὐδὲ τίς ἔστιν ὀδὺρ ἀρῆς καὶ λοιγὸν ἀμῦναι.
ἀλλ' ἤτοι μὲν γ' εἴδεϊ ζώοντ' ἀκούων
χαίρει τ' ἐν θυμῷ ἤδη τ' ἔλπεται ἤματα πάντα
ὄψεσθ' Ἀχιλῆα φίλον ἐκ Τροίηνδε νέεσθαι.

Id est.

Heu vbi nunc Peleus, reminiscere patris Achilles,
Fortè illum similis patientem extrema senectæ,
Vicini populant hostes, nec regna tueri
Posse datur, tantum senio confractus & annis,
Nec cui rem committat habet, te sospite natos
Letatur tamen, atq; animo spem concipit ille,
Et nati fingit reditus, noctesq; diesq;.

Quam frugifera fuerit hæc Priami ad Achillẽ patris eius Pelei iã senis mentio, satis clarũ factũ est, cũ Achilles Priamum ꝓpiciatus exaudiuerit, & corp⁹ reddiderit Hectoreum, atq; in sua regna remiserit. Nec minus efficax fuit miserabilis illa Iudæ oratio de patre suo Iacob iam sene apud Ioseph, quæ pias illi lachrymas facile

facile expressit. ⁊ Igitur si intrauero ad seruũ tuum patrem nostrum, & puer defuerit, cum anima illius ex huius anima dependeat, videritq; eum non esse nobiscum morietur, & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos. ⁊ De vehementiore patris erga prædilectos suos filios amore propemodum idem esse videtur quod de duorum amicitia proditũ est, Pythagoras de amicitia hæc refert, φ

Pythagor. φιλίαν ἰσότητα εἶναι καὶ μίαν ψυχὴν. Id est. Amicitiam æqualitatem esse, & eandem animam. Et Aristot. ὅταν βουλώμεθα σφόδρα φίλον εἰπεῖν, μίαν φαμὲν ψυχὴν ἡμῖν εἶναι τούτους. Id est. Quando volumus vehemẽter amicum dicere, vna inquimus anima mea, et huius Et apud Homerum aliquoties hoc est, ἴσον ἐμῇ κεφαλῇ. i. Æquè atq; meũ ipsius caput. Flaccus quoq; quo arctiorem sibi amicitiam cum Vergilio intercedere significaret, sic ait ad nauim qua poëta nauigaturus erat in Atticam.

Aristi. li. 2. Mor. *Homerus.* *Horat. lib. 1. Od.*

Et serues animæ dimidium meæ.

Hic tam vehemens amor amicorum, etiam inter patrem & filium interdũ intercedere solet, quod & Iudas fatetur de patre suo Iacob & fratre Beniamin רַנְפְשׁוֹ קְשׁוּרָה בְּנַפְשׁוֹ id est: Anima eius ligata est in anima eius. Mitio ille Teren. nepotẽ suum Æschinũ in filij locũ adoptauerat, quemq; etiam vnicè diligebat, & mirè solicitabatur, ne quid ei aduersi cõtingeret.

Terenti. in Adelph. *Vah, inquit, quenquam ne hominem in animo instituere, aut*

Parare, quod sit charius, quam ipse est sibi?

Præclarum dilecti à patre filij exemplũ à Valer. Maximo refertur, Octauius Balbus cum à triumuiris proscriptus esset, et fugam ex ędibus suis fœliciter & sine noxa fecisset; mox in vicinia clamorẽ audiuit, & ratus filium quem domi reliquerat & vnicè dilexerat, occidi; in domum reuertitur, & percussorib. quos euaserat, occidendum sese obtulit Pluris infœlix pater filij sui incolumitatem æstimauit, quã suam ipsius vitam: & filij sui anima extincta, suã quoq; deletam existimauit. ⁊ Ego propriè seruus tuus sim, qui in meam hunc recepi fidem. & spopondi dicens: Nisi reduxero eũ, peccati reus ero in patrem omni tempore. Et. Non enim possum redire ad patrem absente puero; ne calamitatis quæ oppressura est patrem meum testis assistam ⁊ Nota est scelerata illa & procul ab omnibus mortalib. abigenda vox primi homicidæ Cain, qui trucidato per

Val. Max. lic. 5.

summum scelus fratre suo Abel, & Deo rogitante super illo, respondit לֹא יָדַעְתִּי הֲשֹׁמֵר אָחִי אָנֹכִי id est: Nescio, nunquid custos fratris mei sum ego? Atqui Iudas sanguinariam hanc vocẽ procul à se esse volebat, voluitq; diligẽtiæ suæ specimẽ reddere, idq; in fratre Beniamin quem incolumem patri Iacob restituere studebat, vt clarescceret quid in posterum alijs ab illo sperandum esset. Verum est illud Salustianum: Quis est amicior quã frater fratri, aut quem alienum fidum inuenies, si tuis hostis fueris? Telamõ Salaminæ insulæ rex, miserat ad bellum Troianũ duos filios Teucrum & Aiacem; mandauerat verò Teucro Aiacem, & vt cum illo in patriam reuerteretur. Ceterum Aiace apud Troiam à se interfecto, Teucer cum in Salaminam venisset, sine fratre: à Telamo patre, vah, quibus asperioribus verbis exceptus est? Quàm plena irarum & indignationis hæc Telamonis verba sunt quæ in Teucrum tanquam tonitrua quædam effundit:

Genesis 4. *Salust. in Iugurta.* *Cic. libr. 2. de Orat.*

Segregare abs te auisis, aut fine illo Salaminam ingredi.

Neq; patermum aspectum es veritus,

Quem ætate exacta indigem.

Liberum lacerasti, orbasti, extinxisti, neque fratris necis,

Neque gnati eius parui, qui tibi in tutelam est traditus.

Neq; ignorabat Iudas quæ verba & indignationes se manerent apud patrem Iacob iam senẽ, si sine fratre Beniamin, qui ei in tutelam traditus erat; domum reuerteretur. ⁊ Non se poterat vltra cohibere Ioseph multis coram astantibus, vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. Eleuauitq; vocem cum fletu, quam audierunt Ægyptij, omnisque domus Pharaonis, & dixit fratribus suis. Ego sum Ioseph. Adhuc pater meus viuit? ⁊ Post tot varios ac multiplices errores quos Ioseph fratres sibi fingebant, & metum seruitutis, quam mox sibi impendere timebant, ob cyphũ quẽ à Beniamin furto subductũ putabãt, post tot tristiũ rerũ & turbarũ epitasim, tandem ad iucundam & peramœnam catastrophen peruẽtum est, quæ tanta erat, vt Israelitæ tantam subito mutationem animo concipere primo non possent, neque vnquam insperatum illud gaudium in illorum pectorib. fixum immotumq; perseuerare potuisset, nisi semel atq; iterum

Gene. Cap. XLV.

rum à Ioseph repetitum fuisset. Neq; Ioseph vir prudentissimus ignorabat gaudium fratrum suorum, vt præter spem euenerat, ita etiam maius esse quàm vt semel dictum satis intelligi ab illis posset.

⁊ Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti. Ad quos ille clementer, accedite, inquit, ad me. Et cum accessissent propè: ego sum, ait, Ioseph frater vester, quem vendidistis in Ægyptũ. ⁊

Videtur ex his Ioseph verbis, quibus bis se fratrem Israelitarum esse dixit, exortum illud Græcorum prouerbium, δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν. Id est: Iterum ac tertio, quod pulchrum est, subaudi, dicendũ est. Vsurpat Plato idem prouerbium, καὶ δὶς γὰρ τοὶ καὶ τρὶς φασὶ καλὸν εἶν τὰ καλὰ λέγειν καὶ ἐπισκοπεῖσθαι. Id est. Atqui pulchrum aiunt ea quæ pulchra sunt iterum ac tertio tum dicere, tum considerare. Et rursus alibi, δὶς γὰρ τὸ καλὸν ἡδὺ οὐδὲν βλάπτει. i. Nam nihil lædit, quod pulchrum sit bis dicere. Exemplum huius habemus apud Valerium Maximũ. Philippo enim Macedoniæ rege à Romanis superato, cum ad Isthmiacum spectaculum tota Græcia conuenisset. T. Quintius Flamminius tubę signo silentio facto, per pręconem hęc verba recitari iussit. Senatus populusq; Romanus, & T. Quintius Flamminius imperator, omnes Græcię vrbes, quę sub ditione Philippi regis fuerunt, liberas atque immunes esse iubet. Quibus auditis maximo atq; inopinabili gaudio omnes perculsi, primo veluti non audisse se quæ audierant credentes, obticuerunt: iterata deinde pronunciatione præconis, tanta cœlum clamoris alacritate compleuerũt: vt certè constet aues quæ superuolabant attonitas, pauentesq;, decidisse. Tanta erit iteratorum verborum gratia, & quod prima præstare non poterant, hoc secũda præstiterunt ⁊ Nolite pauere, neq; vobis durũ esse videatur quod vendidistis me in his regionibus. ⁊ Fuerunt non pauci qui optimum dicendi modum, & aptam rerũ dispositionem, denique oratoriam artem omnem, apud Græcos & Latinos scriptores quęrẽdam putarent: Hebraicas verò literas omnis dispositionis expertes esse, eoq; nullã oratoriæ artis annotationẽ habere, neq; inde quicquã petendum quod ad persuadendi rationem pertineret. Equidẽ in lõgè diuersa sum opinione, vt existimem sacras literas non solum ad pietatem plurimum opitulari, sed etiã non raro oratorię artis præcepta delineare, si quis penitius introspicere velit. Vel hæc verba Ioseph satis nobis testimonio esse poterũt. Enarraturus enim erat fratribus suis omnem suam gloriam & præstantiã, qua iã in Ægypto sublimis erat, & qualiter ab infima sorte ad proximã à rege dignitatẽ subuectus esset; & quod summo in Ægypto magistratu fungeretur, rerum omnium arbiter & iudex. Cætera hæc tanta Ioseph potestas fratribus eius formidabilis erat, auditusq; pergrauis, meritoq; suspecta, vt qui sibi plus nimio conscij erant quã male de tã potente fratre meriti essent, quem prius contumeliose habitũ, postea ignominiose paruo lucello distraxissent. Non immeritò igitur fratres eius formidare, Ioseph hanc tantã suam ignominiã, potẽtia sua fretũ, vlturũ. Ioseph igitur quo latius postea de sua laude absq; fratrũ suorũ inuidia expatiari posset, oẽm priusillis metũ adimere necessariũ habebat, & vt nihil hostile de sua potẽtia pertimescere haberẽt; tutos reddit. Pertinet hoc ad consiliũ, quod & admonet Quintil. vt si quid fuerit quod ad causam videatur obstaturũ, id amoliamur; nõ obseruata ratione communiũ præceptorũ. Id q̃d fecit Ci. in ora. p Mil. Priusquã enim ad causam accederet præiudicia quædã diluit, quibus magnopere prægrauabatur causa Milonis, quod vociferarẽtur aduersarij nõ esse cõcedendũ in Repub. iure & legib. cõstituta, vt quisquã indẽnatus interficereẽ. Sed anteq;, ait Cic. ad eã orationẽ veniã, quæ est propria nostræ quæstionis: videntur ea esse refutanda, quæ in Senatu sæpè ab inimicis, ab improbis sæpè iactata sunt, & in cõcione etiã paulò ante ab accusatorib. vt omni errore sublato, rẽ planè quæ venit in iudiciũ, videre possitis. Negant intueri lucẽ fas esse ei, qui à se hominẽ occisum esse fateatur. Hanc obiectionem diluit Cice. quo liberius postea posset Milonis causam agere. Hieronymus quoq; hoc cõsilio vsus est in epitaphio Fabiolæ, quam cum videret satis commodè laudari non posse, ob crimẽ, quo secundo marito nupserat, superstite primo; sic ad defensionem eius accedit. Et quia statim in principio, quasi scopulus quidã, & procella mihi obtrectatorũ eius opponitur: quod secundum sortita matrimonium, prius

Pato in Gorgia. *Val. Max. lib. 4.* *Quint. l. 61* *Ci. pro Mi.* *Hieron. in epit. Fabio.*

prius reliquerit: non laudabo cõuersam, nisi prius ream absoluero. Nec minus sapienter egit Ioseph quod statim in initio sermonum suorum ad fratres, metum illorum, quo haud dubio affecti erãt, amolitur, & meliora sperare iubet. ¶ Pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptũ. Et. Præmisitque me Deus vt reseruemini super terram, & escas ad viuendum habere positis. Non vestro cõsilio, sed Dei volũtate huc missus sum. ¶ Neq; hæc Ioseph verba ab oratoria arte aliena sunt. Alia via metum à fratribus amolitur, cum illorum in se opus longè aliam habuisse rationem interpretatur, atq; ab illis commissum est, atq; adeo nullum inde se accepisse damnum, vt etiam magnam vtilitatem demessuerit. Monet quoq; Quintilianus vt metum eadem ratione amoueamus, & quod homines contra nos esse putabant, hoc à nobis maximè stare ostendamus. Vsus est hac amoliendi forma Cicero pro Milone. Hunc enim cum orator eloquentissimus defenderet, forum omne armatis cohortib. magno omnium terrore circumseptũ erat, ita enim Pompeius cõstituerat, quod ne Cice. ipse dissimulabat. Sic enim inquit: Hæc noui iudicij noua forma terret oculos, qui quocunq; inciderint, veterem cõsuetudinem fori, & pristinum morem iudiciorum requirunt. Sed Cicero mirabili inuersione vtitur, quod arma hæc Pompeij disposita sint non contra Milonem, sed pro salute Milonis. Vnde Cicero ait: Illa arma, centuriones, cohortes, non periculum nobis denunciant, sed præsidiũ: neq; solum vt quieto, sed etiam vt magno animo simus, hortãtur: neq; auxilium modo defensioni meæ, verumetiam silentium pollicentur. Quo minus mirandum est, quod Ioseph hac inuersione vsus sit in excusanda fratrum suorum in se malitia. Varia quoq; erant apud veteres excusationum genera, quibus inuicem vtebantur, si quid dissidij inter aliquos exortũ fuisset, cuius iam pœniteret. Homerus facit Priamum in mœnibus vrbis Troiæ sedentem & Helenam ad se vocantem, quamq; etiam charam filiam appellat, deinde bellum quo Troia conflictabatur, non illi imputat, sed fatis & diuis.

Quin. li. 4.

Ci. pro Mi.

Hom. libr. γ. ἰλιαδ.

οὔτι μοὶ αἴτιοί εἰσι θεοὶ νῦ μοὶ αἴτιοί εἰσιν
οἵ μοὶ ἐφόρμησαν πόλεμον πολύδακρυν Ἀχαιῶν.

Id est.

neq; enim te diua malorum
Arguerim, superis fatis sors ista senectæ,
Debita erat nostræ, & Teucris lachrymabile bellũ.

Est apud Græcos prouerbiũ Ate Homerica. Hanc Homerus deam facit, quæ noxas & turbas soleat immittere rebus mortalium, atq; ipsam quidem acribus oculis, ac præuelocibus esse pedibus.

ἣ δ' ἄτη δεινεὴ τε, καὶ ἀρτίπος· οὕνεκα πᾶσας.
πολλὸν ὑπεκπροθέει φθάνει δὲ τε πᾶσαν ἐπ' αἶαν
βλάπτουσ' ἀνθρώπους.

Hom. libro τ. ἰλιαδ.

Ipsa Ate, pedibusq; valens, & robore præstans,
Promde gradu celeri longè præuertitur, omnes
Mortales lædens.

De hac Ate prouerbium natum est, cũ dissidium aliquod inter amicos vel etiã sanguine iunctos & fratres natũ sit, quod pacare & componere velimus, vt illud dicamus, in Aten Homericam reijciẽdum esse. Cęterum Iosephvir pius quo fratres suos in meliorem ergase spem erigeret, omne illud quod in se admiserunt, arcano Dei consilio imputat, qui non raro magna mala in longe meliora bona mutare soleat. Verum est illud Homericum.

Homerus

αἴγε θεοὶ γ' ἐθέλωσι τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.
Dijs ita si visum fuerit, quos gestat olympus.

¶ Qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum vniuersæ domus eius, ac principem in omni terra Ægypti. ¶ Coniectare libet his verbis, Pharaonem regem tum adolescẽtem fuisse, cui Ioseph vir consultissimus tanquam pater quispiam accesserit, & à quo bene administrandi regnum formulã acciperet; cuiusq; etiam prudenti consilio in omnibus vteretur. Est enim prudentium virorum consilium, cum omnibus in rebus, tum vel maxime principibus necessarium, & citra quod omnia sursum & deorsum & pessum ire necessarium est. Huc accedit quod principes Hesiodus appellat ὑπτίους, nempe significare volẽs, in principibus non raro prudentiam desiderari, & omnia ab illis magis ex propriẽ mentis libidine agi, quàm è republica vel plebis vtilitate. Horum cõplura exempla extant apud vetustissimos reges. Agamemnon & Achilles, ob quam friuolam rem & principi pudendam in mutuum exarserũt odium: dum alter alterum dilecta sua amica spoliat. Achilles amore amens,

Hesiodus.

Hom. libro α. ἰλιαδ.

amens, negat se pro græcis amplius pugnaturum. Agamemnõ clade totius exercitus edoctus, raptam amicam Achilli restituit. An nõ talib⁹ νηπιοῖς necessarius fuisset pater quispiam ætate maturus, qui reges tam regaliter desipiẽtes melius instituisset? Achilles quidem Phœnicẽ habebat eruditorem, vt Homerus canit.

Homer. li. 1. ἰλιαδ.

τ' ὄυνεκα μὲ πρόεικε διδασκέμεναι τὰ δὲ πάντα,
μύθων τε ῥητῆρ' ἔμμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων.

Id est.

Propterea Peleus tibi me dedit esse magistrum.
Bellandi qui te faceret, fandiq; potentem.

Agamemnon (si Homero credimus) rex erat magis ambitiosus quàm cordatus, & hic frequenter in conciliũ adhibebat consultissimos viros Vlyssem, Nectorem, Chalcantem. Pudet hic referre stultitiam regum Persarum, Xerxes maximo exercitu præ tumidus, non solum hominibus terribilis erat, sed etiam montibus, & mari bellum indixit. Hic tamen bellum Græciẽ illaturus, vnum habebat Demaratũ, à q̃ liberè admoneretur. Huius pater Darij⁹, oblato sibi malo punico insignis magnitudinis, tantum optauit Zopyrorum, quantum inesset in eo granorum. Erat is Zopyrus regi inprimis charus. Adfuit Alexandro Magno Callisthenes Philosophus, qui regem inaniter stultum prudẽtiam doceret. Darius vltimus Persarũ rex prælium cum Alexandro Magno conserturus, Caudemũ Atheniẽsem armorũ peritũ sup ratiõe cõsulebat belli, cuius si cõsilio paruisset, fortasse meliores belli successus habuisset. Nero Senecã habuit præceptorẽ, sed qui doctrinæ pretiũ acerbam mortem retulit. Cæterũ Ioseph Ægyptio regi percharus erat, & totius regni negotia in Ioseph cõtulerat, vt qui fœlici quadã ingenij dexteritate, par omnibus esse poterat: ¶ Quumq; amplexatus cecidisset in collum Beniamin fratris sui, fleuit: illo quoque similiter flente super collum eius Osculatusq; est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos. ¶ Osculandi mos apud Romanos erat ciuilitatis atq; amicitiæ symbolum, vtebanturq; officij causa osculis quotidianis in salutatione. Inualuit tandem vsq; adeò hic basiandi mos, vt in molestiam tædiumq; abierit.

Q. Curt. lib. 3.

Suetonius in Tiberio.

Author est Suetonius, Cæsarem Tiberium, quotidiana oscula prohibuisse edicto, tanquam concessisset osculandi ritũ tum licitum fore, cum à magno temporũ & locorum interuallo, amicissimi sese agnoscerent, quod & hic inter Ioseph & suos fratres obseruatum videmus. Penelope Homerica, vbi Vlyssem maritũ longo post tempore non visum, præter opiniõem agnouisset, lachrymans accurrit, & collum amplectitur & osculatur.

Homer. li. ψ. ὀδυσσ.

δακρύσασα δ' ἔπειτα ἑοὺς θοάμυν, ἀμφὶ δὲ χεῖρας
δειρῇ βάλλ' ὀδύσσῃ, λάφυσσε δ' ἔκυσσ'.

¶ Auditumq; est & celebri sermone vulgatum in aula regis, venerunt fratres Ioseph: & gauisus est Pharao, atque omnis familia eius. ¶ Merito hic quærendum esset, vtri prius applaudendum esset, Pharaoni ne, qui maxima Ioseph in se commoda sentiens, illius gaudio congratulandum dignum putabat: an Ioseph qui maximis suis in rempublicam meritis tãto regis sui amore dignus habitus est. Celebris est amicitia Alexandri Magni erga Ephestionem longè illi charissimum familiarem, quæ clara facta est voce Alexandri, quæq; excellentium scriptorum monumentis, æternæ hominum memoriæ consecrata est. Prælio victo Dario rege Persarum, mater eius Sysigambis cum vxore & filiabus simul omnes captæ erant, & in tabernaculo asseruabantur. Eas igitur inuisurus Alexander, tabernaculum cum Ephestione intrat. Is erat longè omnium amicorum charissimus regi, cum ipso pariter educatus, secretorum omnium arbiter, libertatis quoq; in admonendo eo non alius ius habebat, quod tamẽ ita vsurpat, vt magis à rege permissum quàm ab eo vendicatum videretur, & sicut ætate par erat regi, ita corporis habitu præstabat. Ergo reginæ illum regem esse ratæ, suo more veneratę sunt. Inde ex spadonibus captiuis, quis Alexãder esset mõstrantibus. Sysigãbis aduoluta est pedibus eius, ignorationem nunquam antea visi regis excusans. Quã manu alleuãs rex, non erraſti (inquit) mater; nam & hic Alexander est. Scio quàm hæc Alexandri vox à scriptoribus prædicata sit, fœlix prorsus futurus fuisset, si hac continentia animi ad vltimum vsq; vitæ perseuerare potuisset. Totius orbis imperiũ solus habere volebat, sed tamen cum charissimo amico sese partitus est. nec minor Pharaonis erga Ioseph amicitia

Q. Curt. lib. 3.
Val. Max. lib. 6.

tia erat quod ob fratrum illius aduẽtum lætitia affectus erat. Magnũ hoc, sed maius quod scriptura addit, Eatq; omnis familia eius. ¶ Magnum certè hoc ingenij dexteritatem & fœlicitatem præfert in Ioseph, quod summo post regem honore conspicuus, & omnibus regiæ aulæ purpuratis prælatus, omnibus tamen charus esse potuerit; & homo ignobilis nuperè vinculis extractus, atque repente regia stola amictus, omnium tamen amore dignus iudicaretur. Quis enim ignorat quàm intestino odio inter se dissideant aulici purpurati, & quæ suspitiões inter ipsos sint, quamq; etiam inter se certẽt, proximum apud herum locum occupare, atq; illius gratiã ambire? Porrò autem si quem præter cęteros principi charum esse viderint, in hunc omnium odium incumbit, atque inuisum reddere student. Stolidus miles apud Terentium regis amicitiam iactitat, & quàm charus sit bullatis verbis p̃dicat; tandem vt aulicorum mores intelligas, ait. Inuidere omnes mihi. Mordere clanculum. Magni certè ingenij ac fortunæ est, vt cum omnes potentia superes, etiam omnibus fauorabilis sis: Inter rara humanæ fœlicitatis exempla est Titus Vespasianus, qui Romanorũ Imperator, amor & deliciæ humani generis appellatus est. Tantum illi ad promerendam omninm volũtatem, vel ingenij, vel artis, vel fortunæ superfuit, & quod difficillimum est, in imperio. Sed & in Scipione Aphricano tanta naturalis ingenij dexteritas fuisse traditur, vt hostes etiam infensissimos facunde alloquendo sibi conciliaret. Quibus verò artibus hic tãtus oĩm fauor cõciliandus sit, docet Simo ille Terentianus de filio suo Pamphilo, quem hanc tãtam dexteritatẽ habuisse opinat.

Terenti. in Eunuch.

Sueton. in Tito.

Terenti. in Andria.

Sic vita erat, facilè omnes perferre ac pati
Cum quibus erat, cumq; vna his sese dedere.
Eorum obsequi studijs, aduersus nemini
Nunquam præponens se alijs. ita vt facillime
Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares.

Ad hunc modum credibile est Ioseph vitam instituisse, vt regio famulicio vsq; adeò gratus fuerit, vt etiam illi ob fratrũ suorum aduentum congratularentur. Cęterum vt quod sentiam, eloquar, videor mihi hic egregiam & insignem adulatorũ speciẽ videre, quorũ ingẽs in principum aulis copia est. Fortasse credibile est Ægyptię regię purpuratos, malè in Ioseph affectos fuisse, ꝓterea quod nouũ hoiem, & quem seruitutẽ seruisse meminissent, ad tantum honoris fastigium, subito euectũ vidissent. Cæterũ quum regem Pharaonem vidissent hilarè ob Ioseph fratrũ aduentum affectum, simulabant & ipsi voluptatem, & facies in gaudiũ formabant, quod adulatorũ est peculiare. Ferũt adulatorem facere quod Chameleontem. Siquidem ille colorũ oĩm omnes exprimit formas; sic adulator ad omnium hominũ mores imitandos sese componit. Sed vbi maiores adulatorum sunt greges quàm in principum aulis, quorum opes sæpius assentatio euertit quàm potentia? Estq; hæc pestis hodie omnium perniciosissima, & quæ ferè omnes principes subuertit, & Gnathonicorum plena iam sunt omnia, quorum hæc est Philosophia.

Terenti. in Eunucho.

Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoq;
Negat quis, nego. ait, aio. Postremo imperaui egomet mihi
Omnia assentiri. is quæstus nũc est multo uberrimus.

Estq; adulator sicut speculum aliq̃d, q̃d oĩm colorũ imagines in sese recipit, sicq; adulator, affectus quibuscum viuit, in se recipit & simulat. Neq; fortuitarũ rerum, quæq; citra nostrum accidunt consiliũ, expertes esse volũt, quin & simili morbo teneri se fingũt, assentãtes ægrotantibus, & nec acutè cernere, nec audire, si cum luscios ac surdastris agãt. Quemadmodũ Dionysio cæcutiente, adulatores illius, alius in alium impingentes, & patinas inter cœnandum deijcientes, simulabant & ipsi cæcutientiam. Incertum igitur esse poterit, de hoc aulicorum Pharaonis gaudio, verum ne fuerit, an simulatũ, & cum regem suum verè gaudentem gaudio viderent, ipsi quoq; vultu, qui maximè seruit, gaudium simularent. Sed hoc prudentioribus æstimandum relinqno. Cæterũ quod ad regẽ Pharaonem attinet, satis suam erga Ioseph mentem aperit, amico animo suo & liberalitate qua fratres eius prosequutus est, neq; hac contentus, etiã author fuit Israëlitis, vt relicta Syria in Ægyptum semel cõmigrarent, vbi splendida fortuna & conditionibus haud quaquam pœnitendis vsuri essent. ¶ Dixitq; Pharao ad Ioseph vt imperaret fratribus suis, dicens. Onerantes iumenta ite in terram Chanaan, & tollite inde patrem vestrum & cognationẽ, & venite

& venite ad me, & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, vt comedatis medullam terræ. ¶ Video in Pharaone rege ingenium fuisse, præter aliorum principum morem, prudens & cordatum, vt qui liberalitatis morem; & in quos illa potissimum conferenda sit, ꝓbe sciret. Iubet Valerius Maximus, vt liberalitas ex iudicio ceu à fonte quodam proficiscatur, nempe vt in eos liberalissimus, qui de nobis optimè meriti erunt. Quis vnquã de Ægypto melius meritus erat quàm Ioseph? Contulerat Ægyptijs nõ opes, non diuitias, sed consilium, quo qnquennij famẽ depellerent, eratq; Ægyptus tum horreũ totius oriẽtis, & in quã frumentatum veniebãt vicina oĩa regna, regiusq; fiscus per omnia cõmoda sensit. Quod qdem cum prudenter perspiceret Pharao, non in solum Ioseph boni huius authorem liberalis esse volebat, sed etiam in fratres eius atq; adeo in totam eius familiam prolixus esse decreuerat. Indignũ enim iudicabat, minimeq; ferendum, vt fame laborarent, qui Ægyptum à fame vendicauerant, neq; honestum esse, vt in Ægyptum, more aliarum gentium frumentatũ venirent, qui alijs gentibus, vt eo frumentatum venirent, præstiterunt, atq; adeo indignum facinus esse illos Ægyptijs bonis frui non posse, qui oĩm illius bonorum causa essent. Hanc igitur ob causam Pharao grati animi rex, tam prolixis pollicitationibus, oĩm Ioseph familiam in Ægyptum vocat. ¶ Quibus dedit Ioseph plaustra secũdum Pharaonis imperiũ, & cibaria in itinere. Singulis quoq; proferri iussit binas stolas, Beniamin verò dedit trecentos argenteos, cum quinq; stolis optimis tantũdem pecuniæ & vestiũ mittens patri suo. ¶ Pharao rex vt fidem suam erga Israelitas certiorẽ redderet, amplissimo congiario illos abeuntes prosequi iubet, nec argento cõtentus erat, sed & vestibus illos donat. Porrò ne quis vile quid putet hæc vestium dona: erant olim inter amplissima munera vestes, atq; adeo regum erat regibus vestes donare. Priamus rex Troianus petiturus ab Achille interempti filij Hectoris corpus, inter pretiosa munera, quæ Achilli daturus erat, vestes quoq; fuerunt.

Homer. li. ω. ἰλιάδ.

ἢ κοὶ φορεαμῶν ἐπιθήματα λαὰ ἀνέωγεν,
ἔνθεν δώδεκα μὲν πόδηκαλλέας ἔξελε πέπλους,
δώδεκα δ' ἁπλοΐδας χλαίνας, τόσσους δὲ τάπητας,
τόσσα δὲ φάρεα λάλα, τόσσους δ' ἐπὶ τοῖσιν χιτῶνας,
χρυσοῦ δὲ σπάσας ἔφερεν δέκα ταλάντα.

Id est.

Hæc fatus, subitò capsarum ingentia pandit
Tegmina, de hinc bis sex numero pulcherrima pepla
Eligit, ac totidem chlænas, totidemq; tapeta,
Et procul albentis totidem velamina panni
Tot tenues tunicas, auri bis quinq; talenta. Addidit.

Sueton. in Calig.

C. Cæsar Caligula in initio principatus sui admodũ ciuiliter se gessit, deditq; populo Romano congiaria non solũ pecuniarum, sed etiam aliarũ rerum, & vestiũ. Nam authore Suetonio, congiarium populo bis dedit trecenos sestertios, toties abundantissimum epulum senatui equestriq; ordini, etiã cõiugibus ac liberis vtrorumq;. Posteriore epulo forensia insuper viris, pueris ac fœminis fascias purpurę ac cõchylij distribuit. Sunt verò forensia, vestimenta quibus non intra ædes, sed propalam, & cum foras eundum est vtimur, idq; dignitatis causa. Videntur hæ stolæ quas Ioseph fratribus dedit fuisse forensia vestimenta. Appellantur eã Hebraicè חֲלִפָה שִׂמְלוֹת Significat חָלַף variauit, mutauit. Hinc forensia vestimẽta, Hebraicè appellãtur mutatoria, quod hæc cum domesticis mutemus. Porrò domestica vestimenta latini appellant; cænatoria, quod his vestiti domi cibum sumere soliti erant. Mittebantur hæc à Romanis in Saturnalibus honoris gratia. Hinc Marcialis ait in disticho, cuius titulus est, Cœnatoria.

Marcialis.

Nec fora sunt nobis, nec sunt vadimonia notã.
Hic opus est pictis accubuisse toris.

Liquet ergo regium hoc Pharaonis cõgiarium, non solum æs, vt modo videmus, habuisse; verùmetiam veteri more, pretiosas vestes. Neq; hoc à liberalitate vacat, quod Pharao stolas has non singulares misit, sed duplicatas, & quintuplicatas. Scribit Suetonius de Cæsare Tiberio quod consueuit quadruplam strenam dare. Hoc est officium liberalis prĩcipis, nõ solum duplicata, sed etiã multiplicata munera mittere. Artoxerxes rex Persarum dicere solitus erat: Regalius est dare quã accipere: Igitur Israelitæ affatim donis & omni commeatu instructi in Syriã repedare ad cõmunem patrem Iacob instituunt; & Ioseph proficiscentibus ait. ¶ Ne irascimini in via. ¶ Sciebat Ioseph proui-

Sueton. in Tiberio.

Plutarch.

uerbium illud, fratrũ inter se iræ amarissimæ. Porro fratres eius male sibi conscij erant, obuersabaturq; ob oculos, si vnq; alias, tum certè vel maximè scelus quod odio stimulante in Ioseph admiserāt, cuius memoriam in illo magis ad tempus sopitam quàm in perpetuum extinctam putabant. Cæterum fieri solet vt rectè factorum gloriam, omnes sibi certatim vendicare soleant, & si quid vel errore vel stultitia commissum sit, æquè omnes à se abigant. Erant fratres Ioseph non in eadem omnes causa, sed vt quisq; sibi vel benè vel male conscius erat, ita etiam vel spem vel metum concipiebat. Maximus fratrũ Ruben extra omnem erat noxam, vt qui semper ab iniuria Ioseph inferēda abhorruerit, pacisq; author fuerit. Iudas, cuius maxima apud fratres omnes erat authoritas, Ioseph ab interitu vindicauit, atq; vt in Ægyptum venderetur author erat. Cęteri fratres, omnes vno calculo Ioseph mortem decreuerant, eoq; in peiori erāt conditione, magisq; à Ioseph metuebāt. Quod quidem cum prudentissimum virum non lateret, sciretq; inter fratres facile rixarum quid nasci posse, dum quisq; vt minus in Ioseph peccasset, ita etiā meliorem apud illum conditionem habiturum. Vt igitur turbarum omnium causas præcideret Ioseph, ait ad fratres abeūtes; ne irascimini in via, siue vt Hebraice legitur אל־תרגזו nõ contendite, neq; alter alteri negotium ob meā causam, facessite. ¶ Qui ascendentes ex Ægypto venerunt in terrā Chanaan ad patrem suum Iacob, & nuntiauerūt ei dicentes. Ioseph filius tuus viuit, & ipse dominatur in omni terra Ægypti. Quo audito Iacob, quasi de graui somno euigilans, tamen non credebat eis. ¶ Ouidij versus est.

Ouidius.

Rara solet magnis rebus adesse fides.

Neq; enim statim credere poterat Iacob, filium suum Ioseph, quem à ferís laniatum acceperat, & iam tot annis comploratum & defletum, tam subitò emersisse, vt non solum in viuis existeret; sed etiam eximie in Ægypto dominaretur. Neq; fieri posse credebat, vt filius Ioseph tam in vicino agēs & in Ægypto dñans; non ad patrem consolandum nuncios mitteret, quem haud dubio sciebat ob filij absentiā tristitia affectum iri. Nec minorem diffidentiā ingessit Iacob filiorum eius inõnstantia & duplicitas. Quem em̃ prius mortuũ nunciabāt, & rabido bestię ore discerptũ; iam rursus viuentē & Ægypti dñm afferebant. ¶ Illi è contra referebant oēm ordinem rei. ¶ Hic iam verũ esse cõuincitur illud Thaletis, τὸν χρόνον σοφώτατον ἁπάντων εὑρίσκει γὰρ τὰ πάντα. id est: Tempus oīm est sapientissimũ, vt quod cũcta reperiat, eruatq;. Sophoclis quoq; hi versus sunt.

Thales.

Sophocles.

ἅπαντ' ὁ μακρὸς κ' ἀναριθμος χρόνος
φύει τ' ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται. i.
Cuncta pariter immensus ordo temporum
Occulta prodit, & idem prodita occulit.

Occuluerant hactenus per tot annos Israelitæ, oēm illā crudelitatis scenā, quā in fratrem Ioseph designarāt, & impiũ facinus tot annorũ fide pariter texerāt; cæterũ iā tempus ipsos subigit aperire quæ per tot annos perfidè texerant, atq; oēm rem ordine narrare q̃ in fratrem Ioseph cõmiserant; & quomodo in Aegyptũ ab ipsis venditus sit, cæteraq; quæ à Ioseph mandata erant. Neq; Iacob diutius filijs diffidere volebat, vbi verba fide confirmassent, sed ¶ Cum vidisset plaustra & vniuersa quę miserat Ioseph reuixit spiritus eius & ait. Sufficit mihi si ad huc Ioseph filius meus viuit, &. Profectusq; Israel cum omnibus quæ habebat, venit ad puteum iuramẽti, & mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac. ¶ Nuper à nobis relatum est, in sacris literis non raro reperiri illa, quę ethnici scriptores ad eloquentiæ & persuadendi artem magnopere pertinere putarũt, idq; in verbis Ioseph satis declaratũ est, quæ ad fores suos habuit. Satis enim oratoriè, priusquã de suo fœlici statu, & p̃senti gloria disserere vellet, cõsilio vsus est, quo amolieba ̃ illa quæ fratribus impedimento esse possent, quo minus libenter audirent, quæ ad Ioseph gloriam pertinerent. Historiographos habuerũt Græci & Latini eximios & claros; sed diuerso scribendi genere vsi fuerunt. Herodotus Græcus cũ T. Liuio latino eandem phrasim habuisse creditur; atq; vberi lacteaq; eloquentia vtrumq; scripsisse proditũ est. Cõtra Theucydides & Salustius rotũdo & breui sermonis genere, priores equare potuerunt. ¶ Placuit oībus ætatibus astricta illa, & tum culta viuidaq; Salustij dictio. Quintilianus, vir maturo & graui iudicio, asseruit oratione Salustij atq; breuitate nihil fieri posse pfectius, præsertim apud vacuas & eruditas aures. Atqui geminā hāc historiographorũ phrasin videmus ne sacris quidem literis defuisse, & quod

Gen. Capuť XLVI.

Quintilia. lib. 10.

quod mirandum est in vno eodemq; scriptore, inuenire licet. Quis Moyse vberiori dicendi genere vnquam describere potuisset Israelitarum in Ægytum descẽsum, colloquia item illorum cum Ioseph, & vicissim huius cum illis, deinde inter vtrosq; agnitionẽ; regis Pharaonis cum purpuratis suis, ob fratrũ Ioseph aduentum, gaudiũ; plaustra, omnemq; itineris apparatum, regium cõgiarium fratribus datũ, & patri Iacob missum? Verũ idem Moyses succinctum & breue dicendi genus sequutus est hic, vbi Israelitarũ oīm pfectionem è Syria in Ægyptum describit. Nulla hic sarcinarũ & domesticæ suppellectilis mentio fit, sed breuis & compendiosa profectiõis ratio, vt appareret Moysen eadem celeritate hãc scribere voluisse, qua Iacob eandem vrgebat, vt ad Ioseph filiũ incolumem ipse perueniret. ¶ Audiuit Deum per visionem nocte vocantem se & dicentem sibi, Iacob Iacob. ¶ Frequens est in sacris literis hæc anadiplosis neq; sine emphasi prolata videtur. In ethnicorum quoq; scriptis eadem anadiplosis non temere vsurpata est, sed energiam quandã certam exprimere atq; præferre videtur. Scribit Plato Solonem Atheniensem in Ægyptũ profectũ, vt de vetustissimis orbis rebus erudiretur; & cum quædam quæ ipse sane antiqssima putabat in mediũ ptulisset, tum quidã è senioribus Ægyptĩ sacerdotib. Solonẽ demẽter sic castigat, ὦ Σόλων, Σόλων, ἕλληνες ἀεὶ παῖδες ἐστε. γέρων ἕλλην οὐκ ἔστιν. id est: O Solõ Solõ vos Græci semp pueri estis, senex verò Græcus nõ est. Causam noīs Solonis repetitiõis hãc reddit Procl⁹, παλαιὸς μὲν ὁ ἱερεὺς ἵνα τὴν ἐπιπλήττων μὴ λίαν φορτικὸς ᾖ, καὶ τοῦ πόθεν ἀρχαιολογίας διδάσκειν ἔχειν τὸν ἐκστὰ λόγον, ἐπαναλέγει ὃ χρῆται τῆς κλίσεως, οὐχ ὡς ὑπερβιαπτεινόμενος μόνον πόθεν ὧν μέλλει λέγειν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἐνδείξιν τῆς ἐκεῖθεν αὐτῷ ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἀνακυκλήσεως, ἵν' μονίμως καὶ νοερῶς πόθεν εἴληφε σχεδὸν τῆς ἀνεξαλείπτου γνώσεως τὰ ὁλικώτερα αἴτια θεῶν ἐν τῷ παιδεύειν γιγνομένων. i. Senex hic sacerdos castigãs Solonem ne videreẽ molestus esse, & etiã de antiqtate veriorẽ sermonẽ docturus, noīs vtiẽ repetitiõe, nõ solũ vt supra modum cõtenderet de qbus dicturus sit, sed etiã vt mente reuolueret argumentũ illud quod cõstanter & prudẽter de varíis rebus tractaturus esset, vt scilicet semp in cognitione Solonis vniuersales causę essent. Videẽ hæc noīs repetitio non tam amoris significationẽ habere q̃ etiã non nihil reprehensionis præferre. Deus bis Iacob appellabat, & huius anadiplosis causa scriptura magis significare videtur q̃ exprimere. Trepidare Iacob iam exacta ætate in Ægyptum proficisci, atque Ægyptios suspectos habere, nec satis etiam Deo fidere, cuius oracula iam à multis annis nulla acceperat. In hoc curarum æstu cum iactaretur Iacob, & ne vacillaret atque labesceret, diuina voce, nec sine clementi increpatione, nomine bis repetito, in spem erigitur; atq; à Deo omnia sperare iubetur. ¶ Ego sum fortissimus Deus patris tui. Noli timere, sed descende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te tibi. ¶ Ne quid Iacob de diuina ope titubaret, Deus appellat se fortissimũ. Sunt varia Dei nomina apud Hebręos, quibus Deus appellari gaudet, sed nullũ aptius presenti loco visum fuit nisi אל significaẽ em̃ hac voce, fortis. Sed qs fortior Deo erit, q̃ omne periculũ facile à Iacob defendere posset? Agnoscit & Dauid hãc fortitudinẽ in Deo esse adeò vt ipsum etiã fortẽ appellet עזמאת בחשיר לאלהים לאל חי & Septuaginta rectè sic verterũt, ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν θεὸν τὸν ἰσχυρὸν, τὸν ζῶντα. id est: Sitiuit aīa mea ad Deũ fortẽ, viuũ; quod nos corruptè legimus, fontẽ. Quinetiã Deus aliud prẽsidiũ Iacob pollicet̃; quo p̃sentius & magis salutare nullũ aliud esse poterit. ¶ Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducã te reuertentẽ. ¶ Senserunt ethnicorũ vulgus, & in his clarissimi Philosophi, oēs mortalium conatus & studia irrita & vana esse, nisi diuino aliquo p̃sidio & ductu, ad optima quæq; dirigerenẽ: & quẽadmodũ nauis nullo instructa clauo, temerè & ventorũ vndarumq; impetu rapitur & pessum it, sic etiã homo citra diuinã opem, & rationem benè institutã in nullo sibi cõstare poterit. Ratio, siue vt vulg⁹ ait, cõscientia, oībus hoībus à Deo indita, ad optima quęq; inuitare non cessat, & si qd prauũ ac nefariũ cõmissum erit, statim vt tortor quispiã, acerbam ab homine pœnam expetere non differt. Hæc mens siue aīus semp ad sanctissima quæq; hoīem traducẽs, & pellicẽs, in Socrate fuisse, p̃ter cæteros ethnicos hoīes, philosophis quoq; psuasum fuit. Erat em̃ in Socrate mira quędã vitę innocẽtia, incredibilis morũ integritas, inexpugnabilis pudicitia, contumeliarũ & cõuitiorũ,

Plato in Timæo.

Proclus.

ſupra q̃ dici poteſt, patientia; ad virtutes & bonos mores excolendos infatigabile ſtudiũ. Viderũt ethnici has tãtas virtutes nullo modo humanis viribus adipiſci potuiſſe Socratrem, ideoq̃ diuino auxilio illum adiutũ fuiſſe ſcripſerunt, & p̃ſentem ſemp habuiſſe Deũ quendã cuius monitu ceu voce aliqua admoneretur. Sic em̃ frequẽter apud Platonẽ loquiſ̃ Socrates, ὃν γὰρ τὴ θέα μοίρα παρεμπόμενον ἐμοὶ ἐκ παιδὸς ἀρξάμενον δαιμόνιον, ὃν δὲ τοῦτο φωνὴ ἡ ὅταν γένηται, ἀεὶ μοι σημαίνει ὃ ἂν μέλλω πράττειν, τοῦτο ἀπεροπεῖν, παρότρυνε δ' οὐδὲ πώποτε. καὶ ἐὰν τὶς μοι τῶν φίλων ἀπαντᾶν, καὶ γένηται ἡ φωνὴ τοῦτον τοῦτο ἀποτρέπειν, καὶ οὐκ ἐᾶν πράττειν. i. Diuina quadã ſorte dęmonium q̃ddã me à puero ſequiſ̃. Eſt verò hoc, vox quædã q̃ ſimulatq̃ contingit ſemp mihi ſignificat qd facturus ſim, hortatur, nunq̃, dehortaſ̃ verò; & ſi quem amicorũ cõſulere voluero; & acciderit hæc vox, ſtatim dehortaſ̃ me, & nõ agere ſinit. Cæterũ quod ad vocem hãc dæmoniũ attinet, ſolet hæc apud ethnicos ſcriptores in bonã partem & ꝓ Deo vſurpari, ne qs dæmoniũ Socratis in malam partem intelligi velit. Et Homerus Iouem ait μετὰ δαίμονας ἄλλους, per qd & ipſum, & oẽs alios deos dæmones eſſe declarat. Iulius Pollux: θεὸς καὶ θεὸς καὶ δαίμονες. οὕτω γὰρ ὁμήρῳ δοκεῖ δαίμονας καλεῖν τοὺς θεούς, καὶ πλάτων δὲ τὸν τοῦ παντὸς ἡνιοχεύοντα μέγιστον δαίμονα ὠνόμασεν, ἐπεὶ πλὴν τῆς αὐτοῦ χρείας τὸ θεῖον καὶ δαιμόνιον. i. Deus & diij & dæmones. Sic enim Homero placuit, deos ipſos vocare dæmones. Et Plato quoq̃ gubernatorẽ oĩm maximũ dæmonem appellat. Quandoqdem idem eſt & numinis & dęmonij vſus. Maximi dęmonis meminit in libris de republica. In hunc ſenſum Athenienſes de noua Pauli apoſtoli doctrina dicebant ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγγελεὺς εἶναι. i. Nouorũ dęmoniorũ videt annũciator eſſe, dæmoniorũ ꝓ Deorũ intellexerũt. Ad eũdem modũ dęmoniũ Socratis Deus Socratis intelligendus eſt q illi ſemp præſto erat, & ſicubi locorũ alienæ ſapientiæ cõſultatio ingruerat, ibi ſui dæmonis p̃ſagio regebaſ̃, eiusq̃ monitis ſedulo obediebat. Homerus quoq̃ ſuis Heroib. ſemp Deũ aliquẽ adfuiſſe canit. Achilles cũ in cõcione militari acerbe vſq̃ adeò in Agamẽnonem inueheretur, vt gladium exerens, illum iã iam imperiturus videretur; retinetur à Deo, Mineruam hunc appellat: quæ vbi ad Achillem inflammatum acceſsit.

Plato in Theag.

Homer. li. α. ἰλιαδ.

Iulius Pollux.

σὴν δ' ὄπιθεν, ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε πηλείωνα, ὄψε φανεισαμένη.

Homer. li. α. ἰλιαδ.

Aſtitit à tergo, & flaua comprehendit Achillem
Cæſarie, apparens nota ſub imagine ſoli.

Rurſus, & ad Telemachum, cum regẽ Neſtorem adiuturus eſſet, ob eamq̃ cauſam, pudentem, ſubdubitantemq̃, ſocius Deus Minerua loquitur.

τηλέμαχ' ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῇσιν νοήσεις ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται, οὐ γὰρ ὄιω, οὐ σε θεῶν ἀέκητι γενέσθαι τετράφαμεν τε. i. *Telemache altera ſunt, propria quæ mente volutas,*
Altera quæq; Deus tibi ſuggeret.

Homer. li. γ. ὀδυσσ.

Cauſam adiecit cur Dei cõciperet ſpem.

Haud puto te inuitis natum, atq; adoleſcere diuis.

Fingit idẽ Hom. Vlyſſem cordatũ virũ fuiſſe, & Mineruã Deã ſemper comitẽ habuiſſe; q̃ poetico ritu Sapientia eſt. Igiſ̃, vt ait Apuleius, hac eadẽ comite, oĩa horrenda ſubijt, oĩa aduerſa ſuperauit. Quippe ea adiutrice, Cyclopis ſpecus introiuit, ſed egreſſus eſt; ſolis boues & abſtinuit, q̃uis vidiſſet, ad inferos demeauit, & aſcendit, eadẽ ſapientia comite, Scyllã p̃ternauigauit, nec abrept⁹ eſt; Charybdi cõſpectus eſt, nec retentus eſt; Circes poculũ bibit, nec mutat⁹ eſt; ad Lotophagos acceſsit, nec remãſit; ſirenes audiuit, nec acceſsit. Quis nõ videt oĩa hæc, vt multa alia, è ſacris literis ab ethnicis eſſe deſumpta & æmulata? Iſra elita Ægypto ꝓfugi, per varia deſerti diſcrimina oberrabant, ſed nõ ſine diuino ductu iter dirigentes. Columnã em̃ ſequebanẽ p̃uiã, interdiũ q̃dẽ nubeã, noctu q̃dem igneã. An Apoſtolis putandũ erit comitẽ Deũ vnq̃ abfuiſſe? Certè adfuit illis Spiritus S. à q̃ longè certius ſanctiusq̃ in oẽm agendarũ rerũ rationem adducebanẽ, q̃ vnq̃ Socrates à Deo ſuo. Quid q̃d Chriſtus eſt ijſdẽ ſuis apoſtolis pollicitus, ſe cũ illis in perpetuum permãſurum, vſq̃ ad huius mundi cõſummationem? q̃ nimirum facilius oĩa terriculamenta à ſe defenderet, & prõpt⁹ oĩa pietatis munia obirent. Eodẽ diuino præſidio tutus futurus erat Iacob, iam in Ægyptũ ꝓficiſcens. Sic em̃ Deus ei pollicet: Ego deſcendã tecũ illuc, & ego inde adducã te reuertentem. Mirũ eſt Deũ pollicitũ fuiſſe Iacob ex Ægypto reuerſionẽ quẽ cõſtat inibi fato functũ, niſi credibile eſt Deũ ad fun⁹ Iacob reſpexiſſe, q̃d pmagnifico apparatu in Syriã ex Ægypto elatũ cõſtat; vel q̃d vero ꝓpius eſt in poſteritate intelligendũ eſt, q̃d in patriarcha pol-

Apuleius de Deo Socratis.

Exod. 14.

Acto. 17.

Matt. 28.

pollicitũ eſt. Nulli ignotũ eſt q̃d nepotũ myriades à Iacob ꝓfatæ ſunt, quas poſtea Deus nõ ſine ingẽti Ægyptiorũ clade in Syriam traduxit. Ioſeph quoq; ponet manus ſuas ſuper oculos tuos. ¶ Morẽ vetuſtiſsimum hæc diuina verba indicant, & quẽ non ſolũ inter Iudæos obſeruatũ liquet, ſed etiã apud Romanos ſacroſanctus habitus eſt. Morientibus, ait Plinius, oculos operire, rurſusq̃ in rogo patefacere. Quiritium magno ritu ſacrum eſt: ita more condito, vt neq̃ ab homine ſupremum eos ſpectari fas ſit, & cœlo nõ oſtendi nefas. Seruabatur verò hic claudendorum oculorum mos inter neceſſarios potiſsimum, vt filij parentibus, & parentes vicißim filijs oculos in funere clauderent; eratq̃ illud tanquam magnum aliquod morientium ſolamen, ſi ab alterutris vltimum hoc officium contingere potuiſſet. Hecuba Troiana regina humanæ infœlicitatis exemplum, à filio Polydoro hoc mortis ſuæ quaſi ſolatiũ aliquod magnopere exoptat; quem tamen ignorat an viuat, & à filia Polyxena viuere adhuc intelligit.

Plij. li. 11.

Euripid. in Hecuba.

ἀλλ' εἴ γ' ἄπιστῶ δ', ὧδε πάντα δυσυχῶ ζῇ καὶ θανούσης ὄμμα συγκλείσῃ τὸ σόν.

Id eſt.

Ita ſiquidem ille viuit, atqui non puto,
Adeo vndiquaq; prorſus infœlix ego,
Viuit, premetq; mortuæ tibi lumina.

Morem hunc obſeruatum apud Vergilium legimus. Euryali Troiani iuuenis mater plangit ſe hoc ſupremo in filium cęſum officio priuatum.

Verg. li. 9. Æneid.

nec te tua funera mater
Produxi, preſſiue oculos, aut vulnera laui.

Refert Valerius Maximus tragicum factum decrepitæ mulieris in inſula Cea, quæ iam magno natu, & nonagínta nata annos, peſtilentiſsimo auſu, veneno ſeſe perdere ſtatuerat; & cum mortiferam potionem intrepide hauſiſſet, ſæuiretq̃ iam venenũ in præcordia, tandem morte appetente, filiarũ manus ad ſupremum opprimendorum oculorum officiũ aduocauit. Penelope vocat Vlyſſen ſuũ in patriam, vt Laerti patri iam grandęuo & capulo proximo, ultimum hoc officiũ perſoluat.

Val. Max. lib. 2.

Ouid. in epiſt. Hero.

Reſpice Laerten, vt iam ſua lumina condas,
Extremumq; fati ſuſtinet ille diem.

Queritur apud eũdem Ouid. Ariadne Minois Cretenſis regis filia, quod moritura, neq̃ matris lachrymas tuſſura ſit, neq̃ oculi ab ullo claudendi eſſent.

Ariadne Theſeo.

Ergo ego nec matris lachrymas moritura videbo,
Nec mea qui digitis lumina condat, erit.

Lucan. graphicè deſcribit bellum Iuliij Cæſaris cõtra Maſſiliam geſtum, in quo Argus quidã grauiter vulneratus, patrẽ ſuum ætate feſſum fortè vidit, & vt Lucanus canit.

Luca. li. 3. Pharſ.

tacito tantum petit oſcula vultu
Inuitatq; patris claudenda ad lumina dextram.

Receptum igitur hunc gentium morẽ, Deus, ipſum Iacob à charíſsimo ſibi filio Ioſeph expectare iubet, vt in decrepita ætate fœliciter moriẽs, oculi eius ab illo tegerẽtur, à quo id fieri cũ primis ſemper, optauerat. Refert mox ſacra ſcript. ingẽtẽ illãſy luã filiorũ & nepotũ Iacob, q̃s ex duab. vxorib. & totidem ancillis ſuſtulerat. ¶ Omnes animæ domus Iacob quæ ingreſſæ ſunt in Ægyptum fuere ſeptuaginta. ¶ Homo ex anima & corpore concretus eſt. Iã vero conſuetum eſt nedum in ſacris literis, ſed etiã apd ethnicos authores, vt ramuis partẽ ad hominis ſignificationẽ vſurpari. Erant oẽs animæ domus Iacob ſeptuaginta, animas homines intellexit, à parte totum. Lucan. quoq; de Dryudis ſiue Bardis Gallorum poëtis ſic canit.

Vos quoq; qui fortes animas bello; peremptas
Laudibus in longum vates dimittitis ęuum.

Fortes animas haud dubio appellat fortes viros in bello peremptos. Prouerbiũ eſt, ἀ ψυχῶ ὀφέλει. i. Animã debet, de eo qui immodico ære alieno teneẽ, vt plus, q̃ oẽs facultates debeat, ac deniq̃ ſeipſũ debeat, luiturus corpore, quod ære non poſſet. Extat apud Galliũ lex duodecim tabularũ, quæ iubebat diſſecari corpus eius, qui multis creditorib. deberet, nec eſſet ſoluẽdæ rei. Corpus Ieſu appellatur Ieſus apud Ioannem Euangeliſtam, cum de ſepulchro quod in horto erat loqueretur. Ibi ergo, ait, propter paraſceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum, de corpore eius loquitur. Verg. canit de Achille, quod

Luca. li. 1. Pharſ.

Verg. li. 1. Æneid.

Ter circum Iliacos reptauerat Hectora muros.

Hectorẽ appellat extinctũ corpus Hectoris, quod Achilles curui alligatum circũ vrbem Troiã traxit. Nec mirũ eſt ſi vtraq̃ pars hoĩs corp⁹ et aĩa, hoĩs nomine appellatur, cum etiã pars corporis, caput ipſum pro homine accipi ſoleat. Ca-

put enim θαρσαλέος hominem sonat Hom. plus semel, τοῖλω γὰρ λαφαρλῶ. Et Æneas apud Vergilium ait.

Me puer Ascanius, capitisq; iniuria chari,
Verg. libr. 4. Æneid. Et paulò post, de seipso & filio, inquit.
Testor viruq; caput.

¶ Misit autem Iacob Iudã ante se ad Ioseph in Ægyptum, vt nunciaret ei, & ille occurreret in Iessen. Quo cũ peruenisset, iuncto Ioseph curru suo, ascendit obuiam patri ad eũdem locum, videsq; eum irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit. Dixitq; pater ad Ioseph. Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & te superstite relinquo. ¶ Quoties scriptores rerum magnitudine aut splendore opprimuntur, suprasq; suas vires onus quod susceperè futurũ verentur, Salustianũ illud in ore habent, quod is de Carthag. dicebat: Satius esse silere, quã parum dicere. Idem hoc Moyses obseruasse fere videtur in hoc Iacob patris & Ioseph dilectissimi sui filij congressu, quo nihil vnq; magis fuit omni gaudio repletũ, neq; vnq; Iacob & Ioseph vberiori gaudio fuerunt affecti, quã in hoc mutuo congressu, quo pater filium quem tot annis vt mortuum luxerat, non solum viuum receperat, verumetiam amplissima dignitate ornatum viderat. Neq; ipsi Ioseph minus gaudiũ erat, quod patrẽ non solũ viuus, sed etiam cũ magno fortunæ suæ fœnore viderit. Atqui Moyses cum imparem sese tam immenso gaudio exprimendo sentiret, paucis verbis quasi tacẽdo id significare magis volebat, quàm exprimere. Canit Homerus cõgressum Telemachi & Vlyssis patris, quum iam viginti annos abfuisset, quem haud dubio gaudiosum fuisse credibile est, cum vterq; alterum cõplexus vbertim fleret. In hoc gaudio significãdo, Homerus humili vtitur comparatione, ratus, vt opinor, se cũ quis diuino esset ingenio, imparem; si sublimiori vti voluisset. Scribit enim Telemachum filium & Vlyssem patrem, mutuo sese esse complexos & fleuisse, in modum fulicarum, quæ implumes natos lugent, quum à venatoribus circundantur.

Homer. li. 16. Odyss.
ὡς δ' ἀμφιχυθεὶς πατερ' ἐδλαμ ὀδλύρετο δ' ἀκρυα λείβων
ἀμφοτέροισιν δὲ πόσιν ὕφ' ἵμερος ὄρτο γόοιο
λαλάξαν δὲ λιγέως, ἀδινώτερον ἤτε οἰωνοὶ
φῶναι ἢ ἀγυπιοὶ γαμψώνυχες, οἷσιν τε τέκνα
ἀγρόται δῄωσαν πρὶν πετέειν ἀϊδηλα.

Horatius quoq; fateri videtur gaudiũ illud quod inter amicos vel necessarios oriri soleat, cum inter sese à longo tempore interuallo congrediuntur, ineffabile esse, neq; æstimari posse. Quũ ẽm ei apd' Sinuessam Plotius, Varius, & Verg. cãdidissimæ animæ occurrerẽt, ita exclamat. Hor. lib. 1. Serm.

O qui complexus, ô gaudia quanta fuerunt.

Cæterum quis nesciat inopinatum illud atq; insperatum gaudiũ, quod ex charissimorum occursu percipimus, nonnũquam æq; homini pestiferum esse solere, atq; tristitiam. Extant huius rei exempla in Romanorũ annalib: Qua tempestate apud Cannas exercitus populi Romani cæsus est, anus mater, nuncio de morte filij allato, luctu atque mœrore affecta est. Sed is nuncius verus nõ fuit. Atq; is adolescens non diu post ex ea pugna in vrbẽ redijt. Anus repentè filio viso, copia atq; turba, & quasi ruina incidentis inopinati gaudij oppressa, exanimataq; est. Ferũt alteram in ipsa porta, sospite filio repẽte oblato, in conspectu eius expirasse. Hæc cũ non laterent Rom. quã violentus interdum esset repentinus ille immẽsi gaudij affectus, contra illũ tale remediũ excogitauerunt. Scribit Plut. Rom. cum è longinquo ad vrbem venissent, prius nuntiũ domum mittere solitos esse, qui herũ vxori & filijs ad futurum nunciaret. Quærit Plut. huius moris varias rationes. Atqui hæc nõ absurda videri debet, si putemus maritum ideo nuntium sui aduẽtus premittere, ne vxor & filij inopinato gaudio subitoq; opprimantur, quod ipsum & Iacob prudentissimum virũ cogitasse credere par est, quũ Iudam in Ægyptũ ad Ioseph dilectum filium præmiserit nuntiatum suum aduentum, cui inopinato obrepere nolebat, ne subitũ gaudiũ magis percelleret filium quàm lætificaret. ¶ Loquutusq; est Ioseph ad fratres suos, & ad omnem domum patris sui. Ascendam & nunciabo Pharaoni, dicamq; ei. Fratres mei, & domus patris mei, qui erant in terra Chanaan venerũt ad me, & sunt viri pastores. ¶ Ioseph principatũ semel sibi datũ ita cordatè gessit, vt semper ampliori honore dignus haberet. Quãuis ẽm in tota Ægypto summus esset dictator, atq; ἔξαρχος, tamẽ regiam potestatẽ incolumẽ regi præstitit, neq; vnquã affectati regni suspicionem subire sustinuit. Meminerat enim verborum quę à rege acceperat.

A. Gel. lib. 3. noct. att.

Plu. in Pro.

Vno

Vno tantum regni solio te præcedã. Horum Ioseph nihil oblitus, patrẽ & fratres omnes petasatos ac de via fessos, tãtisper expectare iubebat, donec ad regem quid de illis sibi agẽdum esset, referret; daretq; illis in Ægypto ad inhabitãdum locum ex regis sententia. ¶ Quumq; vocauerit vos et dixerit, quod est opus vestrum, respondebitis: Viri pastores sumus serui tui ab infantia nostra vsq; in præsens, nos & patres nostri. Hæc autem dicetis vt habitare possitis in terra Iessen, quia detestãtur Ægyptij omnes pastores ouium. ¶ Consilium hoc quod Ioseph fratribus suggessit, non ex tempore natum erat, neq; paruam occasionẽ habebat, sed iustã magnamq;, magisq; à Ioseph quã à fratribus intelligebatur. Probè callebat Ioseph Ægyptiorum mores, cum in nulla non vitia præcipites, tum vel maximè omnis idololatrię antesignanos. Neq; ignorabat Ioseph fratrum suorum ingenia plus satis in vitia prona, quo magis illos volebat procul ab Ægyptijs semotos esse, & seorsum in terra Iessen habitare, ne quid prauè ab Ægyptijs haurirent, quod in posteritate illorum factum fuisse liquido constat. Hinc Moyses, Deo iubente, contrarios Ægyptijs ritus condidit, & Israelitas seruare iussit. Ex hac religionis diuersitate, implacabile odium inter Ægyptios & Israelitas natũ est. Neq; vnquam aliæ gentes magis inter se dissiderunt quã Aegyptij & Israelitę, idq; religionis ergo. Erãt Aegyptij gens ad insaniã vsq; superstitiosa, apud quos taurus, simia caudata, crocodylus, ibis, aquila, lup?, canis, coru?: denique allium & cepe, & ventris crepitus numẽ habent. Frequens mẽtio huius Aegyptiacæ superstitionis apud multos est scriptores; & ciuitates illorũ, ab animalib. quæ adorabant, noia habebant, Cynopolis ciuitas dicta erat à cane, Leõtopolis à leone, Thmuis ab hirco, quod apud Aegyptios hircus θμῶις vocet. In maxima verò veneratione est Apis bos qui apd' Mẽphim pro Deo adoratur, & in septo quodã alitur, albus frontẽ, & quasdã paruas corporis partes habens, & corniculantis lunæ speciẽ in latere, cætera verò niger, quibus signis iudicãt qui sit ad successionẽ idoneus, alio vita functo. Ante id septũ aula quædã iacet, in qua est aliud septũ matris. In hanc aulã nonnunq; Apis emittitur, præsertim vt peregrinis ostendatur. Videtur ẽm per fenestrã quãdã in septo, & extra etiam si velint. Vbi verò paululum lasciuierit, rursum in propriã mansionem recipitur. Habent Aegyptij & alium sacrum bouem quem Mneuim appellant, qui ab Heliopolitanis numinis vice adoratur. Meminit horũ duorũ sacrorum boum Hiero. Saty. poëta propria Satyra hanc dementis Aegypti superstitionem acriter taxat & insectatur.

Strabo lib. 17.

Hieron. in oct. ca. Oze

Porrum & cepe nefas violare, ac frangere morsu. Iu. Sa. 15.
O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
Numina, lanatis animalbuis abstinet omnis
Mensa, nefas illic fœtum iugulare capellæ,
Carnibus humanis vesci licet.

Quientiã Hieron. recenset hanc Agyptiorũ insanã superstitionẽ. Religio nationũ, simulachra sunt bestiarũ & brutorũ animaliũ, quæ maximè in Ægypto diuino cultui cõsecrata sunt. De quibus & Verg: Omnigenũq; Deũ mõstra, & latrator Anubis. Nã & pleraq; oppida eorũ ex bestijs & iumentis habẽt noia: λυκῶν à cane, λέων à leone, θμῶις lingua Ægyptiaca ab hirco, λύκων à lupo: vt taceã de formidoso & horribili cepe, & crepitu vẽtris inflati, quæ Pelusiaca religio est. Quur Ægyptij cepe nõ edant, causam hãc eorũ sacerdotes reddũt, quia solũ holerũ oĩm cõtra lunæ aucta atq; dãna, vices minuẽdi & augẽdi habeat cõtrarias. Lucan. lugubri carmine Pompei cædẽ in Ægypto cõmissam deplorãs, obiter gẽtis deos vocat semicanes. Scribit Strabo in Nitrioticã præfectura, Serapim coli, & apud hos solũ in Ægypto ouim mactari. Hęc sacra aĩalia si q̃s interficere ausus esset, mortis supplicio afficiẽ. Felẽ aũt, aut ibidem, siue spõte siue inuitus quisq; necauerit, morte punitur. Prętera in quacũq; domo canis mortu? fuerit, oẽs q ea habitãt, vniuerso corpore raso, magno luctu afficiũtur, nec vino aut tritico cæterisq; ad victũ necessariis, q̃ in ea domo recõdita fuerũt, vti amplius licet. Quũ verò Apis mortuus fuerit, magnificeq; sepultus, quousq; similẽ inueniãt, in perpetuo luctu sunt: quẽ simulac inuenerũt, ad vrbẽ Nili statim adducũt, quãdo solũ mulierib. videre ipsum licet, obuiã nãq; factæ, sublatis vestib. genitales partes ei ostendũt, nec vnquã postea hunc Deum mulieribus aspicere licet, in quem asserunt animã Osiridis post mortem traductam fuisse. Nec minus studiose

Hie. li. 13. in Esaiam.

A. Gel. li. 20. noc. at.

Luca. li. 8.

Strabo.

Dio. Sicul.

diose Ægyptij animalia hæc etiamnũ viuentia alere soliti erant. Similam enim aut pultem lacte coctam his offerebãt, & bellaria melle commixta, & anserinas carnes tã elixas quàm tostas. Quur verò hic animalium cultus apud Ægyptios potissimum inualuerit, nõ vna à scriptoribus causa redditur. Sunt qui dicant animaliũ formas Ægyptiorum duces in galeis habuisse, & deinde conserto prælio cum victoria potiti essent; animalib. his successum omnem attribuisse, & deorum loco coluisse. Nonnulli vsus vtilitatisq; causa hæc animalia consecrata putantur. Bos enim in opere rustico faciundo, insignem operam præstat, & terrã vomere proscindit, frumentaq; homini parat. Oues suis nos velleribus tegunt, & muniunt aduersus frigoris & imbrium iniuriã; lacte & caseo nos alunt. Canis venatus suggerit, & domus incorruptus custos perseuerat, nullis munerib. corruptibilis, & in ignotos sæuus. Quapropter Deus qui apud Ægyptios Anubis vocatur, canino capite & rictu formatur. Ichneumõ animal Ægyptij colunt ob bellum internecinũ quod cum crocodylo gerat. Mergit se limo sæpius, siccatq; sole. Mox vbi plurib. eodem modo se corijs loricauit, in dimicationem pergit. In ea caudam attollens, ictus irritos auersus excipit, donec obliquo capite speculatus inuadat in fauces, vt telum aliquod immissus, & aluum erodat. At eadem gens crocodylum quoq; adorat, quod eius terrore prohibiti latrones ex Arabia & Libya, in Ægyptũ proficisci nequeant. Sed & Satyricus poëta hoc nomine Ægyptios incessit, quod inter multa portẽta etiam crocodylon adorẽt. Ex auibus ibidem vtilem dicunt adversus serpentum, locustarũ interitum, quod & Satyricus poëta insectatur: Pauet saturã serpentibus ibim. Lupos adorant ob beneficium, quo Æthiopas in Aegyptum irruentes, in fugam verterint. Afferunt alij longè veriorem rationem huius Aegyptiacæ superstitionis, & quæ in nullo à vero discrepare videtur. Aiunt reges Aegyptiorum authores fuisse huius sacrilege vanitatis. Erãt Aegyptij semper nouarũ rerum auidi, & proinde regibus crebro infesti. Ne igitur aliqua cõtra reges coitio, & clandestina factio coiretur, cautè & callidè ab illis ratio inita est, vt populum in varias religionum sectas distraherent; atq; inter se numinum diuersitate committerent. Sic enim planè futurum putabant, cum quæq; gens & vrbs, suum mordicus tueretur Deum, & religionum diuortio inter se dissiderent; minus aliquod contra reges suos dissidium occeptarent. Hæc ratio vt veritate digna est, ita etiam longè verissima videtur; cuius hodie quoq; clariora extant vestigia, quàm vt negari possint. Porrò quod attinet ad odium Aegyptiorum quod inter sese deorũ diuersitate gesserunt, optimus testis nobis est Satyricus poëta, qui suo æuo inter finitimas vrbes Aegypti, atrox dissidiũ, deorũ ergo coortũ fuisse scribit.

Inter finitimos vetus, atq; antiqua simultas, Iu. Sa. 15.
Immortale odium, & nunquam sanabile vulnus,
Ardet adhuc Combos & Tentira, summus vtrinq;
Inde furor vulgo, quod numina vicinorum,
Odit vterq; locus, cum solos credat habendos
Esse deos, quos ipse colit, sed tempore festo
Alterius populi, rapienda occasio cunctis,
Visa inimicorum primoribus ac ducibus, ne
Lætum hilaremq; diem, ne magnæ gaudia cœnæ
Sentirent positis ad templa, & compita mensis.

Pli. lib. 18.

Hæc & his etiam longè fœdiora apud Ægyptios agebãtur, quæ misera atq; infœlix gens Theologiã suam esse putabat. Quid verò de hac Ægyptiorũ insania sentiret Lucia. homo nõ minus in deos suos, quã etiã in Christianã relig. impius, operæ pretiũ est audire, τοῦτα ὅτω γιγνόμενα, καὶ ἐκεῖνο τὸ πολὺ πισεύόμενα, οὐδεὶς μοὶ δοκεῖ, τὸ μὴ ἐπιτιμήσοντος ὀδενὸς, ἢ βαλλέτω τινὸς, ἢ δημοκρίτου, τὸ μὴ γελασομένου τῆς ἀνοίας αὐτῶν, τὸ δὲ τῶν ἄγνοιαν ὀδυρομένου. i. Hæc quidẽ cũ ita gesta sint, & à multis credita, indigere quidem mihi videntur, nullo quidem reprehensore, sed Heraclite aliquo, aut Democr. illo quidẽ vt illorũ insaniã deploraret, hoc verò vt eorũ vecordiã deriderẽt. Contra hæc ergo tot Ægyptiorum deorũ monstra, contrarias leges condidit Moyses, huc semper spectãs, quo Israelitas à tãta impietate auerteret, doceretq; in verũ Deum pietatẽ. Igitur quæ apud Ægyptios sacra habebant, apud Iudæos, profana esse iubebantur. Rursum cõcessa apud Ægyptios, incesta apd' Iudæos erãt. Superstitiose Ægyptij arietẽ cõsecrabãt, at Iudæi in contumeliã Ægyptiorũ arietem cædebant. Ægyptij bouem Apin adorabant, verum Israelitæ boues Deo immolabant. Pastorum nomen male audiebat apud Ægyptios, cæterũ apud Iudæos in summum potestatis gradum ascenderũt pastores. Testes horum sunt Moyses & Dauid vterq; opilio & bubsequa; sed non pœnitendi Israeliticæ gentis duces, quisq; suis virtutibus clarissimus. Liquet ergo satis cur Ægyptij pastoris nomen tantopere horreant, quod dijs suis tam infestum erat. ¶Ingressus ergo Ioseph nũciauit Pharaoni dicẽs. Pater meus & fratres oues eorum & armenta, & cuncta quæ possident, venerunt de terra Chanaan, & ecce consistunt in terra Iessen. ¶Iessen in Hebræo legitur גֹּשֶׁן Gosen. Si Iudæorum Rabinis hic credere libet. Gosen intelligenda erit pars Ægypti illa quæ Thebais, à nobilissima vrbe Thebe, appellatur, quæq; etiam celebris facta est a tot monachorum examinibus, qui valefacto mundo hanc Ægypti partẽ occuparunt, & Christianam philosophiã pure sectati sunt. Atqui hęc Rabinorum opinio ex ignorantia geographiæ venit, qua subinde labi necesse est eum, qui terrarum & locorum situm parũ meminit. Constat certè Thebaidẽ esse superiorem Ægypti partem, qua Æthiopiæ accedit. Porro Iacob certo creditur recta in inferiorem Ægyptum ex Syria proficisci voluisse, & nullo circuitu vsum. Directum e Syria in Ægyptum iter est per Isthmum quæ ab vltimo Arabici sinus recessu & mari mediterraneo porrigitur. Hoc iter confecisse Iacob certum est, donec ad Nili deltam perueniret, in qua Gosen hanc fuisse credibile magis est quàm peragrata Ægypto in Thebaiden vsq; penetrasse, quæ vt cancro subiecta est, ita etiam immodico solis ardore torretur. ¶Extremos quoq; fratrum suorum quinq; viros constituit coram rege. ¶ Vt Ioseph semper cogitabat, quæ in rem fratrum suorum esse sciebat. Nõ enim satis habebat quod in terra Gosen semoti ab Ægyptijs habitaturi essent, ne profanas illorũ superstitiones pietatis dispendio spectarent, verum etiã modis omnibus operã dedit, vt ne regiæ aulæ admiscerentur, regijsq; negotijs distraherentur, sed magis domestico ocio gauderent, & filiorũ suorum cultum procurarent. Hinc regis oculis fratrum suorũ extremos obijcere studebat: quos neq; corporis dotes magnopere commendarent, neq; facie habituq; ipso magnam animi indolem præferrent, ne Pharao putaret ex vnius Ioseph animo, oẽs eius fratres existimandos. ¶Quos ille interrogauit. Quid habetis operis? Responderunt. Pastores ouium sumus serui tui, & nos & patres nostri. Ad peregrinandum in terram tuam venimus, quoniam non est herba gregibus seruorum tuorum, ingrauescẽte fame in terra Chanaan. ¶Hęc Israelitarum oratio indicat verum esse illud quod Seneca ad Lucillum scribit: Apud Græcos, inquit, in prouerbium cessit: Talis hominibus fuit oratio, qualis vita. Hoc cuiusmodi fuerit parum liquet, nisi quod tale quoddã carmen extat, Græcis celebratũ.

Genes. Ca. XLVII.

Lucian. de Sacrif.

Iu. Sa. 15.

Seneca.

αὐδηρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται. i. Hominis figura oratione agnoscitur.

Democritus philosophus apud Laertium orationem εἴδωλον τοῦ βίου, id est, vitæ simulachrum, quandamq; velut vmbram esse dicebat. Qua quidem sentẽtia nihil dici poterat verius. Videas inter homines tales plerunque haberi sermones, quale est ipsorum vitæ & morum institutum. Mercatores nihil aliud nisi quæstũ, & de mercibus vel mari submersis vel seruatis loquuntur. Milites sursum ac deorsum cursitant, & de bello aliquo nato sermones serunt. Doctus & literarũ studiosus, de eruditis ingenijs atq; illorum scriptis fabulari amat. Denique vt Propertius canit.

Propert.

Nauita de ventis, de tauris narrat arator,
Enumerat miles vulnera, pastor oues.

Sic Israelitæ pastoriciam suam vitam, quo à puero assueti erãt, simpliciter apud Pharaonem fatentur. Quo em̃ alio pacto sese à regijs negotijs excutere potuissent, quàm hac sua tam candida professione? ¶Dixit itaq; rex ad Ioseph. Pater tuus & fratres tui venerunt ad te. Terra Ægypti in cõspectu tuo est, in optimo loco fac eos habitare, & trade eis terram Iessen. ¶Hæc Pharaonis verba ad Ioseph dicta, regalẽ eius & magno principe dignũ animũ declarant, quibus formulã præscripsit quã sequi deberẽt principes, vt nullũ à colloquio suo tristẽ mœstumq; abire permitteret; quod hic optimè seruauit Pharao, quũ Ioseph rogata adeo non repulerit, vt etiã voti sui compotem à se dimiserit. Titus Vespa. Rom. Imp. hunc morẽ obstinatissimè tenuit, ne quem sine spe dimitteret: quin & admonẽtib. domesticis q̃si plura pollicerẽ q̃ præstare posset. Nõ oportere, ait, quenq̃ à sermone p̃ncipis tristẽ discedere. Tit. Cæs. in omnib. optimũ principẽ prestitit. Acciderũt sub eo

Sueton. in Tito.

eo conflagratio Vesuui montis in Campania, & incendium Romæ per triduum totidemq; noctes. Sed hæc tanta damna in se recepit clementissimus Imperator, omnibus damnorum suorũ subsidia pollicitus, neq; negauit quicquam petentib. & vt quæ vellent peterent vltro adhortatus est. Sed vt liberalitas summa in principe dos censetur, ita auaritia & pecuniarum studium multorum malorum seminarium esse solet. Si non est quod des, caue negatio tua auaritiam oleat, est enim pars beneficij, si quod petitur belle neges. Domicianus Cæsar, si epigrammatario poëtę credimus, summa ciuilitate preces abnuere solebat. rogauerat poëta verecunde Cæsarem pecuniã, repulsam tulerat, miratur Cæsaris in negando verecũdiam.

Marc. li. 6. epigr.

Dic precor ô nostri, dic conscia virgo, tonantis
Si negat hoc vultu, quo solet ergo dare?

Atqui Ioseph magno suo in regẽ Pharaonem merito, nunquam non illius serenum vidit vultũ, & placida semper eius ora offendit. ¶ Quod si nosti in eis esseviros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum. ¶ Dictum hoc est, ex antiqui seculi ritu, quo vita mortalium adhuc pastoralis erat. Neq; priuati solum pecora & armenta habebant, sed etiam reges & principes. Hinc apud Homerum Achilles ait.

Homer. lib. α. ἰλιαδ.

οὐ γὰρ τώοωσ' ἐμὲς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μὲν ἵπ
πους. Id est.

Non enim equos vnquam mihi subduxere bouesue.

Vlysses pecora & armenta habebat, quorũ fideles custodes Penelope laudat.

Ouid. Her.

Hoc faciunt custosq; boum, longæuaq; nutrix.
Tertius, immundæ cura fidelis haræ.

Stomachatur poëta epigrammatarius in quendam, quod indignus esset porcos pascere Perithoi. ¶ Post hæc introduxit patrẽ suum ad regem, & statuit eum coram eo. Qui benedicẽs illi, & interrogatus ab eo, quot sunt dies annorum vitæ tuę? Respondit: Dies peregrinationis vitæ meæ, cẽtum triginta annorum sunt, parui & mali. ¶ Paucis his verbis pietissimus senex humanæ vitæ afflictiones significat, quæ in ipso ortu hominem large excipiunt, cumulateq; comitantur, donec sepulchro inferatur, & mors malorum horum omnium finis fiat. Prima certè hominum in hac luce rudimenta oppido quã tristia. Ante omnia verò natura ipsa hominem natum alienis velat opibus: cæteris animãtib. variè tegumenta tribuit, testas, cortices, coria, spinas, villos, setas, pilos, plumã, pẽnas, squamas, vellera. Trũcos etiã arboresq; cortice, interdũ gemino, à frigore & calore tutata est. At homo simulatq; calamitosę huius vitę luce perfũditur, aliena statim opera opus habet, fascijs inuoluitur, pãnis fouetur, alioqui actutum periturus, si hæc viuendi subsidia deessent. Præterea vni animantium luctus est datus, vni luxuria, & quidem innumerabilibus modis, ac per singula membra vni ambitio, vni auaritia, vni immensa viuendi cupido, vni superstitio, vni sepulturæ cura, atq; etiam post se de futuro. Nulli vita fragilior, nulli rerum omnium libido maior, nulli pauor confusior, nulli rabies acrior. Proinde Homer. passim δειλὸς βροτὸς, id est: Miseros mortales appellat. Et hunc æmulatus Maro.

Homerus

Vergilius

Optima quæq; dies miseris mortalibus aui
Prima fugit.

Menander putat in his tot hominum afflictionibus longè fœliciora esse bruta animantia quàm ipsum hominem.

Menander.

ἅπαντα τὰ ζῶ' ἐστὶ μακαριώτατα
καὶ νοῦν ἔχοντα μᾶλλον ἀνθρώπου πολύ
τὸν ὄνον ὁρᾷν ἔξεστι πρῶτα τουτονί
οὗτος κακοδαίμων ὁμολογουμένως
τούτῳ κακὸν δὶ αὐτὸν οὐδὲν γίνεται
ἃ δὲ ἡ φύσις δέδωκε τοῦτ' ἔχει
ἡμεῖς δὲ χωρὶς τῶν ἀναγκαίων κακῶν
αὐτοὶ παρ' αὐτῶν ἕτερα προσποιούμεθα
λυπούμεθ' ἂν πάθῃ τις, ἂν εὖ πράττῃ κακῶς
ὀργιζόμεθ', ἂν ἡδύς τις ᾖ σύμπνοιον
φόβοις φοβούμεθα. ἂν γλαῦξ ἀνακράγῃ
δεδοίκαμεν ἀγωνίας, δόξαι, φιλοτιμίας, νόμους
ἅπαντα τοῦτ' ἐπίθετα τῇ φύσει κακά.

Id est.

Omnia animalia sunt fœlicissima,
Et cor habent longè magis quàm homo,
Quod primo videre licet in hoc asino,
Hic planissime fœlix censetur,
Vt cui nullum malum a seipso accidit:
Habet enim illa quæ natura illi dedit:
Nos verò præter necessaria nostra mala
Nobis ipsis altera mala ascciscimus,
Tristitia afficimur, si quis stertuit, aut malè dixerit quis,
Irascimur, si quis viderit insomnium,
Valde timemus, si noctua cantauerit
Timemus certamina, gloriæ, ambitiones, leges:
Omnia hæc mala sunt addita naturæ.

Fuerunt olim complures apud ethnicos viri celebres, qui collectis innumerabilibus his tum natiuitatis nostræ periculis,

Marcialis.

Homer. lib. α. ἰλιαδ.

Ouid. Her.

riculis, tum totius vitæ incõmodis, hoc adagium semper in ore habuerunt. Non nasci optimum, aut quàm ocyssimè aboleri. Quod sacra scriptura quoque dicit

Ecc. 4.

ושבחתי אני את המתים שכבר מתו מן החיים אשר
המה חיים עדנה וטוב משניהם את אשר עדן לא
היה id est. Et laudabam ego mortuos, qui iam mortui sunt, magis quàm viuentes, qui adhuc viuunt. Et meliorem supra hos duos, eum qui nondum fuit. Subscribunt huic sententiæ multi Græcorum scriptores. Alexis Comicus hos senarios scribit.

Alexis.

τὸ μὴ γενέσθαι μὲν κράτιστον ἐς ἀεὶ,
ἅπαξ δ' ἐγενήθ', ὡς τάχιστ' ἐναιτέλου.

Id est,

Haud vnquam in auras prodisse potissimum est,
Aboleri vbi sis natus ilaco, proximum est.

Theognides quoq; in eandem sententiam scribit.

Theognides.

ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,
μηδ' ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου,
φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας αἰδαο περήσαι.

Id est.

Non nasci omnino, primum est mortalibus, atq;
Haud vnquam solis cernere triste iubar.
Verum vbi sis natus, quamprimum inuisere manes.

Eam sententiã Cicero libro de cõsolatione sic extulit, teste Lactantio: Non nasci longe optimum, nec in hos scopulos incidere vitæ: proximum autem, si natus sis, quàm primum mori, & tanquam ex incendio effugere violentiam fortunæ. Huius vitæ tot modis afflictæ statum sic Plautus exprimit. Ita cuiq; comparatum est in ætate hominum, ita dijs placitum, voluptati vt mœror comes consequatur. Eandem sententiam sacra scriptura prior sic effert אחריתה שמחה הגדה quod nostra trãslatio sic legit: Extrema gaudij luctus occupat. Nihil certè in hac vita tam lætũ vnquam reperitur, & gaudij plenum, vt non plurimum tristitiæ secum vehat, & longè plus molestiæ possideat quàm voluptatis, imò plus aloes quàm mellis habeat, id quod eleganter à Pindaro dictum est.

Plautus in Amph.

Pro. 14.

Pindarus in Pythijs.

ἓν τοι γὰρ ἐσθλὸν πήματα σοφῶν,
πολὺ δὲ λείονται βροτοῖς
ἀθάνατοι.

Id est.

Ad vnũ em̃ bonũ, duo pariter incommoda distribuunt mortalibus immortales. Quid, ait Plinius, quod bona malis paria non sunt, etiam pari numero, nec lętitia vllo minimo mœrore pensanda. Habebãt tũ aliquę gentes hunc morẽ, vt fortunatos dies albo, vel si insigniter fœlix fuisset, gẽma, notarent: contra, infœlices atro calculo vel carbone. Thraces hũc morem habuisse Plinius author est. Vana mortalitas, inquit, & ad circũscribendum seipsam ingeniosa, computat more Thraciæ gentis: quæ calculos colore distinctos, pro experimento cuiusq; diei in vrnam condit, ac supremo die separatos dinumerat, atq; ita de quoq; pronunciat. Huius moris frequẽs mentio apud poetas est, & Horatius de fortunata die ait:

Plin. li. b 7.

Horat. in odis.

Thressa nec careat pulchra dies nota.

Ad Thracum illum morem respiciens. Persius ad eundem modum ait.

Persius.

Hunc Macrine diem numera meliore lapillo,
Qui tibi nascentes apponit candidus annos.

Marcialis semel atq; iterum huius consuetudinis mentionem facit, & de Iulij Proculi reditu sic canit.

Marcial. li. 11. epigram.

Cuius hanc lucem gemma mihi Iulius alba
Signat, in votis redditus ecce meis.

Rursus ad Calenũ quendam laudans illius cum Sulpicia vxore tempus omne quo coniunxerunt.

Libro 10. epig.

O nox omnis et hora, quæ notata est,
Charis littoris Indici lapillis.

Atqui Iacob perspectissimus senex, tot afflictionibus per omnem vitam exercitus, tot animi doloribus diuexatus, omnes vitæ suæ dies atro calculo signat, tanquam omnes infelices & mali forent. Si verò diem aliquam gemma notandam putaret, quę iustior illa esset quàm qua dilectum filium Ioseph non solum viuentem viderat, sed etiã Ægypti principem & à rege secũdum. Et cùm Iacob quidem filijsq; eius in hunc modum optimè actũ est, eum præ cæteris Ægyptijs gratis alerentur, & optimam in terra Ægypto partem ad inhabitandũ haberent. Hic in nullo liberalitas in rege Pharaone desiderari potest, quæ vsq; adeò magna esse videtur, vt vel eximia liberalitatis exempla longò post se interuallo relinquat. Celebris est Græcorum scriptoribus liberalitas Xerxis regis Persarum in Themistoclẽ Athenienſem & filios eius, qui ostracismo Athenis pulsus, ad regem Persarum, prius à se nauali prælio victum, confugit, à quo ob eximiam virtutis admirationẽ, susceptus hospitaliter, tres vr-

bes ad vitæ subsidium accepit, primam in panem, secundam in vinum, tertiam in obsonium. Et Themistocles tantum potuit apud Xerxē, vt Græci, quoties Græcis amplam fortunam apud alium imprecarentur, hoc prouerbiū in ore haberent, ὡς μείζων ἴσοιτο παρ' αὐτῷ θεμιστοκλέους, id est, Vt magis apud illū posset quàm Themistocles apud regē Persarum. Cæterū hæc Pharaonis in Israelitas omnes liberalitas, quis nō videt, quàm superet Persicam illam? Alebat Pharao tātam Iacob filiorum & nepotum eius turbam, quantam nec vicus temerè haberet. Sed erat tātum Ioseph in regem Pharaonem, atq; adeò in Ægyptios omnes meritum, vt nullo vnquam beneficio rependi posset. Cæterum Ægyptijs si vnquam antea, certetum fames longè atrocius incumbere cœpit, vsq; adeò vt totius Ægypti status & libertas tum interciddisse putetur. Sed solet fames acrius vrgere homines quàm vlius vnquā hostilis apparatus, & prouerbia quædam inauspicata fami referimus accepta. Saguntina fames celebrior est quàm vt referri debeat. λιμὸς μιλιακός, id est. fames Miliæa Græcis scriptoribus nota est, cum de extrema fame, deq; rebus difficillimis loquuntur. Est enim Melus oppidum Thessaliæ, quod Nicias Atheniensium dux obsedit, expugnauitq; nō tam machinis bellicis, quàm fame. Prouerbium est apud Aristophanem, τοὺς δ' αὖ θεοὺς ἀπολεῖν λιμῷ μιλίᾳ. Id est: Iterum Deos fame enecatis Melia. Mos erat olim apud Græcos famem virgis ex ædibus eijcere, dicētes: ἔξω βαλίμου, ἔσω πλοῦτον καὶ ὑγίειαν. id est: Foras famem, intro diuitias & sanitatem. Parum hoc successit Ægyptijs. Famem quidem eijcere poterāt, sed rerum omnium iacturam & dispendium fecerunt. Et primo quidē marsupia exhauserunt, pecuniamq; omnem, quo corpus à fame vendicarent, insumpserunt; mox deinde pecunia defecti, pecora atq; armenta frumēto cōmutant. Vltimo, cum famis malum nō cōquiesceret, seipsos & terras suas, sic vrgente necessitate, regi in seruitutem dedunt. Neq; Pharao hic in tāta occasione cessauit, sed atrocem hanc famem regni sui stabilimētum ratus, populum Ægyptium ante liberum facile sibi asseruit, & hanc vt commodiorem, ita etiam faciliorem occasionem esse ratus est, quàm si bellica vi sibi subigere tentasset. Et hic semper mos fuit potētiorem, vt si plebem ad seruitutem captarēt, cibi saturitate id agerent. His enim tanquam vinculis quibusdam tenacissimis facilè ad seruitutem trahitur esuriens plebecula. Plautus appellat talia vincula escaria, quæ quàm magis extendas, tanto astringūt arctius. Quem tu asseruare rectè, ne aufugiat voles, esca atq; potione vinciri debet. Fuerunt apud Romanos quidam, qui hac via ad imperium populi Romani grassandum putabāt. Iulius Cæsar Romanum imperium armis sibi vendicauit, sed plebem Romanam cibo atq; annonæ vbertate magis cepit quàm armis. Sic enim Lucanus de eo canit.

Aristop. in ὀρνιθ.

Plautus in Menechm.

Luca. li. 3. Pharsa.

tum pectore curas
Expulit armorum, paciq; intentus agebat
Quoq; modo vanos populi conciret amores
Guartus, & irarum causas, & summa fauoris
Annona momenta trahi: namq; asserit vrbes
Sola fames, emiturq; metus, cum segne potentes
Vulgus alunt: nescit plebes ieiuna timere.

Notæ sunt Cæsaris Dictatoris cœnæ triumphales, quas populo Romano tanquam seruitutis præcium dedit. Epulum ad visceratione adiecit. Epulo quatuor vini genera primus apposuit, falernum: Chium: Lesbium: Mamertinū. Post Hispaniensem victoriam duo quoq; prandia populo Romano dedit, quibus triclinia duo & viginti milia strata fuerunt; & quum prius parce, neq; pro liberalitate sua præbitum iudicaret, quinto post die aliud largissimum dedit. Neq; mirum videri debet, Cæsarē plebem Romanā inescasse, vt libertati seruitutem præferrēt. Aureliani Imperatoris verbum fuit: Nihil populo Romano saturo, quicquam lętius esse. Statuerat hic Imperator, & vinū gratuitum populo Romano dare: vt quēadmodum oleum & panis, & porcina gratuita præberentur, sic etiam vinum daretur; quod perpetuum hac dispositione cōceperat. Sed ab hac mente præfectus prętorij auertit Aurelianum, quem dixisse ferunt, Si & vinum populo Romano damus, superest vt & pullos & anseres demus. Sic igitur Romanorum Imperatores, populum Romanum cibo in seruitutem pellexerunt, quem morē prior ostendit Pharao, cum Ægyptiacam plebem fame exhaustam, & inedia tabidā, affatim cibo

Suetonius in Cæsare.

Flauius Vopiscus.

cibo saturari iuberet, & sibi in seruitutē asseri. Hanc seruitutem saturam Saturio ille Plautinus nō detrectabat, qui ad Toxillum seruum sic aiebat.

Plautus in Persa.

Me quoq; etiam vendas licet, dum saturum vendas.

Cæterum Ægyptijs perpetua seruitus hinc nata videtur, è qua nunquam postea caput erigere potuerunt, quod sacra scriptura hic satis declarat. Sic enim Ioseph ad Ægyptios ait: ⊏ En vt cernitis & vos & terram vestram Pharao possidet. ⊐ Et Ægyptij seruitutem libenter agnoscunt, & responderunt Ioseph: ⊏ Salus nostra in manu tua est. Respiciat nos tantum dominus noster, & læti seruiemus regi. ⊐ Vix aliqua gens fuit quæ non aliquando libera fuit, inciderūt multæ postea in seruitutem, nedum aliorum hominum, sed etiam ciuium suorū; partim tyrānica vi, partim ob inopiam. Iosephus putat Ægyptios nunquam liberos fuisse, sed à conditō seruitutem seruisse orbe: μιᾶς ἡμέρας ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐλευθερίας οὐ τυχόντες φαίνονται; ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τὴν οἰκουμένην. id est. Neque vnam diem ab omnibus seculis libertatem assequi potuerunt, sed neq; à domesticis dominis. Neq; omnino vanū est, quod putat Ægyptios postea in Israelitas omnes ingens concepisse odium: tanquam seruitutis suæ authores atq; administros, & quæ à Ioseph inceperit. Seruiuit igitur tota Ægyptus. ⊏ Præter terram sacerdotum, quæ à rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur; & idcircò non sunt compulsi vendere possessiones suas. ⊐ Incertū hic esse poterit, cur Moyses tam studiose sacerdotij meminisse voluerit, & an præterita memorię pdere voluerit, an etiam futura docere studuerit; sed vtrunque eum voluisse satis cōsentaneum est, vt ex præteritis futurorum magisterium hauriamus; & summum honorem sacerdotio habēdum disceremus. Cæterum sacerdotes hos Ægyptios optimè olim audisse cōstat; & sapientiæ atque eruditionis nomine apud Græcos celebres fuerunt, vsq; adeò vt Philosophi nihil se didicisse putarent, nisi Ægyptios sacerdotes audissent. Meminit Ægyptiorum sacerdotum Aristoteles, διὸ πόθεν αἴγυπτον οἱ μαθηματικοὶ πρῶτον τέχναι συνέστησαν. ἐκεῖ γὰρ ἐφάνη ἐχολάζειν τὸν τῶν ἱερέων ἔθνος. id est. Quare circa Agyptum, mathematicæ artes constitutæ sunt, illic enim gens sacerdotum vacare permissa est. Scribit Strabo Ægyptios bene vti regionis vbertate, & bene cultam & bene diuisam habere. βασιλείας γὰρ ἀποκλείσαντες τριχῇ τὸ πᾶν διείλον. καὶ τοὺς μὲν στρατιώτας ἐκάλεσαν, τοὺς δὲ γεωργούς, τοὺς δὲ ἱερείς, καὶ τοὺς μὲν τῶν ἱερῶν ἐπιμελητάς. τοὺς δ' ἄλλους τῶν πόλεων ἀνθρώπους, καὶ τοὺς μὲν ἐν τῷ πολέμῳ, τοὺς δ' ὅσα ἐν εἰρήνῃ γῆν τε καὶ τέχνας ἐργαζομένους, ἀφ' ὧν πόροι καὶ αἱ προσόδοι συνήγοντο τῷ βασιλεῖ. οἱ δ' ἱερεῖς καὶ φιλοσοφίαν ἤσκουν, καὶ ἀστρονομίαν, ὁμιλοῦντά τε τῷ βασιλεῖ ἦσαν. id est. Nam rege constituto, multitudinem tripharíam diuiserunt, & alios quidem milites, alios agricolas; alios sacerdotes vocauerūt, & alios sacrorum curatores, alios eorum quæ ad hominem pertinent, alios quæ ad bellum; alios quæ ad pacem, & terram, & artes spectant; ex quibus regi prouentus afferebantur. Sacerdotes Philosophiam & astronomiam exercebant, & cum regibus diuersabātur. Sed & Plato scribit, Ægyptios tātum honorem sacerdotibus detulisse, & illos ab alijs hominum generibus, honoris ergo separasse; tanquam omnibus superiores. πρῶτον μὲν τὸ τῶν ἱερέων γένος ἀφ' τῶν ἄλλων χωρὶς ἀφωρισμένον. id est: Principio quidem sacerdotum genus ab alijs seorsim separatum est. Ægrè modo credibile apud Christianos erit, quàm detulerint olim ethnici sacerdotio suo, quod vsqueadeò sacrosanctū illis videbatur, vt vel reges absq; aliquo sacerdotio viuere nollent, tanquam augustiores futuri, & hominibus honoratiores, si regium titulum, sacerdotij honore cumulassent. Habebant hunc morem Ægyptij reges, & ab illis postea ad alias gentes translatus est, vt Plato scribit, ὥσε πόθεν μὲν αἴγυπτον, οὐδ' ἔξεστι βασιλεὰ χωρὶς ἱερατικῆς ἀρχειν, ἀλλ' ἐὰν ἄρα καὶ τύχῃ πρότερον ὀξ ἄλλου γένους βιασάμενος, ὕστερον ἀναγκαῖον εἰς τοῦτο εἰστελεῖσθαι αὐτὸν τὸ γένος. ἔτι δὲ καὶ τῶν ἑλλήνων πολλαχοῦ ταῖς μεγίσταις ἀρχαῖς, τὰ μεγίστα τῶν πόθεν τὰ τοιαῦτα θύματα εὕροι τις ἂν προστάξαντα θύειν. καὶ δὴ καὶ παρ' ὑμῖν οὐχ ἥκιστα δῆλον ὃ λέγω. τῷ γὰρ λαχόντι βασιλεῖ, φασὶ τῆδε τὰ σεμνότατα καὶ μάλιστα πάτρια τῶν ἀρχαίων θυσιῶν ἀποδεδόσθαι. id est. Quapropter apud Ægyptios non licet regem absq; sacerdotio imperare. Quinimò si ex alio genere quispiam vi regnum vsurpet, cogitur post regni assumptionem sacris initiari; vt rex deniq; sit & sacerdos. Præterea

Ioseph. li. 2 con. Appio.

Aristot. li. 1 Metaph.

Strabo. li. 17.

Plato in Timæo.

Plato in Politico.

terea in plurimis Græcorum ciuitatibus, apud vos præsertim, reperies præcipua sacra à magistratibus summis institui. Nam & apud vos fertur, creato regi patria & solennia sacra maxima & purissima aliorum omniũ esse tributa. Quinetiam

Aristot. li. γ. πολιτ. Aristoteles tradit reges vetustos eundẽ morem seruasse, vt cæremoniarum curatores essent. οἱ μὲν οὖν ἐπὶ τῶν ἀρχαίων χρόνων, καὶ τὰς κατὰ πόλιν, καὶ τὰ ἔνδημα, καὶ τὰ ὑπερορια συνεχῶς ἦρχον. ὕστερον δὲ, τὰ μὲν, αὐτῶν παριέντων τῶν βασιλέων, τὰ δὲ τῶν ὄχλων παραιρουμένων, ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις πόλεσιν θυσίαις κατελείφθησαν τοῖς βασιλεῦσι μόνον, ὅπου δ' ἄξιον εἰπεῖν εἶναι βασιλείαν ἐν τοῖς ὑπερορίοις τῶν πολεμικῶν τὴν ἡγεμονίαν μόνον ἔχον. id est: Veteres igitur illi reges antiquis temporibus, ciuitates, & gẽtes, & nationes externas continuò gubernabant, postea verò, partim ipsis regibus dimittentibus, partim multitudine detrectante, illud solum in quibusdam ciuitatibus relictum est regibus, vt cæremoniarum erga Deos haberent facultatem, ac belli duces in externis essent. Et paulò post. στρατηγὸς γὰρ ἦν καὶ δικαστὴς ὁ βασιλεὺς, καὶ τῶν πρὸς τοὺς θεοὺς κύριος. id est: Dux enim belli, & iudex cõtrouersiarum erat rex, & Dominus cæremoniarum erga Deos. Inuenimus quoque idem obseruatum esse à regibus Troianorum, Dardano, Priamo & alijs, quos

Vergilius. etiam sacerdotio sanctos fuisse Vergilius sic canit.

Rex Anius, rex idem hominum, phœbiq; sacerdos,
Vittis & sacra redimitus tempora lauro.

Romanorum quoq; Imperatores nõnulli, non satis habebant summo potiri imperio, atque in excelso honoris fastigio consedisse, nisi etiam Pontificatũ maximum assumpsissent; vt hoc veluti sanctiores & augustiores viderentur. M. Lepidus cum Augusto & M. Antonio in republica triumuir, gessit Pontificatum maximum. Redactus verò in ordinem & principatu amisso, Pontificatum tamen non amisit, sed gessit donec vixit, & Augustus mortuo Lepido assumpsit. Maluit

Seneca lib. 1. de clem. enim, vt Seneca scribit, Pontificatum maximum honorem vocari quàm spolium. Titus Vespasianus Romanorum Imperator, Pontificatum maximum ideò se professus est accipere, vt puras à sangui-

Iust. li. 18. ne & cæde seruaret manus. Apud Tyrũ florentissimam Phœnicis vrbem, vt Trogus author est Herculis sacerdotium vsq; adeò plausibile & religiosum erat, vt huius honos secundus à rege esset. Sed de ethnicorum sacerdotio vt quisq; vult accipiat, neq; hoc satis firmum argumentũ esse videtur ad rem quam astruere conamur; nisi longè firmiora restarent. Quid sacerdotium Iudaicum olim Deo authore institutum, quam honorificum nedum Iudæis, sed etiam alijs gentibus semper visum est? Leuitica tribus apud Iudæos sacrosancta semper habita est, & nobilitatis titulo præeminẽs. Ab hac Iosephus *Iosephus in vita sua.* magno vir ingenio sese ꝓsatum gloriat, quicq; de hac sua tribu sic scribit, ἐμοὶ δὲ γένος ὧδε ἐνῆν ἄσημον, ἀλλ' ἐξ ἱερέων ὥνωθεν λαγχάνοντος. ὥσπερ οὖν παρ' ἑκάστοις ἄλλοις τὶς ὧδε εὐγενείας τεύχεται, οὕτως παρ' ἡμῖν ἡ τῆς ἱερωσύνης μετουσία τεκμήριον ὧδε γένους λαμπρότητος. id est. Mihi genus non obscurum est, sed à sacerdotibus longa successione descendẽs. Quemadmodum enim quisq; generis sui claritatem habet, ita apud nos Sacerdotij functio generis nobilitatem arguit. Hoc sequut⁹ videtur Suetonius, *Sueton. in Vespasian.* qui Iosephum appellat nobilem captiuũ. Deniq; hoc Iudaicum sacerdotium salutare omnibus Iudæis fuit; vt cui libertatẽ & religionem omnem acceptam referre debebant. Quid enim Iudæis impendissset, nisi rerum omniũ excidium, cum Antioch⁹ Syriæ rex Israëlitas ad paganismũ armis cõpellere conaret? Sed per Asmoneos sacerdotes salus affulsit Iudæis, quorum auspicio & ductu longè lateq; victores fuerunt. At qui Israëliticum hoc sacerdotium, vnà cum templo illo olim sacrosancto, excisum est, atq; aliud lõgè potius instauratum. Aaronicum Iudæorum sacerdotium erat, at Christianorũ in Melchizedeck rege & sacerdote præfiguratũ quidem, sed à Christo Domino præsens exhibitum. Notum est vaticiniũ illud regis Dauid אַתָּה כֹהֵן לְעֹלָם עַל דִּבְרָתִי מַלְכִּי צֶדֶק i. Tu es sacerdos in æternũ, secũdum ordinẽ Melchizedeck. Hoc igit̃ sacerdotiũ à Christo Apostolis tradit̃, & ab Apostolis Ecclesiæ illatũ, summis semp honorib. dignũ ab orbis monarchis habitũ est Constantinus Imperator, primus, vt Lactantius scribit, Romanorum principum, repudiatis erroribus, maiestatẽ Dei singularis ac veri, & cognouit, & honorauit. *Lactant. lib. 1. contra gentes.* Idem in conuentu sacerdotum quam humilis erat, quàm non agnouit in se imperij principatũ? Quum enim ex omni terrarum orbe, patres ad Niceam frequentes conuenissent, ob Arrij hæresim conconuincendam, Imperator maximam domum præparauit in Regalibus, sedes & *Li. 2. Tripart. hist.* subsellia in ea poni præcipiens, quæ sufficerẽt ordini sacerdotum: ita decentem præparans cis honorem, inuitauit ingredi, & de præsentibus habere consilium. Introiuit autem & ipse princeps vltimus cum paucis, laude dignam sui magnitudinem habens, & mirabilem speciem, mirabiliorem q; gerens dignitatem pudoris in frõte. Minore vero sede quàm alijs posita, in medio eorum sedit, primo tamen petens sibi hoc episcoporum iussione cõ*Histor. Eccles. li. 10.* cedi. Idem etiam in eodem concilio, patres ad concordiam inuitabat, & simultatum, quæ inter illos ortæ erant, iudex esse nolebat. Sic enim illos affatus dicitur: Deus vos cõstituit sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoq; iudicandi, & ideo nos à vobis rectè iudicamur. Vos autem non potestis ab hominibus iudicari: Propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium, & vestra iurgia quæcunq; sunt, ad illud diuinum reseruẽtur examen. Vos etenim nobis à Deo dati estis dij, & conueniens non est vt homo iudicet Deos, sed ille solus de q̃ scriptum est: Deus stetit in synagoga Deorum, in medio aũt Deos discernit. Hunc Constantini Christianum animũ postea *Ambrosius epist. 32.* sequutus est Valentinianus Imperator, qui, vt Ambrosius scribit, non solum sermone respondit, sed etiam legibus suis sanxit, in causa fidei vel Ecclesiastici alicuius ordinis eum iudicare debere, qui nec munere impar sit nec iure dissimilis. Hæc enim verba rescripti sunt, hoc est, sacerdotes de sacerdotibus voluit iudicare. Quinetiam si alias quoq; argueretur episcopus, & morum esset examinanda causa, etiam hanc voluit ad episcopale iudiciũ pertinere. Idem Imperator dicere solebat: Non est meũ iudicare inter episcopos. Neq; alienum fuerit huc afferre quæ Valentinianus dixerit, quum de Mediolanensi Episcopo instituendo ageretur, Auxentio nanq; defuncto, qui Mediolanensem præsulatum tenuerat, multisq; *Tripartitæ hist. lib. 7.* fuerat concilijs abdicatus, euocans Episcopos Valentinianus, huiusmodi apud eos verba loquutus est. Nostis apertè, eruditi vtiq; diuinis eloquijs, quale opor teat esse Pontificem, & quod non deceat eum verbo solum, sed etiam vita gubernare subiectos, & totius semetipsum imitatorẽ virtutis ostendere, testemq; doctrinæ conuersationem bonam habere. Talem itaq; in Pontificali constituite sede, cui & nos qui gubernamus imperium, syncerè nostra capita submittamus, & eius monita dum tanquam homines deliquerimus necessario, veluti curantis medicamẽta suscipiamus. Igitur in Christiani huius sacerdotij laudem & præconiũ subinde expaciãtur veterum Theologorum eloquẽtia & eruditio, neq; id solum apud Græcos, sed etiam apud Latinos. Honor igitur fratres, inquit Ambrosius, *Ambros. de dignitate Sacerdotali.* & sublimitas episcopalis, nullis poterit comparationibus adæquari. Si regũ fulgori compares, & principum diademati, longè erit inferius, quàm si plumbi metallum ad auri fulgorem compares. Quippe cum videas regum colla & principũ summitti genubus sacerdotum, & exosculatas eorum dexteras, orationibus eorum credant se communiri. Quid iam de plebeia dixerim multitudine, cui non solum præferri à Domino meruit, sed vt eam quoq; iure tueatur patrio, præceptis imperatum est euãgelicis? Sic certè à domino ad beatum Petrũ dicitur: Petre amas me? Et ille: tu scis Domine quia amo te. Et quum tertio fuisset interrogatus, & trina responsione fuisset subsequutus, repetitum est à Domino tertio: Pasce oues meas. Quas oues, & quem gregem, non solum tunc beatus suscepit Petrus, sed & nobiscum eas suscepit: & cum illo eas nos suscepimus omnes. Vnde regendæ sacerdotibus contraduntur, meritò rectoribus suis subdi dicuntur: quia euãgelico coruscante mãdato, videmus nihilominꝰ esse prefixũ: Nõ est discipulus sup magistrũ: nec seruus sup Dñm suũ, sed sufficit discipulo si sit sicut magister eiꝰ, & seruo, sicut Dñs eius. Apud Græcos nemo vnquam Sacerdotij potestatem longè latiusq; explicuit quã Chrysostomus. Ostentauit hic pia quadam ambitione omnes *Chrysost. li. 3. de Sacerdotio.* eloquentiæ suæ neruos, in argumẽto hoc tam serio, cum studeret Christianorum sacerdotium omnibus Christianis magnopere commendatum esse debere. Sic enim scribit

ſcribit de Sacerdotibus. Hi nanque qui terram incolunt, atq; in ea conuerſantur, cœleſtia diſpenſare meruerũt, & poteſtatem acceperunt: quam neq; angelis, neq; archangelis dedit Deus. Neq; enim ad illos dictum eſt: Quæcunq; ligaueritis ſuper terram, erũt ligata & in cœlo, & quecunq; ſolueritis, erunt ſoluta. Habẽt quidem & mundi principes vinciendi aliq; poteſtatem, ſed qua in ſolis corporibus licet. Hoc autem vinculum quod ſacerdotibus cõmiſſum eſt, ipſam contingit animã, tranſitq; cœlos, vt ea quę operati fuerint ſacerdotes deorſum: Deus confirmet in cœlis, ſententiamq; ſeruorum Dominus ipſe corroboret. Quid ergo reliqui eſt, ſi omnis eis commiſſa eſt poteſtas cœlorũ? Quorumcunq; eẽ dimiſeritis peccata dimittentur, & quorũcunq; tenueritis, tenebũtur. Quæ poteſt inueniri maior poteſtas? Et paulò pòſt de ſacerdotali miniſterio ſic infert. Neq; aliud quàm furor vocãdus eſt contemnere illud miniſterium, ſine quo nobis nec ſalus, nec ea bona quæ ſunt promiſſa, reddentur. Nemo enim valebit ingredi in regnum cœlorũ, niſi ex aqua renatus & ſpiritu. Et qui nõ manducat carnẽ Domini, nec bibit eius ſanguinem, nõ habebit vitam æternam, quæ per nullius alterius, quàm ſanctis efficiuntur manibus ſacerdotũ. Nec gehennę ignem vtiq; vitare, nec promiſſorũ remuneratione potiri, niſi per illorũ valemus officium. Iſti enim ſunt qui nos ſpirituali affectione parturiũt, & generatione baptiſmatis exequunẽ. Per ipſos Chriſtũ induimus, & per ipſos coniungimur Dei filio; ipſos mẽbra beati illius capitis efficimur. Quomodo ergo nobis iſti nõ ſolum reuerendi magis, quã aut reges aut iudices, ſed etiam magis erunt honorabiles quàm parẽtes? Illi quippe nos ex carnis & ſanguinis voluptate genuerũt: hi verò nobis ſunt diuinæ generationis authores: & ſanctæ illius qua reformamur libertatis veræ adoptionis q; filiorũ.

Neq; his diſsimilia, ſed prorſus germana ſunt, quæ Hieronymus de clericorum dignitate ſcribit: Abſit vt de his quicquam miniſtrum loquar, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore cõficiũt, per quos & nos Chriſtiani ſumus: qui claues regni cœlorũ habentes, quodammodo ante iudicij diem iudicãt: qui ſponſam Domini ſobria caſtitate conſeruant. Pape, ſi in hęc noſtra ſecula reſpicias, quàm modo degeneratum eſt ab hoc tanto honore quem veteres Theologi clericis vendicarũt, atq; id potiſsimũ pſeudeuangelicorum auſpicio, qui vulgi affectionibus ſeruientes, ſacerdotiũ ipſum ſane odioſum laicis reddiderunt? Igitur eiectis modo ſacerdotibus, quo ſcilicet infernus maiore porta pateret, noua ſacramenta commenti ſunt, & fabris, ſutoribus, latomis cõmiſerunt, hos modo ſacerdotum loco habent, hi cathedrã occuparunt, ac prodigioſa metamorphoſi deſultorij, tanquam de calcaria in carbonariã, ſic de cerdonibus in clericos ſubito euadũt, digna hæc transformatio fuiſſet, q̃ Ouidianis illis annumerareẽ. Iam mihi videre videor portẽtoſum illud q̃d Tertullian' de ſui tẽporis hęreticis deſcribit. Itaq; alius hodie epiſcopus, cras alius: hodie diacon': q cras lector: hodie presbyter, q cras laicus. Nã & laicis ſacerdotalia munera iniungunt. Diceres Tertullianũ noſtrates Euangelicos acu tetigiſſe, & lõgè ſceleratiores eſſe hęreticis illis Tertulliani temporibus, & illi eccleſiaſticos titulos amplectebanẽ, hi noſtri inter ꝓbra ducũt eccleſiaſticum munus, & quemadmodum nouata omnia apud illos ſunt, ita etiam nouorũ officiorũ paradoxa inuexerunt. Odioſum eſt epiſcopi nomen, ſordet presbyteri appellatio, deridicula eſt diaconi vox, ludibrio ſunt omnes eccleſiaſtici ordines, adeò Chriſtus in contemptũ venit, vt glorioſum eſſe putetur quàm minimum cum illo habere cõmerciũ. An non audis quotidie ab iratis laicis q̃ atrociter & inimicè nobis in os iaciãt ſacerdotis appellationẽ atq; id nõ alio furore agũt q̃ ſi nobis inceſtũ aut furtum approbarent. Demiror quur non & baptiſmum cum Turcis & ludæis nobis vicio vertãt, & Chriſti appellationem publicitus traducant, quod quidem & breui futurum puto, quãdoquidem ſanguis & vulnera Dei iam inter horrenda iuramenta in ore habentur. Vidimus noſtro hoc æuo complura in Germania bella titulo ꝓpugnandi Euangelij ſuſcepta, ſed parum Euangelicè geſta, in quibus nõ tã in ſuperos quàm etiã in ſacerdotes ſumma crudelitate ſæuitum eſt, & ædes illorũ prius ſumma auaritia direptæ, & deinde etiam hoſtiliter incenſæ. Sed neq; in pace & toga æquiores ſunt erga Sacerdotes quàm inter arma. Portoriũ, vectigal, tributum, à nullo ordine acerbius exigitur quàm à ſacerdotib. Quid porrò Chriſtianiſsimos olim Imperatores & reges dicturos putamus, ſi in noſtra hæc tempora incidiſſent, in quibus adeo nullus honos ſacerdotib. habetur, vt etiam nomen probri plenum exiſtimetur? Profectò nihil aliud magna voce proclamaſſent, niſi talibus laicis nihil cum Chriſto commercij eſſe, qui in Sacerdotes eius tam ſacrilegi & impij eſſent. Si regum exemplum regibus placet, præſto eſt Pharao profanus & barbarus, impiè pius, & piè impius. Suum in deos ſuos ſtudium, ſacerdotũ honore declarabat, & quo magis pleniore obſequio deos ſuos ſibi cõciliaret, à communi & miſera illa totius regni ſorte, ſacerdotes illorũ exortes eſſe volebat. Vtinam Chriſtiani orbis monarchæ in Pharaonem tanquam in archetypum aliquod intenderent. Si enim tanti vitrum quanti precioſum margaritum? ¶ Habitauit ergo Iſrael in Ægypto, id eſt, in terra Ieſſen & poſſedit eam, auctusq; eſt, & multiplicatus nimis, & vixit in ea decem & ſeptem annis. Factiq; ſunt omnes dies vitæ eius centum quadraginta ſeptẽ annorum. ¶ Quod ad hanc Iſraelitarum in Ægyptum profectionem attinet, variæ fuerunt de hac vererum Theologorum allegoriæ, non ſolum eorum qui in laude intellexerũt, ſed etiam qui in vitio interpretati ſunt. Cæterum literæ intellectus facilis eſt. In Ægyptum profecti ſunt Iſraelitæ, partim ob inopiam rei frumẽtariæ, qua in Syria opprimebantur; partim etiam vt in Ægypto in immẽſam multitudinẽm creſcerent, id q̃ terræ illius ingenio, quæ vt multas hominum myriadas gignere ſolet, ita etiam alere facile poteſt. Cauſam horum eſſe volunt Nilum, cui Ægyptus omnia ſua bona debet. Sic eẽ Strabo ex Anacharſis authoritate de Nilo ſcribit, καὶ τὸν νεῖλον δὲ ἐὰν γόνιμον μᾶλλον ἑτέρων, καὶ μεγαλοφυῆ καὶ γυναῖκας καὶ τἄλλα καὶ τὰ ἀμφίβια, τάς τε γυναῖκας ἐδ' ὅτε καὶ τετρά δυμα τίκτειν τὰς αὐγυπτίας, ἀεὶ ζωοτέλης δὲ νεῖλον πολύγονον καλεῖ καὶ πρόθυμον, ὅλῳ ὂν ἐκ τῶν ἡλίων μετρίαν ἐψῆσιν αὐτὸν καταλιπόντων τὸ πρόθυμον, τὸ δὲ πωεῖπὸν ἐκθυμιούπων. ἀφ' δὲ ἅλ αὐτὰ αὐτίας καὶ ὥσπερ συμβαίνειν ἐκὼν, ὅπερ φασὶν ὅτι, ὅτι τῷ ἡμύσει πυρὶ ἐψῆσῃ τὸ τοῦ νείλου ὕδωρ ἢ τὰ ἄλλα. i. Nilus cæteris fœcundior eſt, & magna producit, cũ alia, tũ ea quæ ancipitis ſunt vitæ. Ægyptiæ q̃q; mulieres interdũ quatuor geminos pariunt. Ariſtotel. quoq; Nilũ fœcundiſsimũ vocat, & nutritiuũ, propter moderatã ſolis decoctionẽ, relinquentis nutrimentũ & ſuperfluũ euaporãtis. Ex eadẽ cauſa veriſimile eſt id cõtingere, q̃d hic dicit, quod Nili aqua dimidio minori igne decoquitur, quã cæteræ aquę. Hactenus Strabo. Scribit Pli. quod Nilus fœtifer potu ſit, & hinc eſſe prodigioſam illã fœcunditatem quæ de Ægyptijs mulierib. fertur, Ariſt. memoriæ ꝓdidit, mulierẽ in Ægypto vno partu quinq; pueros enixã, eumq; eſſe finem dixit multijugę hominum partionis, neq; plures vnq; ſimul genitos compertũ: hũc aũt eſſe numerũ ait rariſsimũ. Scribit tã Plin. ex ſentẽtia Trogi, in Ægypto ſeptenos vno vtero ſimul gigni poſſe. Liquet ergo his tot ſcriptorũ verbis facilè fieri potuiſſe, vt Iſraelitę in tam immẽſum numerum, id que in paucis annis, creuerint: quippe cum Nilus fluuius irrigans Ægyptum fœtifer ſit, id eſt, augeat mulierib. pariendi vim. ¶ Quumq; appropinquare cerneret diem mortis ſuæ, vocauit filium ſuũ Ioſeph, & dixit ad eum. Si inueni gratiam in conſpectu tuo, pone manum tuã ſub fœmore meo, & facies mihi miſericordiam & veritatem, & non ſepelias me in Ægypto, ſed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condasq; in ſepulchro maiorum meorum. ¶ Naturalis hiſtoriæ graues inprimis author cenſetur Plinius, cuius laudes ſuperuacaneum eſt hic recenſere, cum opus ipſum authorem ſatis ſuperq; laudet. Cæterum quàm impius ſit in creaturarum & naturæ authorem, cuius prouidentiam negat, nulli incognitũ eſſe puto; neq; minus blaſphemus eſt in diuinam potentiam, & quod omnem ſuperat inſaniam, animarum immortalitatem amare deridet. Quinetiam in vitio ponit, quod vni homini ſepulturæ cura ſit. Et eadem vanitas, inquit, in futura etiam ſe propagat, & in mortis quoq; tempora, ipſa ſibi vitam mentitur. Diogenes Cynicus, canibus, auibusq; exponi ſe mortuum iuſsit: cumq; amici admonerẽt de laniatione cadaueris, apponite, inquit, mihi baculũ, quo aues & canes, abigam, atqui nihil ſenties, inquiũt illi. Si nihil ſentiã, reſpõdit Diogenes, quid mihi oberit laniatio. Idẽ fecit Menippus, & pene fuit iſtud Cynicis omnib. commune.

Tertull. de præſcripſ. hæret.

Hieron. ad Heliodor.

Strabo lib. 15. Geog.

A. Gel. lib. 10.

Plin. lib. 7.

Plin. lib. 7.

Cic. lib. 1. Tusc. Theodorum Cyrenæum Cic. scribit Lysimacho crucem minitanti respondisse, Terribilis sit hæc purpuratis tuis, mea nihil interest humi ne, an sublimè putrescã. Declamator ille apud Senecam hæc verba loquitur. *Seneca.* Omnibus natura sepulturã dedit. Naufragorum idẽ fluctus, qui expulit; suffixorum corpora crucibus in sepulturam suam defluunt: eos qui viui vruntur, pœna funerat. Et Verg. qui pœnas apud inferos insepultis statuit, tamẽ verbis Anchisæ facilem sepulchri iacturam esse dicit. Versiculus ille Mecœnatis in primis laudatur è veteribus.

Nec tumulum curo, sepelit natura relictos:

Atqui hæc ethnicorũ de sepultura vel contemnenda, vel etiam negligenter habenda sententia, nõ admodum magnum põdus habere debet, quum hæc in vrbiũ & terrarum vastitate, atq; piorum cæde locũ habere possit. Cæterum Christiani in longè alia sumus opinione, quam nobis sacræ literæ, cum veterum Theologorum sententia, suppeditant. Non sunt cõtemnenda & abijcienda corpora defunctorum, ait Augustinus, maximeq; iustorum atq; fidelium, *Aug. li. 1. de ciu. Dei* quibus tanquam organis & vasis ad omnia opera bona, sanctus vsus est spiritus. Si enim paterna vestis & annulus: ac si quid huiusmodi tanto charius est posteris, quanto erga parẽtes maior existit affectus, nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quę vtiq; multo familiarius atq; coniunctius, quàm quęlibet indumenta gestamus. Hæc enim non ad ornamẽtum vel adiutorium quod adhibetur extrinsecus, sed ad ipsam naturã hominis pertinẽt. Vnde & antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ, & sepulchra prouisa: ipsiq; dum viuerent, hæc de sepeliendis vel etiam transferẽdis suis corporib. filijs mandauerũt. Et Tobias sepeliẽdo mortuos, Deũ promeruisse, teste angelo, cõmendatur. Ipse quoq; dominus die tertio resurrecturus, & religiosæ mulieris bonum opus prædicat, prædicandũq; cõmendat, quod vnguentũ preciosum supra membra eius effuderit, atq; hoc ad eũ sepeliendum fecerit. Et laudabiliter commemorantur in Euangelio, qui corpus eius de cruce acceptũ diligẽter atq; honorifice tegẽdum sepeliendumq; curarunt. Et statim: Sunt quidem & alia, quæ sancti patriarchæ de corporibus suis vel cõdendis vel transferendis prophetico spiritu intelligi dicta voluerunt. Hactenus Augustinus. Sed hoc studiũ eximie mortuorum corpora curãdi, & honorifice sepeliendi, ne ethnicis quidem hominibus defuisse video. Ho. canit quo studio Priamus corpus filij sui Hectoris ab Achille redemerit, & quo funere postea à Troianis omnibus rogo fuerit illatum, & exustum, & postremo albentia ossa collecta, & conditorio illata. *Home. lib. ω. ἰλιαδ.*

ἀλλ' ἐπειτα τοὺ ἄεσθ' ἀγορεύοντο
ἐννῆμαρ μὲν τοὶ γε ἀγίνεον ἀμφιτρομοῦλιν
ἀλλ' ὅτε δὴ δεκάτη ἐφαίνη φαεσίμβροτος ἠὼς
καὶ τοτ' ἄρ' ἐξέφερον δρασὺν ἕκτορα δακεῖν χέοντες
ἐν δὲ πυρῇ ἔσαντο νέκρον δίσαν ἐν δ' ἔβαλον πῦρ
ἠμος δ' ἠριγένεια φαίνη ῥοδοδάκτυλος ἠὼς
τῆμος ἄρ' ἀμφὶ πυρὶ λίλυτο δῖος ἕκτορος ἐγρετο λαός.

Id est.

Conueniunt omnes in eodem limine portæ,
Itur in antiquam syluam, sonat icta bipennis,
Ligna nouem referunt plaustris congesta diebus,
Tum pyra construitur decima, componitur Hector
Desuper exanimis, gemitu, miserq; tumultu,
Subijciunt flammas, abeunt, ac luce sequenti
Conueniunt.

Augustus Cęsar qui Roman. imp. cõdidit, apud Nolã Campaniæ morbo succumbẽs, vita defunctus est. *Sueton. in Augusto.* Corpus eius decuriones municipiorũ & coloniarum à Nola Bouillas vsq; deportarunt noctib. propter anni tempus: quũ interdiu in basilica cuiusq; oppidi vel in æde sacrarum maxima reponeretur. A bouillis equester ordo suscepit, vrbiq; intulit, atq; vestibulo domus collocauit. Senatus & in funere ornãdo, & in memoria honorãda eo studio certatim progressus est, vt inter alia cõplura cẽsuerint quidã funus triumphali porta ducendũ, precedẽte victoria, quæ est in curia, canentib. nenia principum liberis vtriusq; sexus: alij exequiarum die ponendos annulos aureos, ferreosq; sumendos: nonnulli legenda ossa per sacerdotes summorũ collegiorũ. Nec minore funeris apparatu Cæsar Caligula Tiberiũ Cæsarem mortuũ extulit, & *Sueton. in Caligula.* matris fratrisq; cineres ex insulis Romã trãstulit. Tiberio cũ plurimis lachrymis pro cõcione laudato, funeratoq; amplissime, confestim Caligula Pandatariam & pontias ad transferendos matris fratrisque cineres festinauit, tempestate turbida,

bida, quo magis pietas emineret, adijtq; venerabundus, ac per semet in vrnas cõdidit. Nec minore scena Hostiam, præfixo in biremis puppe vexillo: & inde Romam Tyberi subuectus, per splendidissimum quemq; equestris ordinis, medio ac frequenti die, duobus ferculis mausoleo intulit. Semper apud Romanos summa ingratitudo esse visa est, si benemeritorũ de republica ossa, non in vrbe Roma cõdi contigisset. Scipio Aphricanus vrbis *Val. Max. lib. 5.* Romæ salus, & Carthaginis victor, immeritò in exilium pulsus inq; eo mortuus, hæc verba sepulchro suo inscribi iussit: Ingrata patria, ne ossa quidem mea habes. Photion Athenienſis clementia & liberalitate instructissimus, non tãtum in equuleo ab Atheniẽsibus impositus est, sed etiam post obitum, nullam Atticę regionis, quæ ossibus eius inijceretur glebulam inuenit; iussus extra fines proijci, intra quos optimus ciuis vixerat. Neq; negauerim pientissimum virum Iacob, magnas causas habuisse, cur in terra quæ illi nascendi principium dederit, ossa q̃q; *Genes. Ca. XLVIII.* sua condi voluerit. ¶ His itaq; transactis, nunciatum est Ioseph quod ægrotaret pater suus. Qui assumptis duobus filijs Manasse & Ephraim ire perrexit. Dictumq; est seni. Ecce filius tuus Ioseph venit ad te. Qui cõfortatus sedit in lectulo. ¶ Iacob patriarcha magno iam natu atque æuo grauis, ad hæc morbo succumbens, animo tamen plus valens erat quàm corpore, & moribunda membra, morboque fatigata, mentis robori seruire cogebat. Accepto enim nuncio de prædilecti filij sui Ioseph aduẽtu, vires quas corpus suppeditare non poterat, à mente mutuabatur, atq; in lectulo residens, sermones cũ filio cædebat, quos ad eius posteritatem pertinere sciebat. Mirum est quod de Alexandro Magno memoriæ proditũ est. *Val. Max. lib. 5.* Hic grauí morbo implicitus, & viribus aduersa valetudine iam labentib. corpus tamen mentis robore sustentabat, & dexteram omnibus militibus suis, qui illam contingere volebant, porrigebat. Incredibile dictu auditu q̃q, in eo habitu corporis, in quem se composuerat, cũ admissurus milites esset, durasse, donec à toto exercitu illo ad vltimum persalutatus esset. Sic igitur Iacob supra ætatem suã fortis, cum Ioseph filio suaues miscet sermones, atq; filios eius Manassen & Ephrain sibi adoptat, tanq; futuros maximarũ tributũ capita. Neq; his pius senex satis habebat, sed etiam eisdem sibi applicitis bene precatur, manibus capitibus eorum impositis. Et Ioseph quidẽ maiorẽ natu Manassen ad dexterã Iacob admouit, minorẽ verò Ephrain ad sinistrã. At Iacob futurorũ gnarus, porrectis decussatim manib. qui stabat ad sinistrã, dextræ manus suscepit benedictionẽ, & qui ad dexterã admotus erat, sinistra benedictus in secundũ redactus est gradũ. Eam manuũ permutationẽ iniquo animo tulit Ioseph, & ætatum cõsideratione permotus, dextrã patris in caput Manassis primogeniti transferre conabatur, Edixitq; ad patrem. Non ita conuertit pater, quia hic est primogenitus. Pone dexteram tuam super caput eius. Qui renuens ait: Scio fili mi scio: & iste quippe erit in populos & multiplicabitur, sed frater eius iunior maior illo erit, & semen illius crescet in gentes. ¶ Cogor hic non iniuria mirari ob primogenitorum sortẽ, quos semper legimus à patriarchis in secundũ redactos ordinẽ, neq; vnquã primogenituræ honore gauisos. Sed vt quod sentiã, fatear: agebantur hęc omnia ob futurorũ significationẽ quandã, & ob mysteria quędã delineanda, q̃q ob primogenitorũ commissa, quæ nunq̃q tã atrocia fuerunt, vt ob hæc talí prærogatiua priuarentẽ. Si Ephraim videre voluerimus, quid vnq̃q in illo, vel in tribu illius tam magnificũ fuit vt merito fratri suo Manasse præferri mereretur? sed neq; Manasses tale quid vnq̃q designauit, vt hac primogenituræ dignitate fratri suo Ephraim merito cederet. Quod si ad calculos ire voluerimus, tũ clades oẽs & infœlicitates, quæ Israelitico populo cõtigerũt, vni tribui Ephraim, acceptas referre deberem?. Ex hac emẽ prodijt draco ille pestilentissimus, atq; idololatriæ antesignanus Hieroboã filius Nabat, cuius hoc perpetuũ est elogiũ אשר החטיא את ישראל. i. qui peccare fecit Israel. Fuit hic vsq; adeo regnãdi insania perditus, vt prę huius libidine, diuina omnia & humana subuertere paratus esset: primus Israelitarum rex ἀθέος & idololatriæ architectus, cuius postea impietatem sequuti sequentes reges, scelera scelerib. cumularunt. Huius inauspicatũ regnum erat Israelitis omnium postea cladium, atq; vltimi excidij causa; sed & tota hæc tribus Ephraim, adeò inuisa

Deo

Apocal. 7. Deo facta est, idq; ob hunc Hieroboam, vt in Apocalypsi Ioānis, vbi omnes aliæ Israeliticæ tribus recensentur, hęc tribus perpetuo silentio damnata fuerit, neq; digna quæ alijs annumeraretur, quæ alijs exitium & pestem attulisset. Quod si tribum Manassen, quod ad gentis frequentiam pertinet, spectare volumus, in nullo ab Ephraim differre videbitur, cũ in duobus locis promissæ terræ sedes habuerit, citra & vltra Iordanẽ. Liquet igitur quod in hac primogenitorum permutatione, quas frequẽtes in sacra historia legimus, non solum quid factum fuerit scriptũ sit, sed etiam quid in futurum aliquando fiẽdum esset, præfigurari; & quod tũ in parte fiebat, posterius in vniuersum fieri debere. Erat geminus hic populus Iudaicus & Christianus: maior & primogenit⁹ fuit Iudaicus, minor Christianus. At qui hic maiori prælatus est, quem gentiũ, populorum, & linguarum multitudine longè superat, & factum illud Euangelicum: Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi, clarè videmus. Quod verò ad dexteram & sinistram attinet, frequens harum mentio est in sacris literis, sed dextera potior semper videtur, & futurorum bonorum significatrix; sinistra verò præsentia & mortalia respicit, δεξία λυσίλυον, ait Suid. ἡ ἄνωθεν ῥοπὴ, καὶ ἡ ἀγαθὴ ἐνέργεια παρὰ τῆ θείᾳ γραφῆ. Id est, Dextera domini est supernũ auxilium & bonus effectus in sacra scriptura. Veteres τὰ δεξία, id est, dextra vocabant τὰ σωτερὰ, id est, ea quę prudentia essent, τὰ ἀριστερὰ, μωρὰ, id est, sinistra stulta. De dextra & læua non vna sententia semper apud omnes gentes fuit. Grais & Barbaris, vt Cice. scribit, dextra semper meliora esse videbantur, contra sinistra infortunata, quod Homerus obseruasse videtur, cum aquilam serpentem ferentem à sinistris visum fuisse canit.

Suidas.

Cic. libr. 2. Diui.

Hom. libro μ. ἰλιαδ.

αἰετὸς ὑψιπέτης ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἔεργων
φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσι πέλωρον.

Et Homeri commentarius, ἀριστερὰ γὰρ σημεῖα τὰ ἀπαίσια, δεξιὰ δὲ τὰ συμφέροντα. Id est: Sinistra signa infortunata sunt, dextra verò vtilia. Cõtrà Romani læua prospera portendere putabant, & inprimis signa & tonitrum à sinistra amabant. Romulus dum vrbis Romæ muros aratro signaret, & precaretur Iouem signum alij quod dare, tum

Ille precabatur tonitru dedit omnia læuo,
Iuppiter, & læuo fulmina missa polo.

Ouid. li. 3. Fastor.

Plin. lib. 2.

Læua fulgura, ait Plin. prospera existimantur, quoniam læua parte mũdi ortus est. Cyrus quoq; Persarum rex, vt Xenophon scribit, honoratiorem hominis partem sinistram putabat esse, & optimos amicos, quos maximè honoratos esse volebat, ad sinistram suam collocabat, ὡς δὲ ἦλθον οἱ λελειμμένοι ἐπὶ τὸ δεῖπνον, οὐχ ὅποι ἔτυχον ἕκαστος ἐκάθιζεν, ἀλλ' ὅν μάλιστα ἐτίμα, παρὰ τὴν ἀριστερὰν χεῖρα, ὡς δυνατὸν ἐγγυτάτω τούτου τοῦ τρόπου, ἢ δὲ δεξιᾶς, ἢ ὑδρυτέρ), παρὰ τὴν δεξιάν, τὸ δὲ τρίτον παρὰ τὴν ἀριστερὰν πάλιν, τὸ δὲ τέταρτον παρὰ τὴν δεξιάν. καὶ οὕτω πλείονες ὧσιν ὡσαύτως. ὅσῳπερ δὲ ἐν ὀλίγῳ ἐν ἑκάστῳ ἐτίμα, τοσοῦτον ἐν ὀκεανῷ τῷ ἀγαθῷ εἶν. i. Vbi verò venissent qui ad cœnã vocati erãt, nõ fortuito illos collocabat, sed quem maximè honorabat, illum ad sinistram suam sedere iubebat, tanquã hęc magis insidijs obnoxia sit quàm dextera, secũdum ad dexteram, tertium rursus ad sinistram, quartum iterum ad dextram, & si plures fuissent, eodem modo agebat. Videbatur enim ei pulchrum esse si hoc pacto declararet, vt quemq; amaret. E Vocauit aũt Iacob filios suos, & ait eis. Congregamini vt annuntiem quę ventura sint vobis in diebus nouissimis: Congregamini & audite filij Iacob, audite Israel patrem vestrũ. ¶ Hic scripturę locus liquidò verũ esse cõuincit illud, quod non semel etiam apud profanos scriptores legimus, moribundum hominem, & iam fato proximum, non rarò aliqua diuinare solere; quæ statim verè impleta fuisse cõpertũ fuit. Fuerunt apud philosophos nonnulli, qui de aĩæ immortalitate bene senserũt, & quod extincto corpore inperpetuũ perseueratura esset. Dormiẽte corpore, & somno sepulto, aĩa tñ viget & viuit, q̃d multo magis factura est post mortẽ, cũ ex corpore excesserit. Itaq; appinquante morte, vt Cic. ait, multo est diuinior, nã & idipsum videt, qui sunt morbo graui & mortifero affecti, instare mortẽ, itaq; ijs occurrunt plerunq; imagines mortuorũ: tũq; vel maximè laudi studẽt: eosq;, qui secus q̃ decuit, vixerũt, peccatorũ suorũ tũ maximè pœnitet: diuinare aũt morientes etiam illo exẽplo cõfirmat Posidon. quo affert Rhodiũ quendã mortientẽ sex æquales nominasse: & dixisse qui primus eorũ, qui secũdus, qui deinceps moriturus esset. Cyrus Xenoph. iã iam moriturus, affirmat humanam animam

Xen. lib. 8. παιδ.

Genes. Ca. XLIX.

Cic. libr. 1. de Diuina.

Xen. li. 8. παιδ.

mam sub mortem diuinatricem esse. ἡ δὲ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ, τότε δὴ καὶ θειοτάτη καὶ κατὰ φαίνεται. καὶ τότε τὰ τῆ μελλόντων προορᾶ. Id est. Anima hominis tum si vnquam alias, diuina esse videtur, & tum futura prospicit. Hector superatus ab Achille, multũ precatur vt corpus suum exanime patri suo Priamo, & matri Hecubæ, ad sepulturã daretur; sed cum Achilles nullis precib. moueretur, sed contra longe ardentius victo instaret, tum Hector iam moriẽs, instantem mortem Achilli denunciat.

Home. lib. χ. ἰλιαδ.

τὸν δὲ καταθνήσκων προσέφη κορυθαίολος Ἕκτωρ
ἤσ' εὐγνώσκων προτιόσσομαι, οὐδ' ἄρ' ἔμελλε
πείσειν, ἦ γὰρ σοί γε σιδήρεος ἐνδόσι θυμὸς
φράζεο νῦν μή τοί τι θεῶν μήνιμα γράψωμαι
ἤματι τῷ, ὅτε κέν σε πάρος Φοῖβος καὶ Ἀπόλλων
ἐσθλὸν ἐόντ' ὀλέσωσιν, ἐνὶ σκαιῇσι πύλῃσιν
ὡς ἄρα μιν εἰπόντα, τέλος θανάτοιο κάλυψε. i.

Sic fatus, moriens tum sic Priameius heros
Ferreus es, nec te vlla mouent, nec flectere possunt
Verba, precesq; meæ nimis ah nimis asper Achilles,
His saltem annueres, dabis ô dabis improbe pœnas,
Improbe, te Paris, & lunato Delius arcu,
Prosternent medio Sceæ sub limine portæ,
Hæc ne audis? hoc omen habe, tecumq; reporta,
Talia dicenti gelidos mors occupat artus.

Et Achilles quidem paulò post à Pari de Hectoris fratre, interemptus est, Socrates quoq; prauo Athenienſium iudicio capitis damnatus iam iamq; cicutam potaturus, sic Athenienſibus vaticinatur, τὸ δὲ δὴ μετὰ τοῦτο ἐπιθυμῶ ὑμῖν χρησῳδῆσαι, ὦ καταψηφισάμενοι μοῦ, εἰ γὰρ εἰμὶ δὴ ἐν τούτῳ, ἐν ᾧ μάλιστ' ἄνθρωποι χρησμῳδοῦσιν, ὅταν μέλλωσιν ἀποθανεῖσθαι, φημὶ γὰρ ὦ ἄνδρες εἶναι ἀποκτείνετε, τιμωρίαν ὑμῖν ἥξειν εὐθὺς μετὰ τὸν ἐμὸν θάνατον πολὺ χαλεπωτέραν νὴ Δία ἢ οἵαν ἐμὲ ἀπεκτόνατε. Id est. Porrò iam in animo habeo aliquid vobis diuinare, cum ita vobis constitutum est me condemnare. In illud enim tempus incidi quo homines maximè soleant ventura prædicere, nempe cum iam morituri sint. Igitur ô viri Athenienses dico si me occideritis, longè grauius supplicium in vos venturum post meam mortem, quàm fuit illud per Iouẽ, quo me occidistis. Xenophon quoq; refert aliam diuinationem, quam de filio Anyti accusatoris sui prædixit, συνεγνώμων γὰρ πότε βραχέα τῷ ἄνυτι υἱῷ καὶ ἔδοξε μοι οὐκ ἀξίως τῶν ψυχῶν εἶν. ὥστε φημὶ αὐτὸν ὑπὸ τῆ δουλοπρεπεῖ διατριβῆ, ὧν ὁ πατὴρ αὐτῷ παρεσκεύακε οὐ διαμνεῖν. ἀλλ' ἢ τὸ μικρὸν ἀ ἔχει

Plato in Apologia Soc.

Home. libro ι. ἰλιαδ.

Xenoph. in Apol. Soc.

πονηρίαν ἐπιμελεῖσθαι παρασκευάζει τινὰ ἀφορᾶ ἐπιθυμίᾳ, καὶ προθήσεσθαι μὴ τοῦ πόρρω μοχθηρίας, ταῦτα δ' εἰπὼν οὐκ ἐψεύσατο. ἀλλ' ὁ νεανίσκος ἠθεῖς οἴνῳ, οὔτε νυκτὸς, οὔτε ἡμέρας ἐπαύετο πίνων. καὶ τέλος, οὔτε τῇ ἑαυτοῦ πόλει, οὔτε τοῖς φίλοις, οὔτε αὐτῷ ἄξιος οὐδενὸς ἐγένετο. i.

Cũ Anyti filio nõnullã egi cõsuetudinẽ, & visus est mihi mentem non ignobilem obtinere. Igitur dicebam ipsum in illa seruili statu, quem illi pater tradiderat, non permansurum, cæterum cum nullum haberet studiosum instructorem, lapsurum in praua studia, & in scelera præceps iturum. In his Socrates in nullo falsus est. Adolescẽs siquidem vini amore captus, non cessauit neq; nocturno certare mero, neq; diurno. Tandem, neq; suæ ciuitati, neq; ciuibus, sed neq; sibijpsi in aliquo vnquam vtilis erat. Et hæ quidem iamiam moriturì Socratis prædictiones fuerunt. Referunt scriptores rerum gestarũ Alexandri Magni de vaticinio Calani Indi Gymnosophistæ, quo Alexandri breui futurum interitum prædixit. Quũ enim ex sectæ suæ decreto in ardentem rogum conscendisset, & Alexander eum rogasset, si quid vellet, vt diceret: optimè inquit, propediem te videbo. quod ita cõtigit nam Babylone paucis post diebus Alexander mortuus est. Quid Alexander ipse, an non in vltimo vitæ exitu verus vates fuit? Circũstabant Macedones cubantis Alexandri lectum, & anxiè rogitabant, quem regni successorem relinqueret, respondit optimum, & addidit scire se ob id verbum magnos funebres ludos sibi parari. Quod etiã, mortuo Alex. contigit, nam horrenda bella & diuturna certamina inter Macedo. orta sunt, quæ Asiam & Europam grauissimis malis cõcusserũt. Quo minus mirũ est in plẽtissimo viro Iacob, quod iam morte appetente, ventura in nouissimis diebus, sacro dictante spiritu, sub verborũ velamine, annunciet. Sed sunt illius prædictiones vel maximè obscuræ, neq; facile quis ex his intellectum exculpere poterit, & veterum Theologorum ingenia in his explicandis maximè sudarunt. E Ruben primogenitus meus. Tu fortitudo mea, & principiũ doloris mei. ¶ Nuptiarũ causa & fructus sunt filij, sed hi crebro maxima curarũ onera parẽtib. imponere solẽt, & nõ raro varijs doloribus afficere, q̃d in Rubẽ filio Iacob pat̃ sibi

Cic. libr. 1. de Diuina.

Qu. Curtij. lib. 10.

sibi accidisse queritur. Hoc cõiugij onus Demea senex se expertum esse fatetur.

Terent. in Adelph. *Duxi vxorem, quam ibi miseriam vidi? nati filij Alia cura.*

Sed & Græcus comicus prior coniugij seruitutem, & filiorum molestias expressit.

Menander. *τὸ γυναῖκ' ἔχειν, εἰν τε παῖδ' ὦν παρῆν ἀεὶ πατέρα, μερίμνας καὶ βίον πολλὰς φέρει.* i.

De filijs autem, quod interdũ plus mœroris præbeant quam voluptatis, indicat dictum illius, qui dixit se filios inuenisse tortores. Euripides carentem liberis elegantèr dixit, infortunio esse fœlicem. Cæsaris Augusti fœlicitatem, satis infœlicè fecerunt & afflixerunt filia, neptes, & nepotes, quos omni dedecore atq; infamia pollutos, maiorem in modum exhorruit, atq; ad omnem eorum mentionem ingemiscens, proclamare etiam solebat:

Euripides.

Sueton. in Augusto. *αἴδ' ὄφελον ἄγαμος τε μένειν, ἄγονος τ' ἀπολοίμην.* Id est. Vtile esset sine nuptijs manere, & absque liberis interire: Appellare quoq; filiam, neptes, & nepotes solebat, vomicas, & carcinomata sua. Effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratu eius. Iacob paterna seruitute, effrenem & vagam Ruben libidinem insectatur, quam a quæ comparat. Quid a qua mobilius? quæ paruo vẽti flatu sursum ac deorsum agitur, neque quicquam stabilitatis in ea est. Ruben vsq; adeò in inconcessam libidinem fusus est, vt ne patris lecto parceret, sed illum incestu polluerat. Verum hæc nefaria eius Venus, in posteritatẽ quoq; eius vindicata est vsq; adeo, vt Rubenica tribus nunquam inter Israelitas aliquo honore fungi digna habita sit, neq; etiam ciuium multitudine vnquam frequẽs fuerit. Est hæc tanta clades Rubenitis inflicta a patris Iacob deuotione, quas filijs semper esse formidandas, præter hunc scripturæ locum, Homerus quoq; testatur de Phœnice Amyntoris filio. Violauerat hic patris sui pellicem Clytiam eamque stupro polluerat. Pater Amyntor vbi scelus resciuit, filiũ Phœnicem diris deuouit, atq; omnibus execrationibus impetiuit, vtq; in filijs infœlix infortunatusq; semper esset. Sic enim Phœnix ait.

Homer. lib. 6. ἰλιαδ. *πατὴρ δ' ἐμὸς αὐτὶκ' ὀιδήσας πολλὰ κατηρᾶτο, συγερὰς δ' ἐπικίκλετ' Ἐρινύς.*

μὴ πότε γούνασιν οἷσιν ἐφίζοιτο φίλον υἱὸν ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα, θεοὶ δ' ἐτέλειον ἀπαρὰς ἐνὸς τε κατα χθονίους.

Id est.

Quod pater infandi feruens vbi conscius acti
Senserat, accensus furijs est multa precatus
Dira, ciens tristes imò ex Acheronte sorores,
Ne qua suis vnquam soboles me nata parente,
Luderet in genibus, quæ vox haud irrita cessit,
Nam Stygi implerunt inimica precamina diui.

Symeon & Leui fratres, vasa iniquitatis bellantia. Ipsa nos sacræ historiæ series ad finem fere vsq; deduxit, & ad patriarcharum benedictiones. Cæterum quum has fixius & pressius contempler, propemodum mihi contingere videtur iuxta Græcorum prouerbium *πάντα ἐκβαίνει βοῦς εἰς τὴν οὐρὰν ἀπέκαρθε*, id est: Toto deuorato boue, in cauda defecit. Quis hic non videat, quantum obscuritatis & difficultatis chaos in his benedictionibus aperiatur: sed neq; hæ vnquam satis ab Heb. ad literam intellectæ, neq; per omnia intelligi possunt. Quod si quis pertinacius literæ incubare volet, nihil his benedictionib. erit frigidius, nihil insulsius. Sudarunt tamen hic veterum Theologorũ studia, qui has benedictiones fere omnes ad Christum, & ad nouum testamentum referunt, cum iam Iudaici populi status subuertendus esset, & ipsi in perpetuum, per totum terrarum orbem, ob scelus in Christum admissum, dissipandi. Ad hoc plurimum verba patriarchæ Iacob suffragantur. Quum enim filios suos congregari iussisset, statim causam reddidit: אַגִּידָה אֶת אֲשֶׁר יִקְרָא אֶתְכֶם בְּאַחֲרִית הַיָּמִים לָכֶם Et Septuaginta sic verterunt, *ἀναγγείλω ὑμῖν τὰ ἀπαντήσει ὑμῖν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν.* Id est. Indicabo vobis, quid occurret vobis in nouissimis diebus. Necesse non est vt hic nouissimos dies intelligamus mundi huius & rerum omnium finem, sed populi Iudaici statum, quem egerunt, sub secundo templo, in quo res illorum retro referri cœperunt, & in occasum tẽdere; donec bellis super bella crescentib. vltimo excidio tanquã nocti, dederentur. Igitur hæc verba Iacob quibus in Symeon & Leui fulminat, contra scribas & Pharisæos & sacerdotes dicta sunt, quorum potissimũ opera & cõsilio, Christus ad mortem traditus erat. Qui vero literæ inherẽt, interpretantur hæc Iacob verba de Sichimitarum

rum cæde, quos Symeon & Leui proditione occiderunt. Non in votis est altius has patriarcharum benedictiones excutere, & veterum Theologorũ scripta huc afferre, quod ab alijs, qui in Genesim scripserunt, haud dubio factitatum esse cõfido, quibus si quis diffidit, præsto est Origenes, Ambrosius, Eucherius, qui has benedictiones exactè tractarunt, horum interpretationes sacrarum literarũ studiosus in manus sumat, mihi in animo non est Penelopes telam retexere, & actum, vt aiũt, agere, sed leui, vt dicitur, brachio, paucas aliquot voces afferre, quæ in his benedictionibus leguntur. Iuda te laudabũt fratres tui. Manus tuæ in ceruicibus inimicorum, adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda. Regiam excellentiam hæc patriarchæ verba significant, quæ postea inter Israëlitas exorta est, & in posteris Iuda exordium habuit. Inter terrigenas bestias robore & animi ferocia excellit leo, cuius vel rugitus ingentem pauorem mortalibus incutere solet, & regium nomen apud omnes nõ tam suspiciendum quam etiam formidãdum. Amos propheta ait:

Amos 3. אַרְיֵה שָׁאָג מִי לֹא יִירָא id est: Leo rugijt, quis non timebit? Quinetiã Homerus de rege & eius ira sic canit.

Homer. lib. β. ἰλιαδ. *θυμὸς δὲ μέγας ἐστὶ διοτρεφέος βασιλῆος.*

Id est.

Magna etenim magni est excandescentia regis.

Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est. Pro sceptro in Hebræo legitur שֵׁבֶט id est, Virga. sed virga pro regni sceptro vsurpatur, quod dominationis insigne est, vt in Psalmo שֵׁבֶט מִישֹׁר שֵׁבֶט מַלְכוּתֶךָ Quod Septuaginta verterunt, *ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου.* id est. Virga directionis virga regni tui. Homerus reges crebro vocat *σκηπτοῦχους*, quasi sceptrum siue virgam ferentes. Scribit idem singulos Græcorum duces apud Troiam singula sceptra habuisse. Nam Achillis sceptrum sic describit.

Homer. li. α. ἰλιαδ. *ὡς φάτο πηλείδης, ποτὶ δὲ σκῆπτρον βάλ' γαίῃ. χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον, ἕζετο δ' αὐτός.*

Id est.

Sic ait, & sceptrum in terram proiecit Achilles,
Auro exornatum: de hinc pressa voce resedit.

Vlysses quoq; sceptrum habebat, quod idem Homerus ita canit.

ἀλλ' ὅτε δὴ πολύμητις ἀναΐξειν ὀλυσσεύς, σκῆπτρον, τό οἱ ἐν χερσὶν ἔκειτο κατα χθονὸς ὄμματα γ. ἰλιαδ. *πήξας, σκήπτρου δ' οὔ τ' ὀπίσω, οὔτε πρόσω τείνεν νῶμα. ἀλλ' ἀστεμφὲς ἔχεσκεν ἀΐδρεϊ φωτὶ ἐοικώς.*

Id est.

Ast vbi solerti fandi ius cessit Vlyssi,
Intentus telluri oculos atq; ora tenebat
Obtutu tacito sceptrum immobile dextra,
Attonito similis.

Hoc eodem sceptro Vlysses ad Iuidas vibices percussit Thersiten, qui Agamemnoni, cæterisq; Græcorum principibus sine fine, & graculorum more obstrepebat. *Homer. li. β. ἰλιαδ.*

ὡς ἄρ' ἔφη, σκήπτρῳ δὲ μετάφρενόν, ἠδὲ κατ' ὤμω. πλῆξεν, ὄδυν' ἰδρώσασ', θαλερὸν δὲ οἱ ἔκπεσε δάκρυ.

Id est.

Sic ait, & dorsum sceptro percussit Vlysses,
Atq; humeros crebris angustos ictibus heros,
Hic sed contractus lachrymas profudit obortas.

Porro symbolum sceptri vel virge qua reges vtunt, est iustitia, qua in oẽs vti debẽt, nõ muneribus, neq; alicuius studio, ad iniustitiã declinare, nullũ adulatorib. locũ pbere, verũ rigidã atq; inflexibilem iustitiã ex æquo omnibus impendere: ad hæc si ita vsus fuerit, malos & supplicũ meritos, sceptri potestate coercere, quod in Vlysse optimè demõstrauit Homerus. Idem docet Basilius explicans illud Psalmi. Virga directionis virga regni tui. *Basilius in Psal. μδ.*

παιδευτικὴ τῆς ἐσιν ἡ ῥάβδος τοῦ θεοῦ, παιδεύουσα δὲ, εὐθείας καὶ οὐ παρατεταραμμένας ἐπάγει τὰς κρίσεις. διὰ τοῦτο ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας αὐτοῦ προσηγόρευται. κἂν γὰρ ἐκκαταλίπωσιν οἱ ἐμοὶ αὐτοῦ τὸν νόμον μοῦ καὶ τοῖς κρίμασι μοῦ μὴ πορευθῶσιν, ἐπισκέψομαι ἐν ῥάβδῳ τὰς ἀνομίας αὐτῶν ὁρᾶς τὴν δικαίαν κρίσιν τοῦ θεοῦ; οὐκ ἐπὶ τῶν τυχόντων χρῆται, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἁμαρτανόντων αὐτῶν δὲ καὶ παρακλήσεως λέγεται ῥάβδος. ἡ ῥάβδος γὰρ ἐν καὶ ἡ βακτηρία ἐν, αὕτται μὲ παρεκάλεσαν. αὕτη καὶ σωτηριμμοῦ ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, ὡς σκεύη κεραμέως σωτρίψῃς αὐτὸς σωτρίβεται δὲ τὰ κοῖλα καὶ πλινὰ. ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῶν ποιμαινομένων, καθὸ καὶ παραδίδοται εἰς ὄλεθρον τὸ σαρκὸς ἵνα τὸ πνεῦμα σῶθῃ. i. Virga Dei est castigatoria, castigat vero, sed & recta neq; praua infert iudicia, ob hoc virga æquitatis, virga regni eius appelat. Sic enim dereliquerint filij

eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, visitabo in virga iniquitates eorum. Vides iustum iudiciũ Dei; non enim in quibuslibet vtitur, sed in peccantibus. Vocatur etiam hæc consolationis virga. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Hæc etiam confractionis est virga. Reges eos in virga ferrea, tanquam vas figuli confringes eos. Confringuntur vero terrea & lutea quodam beneficio pastorum, veluti tradantur in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat. Scribit Iustinus vetustissimos olim reges hastas, p diademate habuisse, quas Græci σκῆπτρα dixere. Nam & ab origine rerum pro dijs immortalibus veteres hastas coluere, ob cuius religionis memoriam adhuc Deorum simulachris hastæ adduntur. Hæc Iustini verba confirmare videntur illa quæ de Saule legimus, qui primus Israelitarum rex fuit. Huic sacra scriptura semper hastam tribuit, quã nunquam non præsentem habebat, & credibile est illum hastam pro sceptro regio habuisse. Sed hæc vt quisque vult accipere potest. Non auferetur sceptrũ de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat q mittendus est. Vix aliud telum in Propheticis libris validius habemus, quo Iudæos iugulare poterimus, atq; hanc patriarchę Iacob prędictionem; quam haud dubio, sancto dictante spiritu, in ipso mortis limine, posteritatis suæ memoriæ commẽdare volebat. Est hic Messiæ facta promissio, neq; id solum, verum etiam tempus, quo illum expectaturi essent, significatum est; nempe illud quo insignis rerũ mutatio, & nulli non cognita, apud Iudæos esset futura. Quæ maior in gente aliqua rerum mutatio fieri poterit, quàm vbi vernaculo & gentili magistratu sublato, populus in tyrannicam seruitutẽ venit, & alieno Domino seruire cogatur? Et quidem omnia hæc adeo in Iudæis iã facta videmus, vt etiam lippis omnibus & tonsoribus nota esse possint. Neq; obstinatos Iudæos clam est, quàm hęc Iacob verba contra eos faciant, quo magis etiã nullum non mouent lapidẽ, vt illa omnibus oppugnationum machinis impetãt, atque è clarissimis obscuriora reddant. Translatio hæc nostra & vulgata, Iudæis argutandi causam præbet, & facilè illis euadendi cuniculus patet, si conferre pedem ex hac cum Iudæis pares, dicerent enim prædictionem hanc Iacob in Babylonica captiuitate impletam, tum siquidẽ venisse, qui mittendus erat, nempe Nabuchodonosor regem Babyloniorũ, quẽ crebro Deus Iudæis ꝓuaricantibus minabat, & tum cum vastata esset Hierusalem, populusq; in captiuitatem abductus, sceptrum etiam de Iuda ablatum, quum nullus postea è tribu Iuda rerum sit potitus, regnauerit q. Hæc est Iudæorum obiectio, quam sacræ linguæ imperitis obijcere possent, & fucum facere. Cæterum Hebraica veritas perfidiam illorum satis detegere & iugulare poterit. Nam quod vulgata hæc æditio legit, donec veniat qui mittendus est: in Hebræo habetur עד כי יבא שילה id est: donec veniat Siloh. Porro hæc vox שילה si ad etymologiam spectare velis, significare poterit שלו id est, qui eius, vt sit filius eius, sed hic cum fœminina demõstratione scribitur, nempe שילה vt sit, qui eius, scilicet mulieris, nempe filius mulieris. Liquet igitur Iacob patriarchã diuinitus prædixisse Messiam nasciturum non à patre, sed à matre solum, ideoq; eum appellasse שילה quasi filium mulieris. Porro ad hanc vocẽ שילה respexisse videtur Paulus, cum de Christo & eius genitura hæc scribit, ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλε ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικός. id est: Quando venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factũ ex muliere, quasi Christum hunc שילה esse diceret, quem Iacob longè ante prædixerat. ¶ Et dux de fœmore eius. ¶ Quod Hebraicè legitur המחקק מבין רגליו. i. & scriba, siue legislator, de medio pedũ eius. Erant hi מחוקקים id est, scribæ, regij quidam cõsiliarij, & iudices rerum capitalium à regibus Iuda ad hoc munus asciti, & iudicia exercebant, habebantq; in digitis מבעת המלך id est, annulũ regis. Horum igitur מחוקקים potestas non solum apud reges Israeliticæ gentis pollebat, sed etiam regia maiestate, per Babylonicam captiuitatem conuulsa, apud Iudæos tamen incolumis permansit, vsque ad Herodem Antipatri filium, qui non tam diuino nutu quàm etiam Romanorũ fauore, Iudaicum inuasit sceptrum, primoribus omnibus Iudaicæ gentis interfectis. Nihil igitur agũt Iudæi pertinaces, quum Messiam mox post Babylonicam captiuitatem, iam ablato ab Iuda sceptro, venire debuisse contendant; cum constet hos מחוקקים longè post Babylonicam captiuitatem, vsq; ad Herodem, iudiciaria potestate vsos fuisse, q̃ apud Iudæos Allophylo regnante שילה Iacob voce promissus, oĩbus gentibus salutaris affulsit. ¶ Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium, pertingens vsque ad Sidonem. ¶ Liquet ex hoc scripturæ loco Sidonem Phœnicis vrbem longè esse antiquissimam. Sed & Homerus hanc vrbem nouit.

Eusb. li. 4.

Homer. li. θ. ὀδύσσ.

αἰθιοπάς θ' ἱκόμην, καὶ σιδονίους καὶ ἐρεμβούς.

Id est.

Veni ad Æthiopas, & Sidonios, & Erembos.

Situm Sidonis atq; Sidoniorum ingenia Strabo sic describit. ἡ μὲν οὖν σιδὼν ἐπὶ εὐφυοῦς λιμένι τὴν ἵδρυσιν ἔχει. σιδόνιοι δὲ πολύτεχνοί τινες παρασιδόντου καὶ καλλίτεχνοι, καθάπερ καὶ ὁ ποιητὴς φησίν, πᾶσι δὲ καὶ φιλόσοφοι. πόδι τε ἀστρονομίαν καὶ ἀριθμητικὴν, ἀφ' τῆς λογιστικῆς ἀρξάμενοι καὶ τὴν ναυπηγίας. id est. Sidon situm habet in pulcherrimo continentis portu. Sidonij multarum atque optimarum artium magistri perhibentur, quod etiam poëta atq; philosophi declarant. Ad hæc optimi circa astronomiam, & arithmeticam Philosophi: qui à computatione & nocturna nauigatione initiũ habuere. Trogus siue Iustinus putat Sidonem, à piscium vbertate sic appellatam. Nam piscem Phœnices Sidon vocant, Sidonem Hebræi vocant צידון. Cesserat quidem hæc vrbs, quemadmodum etiã vicina Tyrus, Iudęis in sortem, nunquam tamen illorum armis excindi poterant, sed perseuerabant nobilissimæ Chanaeorum vrbes. Est clarissimarum harum vrbium frequens mentio, nõ solum in sacris literis, verum etiam apud ethnicos scriptores. Et Iacob quidẽ, cum omnibus filijs suis bene precatus fuisset, & de funere suo ex Ægypto in Syriam transferendo præcepisset, annos iam natus centum & quadraginta septem, fato cessit, & vt Iosephus scribit, μετ' ἐνὸς μὲν τῶν πατρόνων ἀπολειφθεὶς ἐπ' εὐσεβείᾳ τοῦ θεοῦ, τυχὼν δὲ ἀμοιβῆς ἧς δίκαιον ἦν τοιούτοις ἀγαθῶν γεγονότα. id est. Nulli maiorum suorum pietatẽ erga Deum inferior, talem sortitus finem, qualem iustum erat, bonũ virũ adipisci. ¶ Quod cernens Ioseph irruit super faciem patris; flens & deosculans eum: præcepit seruis suis medicis, vt aromatibus condirent patrem. ¶ Mirũ est illo seculo, medicos in seruorum numero fuisse: vt hinc facilè nobis intelligere sit rem medicam, nullo in pretio fuisse apud Ægyptios, ad insaniam licet superstitiosos. Videntur Romani post aliquot secula eandem sententiam sequuti, vt seruos habuerint in re medica peritos. Inter maiores Neronis Cæsaris fuit C. Domitius Ænobarbus. Hic ciuili bello Pompeiano, à Cæsare apud Corfinium obsessus, cum ad vltimam desperationem venisset, à seruo suo medico venenum petiit. Verũ mox vitæ dulcedine victus, haustam potionem euomuit, medicumq; manumisit; ꝓpterea q̃d idẽ sibi prudẽs ac sciens, min⁹ noxiũ tẽperasset, dedisset q; potionẽ somniferã magis q̃ mortiferã. Cæterum quàm degeneratum à prisca illa opinione sit, quis non videt? Medicorum nomẽ ad astra vsq; modo sublimatur, doctorisq; appellatione celebre decãtatur: nec alia ars (si modo ars appellanda est) magis quæstuosa est atque medica. Palamq; est, vt Plinius scribit, vt quisq; inter medicos loquendo polleat, imperatorem vitæ nostræ, necisq; fieri. Et alibi ait, artem medicã imperatoribus imperare. Mos hic inungẽdorum corporum in Ægypto natus videtur, vt Plato scribit, συμπτισὸν γὰρ τὸ σῶμα καὶ ταριχευθὲν, ὥσπερ οἱ ἐν Αἰγύπτῳ ταριχευθέντες, ὀλίγου ὅλου μένει ἀμήχανον ὅσον χρόνον. ἔνια δὲ μέρη τὸ σώματος καὶ ἐὰν ὥσπερ ὀστᾶ τε καὶ νεῦρα καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα, ὅμως ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀθάνατα ὄντα. id est, Ipsum verò corpus etiamsi aromatibus conditum fuerit, quemadmodum in Ægypto fieri assolet, tamen paruum tempus incolume perseuerat, partes verò aliquæ corporis, etiam si corruptum fuerit, tamen ossa & nerui & talia, vt ita dicam, immortalia sunt. Cicero quoq; de Ægyptijs idẽ scribit. Condiunt, inquit, Ægyptij mortuos, & eos domi seruant. Persæ etiam cera circunlitos condiunt, vt quàm maximè permaneant diuturna corpora. Seruabatur etiam hic mos apud Græcos. Achilles Patroclum suum ab Hectore interfectum, prius calida aqua lauit, deinde oleo veteri vngit.

Strabo lib. 16, Geog.

Galat. 4.

Iust. li. 18.

Gen. Caput L.

Iosephus li. β. ἀρχαι.

Sueton. in Nero.

Plin. li. 29.

Lib. 24.

Plato in Phæd.

Cicer. li. 1. Tusc.

καὶ τότε δὴ λοῦσαντε καὶ ἤλειψαν λιπ' ἐλαίῳ,
ἐν δ' ἀτειλὰς πλῆσαν ἀλείφατος ἐννεώρειο.

Homer. li. Σ. ἰλιαδ.

Id est.

Membra lauant, oleoq; omnis perfunditur artus,
Ætas in nonum quod iam seruauerat annum,
Vulneraq; implentur.

Vergilius. 6. Æneid. Canit Vergilius eundem modum seruatum in Miseni Troiani corpore, quem extinctum, in littore Teucri flebant.

Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis,
Expediunt, corpusq; lauant frigentes, & vngunt.

Ennius. Ex Ennianis versibus circũfertur hic de Tanaquile, vt opinor.

Tarquinij corpus bona fœmina lauit & vnxit.

Verum hic mos vngendorum corporũ olim Iudæis admodum fuit familiaris, quod in morte Christi Domini nostri satis clarum est. Eius enim corpus opera Ioseph Arimathæus & Nicodemi aromatibus magnifice est cõditum, & saxeo sepulchro illatum. Exoleuit iam hic mos apud priuatos & plebeios homines, sed apud principes, magno stultitiæ argumento, etiam durat. ¶ Quibus iussa explentibus, transierũt quadraginta dies. Iste quippè mos erat cadauerum conditorum. Fleuitq; eum Ægyptus septuaginta diebus. ¶ Quis credere velit Ægyptios per septuaginta continentes dies perpetuò lachrymas fundere potuisse? At istud ne ab Heraclite quidem fieri potuisset, etiam si lachrymis extillasset. Fletus certè hic nullus est alius, nisi omne illud tempus, quo homines ipso habitu, & persona, funereoq; cultu amicti, prodeunt, quod & hodie apud omnes solenne est, vt à morte charorum atrati & pullati per menses aliquot ingrediantur, cum etiam hic fletus, sub persona risus esse possit. Romanæ matronæ, anno luxerunt Brutũ, quod tam acer pudicitiæ vindex

T. Liuius. fuisset, exacto Tarquinio Superbo, quũ filius eius, Lucretiæ pudicissimæ matronæ, vitium obtulisset. Fuit hic luctus Romanarum matronarum, sicut Ægyptiorũ fletus, nempe dolor qui exterius proditur vultu atq; vestis habitu, nõ lachry-

Ouid. li. 1. Fast. marum profusio. Ouidius rationem reddit, quur Romulus in anno suo, quẽ constituerat, decem menses habere voluerit, nempe hanc, quod vxor defunctum maritum, per tot menses lugere cõsueuerit.

Per totidem menses à funere coniugis vxor
Sustinet in vidua tristia signa domo.

Priamus rex Troianorum nouem dierum inducias ab Achille petebat, vt filium suum Hectorem lugeret, atq; funus pararet, deinde decimo rogo imponeretur, vndecimo verò die sepulchro conderetur. Homer. lib. ω. ἰλιαδ.

ἐ μὲν δὴ μ' ἐθέλεις τελέσαι πάσην ἕνεκεν
δίω,
ὧδε καὶ μοι ῥέζων ἀχιλεῦ καὶ χαρισσάμενος θέοις,
ἐννῆμαρ μὲν κ' ἀῶτον ἐνὶ μεγάροις γοάοιμι,
τῇ δεκάτῃ δ' ἠὼς θάψομεν ὅν δ' αἰνύτατο λαός,
ἐνδεκάτῃ δὲ κε τύμβον ἐπ' αὐτῷ ποιήσαιμι,
τῇ δ' ἀυσταδεκάτῃ πολεμίζομεν εἴ περ ἀνάγκη.

Id est.

Si placet vt dignos nato impendamus honores,
Flere nouem concede dies, auraq; querelis,
Ætheraq;, & miseris implere vlulatibus vrbem,
At decima rogus hunc capiet, dapibusq; paratis
Conueniet populus, cineres atq; Hectoris artus,
Vndecima tumulo imponam, tum luce sequenti,
Si placet armatæ redeant in prælia turmæ.

Canit idem poëta Archillem decem & septem diebus à diis & hominibus fuisse defletum, & decimo octauo rogo illatũ.

ἑπτακαίδεκα μὲν σὺ ὁμῶς νύκτας τε καὶ ἦμαρ Homer. li.
ἐλαάομεν, ἀθανατοί τε θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι ω. ὀδυσ.
ὀκτωκαιδεκάτῃ δ' ἔδομεν πυρί.

Atqui Ægyptij cum Israelitis septuaginta diebus iusta dederũt Iacob, & funẽ eius curarũt, intra quos etiã ad iter ex Ægypto in Syriã faciedũ sese expediuerũt, vt maiore funeris apparatu, corpus Iacob auito sepulchro inferrent, Huius funebris apparatus instructor erat Ioseph, in cuius gratiã splendidissimas has exequias duxere Ægyptij. ¶ Ioseph enim ascendente ierũt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctiq; maiores natu terræ Ægypti, domus Ioseph cum fratribus suis, absq; paruulis & gregibus atq; armentis, quæ dereliquerunt in terra Iessen. Habuit quoq; in comitatu currus & equites, & facta est turba non modica. ¶ Magnũ haud dubio declarat, vltimum hoc in Iacob Ægyptiorum officium, meritũ; quo Ioseph astricti erant atq; adeò Iacob patri eius. Neq; enim patri male velle poterant, qui filium toti Ægypto salutarem genuerat. Verũ hęc exequiarũ põpa, & tã magnificus funeris apparatus, q̃ min⁹ inuidiosus sit, facit noui testamenti consuetudo, vbi nõ raro magna funera sanctis facta fuisse legimus. Legimus in actis Apostolorũ, iã euangelio coruscãte, Stephano fecisse Hierosolymæ fratres planctũ magnũ. Et vtiq;, ait Hieronymus, plãctus magnus, Hieron. ad nõ in plangentium exanimatione, sed in Paul. põpa funeris, & exequiarũ frequẽtia intelligẽdus est. Rursus, mortua Paula Romana in rure Bethlehemitico, nõ vlulatus,

Hieron. in epitaph. Paulæ. tus, nõ planctus: vt inter seculi homines fieri solet, sed psalmorum linguis diuersis examina concrepabant. Translataq; episcoporum manibus, & ceruicem feretro subijcientibus, cum alij pontifices lampadas cereosq; preferrent, alij choros psallentium ducerent, in media Ecclesia speluncæ saluatoris est posita. Tota ad funus eius Palestinarum vrbium turba conuenit: Quem monachorum latẽtium in eremo cellula sua tenuit: Quam virginum cubiculorum secreta texerunt? Sacrilegium putabat, qui non tali fœminæ vltimum reddidisset officium. Hebræo, Græco, Latino, Syroq; sermone Psalmi in ordine personabant: nõ solum triduo, donec subter Ecclesiam, & iuxta specum domini conderetur: sed per omnẽ hebdomadam, cunctis qui venerant, suũ funus, & proprias credentibus lachrymas. Quũ iam operis huius labor ad vmbelicũ vsq; deductus videatur, puto non sine grandi piaculo à me omitti posse, nisi illa huc adduxero, quæ olim in veteri Ecclesia in Christianorũ funere religiose pieq; obseruata monstrantur. Neq; prorsus inanẽ operam suscipere putãdus ero, sed omnino frugiferam, minimeq; triuialem. Sunt nostro hoc æuo eximij illi nugiuendi & personati euangelici, qui mendaci & perfricta fronte, nihil vnquam se contra veteres theologos sensisse asseuerant, sed cõtrà, veteris ecclesiæ ritus, sacerdotũ auaritia antiquatos, postliminio restituisse, magna impudentia declamant. Sed sint hæc illorum verba tanquam ab aso locutio dicta. Non hic in medium afferam, baptisma illorũ quod dimidiatum, & secus quàm in veteri ecclesia consuetum erat, conferunt; non dominicam cœnam, vt vocant, nouum ipsorum commentum, quæ si Christum & Apostolos eius haberet authores, tum omnino necesse esset illam in veteri ecclesia fuisse frequentem, atqui veterib. Theologis illa plane ignota est. Quid iam reliquum erit nisi cœnã illam ob vulgi affectionem inuentam, cui commessationum & cœnarum mentio mirè grata est, & Epicureum quid spirat. Quotusquisq; apud illos est, cui non statim risum mouet, depositionum, septimi, tricesimi, & anniuersariorum nomẽ? Atqui hæc veteribus Theologis sacrosancta semper habita sunt, qui illa ab Apostolis per manus accepta, magna religione seruarunt. Nota est epistola Cypriani quæ Cyprianus ad plebem Furnitanorum scripta est, de li. 1. epist. Geminio Victore, qui excedẽs, testamenti sui curatorem instituit presbyterũ Geminium Faustinum. Hoc Victoris factũ cõtra ecclesiæ decretum factum erat, quò cautum fuit, ne quis frater excedens ad tutelam vel curam clericum nominaret, ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim ad altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes & ministros suos leuitas auocare voluit. Et ideo Victor, inquit Cyprianus, cum contra formã nuper in consilio à sacerdotibus datam Geminium nostrum presbyterum ausus sit actorem constituere, non est quod pro dormitiõe eius apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in Ecclesia frequentetur; vt sacerdotum decretũ religiose & necessario factum seruetur à nobis. Simul & cæteris fratribus detur exemplum, ne quis sacerdotes & ministros Dei altari eius & ecclesiæ vacantes ad seculares molestias deuocet. In eundẽ modum scribit Ambrosius quoque cum Ambros. in Funeb. orat Valentin. Valentiniano Cæsari defuncto, præter patris & fratris pietatem, hanc etiã opem pollicetur. Date manibus sancta mysteria. Pio requiem eius poscamus affectu. Date sacramenta cœlestia mysteria. Animã piã matris oblationibus, psequamur. Extollite populi mecũ manus in sancta, vt eo saltẽ munere vicem eius meritis rependamus. Nec ego florib⁹ tumulũ eius aspergam, sed spiritum eius Christi odore perfundam. Spargant alij plenis lilia calathis, nobis lilium est Christus. Hoc reliquias eius sacrabo, hoc eius gratiam commendabo. Et paulò post. Nulla dies vos silentio præteribit. Nulla inhonoratos vos mea transibit oratio. Nulla nox non donatos aliqua precum mearum cõtextione transcurret. Omnibus vos oblationibus frequentabo. Quis prohibebit innoxios nominare? Quis vetabit commendationis prosequutionem complecti? Hactenus Ambrosius. Cui ignotum esse poterit, quid Monica iam animam agens Augustino filio inprimis mandare Aug. li. 9. confess. curauerit? Nam neque, ait Augustinus, in eis precibus, quas tibi fundimus, cum

offerretur pro ea sacrificiũ precij nostri, iam iuxta sepulchrum posito cadauere, priusquam deponeretur, sicut illic fieri solet: nec in eis precibus ego fleui. Ad hæc orthodoxorum patrum testimonia, quæ tanquam fulgura micantia in toto terrarum orbe discurrunt, sectarij illi conueniunt, & impiè corybantire malunt, nempe ambitione, & nouarum rerum studio occæcati. Vident enim stultam plebeculam per Germaniam nouitatis auidam, in quam vsq; adeò præcipites iam eunt, vt non solum in vestibus, quarum subinde nouas excogitant formas, illã spectari ament, sed etiam in fidei rebus inprimis elucere debere putent. Hinc nouarum rerum vocabula originem ducunt, & tot seculorum consensus antiquatus, in ordinem etiam redacti veteres theologi, quos euangelicarum literarum intellectũ parum assequutos esse impudentissimè mentiuntur, huc nimirum respicientes vt ipsi soli polleant, tanquam omnis rei Theologicæ Aristarchi, adeò vt etiã thus pedere possint. Sed nos ad reliqua accingamur. Ambrosius deplorauit mortem fratris sui Satyri oratione iuxtà pia & erudita, qua illum æternæ hominum memoriæ consecrauit. Neq; hac contentus, aliam quoq; adiecit, priori in nullo dissimilem, sed pari eruditione & pietate insignem. Titulũ huic vertit, De fide resurrectionis. In hac mẽtio fit septimi diei, quem hodie quoq; à funere elato, obseruari, veteri Christiano instituto, videmus. Sic enim Ambrosius ait: Ergo quia dudum dies mortis inter lachrymabiles aspectus debuit animũ inclinare fraternum, qui totum tenebat, nunc quoniam die septimo ad sepulchrum redimus, qui dies symbolum futurę quietis est, à fratre paululum ad communem humani generis cohortationem iuuat deriuare mentem, intẽtionemq; trãsfundere. &c. Rursus idẽ Ambrosius funebri oratione deplorauit mortem Theodosij Imperatoris, in hac mentionem factam videmus quadragesimi diei, quem Ambrosius celebrauit, Honorio Theodosij filio principe, sacris altaribus assistente. Quia sicut sanctus Ioseph patri suo Iacob quadraginta diebus humationis officia detulit; ita & hic Theodosio patri iusta persoluit. Et quia alij tertium diem & trigesimum, alij septimum & quadragesimum obseruare consueuerunt, quid doceat lectio; consideremus. Defuncto, inquit, Iacob, præcepit Ioseph pueris sepultoribus, vt sepelirent eum. Et sepelierunt sepultores Israël, & repleti sunt ei quadraginta dies, sic enim dinumerantur dies sepulturæ. Et luxit eum Ægyptus septuaginta diebus. Hæc ergo sequenda solennitas, quam præscribit lectio. Sed etiã in Deuteronomio scriptum est. Quia planxerũt filij Israel Moysen diebus triginta, & consummati sunt dies luctus. Vtraque ergo obseruatio habet authoritatem, qua necessarium pietatis impletur officium. Porro ne quid huic nostro instituto desit, afferam quoq; anniuersariorum originem, ne quis putet hãc rem nuper institutam: idq; à vetustissimo authore, & quo latini nullum habent antiquiorẽ, Tertulliano; sed quo vetustior hic ritus est, eo maiore impietate sese pseudeuangelici astringũt. Tertullianus suadens monogamiam, docet quid mulieri, mortuo marito, agendũ sit, cum ille in pace decesserit. Ergo, ait, perseueret in ea cum illo necesse est, quẽ iam repudiare non poterit, ne sic quidem nuptura si repudiare potuisset: & pro anima eius oret, & refrigeriũ interim adpostulet ei, & in prima resurrectione consortium, & offerat annuis diebus dormitionis eius. Nam hæc nisi fecerit, verè repudiauit quantũ in ipsa est: &c. Alibi. Oblationes pro defunctis, annua die facimus. Harũ & aliarum eiusmodi disciplinarum si legem expostules scripturarũ, nullam inuenies, traditio tibi prætendetur autrix, consuetudo cõfirmatrix, & fides obseruatrix. Hæc Tertullianus. Ambrosius quoq; horum anniuersariorũ pro defunctis meminit, cum de Thracibus scribit, qui natalem diem deflere, fatalẽ verò gaudio prosequi solebãt. Nos quoq; ipsi natales dies defunctorum obliuiscimur, & eum quo obierint diem celebri solennitate renouamus. Et hęc quidem contra Euãgelicos histriones dicta sint, qui Apostolicos hosce ritus, vt nup natos crispãte nare ridere solent. Cęterũ ad scripturæ contextum redeamus. Funerato Iacob. E Timentes fratres Ioseph & mutuo colloquentes, ne fortè memor sit iniuriæ quam passus est & reddat nobis omne malum quod fecimus, mãdauerũt ei dicentes. Pater tuus præcepit nobis anteq; morere-

Ambro. de fide resurr.

Ambro. in funebri orat. Theo. Imp.

Tertull. de Monog.

De corona milit.

Ambro. de fide resurr.

moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati atq; malitiæ quam exercuerũt in te, &c. I

Hic metus fratrum Ioseph, & vindictæ in ipsos timor, à malè sibi conscia mẽte proficiscebatur. Putabant Israelitæ fratrem suum Ioseph acceptæ iniuriæ vindictam distulisse magis quàm cõdonasse, & peroportunum talionis tempus esse mortẽ patris Iacob, cuius viuentis maiestate cõpressam Ioseph mentem existimabant, & iamiam, sublato è medio patre, eruptura. Sed erat hęc presumptio Israelitis digna, Ioseph verò indigna. Iam enim semel omnem fratribus iniuriam laxarat, neq; alius futuruserat mortuo patre, quàm prius erat, viuente; sed eundem perpetuò animum habiturus, nequeunquam mutaturus. Hæc animi constantia atq; immutabilitas inprimis cordatum virum decet, qualis erat Ioseph, qui fratribus suis pręter iniuriarũ veniam, etiam in posterum vitæ subsidia prolixè pollicebatur. Hãc boni viri iconem sic depingit Euripid.

Euripid. in Iphig.

ἄνδρα δ' οὐ χρεὼν
τὸν ἀγαθὸν τρόποντα μεγάλα τοὺς τρόπους με-
θιστάναι

ἀλλὰ καὶ βέβαιον εἶναι τότε μάλιστα τοῖς φίλοις,
ἡνίκ' ὠφελεῖν μάλιστα δυνάμενος δύναιτ' ἂν δυστυχῶν.

Id est.

At suos mutare mores haud decet probum virum,
Posteaquam splendidis donatus est honoribus,
Maxime sed tunc amicis esse firmum conuenit,
Quando maximè iuuare potest iam fœlicior.

Quinetiam Ioseph miti vir ingenio, quo magis fratres viderent syncerè omnia ab illo agi, lachrymas profudit; vt si verbis parum fiderent, certè lachrymis fidem haberent, quæ non raro verbis fidem facere potuerunt, vt Ouidius canit.

Ouid. li. 3. de Ponto.

Interdum lachrymæ pondera vocis habent.

Et Ioseph quidem erga fratres ἀμνησίαν toto pectore amplectebatur, & cum illis summa ciuilitate in Ægypto viuens, consenuit, & annos natus centum & decem è viuis excessit, atq; vt Iosephus de illo scribit, θαυμάσιος τῶν ἀρετῶν χνόμενος, καὶ λογισμῷ πάντα διοικῶν, καὶ τῶν ἐξουσίαν ταμιευόμενος. Id est. Virtute admirandus fuit, & sapientia omnia administrans, omnemq; obtinens potestatem.

Ioseph. libr. 6. ἀρχαι.

τέλος.

Errata sic corrigantur.

fol. 1 col. 1 lin. 22 ὦ. In margine lege Plato in Gorg. Aristot. de Mundo ad sequẽtem Græcismum pertinet li. 36 πφιεχφωλίωφ, col. 2 l. 23 ἄλλο, li. 30 αἰσθητά, col. 3 li. 7 inani, li. 26 potius, li. 32 multò, li. 45 ineffabiliter atq; inuisibiliter magno, & ineffabiliter atq; inuisibiliter pulchro, li. 49 diuinius, li. 54 decoris, col. 4 li. 49 תֵּבֵל li. 50 יַבֵּשָׁה fol. 2 co. 1 li. 3 ὀκεφωλίω li. 22 arcticus, li. 33 superficiem, co. 2 li. 13 stabili, li. 44 librauit, co. 3 l. 22 religiosus, col. 4 li. 17 cum quid, li. 19 item, fol. 3 co. 1 l. 51 scripturæ, co. 2 li. 39 Hilarium, co. 4 li. 17 לָרֹבַב שַׁרְבוּט li. 22 nonum, li. 43 caritate, fol 4 co. 1 li. 11 tellurem. co. 2 li. 39 רָאִיתִי li. 40 יְהִוָּה col. 3 li. 28 diremisse, li. 29 aceruo, li. 36 toto, li. 40 תֵּרָח lin. 43 refertur, fo. 5 co. 1 li. 32 תַּחַת רוּחַ גְּדוֹלָה li. 36 septuaginta, co. 3 li. 52 רָחַף מְרַחֶפֶת co. 4 li. 35 ὠκεανὸς, li. 36 Colophonius, li. 39 ἡμᾶς, fo. 6 co. 2 li. 24 natum, co. 3 li. 4 barbarum, l. 21 &, co. 4 li. 18 de hac, li. 33 spiritibus, fo. 8. co. 1 li. 30 artifice, co. 2 li. 37 עֵרֶב li. 45 apparente, co. 4 li. 23 ἐς, li. 53 occiduo, fo. 9 co. 1 li. 13 dimidiatis, li. 18 Christianos, lin. 49 Chremes, co. 2 li. 10 ἔσιν ὅσιος, co. 3 li. 1 Angeronam, fo. 10 co. 1 li. 8 id quod, fo. 11 co. 1 li. 22 שָׁמַיִם co. 3 li. 33 tanquam, co. 4 li 48 visibilium, fo. 13 co. 1 li. 39 תַּרְשִׁישׁ li. 43 אֲנִיּוֹת תַּרְשִׁישׁ co. 3 li. 31. 32 סוּף co. 4 li. 6 וְחַיִּים גָּדוֹל וּרוּחַ יָדָיִם li. 12 יַבֵּשָׁה li. 17 circuitis, fo. 14 co. 1 li. 19 רָשָׁא עֲשָׂב li. 21 רָשָׁא li. 22 עֵשֶׂב li. 31 inter, li. 48 generibus, co. 3. lin. 35 post glans, li. 27 Triptolemi, fo. 15. co. 1 li. 4 nouitia, li. 46 ex æquo, col. 3 li. 36. quasi, co. 4 li. 1 longæuæ, fo. 16 co. 2 li. 35 יָדַי co. 3 lin. 18 כּוֹכָב co. 4 li. 11 חַמְרוּר חָקְטָן fo. 17 co. 1 li. 21 illuminent, co. 3 li. 27 confutationem, fo. 18 co. 3 li. 37 ab, li. 40 turbidior, co. 4 li. 28 reuertentes, fo. 19 co. 1 li. 25 Ægyptios, co. 2 li. 25 δίκαιω, li. 38 tempestates, co. 3 li. 5 לְמוֹעֲדִים ibidem מוֹעֲדִים li. 9 מוֹעֲדִים co. 4 li. 18 sulcis committas, li. 26 omniũ, li. 28 incipit, fo. 20 co. 2 li. 35. 36 שָׁנָה li. 53 ἔτος, fo. 21 co. 1. li. 3. intercalandi, li. 32 circulus co. 2 li. 9 brumam, co. 3 li. 29 venerantur, co. 4 li. 17 disceptatione, fo. 22. col. 4 li. 33 יִשְׂרָאוּ li. 43 יִשְׂרָאוּ מִסְפָּר יָאִיר מִסְפָּר שָׁמֶשׁ רָמֶשׁ li. 50 שָׂרָה fo. 23 co. 1 li. 7 natatiles, li. 27 תַּנִּינִים co. 2. li. 7 prestis, co. 4 li. 1 littus, li. 20 naucrates, fo. 24. co. 1 li. 7 vafricies, li. 35 quot, co. 2 li. 23. viuarium, li. 36 Rhegium, li. 43 Acipenser, fo. 25 co. 3 li. 36 colore, c. 4 l. 50 רוּחַרְדָּ רְשׁוּחַ חַיָּה fo. 28 co. 1 li. 40 reptilib. li. 47 בַּחַם וַשַּׁח מְלֶךְ co. 4 l. 6 אָדָם ibidẽ פִּדְמוּתֵנוּ fo. 29 co. 4 li. 27 מַאוֹרֹבֵל אַבִּירִים li. 38 שַׁתּוּרִים fo. 30 co. 3 li. 7 עֶבֶר אַתָּה רֹאֶל co. 4 li. 42 &c. בְּתָצִיר beth hic terpro caph, fol. 31 co. 3 lin. 7 loca, col. 4 lin. 12 inseuit, &c.

CARMEN F. IOANNIS RVOstallerí cœnobitæ S. Gallí ad Lectorem.

SI fuerint docti mendosa volumina patris,
Non turbent animum lector amice tuum:
Sæpe solent etenim mendæ (mihi crede) latentes
Lumina perdocti fallere cæca viri.
Aut ergo cuperem sitientes tret ad Afros
Zoilus infœlix, pronus in omne nefas:
Carperet aut Patris eximij non scommatẽ, & acris
Dentibus egregium non laceraret opus:
Candidus adproperaret & huc mysteria lector
Almæ quem Genesis tectaq; sensa latent:
Huc properaret & is sacræ qui pascere ocellos
Scripturæ roseis floribus vsq; petit:
Miscuit Author enim sacris persæpe profana,
Gratior hinc & erit lectio, maior honos.
Sit proin acceptus tibi sit lectissimus Author:
Nam diræ hæreseos peste furente caret.
Pro quo funde preces Superis, mereatur vt olim
Scandere ad Empyrei sydera clara poli.

ELEGIA ENCOMIASTICA IN LAVDEM TAM OPERIS PRÆSENTIS, QVAM authoris eiusdem, à M. Melchiore Zuntzero Schrattenbachio comitatus Campidonensis, conscripta.

EST Dilinganis non longè dissita muris
Sylua virens hedera, gramine, fronde, rosa:
Ipsam Danubius tumida præterfluit vnda:
Est in ea gelidis fons & amœnus aquis.
Sæpè auium blandis solet hæc resonare querelis:
Et volucrum cantus edere dulcisonos.
Nymphæ illic lætas agitant sine fine choreas:
Sed nec ibi docto carmine Phœbus abest.
Hîc vagor externis curis dum fortè solutus:
Tristitiam ponens sollicitumq; metum.
Obuia facta, nouem facilè Regina sororum:
Virgo mihi loquitur talia verba prior.
Ecquid (ait) vates tacito modo pectore voluis:
Carmina sunt hodie læta canenda tibi.
Gratia musarum, sunt hîc sacra dona Mineruæ:
Hic sacer est Phœbo, lætitiæq; locus.
Hîc candor niueus, tranquillæ hîc Numina pacis:
Hîc Veneres castæ sunt, & Apollo sacer.
Quid citharæ cessant igitur, quid plectra sonora:
Et lyra cur Phœbo non renuente tacet?
Post, ait, & vestra quidnam tractetur in vrbe
Dic, quis ibi Musis nunc habeatur honor?
Dic quid agat noster dulcis GVLIELMVS alumnus:
Finierit ne pium quod meditatur opus?
Cur verear siquidem tantum celebrare patronum:
Ipsius & docti dona referre libri.
Dona quibus melius peperit nil cana vetustas:
Secla quibus maius nilq; tulère noua.
Quanta tibi Musæ, quantum tibi debet Apollo:
Ter fœlix partu Nouesiense solum.
Fœlix illa dies, niueisq; notanda lapillis
Tempora sunt, talem quæ genuere virum.
Qui simul à primis annis loca sola petiuit:
Musarum placido ductus amore puer.
Seq; dedit duris cohibendum legibus vltro:
Subiecitq; graui libera colla iugo.
Donatus castis à prima ætate camœnis:
Pieridum coluit templa sacrata frequens.
Diraq; cum vitijs hîc semper prælia gessit:
Nil mundi pompis, delicijsq; fauens.
O pietas hominis longum memoranda per æuum:
Isto & religio non reticenda loco.
Sed cui liberior viuendi est facta potestas:
Cur vitæ hæc ratio dura ineunda fuit?
Scilicet vt posset, non vulgi obstante tumultu:
Perpetuò studijs se recreare bonis.
Absentes longè montes, & ab vrbibus antra
Dissita, sunt Musis hæc magis apta loca.
Abdita sunt tacitæ studiorum grata quieti:
Turba frequens sensus non sinit esse domi.
Vrbibus à cunctis hæc nostri est causa recessus:
Quæ simul ad sylvas suadet inire fugam.
O fortunatum iuuenem cui Numina dextra:
Florida Pieridum prata dedère sequi.
Prata quibus studijs amœna COLONIA gaudet:
Et quæ Rhenus aquis perfluit irriguis.
Illic dum sequitur dulces ante omnia Musas:
Omnia succedunt prosperiore modo.
Adplaudit iuueni Phœbus de rupe propinqua:
Conatumq; pium magnus Apollo probat.
Sed quoq; Pierides summo de monte sorores:
Affatæ citius scandere summa monent.
Virtuti crebris stimulos hortatibus addunt:
Ne media cesset, deficiatq; via.
Hîc & ego socijs voluì certasse videri:
Et scandentis iter voce iuuare leui.
Hac etiam dextra viridi de fronde coronam
Promittens, cœptum si retineret iter.
Talia non vanam spargebam verba per auram:
Nec labor hortantis vocis inanis erat.
Parnassi quoniam mox celsa cacumina tangens:
Difficilem gessit se superasse viam.
(Nam non læta quies altas in Apollinis arces,
Otia nec ducunt: sed labor assiduus.)
Accurrunt Charites pariter blandaq; salute
Excipiunt iuuenem, & fausta precantur ei.
Amplexus geminant castos, atq; oscula figunt:
Donaq; miratur splendida quæq; sua.
Nulla aderat proprijs oculos quin pascere posset
Diuitijs, in eo multa stupenda videns.
Omnigena quoniam fœlix erat arte refertum
Ingenium, locus hic nullus inanis erat.
Iniq; vnum cumulum vidisses dona Mineruæ:
Omnia mirando ritè coisse modo.
Artibus addiderat linguæ quoq; dona disertæ:
Castalio extincta sæpè liquore siti.
Impiger Ausonio præstans idiomate multum:
Iunxerat Hebræis attica mella fauis.
Abdita cognorat diuum mysteria vatum:
Rimatus quicquid docta poësis habet.
Per sophiæ obscuros, per difficilesq; recessus:
Obtigerant altæ Palladis arcis opes.
Sedulus euoluens legum monimenta sacrarum:
Abdita scripturæ sensa tenebat item.
His oculos donis nostros vbi pauimus omnes:
Certatim iuueni florida serta damus.
Affundit proprio quæuis quoq; munus acerno:
Deq; suis donis addere plura studet.

Doctorum

Doctorum celebri titulo insignimus eundem:
Oblatus quamuis non recrearet honor.
Dotibus his cultum, tanto & splendore nitentem:
Alloquitur tandem solus Apollo sacer.
Quæ dedimus modo (ait) Doctor ne munera spernas:
Rara etenim est hodie gratia facta tibi.
Ne famuli nequam vestigia prava sequutus:
Committas sterili cara talenta solo.
Fac studeas alijs multum prodesse frequenter:
Semper & officij sis memor vsq; tui.
Fructiferos summam doctrinam ducito in vsus:
Nec tua perpetuo dona latere sinas.
Excute grassantes per Sueuica pascua vulpes:
Teutonica & verbum funde per ora Dei.
Quippe optata dies hodie tibi venit, adeptus
Numinis es faciem, vade valeq; diu.
Hæc postquam minimè surda perceperat aure:
Pensa sui domini mox duplicare parat.
Dic modo non pigeat pro te meminisse laboris
Exhausti, magnis VLMA decora viris.
Pinguia Danubius cuius rigat arua secatq;
Impete fluctisono, & mœnia firma ferit.
Tempora nonne tibi tunc cum meliora fauerent:
Nec tua vastaret pascua fida Lupus.
Ædis cumq; sacræ Gulielmus sceptra teneret:
Quam modo vastatam sæua ruina manet.
Nonne tuos alto instruxit de pegmate ciues:
Donauitq; sacra cognitione Dei.
Sed nec adhuc, cana quamuis tardante senecta,
Destitit ingenij spargere dona sui.
CELLA DEI testis mihi sit, sit turba SORORVM,
Sedula cuius eum sollicitudo tenet.
Sed cum transacti spaciosi temporis ætas,
Postulet ingenij vt det monimenta sui.
Non dubitat typicis tandem mandare figuris:
Munera quæ nullo sint moritura die.
Longius vt viuat placidæ post funera vitæ:
Impensus studijs ne pereatue labor.
Hæc extrema eius cura est, finisq; laborum:
Dicatur soli ne sapuisse sibi.
Atq; memor nostri latum diffundit in orbem:
Huc quod Pierio defuit vsq; Choro.
Nos tandem longo reddit sudore beatos:
Intexens sacris fila profana libris.
A quibus exclusæ fuimus iam secula multa:
Sint quasi nostra bonis moribus apta minus.
Sint indigna quasi docto lectore poësis
Quæ præcepta tulit, quæq; dedère sophi.
His etenim fidis est auctor testibus vsus:
In Genesim sua dum fert pia sensa sacram.
Fœlices igitur quæ Hammero vindice sæuos
Effugimus morsus, inuidiæq; probrum.
Quas huic pro tanto soluemus munere grates:
Præmia quæ reddi digna labore queant?
Viuat in æternum fœlix per secula, viuat
Hammerus Latij laus, columenq; chori.
Ingenio quæsitus honor sine fine manebit
Hebræis, Graijs, notus & Ausonijs.
Qui vanas humilis laudes non ambijt vnquam:
Petpetuò posthæc tempore clarus erit.
Et tibi IOANNES socio GESTELLE laborum,
Artibus, ingenio, relligione pari:
Gratia debetur, magnum decus, atq; perennis
Gloria, stelliferi gaudia magna poli.
Qui minimè nostros inter postremus alumnos
Hammero natu non pietate minor.
Nunc Dilingiacæ pascis pia pectora plebis:
Quam fidei aduersas noui finis ire vias.
Hanc operam nobis etiam, Phœboq; locasti:
Vt minus hæc libri pagina scabra foret.
Sedulus errorum dum crassa piacula tollis:
Et mendas docta Palladis arte luis.
Dum remoues quædam, melioraq; sufficis illis:
Et stringis nimium dicta fluente coma.
Hæc si cura tibi primo commissa fuisset:
Esset & erroris nescius iste liber.
Nil minus Istriades mecum sacra turba camœnæ
Ignea te quondam laude sub astra vehent.
Hæc cum dixisset castissima Nympha, mihiq;
Mandasset celeri cuncta notare manu:
Mox dicto citius teneram uanescit in auram:
Hæc linquens lector commemoranda tibi.

FINIS.

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK